BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 K
35

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

26 2
13

13—10 + 6·21

Digitized by Google

Digitized by Google

THESAURI JURIS

Locupletiſsimi & Copioſiſsimi,

QUI INSTAR BIBLIOTHECÆ INSTRUCTISSIMÆ ESSE POTERIT CUM IN EO NON SOLUM VARIÆ JURIS MATERIÆ, IN PRAXI & foro uſitatiſsimæ & quotidianæ, ex probatis & receptis Auctoribus allegatæ, ſed etiam maximâ ex parte deciſæ ſint: in uſum eorum, qui in Aulis & foro verſantur, ordine Alphabetico digeſti, elaborati, multorum votis diu deſiderati: partim ex D. Martini Dobbercini Repertorio, partim ex alijs, concinnati & jam denuò mirum in modum ex varijs, imprimis verò neotericis ac modernis Auctoribus, qui à paucis hactenus viſi in alijs Repertorijs & Lexicis non inveniuntur, locupletati,

OPERA ET STUDIO

ARNOLDI DE REYGER, J. V. D.

Sereniſs. Septemv. Brandenburg. à Conſilijs, Coloniæ ad Suevum, nec non Aſſeſſoris Reg. Judic. Infer. Luſat. & Provincial. Vet. March. Hereditar. In Gladbeck/ꝛc.

Adjecto Indice capitum, materiarum & Auctorum.

JURA VIGILANTIBUS SUBVENIUNT.



Tomus Poſterior.

IESV BIBL. COL. ROM.

Cum Gratiâ & Privilegio Imperiali.

MAGDEBURGI,

Apud Johannem Francum Bibliopolam.

ANNO M. DC. XVI.

REVERENDISSIMIS, MAGNIFICENTISSIMIS, NOBILIS ſimis Ampliſſimiſq; Dominis: Dn.

MATTHIÆ AB OPPEN, &c.

Decano:

JOACHIMO JOHANNI GEORGIO

à Schulenburgk, &c.

Seniori & Cellario, Cæteriſq; laudatiſſimi Capituli Epiſcopalis Eccleſiæ Halberſtadenſis, D. D. Canonicis, Capitularibus Spectatiſsimis, Dominis meis clementibus, & Patronis benignis ac obſervandiſsimis:

REVERENDIS, NOBILIBUS, STRENUIS CLARISSIMIS, SPECTABILIBUS, ET PRUDENTISSIMIS Viris: Dominis Prælatis Equitibus, & Conſulibus ac Senatoribus Rerumpubl. Halberſtadenſis, Aſcanienſis, Gröningenſis, Dominis, Fautoribus & Amicis meis plurimùm colendis & honorandis, S.

REVErendiſsimi, Magnificentiſsimi, Ampliſsimi, Nobiliſsimiq; Domini: Domini Clementes, Patroni benigni ac obſervandiſſimi:

Reverendi, Nobiles, Strenui, Clariſsimi, Spectabiles, & Prudentiſsimi Domini: Prælati, Equites, Conſules ac Senatores: Domini fautores & Amici plurimùm colendi ac honorandi:

Ab Auctore omniu rerũ & Conditore Deo Opt. Max. ita mirabili conſilio factũ, ut variæ ac multiplices in hominũ genere, tùm exercitationes, tùm artes, & ſtudia vigerent & florerẽt ad hũc finem omnia, ut non ſolum ipſi debita accreſceret gloria & gratia, ſed etjã mutua operarum communicatione ſocietas hominum contineretur ac conſervaretur. Non enim ex Medico & Medico, ſed Medico & Agricola civitatem conſtare poſſe, aſſerit Philoſophus: ad quam diverſiſſimi generis artes, diſciplinæ, labores, munia, ſi ſarta & tecta eſſe debet, neceſſariò requiri, nemo eſt opinor, qui ambigat. Inter cætera autem vitæ humanæ præſidia & adjumenta, nullum prius, nullum præſtantius, ut Tullius apprimè ſcripſit, quàm JURISPRUDENTIA, *quam qui contemnendam putat, is vincula revellat, non modò Judiciorum, ſed etiam utilitatis vitæq; communis. Ejus culturæ & propagationi, cùm me quoq; divina addixerit clementia, & multos jam annos Juſtitiæ adminiſtrandæ, conſilyſq; deſtinârit graviſſimis, mearum eſſe partium ſemper judicavi, ut non tantum juri dicundo præeſſem, & finem, quem Cicero 1. de Orator. juris civilis ſtatuit, legitimam atq; uſitatam in rebus cauſisq; Civium æqualitatem tuerer: ſed etiam ſcriptis Reipubl. literariæ & Juſtitiæ cultoribus utiliſſimis prodeſſem. Etenim juxta Pomponij IC.ti opinionem, l. 2. §. 13. ff. de orig. jur. parum eſt, jus eſſe in civitate, niſi ſint, qui jura regere poſſint, & accommodare ad uſum ſocietatis humanæ. Et nil (eodẽ Cicerone teſte) ad conciliandam hominum gratiam aptius, nil ad augendam dignitatẽ conducibilius, nil deniq; ad ornandam & celebrandam ſenectutem honeſtius refugium eſſe poteſt, quàm jus ſummâ cum gravitate interpretari, Regibus, Populis, ac Civibus omnibus conſilium expetentibus præbere, & de jure interrogantibus reſpondere: Eo plus laudis, & honoris, ut quidam magni nominis Juriſconſultus Herm. Vult. ait, Omnibus bonis & cordatis viris debetur, qui in aulis Principum, dicaſterijs, Synedrijs, negocioſiſſimas juris dicundi cauſas tractare & com*

po

ponere ſatagunt. Nihil ominus tamen publicis ſuis laboribus & prudentiâ de jure benè mereri non deſinunt. Ut ergo, qualicunq; etiam meâ opellâ communi huic vitæ inſervirem, Thesaurum juris antea excuſum, & extruſum, ſed jam precioſiſſimis adornatum gemmis duplò auctiorem (: de quo in præfatione ad Lectorem facta eſt mentio:) in duos tomos diſpeſcere, & in vulgus, doctorum hominum ſvaſu emittere coactus ſum, Eius partûs & partis poſtremæ, ut Veſtræ dignitatis, ſtrenuitatis, amplitudinis & prudentiæ *patrocinium implorem, cauſis moveor graviſſimis, Nemini non liquidò conſtat, à viris auguſtiſſimi & celeberrimi nominis, ſcriptis ejusmodi plurimum ornamenti & ſplendoris accedere. Quæ dum ab affectu hominum ſua interdum fata habent, ut vel euehantur, quæ tenuia & jejuna, vel contemnantur, quæ utilia & illuſtria, nõ facilè propter dignitatẽ & auctoritatem iſtorũ quibus nuncupantur, ab invidioſiſſimo livore, eludi & elidi pöſſunt.*

Deinde ſi utilitatem librorum ſpacioſa juris volumina ſuccintà methodo, & brevitate continentium ſpecto, etiam hunc Thesaurum *non meo, ſed multorum literatiſſimorum virorum judicio (: præter ſolos emunctænaris ſciolos, quos nil moror:) probari ſcio, ad* Veſtram reverendiſs. dignitat. *quæ jam in ſedis Epiſcopalis vacantiâ gubernaculis rerum magna cum laude præeſt jure devolui, exiſtimavi: Non ſpem alicujus lucelli mihi propoſitam eſſe ingenuè fateor, ſed & ut hoc tractatu utiliſſimo, quo veluti Ariadnes filo, per immenſum juris pelagus, legumq; & Conſtitutionum labyrinthos, non Ariſtarchos & ſapientia inflatos, ſed negotijs publicis interdum diſtractos & diſtrictos cauſarum patronos plurimum uti, plurimorum teſtantur elogia,* Veſtræ, reverendiſſ: dignit. Stren. Amplit. & Prudent. *gratiam, favorem & benevolentiam, omnibus alijs promptiſſimam mihi etiam devincire & demereri ſtuderem.*

Quem igitur librum, ut Reverendiſſ. Dignit. Stren. Amplitud. & Prudent. veſtra. *animo favente ſuſcipiat, ſuiq; Patrocinij complexu dignum judicet, & ſibi me clientem commendatum habere non dedignetur, quàm obſervanter & ſubmiſſè oro & obteſtor,*

Reverendiſſ: dignit. Strenuit. Amplit. & Prudent. veſtræ *mea qualiacunq; officia, ſtudia, bonori & amori omnium paratiſſima humiliter & amicè viciſſim defero.*

Deus Opt. Max. Reverendiſſ. Dign. Strenuit. Amplit, & Prudent, veſtram bono omnium ordinum commodo diutiſſimè florentem ſoſpitet & conſervet, ſucq; Spiritu conſilia regat, ut ad divini nominis & numinis gloriam, Patriæ ſalutem, Eccleſiæ incrementum, Reipubl. emolumentum, omniumq; ſubditorum utilitatem cedant optatiſſimam. Scriptæ Berolini 17 Januarij, Anno Epoches Chriſtianæ cIↃ, IↃc. xvI.

Reverendiſs. Dignitat. Strenuit. Amplitud. &
Prudent. veſtræ.

Obſervantiſſimus, & addictiſſimus

ARNOLDUS de REYGER D.

[illegible]niſs. Elect. Brand[illegible]nb. Conſil. Coloniæ ad Suevum.

THESAURI IURIS,

TOMUS SECUNDUS.

LÆSIO.

1 DIcitur enormiſſima Læſio, quæ multum partem dimidiam excedit: Dd. Poſt Anchora. *in c. 1. De Conſtitu.* Jaſon. *in Authen. Sacramenta puberum. C. Si adverſus vendit.* Corneus *in conſ. 133. num. 8. in fin. lib. 3.* reſponder, enormiſſimam Læſionem eſſe, quandò tantum non datur, quantum valet quarta pars rei: ut, quià quadraginta danda erant, & ſolùm ſunt data decem: idem Corn. *Conſ. 288. Lib. 3 & conſil. 27. lib. 4.*

2 De vi enormiſſimæ Læſionis, & cui renunciari non poſſit, conſuluit Menochius ſaltem remiſſivè, in casû fiendæ reſciſſionis, renunciationis, ſucceſſionis filiæ. *Conſ 1. lib. 1 num. 494. vide Explicationem ſecundum* Didac. Covarru. *l. 2. C. De reſcind. vendit. cap. 4.* utrùm renunciatione contrahentium iſta conſtitutio tollatur: *num. 5.* ibi reſpondetur, quòd læſio, ultra dimidium, in graviſſimo exceſsû, non comprehendatur ſub ſpeciali renunciatione, nec juramento. Et in illâ explicatione, de Læſionis materiâ, vide bona, & Arium Pinel. *in repet. l. 2. C. De reſcind. vendit. primæ partis. Cap. 2. vide, quæ notavi ſuprà, in 1. Tom. in lit. A. verſ. De æſtimatione.*

3 Minores, & Mulieres, contrahentes, præſumuntur facilè lædi: & ob id facilè eis ſubveniendû eſſe. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 82.* ¶ Minoris læſionē, ex præſumptâ affectione, erga rem diſtractam, vel emtam, conſiderari. Menoch *lib. 3. præſumpt. 82.* ¶ Exceſſus, vel læſio, quomodò detegatur, in ſententiâ judicis arbitrarij. Menoch. *Lib. 1. q. 7.* ¶ Quæ læſio enormis cenſeatur in laudo arbitri. Menoch. *lib. 2. Centu. 1. c. 73.* ¶ Quæ ſitèm dicatur Læſio enormis, ut Eccleſia reſtituatur. *ibid. 74. Itèm, quæ, ut minor 25. an* in integrum reſtituatur. *q. 75.*

4 Ubi quis jurat contractum obſervare, an remedium *l. 2. C. De Reſc. vendition.* locum habet? Aff. D. Mart. Benckend. *in addition. privileg. juram. 31. ad tractat.* Seraph. de Seraph. *nu. 11.* Hieron. de Zaval. *in ſpecul. Commun opinion. qu. 115. n. 4.* Anton. de Padilla. *l. 2. n. 44. C. De reſcind. vendition.* Licèt multi diſſentiant: tamen tandèm concludunt, ipſo jure ſubſiſtere quidèm obligationem, ſed relaxationem impetrandam eſſe, Mancinus *de juram. p. 4 eff. 1. qu. 2.* Arrias Pinell. *in l. 2. par. 3. c. 1. n. 8. C. De Re. vend.*

Si enormiſſima læſio intervenerit, non opus eſt abſolutionè jurament: Benekendorffius *ad privileg. 83. num. fin.* Schraderus *conſ. 1. nu. 123.* Anton. de Gamma *deciſ. 272. n. 4.* Anton. Faber *in pragm. error. dec. 13. err. 5.*

Læſio conſideratur, de tempore contractûs: Seraphin. de Seraph. *privil. 96.* Martin. Benckend. *eodem privil. n. 7.* Jerem. Setſerus *de juram. lib. 1. c. 25. nu. 15.* 5

Quandò quis enormiſſimè, ex laudo, eſt læſus, etiamſi arbitratoribus latiſſimè ſit arbitrium commiſſum, ſivè juſtè, vel injuſtè, arbitrati fuerint, vel etiamſi pœna adjectâ fuerit, ſi quis à laudo arbitratorum diſceſſerit, reductio ad arbitrium boni viri prohibita non eſt, nec opus eſt, eo caſu, petere abſolutionem à juramento, propter præſumptum dolum, in laudo: Benckendorff. *in addition. privileg. 136* Johan. Gutierez. *de juram. confirmat. p. 1. c. 37. n. 16.* Proſper Farinae. *deciſ. 59.* Camill. Borellus *de compromiſſ. § 2. gl. 6. nu 68. qu. 39. § 7. gl. 2. nu. 22.* Anton. de Padilla *in l. 1. n. 9. ff. de leg. 2.* Vitalis de Cambano *in tractatu clauſ. an reductioni ad arbitr boni viri renunciari poſſit.* ¶ Si dè læſione, etiam enormiſſimâ, tranſigatur, poſteà nullum remedium ſupereſt: Erneſtus Cotemann. *conſ. 53. nu. 93.* 6

An læſio magis in re præſenti, quàm futurâ, conſideratur? Anceps quæſtio eſt: Quidam volunt, futurum tempus non conſiderandum eſſe, propter dubium eventum 7

ſed Erneſtus Cottmannus *conſ.53. num. 93.* contrarium aſſerit: quià læſio, in re præſenti, faciliùs evitari poteſt, propter ſcientiam: futuris faciliùs, & incogitanter, renunciamus.

8 Læſioni, in tranſactione, renuncians non poteſt de aliâ, quàm enormiſſimâ, Læſione accipi: Erneſtus Cottman. *conſ 53. nu. 124.*

Læſio ſummariè conſtare debet judici, ad impediendum executionem laudi, ob petitam reductionem: Garſias Maſtril. *deciſ. 9. nu. 12, 13.* Cæſar. Barzias *deciſ. 86. nu. 10.* Cevall. *in tract. commun. contra communes quæſt. 93.* Imò vult Oddo Storz. *de reſtit. in integr. quæſt. 34 & 36.* Ut propriè, & perfectè, judici de læſione conſter.

9 Læſus, ultra juſti pretij dimidium, remedio *l. 2. C. De reſcind. vendit* contra ipſum læſorem, uti debet: tametſi ille rem priùs in alium tranſtulerit: Contra tertium etenim poſſeſſorem non aliter, nec aliàs actionẽ ullã obtinebit, quàm ſi tertius ille vel rẽ, ex aliquâ cauſa lucrativa, fuerit conſecutus; vel pretio ultra juſti dimidium, viliori comparaverit, & læſor ſolvendo non ſit: quià, ſi, aut læſur ſolvendo ſit, quamvis tertius rem donatione conſecutus proponatur, læſo contra ipſum nulla actio erit; aut ſi ſolvendo quidem læſor non ſit, ſed tertius, ex titulo aliquo oneroſo, & juſto pretio, rem quæſierit, nullus itèm aditus remedio *l. 2. C. De Reſ. Vend.* pateſcet: pulcrè Cæſar Damadus à Foguetas *lib. 3. deciſ. 19. à n. 100 uſque 150. regni Granatens.*

LAICUS.

1 LAicus, qui vnâ, cum clerico, debeat ratione communionis, coram Eccleſiaſtico judice, conveniri: Bart. *in l. Præcipimus, §. Eodem obſervando, C. de Appell.* Bart. *in l. Solent. De Alim. leg.* ¶ Laicus, vnâ cum clerico, poteſt eſſe arbiter, ſuper ſpiritualibus: ſolus autem non: *c. Per tuas. De Arb.* Iaſ. *in l. Si emancipati. C. De Coll. in 5. col.* ¶ Laicus poteſt tractare ſpiritualia dummodò non per ſua iudicia, vel ſtatuta: poteſt eſſe procurator, in reb. Spiritualibus: *c. 1. De procur. lib. 6.* ¶ Itèm poteſt acceptare præbendam, pro Clerico abſente: Jo. And. *in c. Accedens. De præb.* ¶ An ſtatutum Laicorum comprahendat Clericos. Dec. *vide in conſ. 272. vol 2. in cauſa, quæ luce.* ¶ Laici poſſeſſionem juris ſepulturæ, cum conſenſu Epiſcopi, habere poſſunt, ſed non dominium: & idem in ſedibus: vide Abb. *in c. Abolenda. De ſepult.* ¶ Laici circa juramentum, quod eſt ſpirituale, nihil diſponere poſſunt: Iaſ. *in Auth. Sacramẽta, in pen. col. C. Si ad vend.* ¶ In mortis articulo Laicus abſolvere poteſt. *gl. in c. Paſtoralis, de offi. ord.* Goz. *in l. 1. De off. eius. in gl. in verb. non aliter. Ubi multis ſimilibus hanc regulã exornat. vide in ver. Neceſſitas.* ¶ Laici, Papæ, in ſpiritualibus, obedire debent, ſicut cõtra Clerici Imperatori, in temporalibus: *in gl. c. 2. in ver. prin. de major & obed.* ¶ Laicus contra Clericum teſtis non admittitur: fallit, *ut per* Soc. *in reg. 490.*

LAUDEMIUM.

LAudemium debetur, pro omni alienatione rei emphyteuticæ: Limita (1.) Quandò pater dedit filiæ fundum inæſtimatum, pro ejus dote: nempè, quandò pater non habet alia bona, de quibus poſſet dotare filiam (2.) Quandò emphyteuſis alienatur, in eum, qui eſt de comprehenſis in inveſtiturâ, ad quem, poſt mortem emphyteutæ, res erit perventura (3.) Quandò filio fit donatio à patre (4.) In alienatione neceſſariâ à Cravetta, *conſil. 1. pro genero. n. 290. & Conſ. 215. n. 8.* Decius, *Conſ. 331.* D. Sola, *in ſuis commentarys, in antiqu. conſtit.* Saband. *gl. 1. Super par. 1. decreti, In caſibus. titul. de jure emphyteut. num. 27.* Julius Clarus, *in ſua pract. §. Emphyteuſ. quæſt. 23.* Capel. Toloſan. *quæſt. 279.* Joſeph. Ludov. *deciſ. peruſ. 60. num. 12.* Caballin. Millelo. *216. papon. lib. 13. tit. 2. Arr. 24.* Guid. Papæ, *qu. 48.* Teſſaurus *deciſ. 159.* Stephan, Gratian. *deciſ. 180.* 1

Ex alienatione omninò neceſſariâ, ex parte emptoris, & venditoris ſimul, non debetur Laudemium, veluti quandò res, non patiens diviſionem, juris neceſſitate adjudicatur, in ſolidum, uni, ex condividentibus; & alter percipit pretium, pro ſuâ parte; ſecùs eſt in alienatione neceſſariâ tantùm, ex parte emptoris, vel venditoris: ut in re captâ, in executione: Nam tunc non dicitur neceſſaria, ex parte creditoris, emptoris: Johan. Papon. *lib. 13 tit. 2. Arr. 23.* Caballin. Millelo. 112. Caſſan. *in conſuetud. Burgund. des cenſes rubr. 11. §. 7. gl. 1. nu 5.* 2

Laudemium, eſt quinquageſima pars pretij, & non valoris: & probatio, quòd majus ſit, ſpectat ad illum, qui id aſſeverat, D. Sola, *in antiqu. conſtitut.* Sæband. *gl. 2. ſuper decreto, Rempub. Tit. de Jure emphyt. n. 4. & 5.* 3

Landemiũ debetur, per ſecundũ, vel tertium emptorẽ, etiã ratione emptionis, vel emptionũ, ſuorũ auctorũ, qui non ſolverũt. Nã actio hypothecaria competit, pro laudemio; Ideò ſi ultimus emptor vult retinere

rem,

rem, tenetur ſolvere omnia laudemia, antea non ſoluta: Vincent: de Franch: *deciſ. 430.par.2.*

4 Laudemia dicta ſunt, à laudando, id eſt, nominando, agnoſcendo auctore, ſeu domino directo: Caballin. *milleloq. 192.* ¶ Ex remiſſione, vel ceſſione, quæ fit inter ſocios, & cohæredes, non debetur laudemium: Guid. Papæ *qu 465.& 411.*

5 Laudemium reſtitui debet, per venditorem, redimentem rem venditam, emptori: D. Solà, *in antiq. conſtitut.* Saband. *ſuper 4 parte decreti, Ex frequentior. titu.de pact.inter emptor.& vend.fol.125.*

Laudemium ſolvitur domino, pro novâ inveſtiturâ, &, ut debeatur, requiritur nova traditio, ſeu tranſactio poſſeſſionis, propter quam debetur: Capel.Toloſan. *qu. 279.* Franc.Marc.*quaſt.185.*

3 In retractû ſolvuntur duo laudemia: quià proximior tetrahens debet reſtituere pretium, & laudemium jam ſolutum, per emptorem: & iterum, pro novâ acquiſitione, laudemium domino ſolvere. Fallit; Si primus emptor eſſet privilegiatus; quià tùnc, ſi ipſe non ſolvit, non poteſt repetere. Idem procedit, in alienatione, quæ fit per pactum retrovenditionis, & ſequitur traditio, & deineeps fit retrovenditio, & re, retrotrahitur: D. Sola *in conſtitu antiq.* Saband *gl.ſuper 1. decre. par. Titulo, de jure emphyt.n.34.* Teſſaur.*deciſ.45.* Boer. *deciſ. 231. 182.224* Rota Anenion.*3.Tomo 3.*Caſſan.*in conſuetudi. Burg. des cenſes. Rubr.11.§.7.gl.1. n.5.* Franc. Marc. *quæſt. 570.571. 600.601.* Papon.*lib.13.Titu.2.Arr.24.* Boer. *conſ.3.& 42.* Cravett.*conſil.1.pro genero.n. 291.* De contractû retrovenditionis, vide tamen, negante Stephanum Gratianum, *deciſ. 180.* per totam.Mart.Maciani. *de conſuetud.Panorm. c.26.*

7 An dominus directus poſſit petere laudemium, ante realem traditionem, quandò intervenit clauſula conſtituti? Aff. Johan. Papon. *lib. 13. Titu.2. Arr 30.*Boer *deciſ. 122.*Guid Pap.*qu.101.*Franc.Marc. *qu.569.*

Uſufructuariò debetur laudemium omnium rerum cenſualium: ſed proprietarius debet laudare & inveſtire: licet laudemium debeatur uſufructuario, Capic.*deciſ. 184.*Clarus *in §. Emphyteuſ. quaſt 23.* Guid. Pap. *qu. 577.* Franc.Marc.*quaſt.604.*Johan. del Caſtillo,*c.36.de uſufructu.*

8 An in donatione Emphyteuſis debeatur laudemium? Aff. Joſeph. Ludov. *deciſ. Lucenſ. 8.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund. Tit. des retraicts. Rub.10.§.7.gl.1.*Papon.*lib.13.Tit. 2.Arr.20.*Guid.*quaſt.46.* Clarus *in §. Emphyteuſis, quaſt.23. vide tamen diſſent.* Capell. Toloſan.*quaſt.279.*Vincent.de Franch.*deciſ. 201.*Redoanum *de reb.eccleſ. qu.11. nu 3 tom 15*

Immunitas generaliter ab omnibus 9
oneribus, etiam realibus, conceſſa, non comprehendit ſolutionem laudemij, rei alienatæ, propter quam fuerat conceſſa immunitas, Menoch *conſil.201. lib.3.*

Quandò ex contractu debetur gabella, 10
aut laudemium, contrahentes non poſſunt recedere à contractû, in præiudiciû domini. Limita, ſi, poſt contractû celebratû, partes, in continenti, reſolverent contractû: Si hoc faciant, antequàm divertant ad extraneos Ad. ¶ Caſſan.*des mejusmortes.Rubr.9. §. 12. gl 3.* ¶ Quandò propter læſionem agitur, & juſtum pretium ſuppletur, ex illo ſupplemento, indè facto, debetur laudemium: quià eſt pars pretij Rebuff. *de reſciß. contractu.Tomo 2.Art.1.gl.23.n. 23.*

In pacto, ut emptor vendendo debeat 11
præferre venditorem, an laudemium debeatur? Aff. Stephanus Gratian.*deciſ.180.* ¶ A gabellis ad laudemia recta ſit argumentario: Steph. Gratian. *d. deciſ. num. 10.* ¶ Pro reſolutione contractûs, non debetur laudemium, & neque in pacto legis commiſſoriæ, & adjectionis in diem: Stephan. Gratian *d. diſcept.n.7 8.*

Laudemium an ſolvat condemnatus, 12
ad bona, per principem, reſtitutus: Boer. *deciſ 227.* ¶ Ex venditione conditionali, purificatâ conditione, ſoluitur laudemium illi, cui tempore contractûs competebat jus exigendi. Nam hoc caſu inſpicitur tempus contractûs, non tempus purificatæ conditionis: Joſeph. Ludovic. *deciſ. peruſ. 114. par. 2.* Boer. *deciſ. 5. Papon. lib. 13. Tit, 2. Arr 27.*

LEGATUM.

Quid ſit legatum? videlicet donatio quæ- 1
dam, à defuncto, relicta, & ab hærede præſtanda: *§. 1. Inſtit de legatis. De hac definitione legati videatur etiam* Jacob.Cujac. ¶ Quis poſſit legare? qui habet teſtamenti factionem: *l.2.ff. de lega 1.* ¶ Cui poſſit legari? nempè, qui poteſt hæres inſtitui: *Inſtitu. de legatu. §. legari autem.* ¶ Et quòd certæ perſonæ debeat legari, *habetur in l. Paulus reſpondit.ff.De reb. dubijs.*

Quæ res legari poſſint? Scilicet res te- 2
ſtatoris, vel hæredis; & ad quem finem res aliena: *notatur in §. non ſolùm.Inſtitu. de lega.* Itèm res, quæ nondum eſt in rerum naturâ, ſi modò eſt futura *§. Ea quoq; res.Inſtit.eo.tit* incorporalia *l. cætera. in prin.ff.De lega.1.* Liberatio debiti: *l. 1. in prin. ff. de liber. lega.* debitû creditori: *§. Ex contrario. Inſt.de lega,* Item Dos: *§. Sed ſi uxori.Inſtit.Eo.tit.* factum:

ut hæres aliqnid ſaciat: *vt l. Si fidejuſſor. §. vlt. ff. de lega 1.* ¶ Sed in quâ ultimâ voluntate poſſit, vel debeat, legari? In teſtamento perſecto, & codicillis perfectis, & in donatione cauſâ mortis.

3 Itèm legatum poteſt fieri quibuscunq; verbis, tamen aptis & idoneis: *l. 2. C. Commu. de legatis. l. Etiam hoc modo. & l. eo modo. ff. De lega. 1.* ¶ Sed quòd iſtæ res legari non poſſunt, quarum non habemus commercia, adeò, quòd neq; æſtimatio debeatur, *habetur in l. Apud Julianum. alias incip. idem Julianus, ff. de lega. 1. §. Et ſi talis ree ſit, & §. fina. Inſtit. eo. tit.*

4 Sed, quo loco, & ordine teſtamenti, quælibet legata ſint ſeribenda? primò diſponet & ordinabit teſtatot, de reſtitutione ablatorum, & de ære alieno: quià nulla legata debentur, niſi ære alieno deducto: *l. ſcimus, §. Sin. verò creditores, C. De jure delibe. l. ſubſignatum, §. Bona. ff. De verb ſig.* Secundò, ponenda illa legata, quæ pro ſuneris impeoſis, & Eleemoſynis, & alijs animæ ſuffragijs fiunt: *c. 14. q. 5. c. fortè aliquis, 32. q. 4. c. ſic non ſunt.* Tertiò, legata uxori, propinquis, alijs amicis, facta: *hac omnia notata, optimo ordine & eleganter, tradidit & declaravit* Dominus Rolandus Bononienſis, *in tractatu ſuo, de inſtitutio. heredum, in 1. parte ſtorum, Rubrica 8 & 9. Vide bona per Speculato. in tit. de inſtrumen aditio. §. compendioſè.*

5 De formis legatorum, quæ, pro reſtitutione illicitè aequiſitorum, relinquuntur & de formis legati, pro ſuffragio animæ, circa opera pietatis, & alia de legatis ad pias cauſas, *ibi vide per d.* Roland. Bononien. *in d. tractatu. de hare. inſtitu. in prima parte ſtorum. Rubri. 38. & 39.* ¶ In legatis ſemper noviſſima ſpectatur ſcriptura: *Borcholt. in tit. Inſt. de adempt. & tranſ. legat.*

6 De formis ordinandorum executorum, circa legatâ, & ibi de eiusmodi executorum officijs, & alijs: *in Rubr. 40.* de formis relictorum, conſideratione conſanguinitaris, vel affinitatis, vel amicitiæ temporalis, & de legato concubinæ: *Rubri. 41.* de formis legatorum relictorum uxori: *Rubri. 42.*

7 An poſſit teſtatot in ſuo teſtamento concedere, ut propriâ auctoritate capiat poſſeſſionē legati? *reſpondet diſtinguendo (quòd ſic, dummodo vacua ſit poſſeſſio: na ſi hares poſſidens ei reſiſtat, per vim cripere ipſi legatum non poteſt.)* Julius Clarus Alexan. *in tract. ſuo de teſtam. in quaſtione, num. 68.* ¶ Et notandum venit, quòd bona teſtatoris ſunt, pro legatis, per eum, relictis, tacitē obligata legatarijs: *§. noſtra autem, inſtitu. de lega.*

8 Sed quæritur, an teſtator potuit in ſuo teſtamento jubere, ne ejus bona legatarijs ſint hypothecata? *& reſpondet, quòd ſic d.* Julius Clarus Alexan. *in d. tracta de teſtam. & quaſtio. 7.*

Quibus actionibus legata per legatarium, ab herede, vel executore, petantur, *vide tex. & Dd. in §. Noſtra autem, inſtitu. de legat.* ¶ Et nota, quòd legatario acquiratur dominium rei legatæ, etiam ignoranti, repudiabilitèr tamen: *Ut in l. Legatarius, §. Si legatum, ff. de lega. 1. l. Si tibi homo, §. cum ſervus, ff. Eo. tit. l. fina. §. planè, ff de curato. furio.* Socinus *in regulis fallen. regula 274. tenuit quòd legata rei dominium, à teſtatoris morte, rectà viâ tranſeat in legatarium, per l. A. Titio, ff. de furtis, ſed limitat ibi quatuòr modis.*

Sed legatum quantitatis, ſivè ſummæ, 9
ſuper certis bonis, quæ legatarius poſſideat, donec ſibi fuerit ſatisſactum, de legatâ quantitate, continet hypothecariam: non autem transfert dominium bonorum, ſuper quibus legatum eſt factum: & poſſunt hæredes illa bona hypothecata à legatario, per ſolutionem legatæ quantitatis, & ſummæ, quandocunq; liberare: nec obſtat ipſis aliqua præſcriptio, ex quo meræ ſacultati offerendi pretium, & redimendi pignus nullo tempore præſcribatur: *conſuluit* Decianus *in conſ. 108. vol. 3. per totum.*

Et taodem utiliſſimâ in materiâ lega- 10
torum, pro & contra legatarios, in conſequendo, ſuſtinendo, & ſolvendo legato, *docuit eleganter* Joan. dilecti, *in tractatu ſuo de arte teſtandi, titulo 6. de legatis, num. 67.* ¶ De legato legando, vel nòn legando, inter conjuges, maritus uxori: & econtrà, & quid de ſtatuto circa illa: *vide* Petrum Peekium *in tracta. ſuo de teſtamentis conjugum, lib 4. per totum.*

De alimentis, à conjuge conjugi, legatis, *notat idem* Peckius *in d. tractatu de teſt. lib. 5. c. 10.* Et ibi pulcherrima de alimentis, uxori, vel viduę, ab hæredibus præſtandis, & conſequendis, apud hæredes, vel ſeorſim. Et quatenùs hæredibus operari debeat, aliàs quòd careat alimentis. Peck. *ibi num. 5. & Menoch. conſ. 62. vol. 1. in pr.*

De legato alimentorum, vide iſta, an 11
debeatur eiuſmodi legatum, quandò legatarius eſt dives: *reſpondetur, quòd ſic, per* Decia *in conſ. 24. volum. 2.*

Sed legatum pauperi factum, pro alimentis, quòd ſit piæ cauſæ legatum, & debeatur, ſine falcidiæ detractione: non obſtante, quòd legatarius ſuâ culpâ ſit pauper factus: & non impediente, quòd legatarius ſit ſpurius: quodq; legatum, pro alimentis, factū, ſit favorabile, nedū reſpectū filij tantùm, ſed etiā ratione extranei divitis, & alia

bona in iſto legato, *conſuluit* Decia. *in d. conſ.42.vol.2.*

12 De legato domûs, & habitationis, conjugi facto, Peck. *d.lib.5.cap 11.& notantur ibi ſcitu digniſſima.* Men. *in d. conſ.62.vol.1. Ibi, quòd in legato alimentorum, veniat etiam habitatio. Et poteſt, habitatione, in domo, legatâ, ipſi aſſignare hæres aliqua in parte domûs: non enim tenetur illi totam domum relinquere.n.11.*

13 De legato domûs, & eorum, quæ in eâ ſunt, quæ veniant, & cenſeantur, conjugi, nomine legati, relicta, *cap.12.* ¶ Sed domui, vel ædibus, affixa, quòd legari non poſſint, *habetur in l.circa, ff.de leg.1. Sed fallentias poſuit 5.* Socinus *in regul.fallen.reg.273.*

De frumento conjugi legato, *cap.13.* De veſtibus & ornamentis uxori, a marito, legatis, quæ veſtes veniant, *cap.14.*

14 De legato rerum mobilium, & ibi quæ veniant nomine mobilium, vel immobilium, *cap.15. Et ſic faltèm remiſſivè notata ſunt digniſſima & minimè negligenda.*

15 Legatarius quandò habeatur loco hæredis. Zuchard. *de miſſ. in poſſ.num.189.fol.81.* ¶ Legata an ſint partes integrales teſtamenti, Caſtell. *in rub inſtit. de teſtam. ordinan.nu.8.* ¶ Quotieſcunq; legatur aliqua res, quam legatarius, ex aliquâ causâ, capere non poteſt, abſq; tamen ſuo delicto, æſtimatio ei debetur: Schtad. *in l.unic. de cond.ex l. nu.49.fol.401.* ¶ Legata ex teſtamento nullo an ſint valida Ant. de Butr. *conſi.14.nu 1.* ¶ Voluntas teſtatoris an circa legata poſſit mutari, ut illa ad alium uſum transferantur: Pruck. §. *ſoluta poteſtas, eff. 8.n.1.2. & 3.fol.773.* ¶ Juri petendi legatum, non minori quàm 30. annorum ſpacio præſcribitur: Vivius *dec. 405.lib 3.*

16 In legatis præſtandis mens teſtatoris, quæ verbis inhæret, potiſſimùm conſideranda: Vivius *dec. 366.lib.3* ¶ Legatum conditionale, ante conditionis eventum, eiuſq; implementum ſubſecutum, ad hæredes non tranſmittitur: Vivius *dec.484.lib.3.* ¶ Legatum, ſub modo, debetur legatario, licèt morte præventus modum non potuerit implere: Ant.de Butr. *conſi.48.n.2.* ¶ Legatum annuum, an anni initio, vel fine, debeatur, Ant de Butr *d..conſ. 48.n.2.* ¶ Legatum annuum, Civitati, vel Eccleſiæ, relictum, an finiatur centum annis, & quid in legato annuo privato relicto, Cov. *V.R.lib. 3.c.9.num.10.* ¶ Legatum ſi fiat certæ quantitatis, ità ut hæres non cogi poſſit uſq; ad 10. annos ſolvere: interim tamen, ſi non ſolvit, legatur certum quid, pro centenario quolibet, donec ſolvat: an hoc ultimum etiam valeat, ne uſurariam pravitatem redolere videatur: in utramvis latè, & tandem affirm. Raud. *de anal.univ & aqui.lib 1.c 12. n. 21. & ſeqq. uſq; ad 26. & n.26.principaliter uſq; ad 29.*

De legato uſufructû earum rerum, quæ uſû conſumuntur, quomodò in reſtitutione conſulatur hæredib Theſ. *dec 80.* ¶ Legatâ domo, per teſtatorem, contigua domui legatæ, cedit legato, quandò habet exitum, & introitum, per domum legatam: ſecus verò, quandò non habet exitum, ſeu introitum: Vivius *dec.176.* ¶ Legatum, uxori factum, omnium mobilium & domus utenſilium, comprehendit etiam fructus ibi exiſtentes: Laurent. *dec.14* ¶ Legatum domûs, & eorum, quæ ibi ſunt, non extenditur ad res, ibid. non duraturas. *vide* Thoming. *dec.22.in arg.* Covarr. *d.c.5 lib.2.V.R.* Fœn. de *mom. temp.c. 20.nu.53.* Colet *de proceſſ.execut.p.2. c.3.n.24.* niſi ſit dictum, quæ ibi ſunt quoquo modo: Raud. *de anal.lib.1. c.23.n.77.& ſeqq.* Seb.Med. *de R.I.reg 3.n.110. fol.112.* 17

Legatum habitationis domus, in caſu viduitatis, & cuiuſcunq; alterius neceſſitatis, an finiatur primâ viduitate, & caſus, ceſſante viduitate, includat, Ant.de Butr. *conſil.30.* ¶ In legato ſupellectilium domus teſtatoris quæ comprænhendantur, & an etiam pignora nomine ſupellectilium contineantur Ant.deButr. *conſi.55.* ¶ Viduæ habitatio indefinitè relicta, non intelligitur modò de primâ viduitate, ſed & ſecundâ: Et quid, ſi viduæ veſtimentum præſtandum, Seb. Med. *de reg. jur. reg. 2. illat.121. fol.77.* 18

Legatum mulieri relictum, ſi vidua erit, vel caſtè vixerit, intelligitur de primâ viduitate, Seb.Med *reg.4 n.56.* Fœn. *de mom. c.29.n.7.ubi lim.ut nu.12.* Vide ibid plures caſus, circa legata, quæ intelliguntur de primâ vice: *& nu.117.118.119.* Fœn. *c.32.num.3.* ubi lim. ubi ſi vidua remanſerit. Uxorem uſufructuariam, ſi maritus reliquerit, intelligitur de primâ: Seb Med. *reg 4. nu.120.* ¶ De legato, vel inſtitutione in caſum viduitatis, *vide* Joſeph.Lud. *concl.47.* & quandò qualitas viduitatis cenſeatur repetita. *Et* Eman.Coſt. *l. cum tale, §. ſi arbitratu. de condit.& demonſtr.* Moller. *diff.16.lib.5.num 3.* ¶ Legatum in certum tempus ætatis conceptum, an ſit purum, vel conditionale, Graſs. §. *fideicommiſſum, quæſt.20. num.2.& ſeqq.Dd.in l.ex his. C.Quandò dies leg.cedat.* 19

Relictum, ſi Seio nupſerit, debetur, ſi Seius etiam noluerit. *num.99.* Legatum dotis, ut matrim. contrahat, an conſequatur, quæ nondum eſt nupta, nec velit nubere, vel moriatur ante nuptias, Capyc. *deciſ.204. vide l. in teſtamento. & l.Titio, de condit. &* 20

dem & in contr. l. Titio, §. 1. de cond. & dem. l. donationis. § ſpecies, de donat & l. 1. in fi. & l. 2. de donat. & Capie. *dec 188. num 6.* ¶ *Lega*tum relictum alicui, ſi cum licentiâ, & conſensû, Modeſti, matrimonium legatarius, contrahat: debetur etiam, ſi, ſine conſensû, Modeſti, matrimonium contractum fuerit: Vivius *dec. 480. lib 3.*

21 Dominium rei legatæ, ipſo jure tranſit ad legatarium, à tempore mortis teſtatoris: *l a Titio ff. de furt. & ibi invenies duas limitationes* Ex hoc verum, ſi res legata fuit ipſius teſtatoris: ſecùs, ſi fuerit legata res aliena, quià ipſo jure tùnc non tranſit. *Bart. & DD in l 1 habetur. & not. in l. Si tibi, § 1. De leg. 1.* ¶ Et licèt res aliena, vel alij obligata, legari non poſſit? *l. verius. ff De prob.* Hoc tamen fallit in tribus caſibus. 1. Si erat talis perſona, cui teſtator tantùm de ſuo legaturus fuiſſet, ſi ſciviſſet alienam. 2. Si fortè res erat hæredis inſtituti. 3. Si ſciebat teſtator, rem alienam, vel alij obligatam: tùnc hæres debet eam luere, vel redimere, vel ipſius æſtimationem præſtare: *iſta probantur in l cum rem alienam. C De leg. & in l prædia, C. De fideicommiſſ. & l. ſi res, & ſi domus, § qui confitetur, de leg. 1. vide* Jaſon. *in l cum rem alienam.* ¶ Si autem legetur res aliena, cum conſensû domini, an tùnc transferatur dominium, *vide pulcrè* Jaſ. *in l. 1. in 14 col. de leg. 1.* ¶ Legatum mulieri, ſub conditione, ſi non nupſerit, factum, purum remanet, & conditio rejicitur: & mulier legatum habere debet, ſivè nubat, ſivè non: de quâ muliere hoc intelligitur? de virgine ſcilicet, ſecùs in viduâ, *vide per* Jaſ. *in Auth. cui relictū. C. de ind. vidui. toll l. non dubium. de leg. 3 & eundem in l. 1. eod. tit. de ind. vid. toll.* ubi plenè de hac conditione: Si non nupſerit, vel ſi nupſerit.

22 Legatum conditionale, non tranſmittitur ad liberos & deſcendentes: Bar. *contrà diſ. in l. 1 de leg 1. ubi* Jaſ. *infert. not. caſ. in 10. col.* Teſtator reliquit domum, vel fundum, nepoti, adjectâ conditione, ſi ipſe moreretur, ſine filijs quandocunq; talis fundus ad teſtatoris hæredem reverteretur: Accidit, quòd, pendente illâ conditione, hæres primum moritur, poſteà nepos, ſine filijs: ceſſat omninò fideicommiſſum, nec filij hæredis poſſunt illud petere: *ità* Bald. *per illum tex. in l. in cauſa 2. § Pomponius, cum gl. de minor. alio loco,* Alex *ali &* Jaſ. *in d. l 1. in 2. col. de leg. 1.* Res ità legari poteſt, ut vendatur: *l. uxorem, §. agri plagam de leg. 3.* Bar. *in d. l. 1. in ult. col. de leg. 1.* ¶ An ſtatutum, vel teſtator, diſponere poſſit, quòd legata debeantur, hæreditate non aditâ, *vide* Alex. *poſt* Bald. & Jaſ. *ibi in 12. col. de leg. 1.* ¶ Poſſeſſor bonorum legatario ſatiſdationem, de legato præſtando, offerre non tenetur: ſed ſatis eſt, quòd non eſt in morâ, ſi legatarius ſatiſdationem petat: *vide* Soc. *in reg. 299.* ¶ De legati interpretatione, an & quandò fiat, ſtricta, vel lata interpretatio, Dec. *conſi 289 vol. 2. non eſt parvi.* ¶ Legati translatio in pœnam, debet ſtrictè interpretari: Dec. *conſi. 290. volu. 2. Dom. Blaſia* ¶ An & quandò locus, ubi legati ſoluti ſolutio fieri debet, videatur legatum limitare & reſtringere, Dec *conſi. 324. vol. 2. conſuluit accuratè.*

Legatum generale ſubſequens, an 23 comprehendat ſpeciale præcedens, *conſuluit (Et concluſit, comprehendere, in caſu, quo comprehendi poteſt.)* Dec. *conſi. 51. vol. 1 & ibi multa docentur de effectu verb. generalium & univerſalium. Itèm declaratur intellectus regula, quâ generi per ſpeciem derogetur. Idem* Dec. *conſi. 122. vol. 3* ¶ De legato rei alienæ, regulariter non valere, *dicit l. proprias, C. de leg. Fallentias duas docuit* Soc. *in reg fallen. reg. 279* ¶ Item legatum à debitore, creditori factum, non valet: *l. ſi creditori, §. Marcellus cum l. ſeq ff. De leg. 1. Inſt. de leg. §. ex contr.* Soc. *in reg. fal. reg. 278. limit. ſeptē modis.*

Legatum factum pauperibus, ſingulis diebus Veneris diſtribuendum, non unâ diſtributione finitur, ſed omnibus diebus Veneris debetur, atq; annuum legatum. *De quo conſuluit* Dec *conſi. 114 vol. 3. ibi vide, ex quib. conſiderationibus concludatur, quòd legatum cenſeatur annuum, ſing. annis deberi. & non extingui una ſolutione.*

Sed an prælegatum bonis hæreditarijs 24 connumerari debeat, ut de illo priùs ſatisfiat creditoribus defuncti: Et an filia prælegatum petere poſſit, priuſquàm æs alienum, per patrem contractum, ſolvatur? *vide quæ notavit conſulendo & affirmando, quòd priùs ſolvatur,* Hen. Gœd. *in conſi. 3. & 4. vol. 6. de prælegato. Et in ſeq. conſi. 5.* quandò dies legati cedat, & quòd legatum, non perceptum, tranſmittatur ad hæredes, quandò dies legati ceſſit, *vide.*

An legatum, ab extraneo, factum filiabus alicujus, ſolvendum tempore, quo maritabuntur, debeatur, ſi filiæ legatariæ religionem ingrediantur? Reſpondet quòd ſic, 25 Dec. *in conſi. 5. vol 3. Et hoc favore religionis. Et de iſto & in alijs caſibus de religionis favoribus vide ibi in iſto conſi. per* D. Dec. *in n. 2. vult* Dec. *quòd legatum puellæ factum, tempore nuptiarum demùm ſolvendum, dicatur purum, & tranſmittatur ad hæredes.*

Sed legata & fideicommiſſa an ex teſtamento nullo debeantur, *(Debentur, niſi filius ignoranter præteritus ſit,) docuit* Geyl. *in obſ. 113. lib. 2. Et ibi in fine,* quâ actione petantur

tur legata ex teſtamento nullo. *(Directam ex teſtamento competere communis opinio eſt.)* ¶ De legato uſusfructus omnium bonorum uxori relicto, alio hærede, poſt mortem uxoris, inſtituto, an valeat, *diſputat pro & contra, ſed reſidet in parte affirmativâ,* Geyl. *in obſerv. 143. lib. 2.*

26 Et de uſufructû, omnium bonorum, uxori legato, an valeat? *quòd ſic, conſuluit* Weſenb. *in conſ. 28. par. 1. n. 19.* ¶ De legato Univerſitati facto, quatenus ſolvendum ad cautionem, nempè, ut convertatur ad certos uſus: Et an in pecuniâ numeratâ, vel penſionibus ſint ſolvenda, *docuit* Weſenb. *in d. conſi. n. 25. & num. 26.* ¶ De fructibus legati, an cedant hæredibus teſtatoris, vel legatario, *in Conſt. Elect. Sax. deciſum eſt, quòd cedant legatario, art. 13. par. 3*

27 Legatum omnium debitorum, an compræhendat creditum conditionale, vel in diem, *Theſſ dec. 235.* ¶ Usû alicujus rei relicto, intelligitur merus tantum: Sed res relicta ad uſum, ſeu pro usû, intelligitur cum proprietate: Capyc *dec. 188. n. 1. & n. 4.* Idem juris eſt in contractibus, *n. 8.* Hinc mater dans, præſente filiâ, viro, extra dotem, rem ad uſum filiæ, dicitur cum proprietate dediſſe: *ibid. n. 2.* Et relicto fundo pluribus, ut indè percipiant alimenta, dicitur proprietas relicta: *n. 5.* & domus legata ad habitandum, vel fundus, ad uſumfructum, intelligitur legatus cum plenâ proprietate, & tranſit ad hæredes: *n. 6.* & ratio, nam cauſa, ſeu modus, qui ponitur in favorem legatarij, nunquàm legatum coarctat, *n. 7.* Videl. donationis. *§ ſpecies de donat. l. Titio, §. 1. de condit. & dem l. 1. in fi. & l. 2. de donat.*

28 Legatum alimentorum, ſi cum hæredibus legatarius manſerit, ei non debetur, niſi abeat: *vide in arg.* Joſeph. *Lud. concl 1. verſ. fallit quando culpa hæredum.* lim. niſi commodè cum jis eſſe non poſſit, quod poteſt probare juramento: Seraph. *privil. 41.* Et quid ſi hæredes ſint mortui, an adhuc conſequatur legatum, *ibid.* Seraph. *in fi. ibi.* lim. ut non etiam debeatur, quandò, ſuâ culpâ, non poſſit, cum hærede, morari: Seraph. *privil. 74. num. 209 in fi.* ¶ Si teſtator legat centum, pro Bertâ maritandâ, debetur legatum, licèt Berta fuerit maritata tempore teſtamenti: Marſi. *de bannit. v. tempus n. 77.* Marſi. *de fidejuſſ. n. 85.*

29 Si pater facit legatum filiæ, quæ remanebit vidua, compræhendit etiam viduam, quæ ante teſtamentum erat vidua: Marſi. *d. v. tempus n. 78.* Legatum factum per teſtatorem cuilibet filiæ, quæ vidua erit, debet intelligi de his, quæ in futurum erunt viduæ, & non de his, quæ tempore teſtamenti erunt viduæ: Marſil. *de bannit. v. expectatur. n. 8.* ¶ Legatum, Spurio factum, non extenditur ultra alimenta: Joſeph. Lud. *concl. 1.* ¶ Legatum, factum filiæ maritatæ, debetur per hæredes, nec maritus poteſt, ſine expreſſo conſensû uxoris, quietare hæredes: Vivius *dec 17. lib. 1.*

Legans rem, communem cum alio, ſcribendo meam partem, ſuam legare intelligitur: *l. ſerv. § cum fundus, ff. De leg. 1. l. ſi colonus, §. fi. ff. eod titu. ſed limitat. quatuor modis,* Bart. Soc. *in reg. fallen. reg. 272 & ibi in fin. remittit ad alias Dd. declarationes.* 30

Legatum an per donationem inter vivos videatur extinctum, vel an utrunq; debeatur, *(Utiq; extinctum eſt hoc caſû legatum, quià quantitas relicta eſt, reſpectû certæ ſpeciei ſeu generis, per ſpeciem declarandi.) vide* Weſ. *in conſi. 26. par 1.* & ibi, an id, quod donatum plus, quàm legatum, fuerit, teneatur uxor hæredibus conferre: *(Quod 500. aureorum ſummam excedit, niſi inſinuatio intervenerit, conferendum eſt.)* Et an dotalitium compræhendat ea, quæ poſt dotalitium conſtitutum, uxori obveniunt, *nu. 29. Reſponde: ibi, quòd non.* Et quòd legatum, pro dote, ſit extinctum, quandò fuit ſoluta dos ab ipſo teſtatore vivente, *conſuluit per rationes,* Dec. *in conſi. 7 vol. 2. Idem in conſ. 70. vol. 3.* 31

Itèm legatum alimentorum filij, an cenſeatur ademptum, ſi vivens pater eum emancipavit, & dedit ei mille? *vide eundem* Dec. *in conſi. 15. volu. 2. in pr. reſpondet, pro ſoluto eſſe ademptum, pro reſiduo deberi* ¶ Legatum per mortem legatarij ante teſtatorem, quòd fiat caducum & non debeatur, *voluit* Dec. *conſi 44. vol. 3 n. 93.* ¶ Legatum factum illi, qui ſimul datus eſt, in illo teſtamento, filijs tutor: ſi non acceptare velit tutelam, perdit legatum: Mynſi. *per optimas rationes in obſerv. 87. cent. 6.* ¶ Legatum autem, per rei legatæ alienationem, extingui, *habetur in l. fideicommiſſi. ff. de leg. 2 ſed* Bart. Soc. *in reg. fallen. reg. 276. poſuit iſtius Theorica limitationes undecim* ¶ Legato dotis facto filiæ, modò ſi nubat cum conſenſu fratris, vel exequutoris, ſub pœnâ privationis: an privetur contraveniens; *conſuluit* Dec. in *conſi. 13. vol. 1.*

Et legatum eſt piæ & favorabilis cauſæ, & ideò de illo legato dotis non deducitur Falcidia: Dec. *in conſi. 42. n. 36. 38. & 37. vol. 2. & conſi. 5 vol. 3. n. 12.* ¶ De legato ad pontium & viatum refectiones, quatenùs dicatur inſtar piæ cauſæ, legatum, nempè, quandò alitèr non poſſent reperiri pecuniæ, Dec. *in d. conſi. 42. vol. 2. n. 18.*

Debetur legatum alimentorum etiam à ſubſtitutis, non obſtante, quòd nulla fuerit facta mentio, de tali legato, in ſubſtitutione, Vivius *dec. 21. lib. 2.*

32 Legatum certæ quantitatis pecuniarum, ad alimenta, alicui factum, proprietas quantitatis relictæ cenſetur, ſi adiectum non fuerit, ut mortis tempore reſtituat legatarius pecunias: Johan. del Caſtillo *d. verſi.c.30.nn.8.* Petrus Surdus *conſ.11. num. 5. lib.1.*

33 Legatum relictum, **Wann einer zu einem Manne wird** / præſtandum eſt, cum legatarius exceſſerit 25. annum, etiamſi cælebs quis eſt, & actionem ad hæredem tranſmittit. Franciſcus Pfeil *conſ.97. centur.1.*

34 Licet legatum, quandò non habetur pro non ſcripto, aut caduco, remaneat penes hæredem, ſine onere: tamen hoc non procedit in legato ad pias cauſas: Vincent. de Francis *deciſ. 156.* ¶ Legatum pium, nutis factum, valet: Capella Toloſan. *deciſ.89.* ¶ Legata pia debentur, etiam hærede non adeunte, & rupto teſtamento, per nativitatem poſthumi: Franc. Marcus *q.335. & qu.446.* Capella Toloſan. *q 83.*

35 An teſtamentum, minùs ſolenne, valeat, quoàd legata ad pias cauſas, *vide* Boerium *deciſ.93. &* Julium Clarum *in §. Teſtament. qu.5.6.7.* Papon. *lib.20. Titul.6. Arr.1.* ¶ Legatum pium Summus Pontifex poteſt mutare, in alium pium uſum: Natta *conſ.211.* ¶ Legatum factum piæ cauſæ, intuitû Religionis (veluti factum Moniali) valet, etiamſi fuerit ſcriptum in ſolâ apòchâ, ſubſcriptâ manû teſtatoris, imò, hoc modo facta, inſtitutio, ad pias cauſas, valet: Menoch. *conſ.167.lib.2. & conſ.224.lib.3.*

36 Quandò reperitur ſcriptura, manû teſtatoris, ſcripta, ſine clauſulâ, denotante perfectionem, & ſine teſtibus, valet talis ſcriptura favore piæ cauſæ: Menoch. *d.conſ. 224 lib.3.* Si, legato uſufructû, teſtator prohibeat alienationem, an cenſeatur legata proprietas? *N. per l.71 §. final. de cond. & demonſtra. l.59. §.2. de man. teſtam. l.19. de hered. inſtitnen.* Arrius Pinellus *l.1 par. 3. nn. 42. C. de bonis Maternis* Franc. Connanus *lib. 4. commentar.3.* And. Fachin. *lib.5. controverſ. c.44.* Ferdin. Vaſquius *de ſucc. treat. lib.3. §.22. Tit. de tacitâ ſubſtitution.*

37 Legatum aliquandò relinquitur ab ipſo legatario & fideicommiſſario: *l.5. §. 1. De lega.3. junctâ l.2. C. commun. de legat.* Jacobus Cujacius *in paratit. de legat. 1.* De differentiâ legatorum & fideicommiſſor: ex jure antiquo, & an adhuc aliqua ſit differentia, propter relictum libertatis *vide* Jacob. Rævardum *3. var. lection. c.4.* Vac. à Vaeun. *4. declar.53.* Anton. Gomez. *1. var. reſolution. c.12.* Cujacium *8. obſerv.4.* Franc. Duaren. *ad l. juriſgent.7. §. Et ideò ff. De pactis. & 2. diſputat. cap.9.* Johan. Borcholden. *in princip. inſtitut. de Legat.* Claud. Chifletum *lib.2. de fideicom. c.5.* Hug. Donell. *8. commentar.2.* Hottoman. *in §. Noſtra autem Inſt. de legat.* Anton. Fabrum *lib.6. conjectura.1.* Johan. Gœddeum *ad l.88. de V. ſign.* Viglium *in §. legatarijs n.3. Inſti. de teſtam.*

An, legato evicto, legatarius habeat actionem adverſus hæredem? Neg. Si, in ſpecie, ſit relictum: *arg. l.1. l.40. l.58. ibi* Gothofredus *ff. de eviction. Dd. in l.23. ff. De V. oblig. §. Si res ibi.* Mynſing. & VVeſenb. *Inſt. de legatis.* 38

Mortuo teſtatore, ſtatim rei legatæ dominium, in legatarium, eiuſvè hæredem, tranſit: in poſſeſſione ſecùs eſt, quam, neq; propriâ autoritate, legatarius occupare poteſt, niſi in quibuſdam caſibus; ut, ſi periculum inſit in morâ eius expectandi, aut legatum pauperibus ſit relictum: Hartm. Hartman. *obſer. practicar. Titu.41. de legat. obſer.1.* Franc. Duarenus *ad l.27. De legat.3.* Tiraquell. *de utroq; retractu par. 2. in fin. n. 66. par.1. §.12. gl.1. n.16. Idem de jure conſt. poſſeſſor. par.3. limita.1. n.7. par.2. ampliat.24. n.4.* Bartol. *l. 2. n 5. De re judicat.* Menoch. *lib 2. arbitrar. jud. caſu 52. n.12.* Gomezius *Tom.1. variar. reſolution. c.12. n.10.* Clarus *receptar. ſentent. §. teſtament. qu.68.* 39

Rem legatam vendere promittens non videtur revocare legatum, niſi ſecutâ venditione: Boerius *deciſ. 48. n.13.*

Legatum factum, pro dote alicuius; an debeatur, ſi mulier erat jam nuptui tradita, in vitâ legantis: Aff. Steph. Gratianus *in addit. deciſ. Marcb. deciſ.213.* Teſtator enim præſumitur decedere in eâdem voluntate, quoàd legata facta, quandò non mutavit teſtamentum. Sic legatum, ſi Conſul fuerit, debetur: quamvis jam eſſet factus conſul, tempore legati: Cevall. *quæſt.139. num.6.* Magon. *deciſ. Lucenſ. 28.* Pariſ. *conſ. 29. lib. 3.* Tiraquel. *ceſſante cauſ. limit.18.* 40

Licet in legato conditionali debeantur fructus, purificatâ conditione, & in re purè legatâ, â die aditæ hæreditatis: tamen procedit hæc regula tantùm in legato particulari, non univerſali, aut aliàs incerto, quid ſit futurum in ſolutione: Exemplum ponunt DD. in legato triginta tornaturarum, quas quilibet legatarius habere debeat de terrenis arativis, arbitrio peritorum eligendorum. In illo enim incerto, quid futurum eſſet, in ſolutione, non venient fructus à die aditæ hæreditatis, ſed motæ litis, quaſi tunc dominium non ſtatim tranſierit in legatarium: Stephan. Gratianus *in addit. deciſ. Marcb. deciſ.4.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.49. num.103.* Coſta. *in c. Si pater. p.3. n.54. De teſtam. in 6.* 41

Lega-

42 *Legatum* puellis maritandis relictum, principis autoritate, illis, quæ vitam monaſticam elegerunt, dari non poteſt: Baldus Novellus *de dote p. 6. privileg. 77. n. 2.* D.Frider. Pruckmannus *§. ſoluta poteſtas. eff.8.memb.4.n.18.* Ea, quæ ad publica opera conſtruēda, aut reficienda, legata ſunt, princeps, pro arbitrio, utilitatis cauſa, mutare, & in aliud opus publicū impendere poteſt, *per l.legatum.ff. de adminiſt.rer.ad civitatē pertinent*: Pruckmannus *allegato loco n.25.*

43 In legato conditionali capacitas legatarij inſpicitur, tempore exiſtentis conditionis. Minadous *conſil.8. n.44.* Teſſaur. *deciſ.270.n.28.* Mozzius *de donation. Tit.de diviſ. n 36.* Everhardus *conſil.39.n.57.lib 4.* Phanncius *de lucro dotis.verb.reſtituenda.n. 56.* Petrus Heigius *quaeſt.33. lib.1.n. 42. Deciſ. Rota Bonon.deciſ.3.n.18.* Alexand. Randenſ. *pro Reg. Portugal. conſil. 2.num.79.* Peckius *de teſtam. coniug.* ¶ *Legatarius* & donatarius, causâ mortis, in teſtificandi ultimâ voluntate, à teſtimonio, non repelluntur: Petrus Heig. *quaeſt.33.lib.1.n.74.*

44 *Legatum*, pro doto, aut nuptiarum causâ, relictum, an purè, ſub modo, vel ſub conditione, relictum, videri debeat? Regulariter conditionale cenſetur, ut non debeatur, niſi ſubſecutâ nuptiarum feſtivitate: I. Niſi pater filiæ dotem, quam alioquin debet, ità reliquerit, dos tùnc, pro legitimâ, relicta cenſetur, quæ abſquè omni dilatione & conditione eſt libera, & relictum pro quantitate legitimæ non ſaltèm, ſed &, quod excedit, eſt purum. II. Tùnc relictum dotis cenſetur modale, quandò, à teſtatore dotis, facta eſt mentio dotis, in eâ parte teſtamenti, quæ ad executionem pertinet. III. Aut quandò tempus certæ ætatis matrimonij, poſt præcedentem diſpoſitionem puram, adjicitur: Nam differendæ ſolutionis causâ ſæpè tempus adjicitur. Emanuel Coſta *lib. 2. Selectar interpretation. c.22.n.1.* Eman. Soarez, *in theſau.receptar.ſent. lit. D.n.313. Ferdin. Vaſqu. de ſucceſ.progr.lib. 3.§.29.n.1.& 22.* Petr. Heig. *quaeſt.31. lib.1.* Menochius *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 146.* Anton. Gomez. *ad Taur.in l. 50.n.29. Franc.* Mantica *de conject. ultim. volunt.lib.11. c. 18. num. 20.* Joh. Thom. Minadous. *in repetiti. conſtit.in aliquib.in 7. notab.n. 143.* Conſtant. Rogerius *de dote in prior. §. Quarto n.4. Campeg.de dote par. 1.quaeſt.29.n.1.* Hottoman. *conſil.22.vol.1.* Hartm. Piſtoris *lib.2.qu.37.in fine.*

45 Pro conſequendo legato, competunt tres legatario actiones: Rei vindicatio: Actio perſonalis: hypothecaria: ſed ab unâ ad alteram redeundi poteſtas non datur. *DD. in l.1. de legat. 1. l. cum filius. §. variis, ff. De legat.2.& l.1. C. communia de legatis.*

An viâ executivâ agi poſſit, pro conſequendo legato? N. *per l.ultim.verſ. ſin autem aliquis. C. de edicto divi Adrian. tollendo.* Quià res peſſimi exempli eſſet, jus ſibi dicere: & ſanè ſi legatarius rem, ſibi legatam, ab hærede poſſeſſam, propriâ autoritate violentèr occupet, creditorum exemplo, legatum amittit: And. Faelrin. *Lib.5.controv. c.31.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 26. n.10.* Menoch. *de adipiſcendâ poſſeſſion. remed.4 n.693.* Jacob. Cujacius *in Novell.de hered. & Falcid.* Anton. Gomez. *lib.1.reſolution.12. n.10.* Weſenbac. *paratit. quod legator: nu. 7.* Julius Clarus *§. teſtam.qu.68.vide* Colerum *part.3.De proceſſ. execut.c.3.* Mynſing. *centu.5.obſer. 61.* Gregor. Toloſan. *44.ſyntag. 33.* Mich. Graſſum *§. legatum.qu. 27.*

45 An, fendo legato, æſtimatio debeatur? N. quià, de feudo, nulla teſtatio valet. *c 1.De ſucceſſ.Feudi.c.1.§.donare.qualiter olim feud.alien.poter.* Herman. Vult. *de feudis.* Sonsbec. *par.12.de feud.n.88.* Ludolph. Schrad *de feud. par.2.p 7 concl.1.* Julius Clarus *lib.4.§. feudū. qu.40.* Fachin. *lib.5.c.37.* Camerar. *ad c. imperialem de probib.feudi alien.* Bronchorſt. *centur.2.aſſertion.41.* Everhardus *in loco à feudo ad Emphyteuſ. n 16.* And. Gailius *lib.2. obſervat.154.n.13.* Roſenthal. *cap.7.de feud. concl.4.*

47 An, ex definitione legati, verba illa, ab hærede præſtanda, tanquàm ſpuria, ſint exterminanda? Negat. Quoniam legatum eſt delibatio hæreditatis, & ſic talis ab hærede præſtari debet *l 116 ff. de legat.1.* Anton. Faber *lib.6 conjectu. 1.* Donell. *8. comment.1.* Cujacius *in paratit.de legat.2.* Herman. Vulteius *n.5 Inſt.de leg.it.* & Weſenb. *eodem.vide diſſenti.* Bronchorſt. *centu. 2. aſſert. 95.* Gœddenm *ad l. 120. de V. S.* Hottoman. Baron. Continm *in inſtit.* Duaren. *in princip.de legat. 1.* Borcholt. *de pactis c. 5.n.39.*

48 Legatum fundi, in genere relicti, ſivè teſtator habet fundos, in patrimonio, ſivè non, nullius eſt momenti, propter incertitudinem: quià fundus, ſolâ deſtinatione & voluntate patrisfamilias, conſtituitur, ità, ut quælibet pars fundi, velut palmus, vel ceſpes terræ, poſſit dici fundus: ideoquè, cum hæres, vel minimam partem agri dando, liberetur, meritò dicitur deriſorium *l. Quod in rerum. 24.§.ſi quis.poſt l 34.§.ult. de leg.1.l.60.de V.S.l.69.§.gener.De jure dotium l.115.ff.De V.oblig at.* Anton. Gomez *Variar. reſolut.C.De leg.n.23.& c. qualitate contract. n.8.* Bronchorſt. *centur.3 aſſert. 53. ibi diſtinguit inter fundum ruſticum & urbanum.*

49 Si teſtator, fundum Communem, ità legaverit: fundum meum dato: & deindè redemit partem Socij, ità, ut totus ejus factus ſit, an totus debeatur legatario: Aff. Zaſius

in l.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

in l.5.§.ult.ff. De penu. legat. Quid in conjunctis, si legatum augeatur, poſt teſtamentum, commodum ad legatarium pertinet.

Legavit quis fundum, Titio, & Mævio, quem credebat vivere: at Mævius jam erat mortuus: quæritur, an Titio debeatur totus fundus? Aff. Jure Codicis *per l.unicam.§.in primo. C. de caducis tollend. nam in §. 2* dicit Imperator, ſe novum Jus conſtituere: Franc. Duarenus *ad 16. in princip. de leg.1. & lib.1. de Jure accreſc. cap.18.* Bronchorſt. *centu.2. Aſſert 56.*

Legatarius, qui rem, ſibi legatam, a-
51 lienari patitur, licet contractum, tanquàm reſtis, ſignaverit, adhuc poteſt petere rei, ſibi legatæ, pretium: *per l. 92. de legat.1.* Coſtalius *in l. Gaius 39 ff. de pignoribus.*

In legato generis, electio eſt legatarij: ſed tunc, neque optimum, neque peſſimum, eligat: ſed mediocre: quandò autem, legatum generis, in quantitate conſiſtit: ut in vino, oleo, nummis, tùnc electio eſt hære-
52 dis: & hæres liberatur præſtando minimum: *l.52.ff. Mandati. l.73. de legat.3. l.3.4. de triti. & oleo legat.* Robert *lib.2. ſentent. c.14.* Zaſius *ad l.37.§.1. de legat.1.*

Legatum in alterius liberam & meram voluntatem conferri non poteſt; ſed in alterius voluntatem, tanquàm viri boni arbitrium, collatum valet: imò in hæredis meram & liberam voluntatem legatum poni non poteſt: ut, ſi teſtator dicat: Lego Titio centum aureos, ſi hæres meus voluerit: *l. ſenatus 43 §. legatum. de legat.1. l.1. de leg.2.* Sed ſi legatum conferatur in arbitrium hæredis, hoc modo, ſi æſtimaverit, ſi juſtum putaverit hæres, legatum valet, & tenetur hæres, ad eius præſtationem: quia, ſi fuerit juſtum & æquum, debetur, licet hæres non arbitretur, vel contrarium decernat, quoniam, quaſi viro bono, potius ei commiſſum eſt, non in meram eius voluntatem collatum: *l.11. §. quanquam. de leg 3.* 2. expreſsè quidem in alienam voluntatem conferri non poteſt, benè tacitè, ſi Titius capitolium aſcenderit: Donellus *ad l.43. de V. oblig n.6.* Franc. Duarenus *ad tit. de condition. inſtitut. in princip.* Connanus *lib.1. commentar c. 6.* Anton. Gomez. *Tomo 1. Reſolution de legat. nu.47.* Charondas *in lib. πιθανῶν.* Jacob. Cujacius *lib. 2. obſervat. 2.* Robertus *lib 2. ſentent. 40. & 11.* Hotoman. *1. amicab. 9.* Bronchorſt. *centu. 2. aſſer. 48.*

53 Si hæredis inſtitutio caſſatur, ex formâ ſtatuti, quià teſtamentum non fit inſinuatum, intra certum tempus, negligentia hæredis non nocet legatario. Petr. de Ravenna *ſing 264.* ¶ Sufficit legatarium probare, bona fuiſſe poſſeſſa, à teſtatore, tempore mortis, nec tenetur probare dominium: alleganti enim contrarium, incumbit onus probandi: Guido Papæ *quæſt. 442.* ¶ Non videtur hæres eſſe in malâ fide, qui præſcripſit legatum, ante acceptationem legati, & poteſt præſcribere ſpacio 30. annorum Decius *conſil. 554.* Menoch. *conſ. 353 lib.4. n.27.*

Teſtator, ſi fratribus reliquerit 15 Sal- 54
mas vini, quolibet anno, poteſt hæres ex bonis teſtatoris dare & aſſignare unam vineam, ex quâ percipiatur dictum vinum: Petr. Gerard. *ſing. 34.* ¶ Legatum annuum, pro eo anno, quo moritur legatarius, ad hæredes tranſmittitur: ſecùs in uſufructu: Ludo. Roman. *ſingul.71.* ¶ Legatum penſionis, pro domo, in fine anni debetur: Hieronymus Magonius *deciſ. 69. n.18.*

Legatorum ademptio, quamvis gene- 55
ralis, ſolùm adimit legata pura, non autem conditionalia, item uniformia, non autem difformia, & illa, quæ fit à filio, non extenditur ad nepotem: Vincent. de Franchis *deciſ. 169. n.3.5. & 15.* ¶ Legatis pijs, juri legitimæ, doti & alimentis, nunquàm ſub generalitate cenſetur derogatum, nec, teſtamento revocato, cenſentur revocata legata ad pias cauſas: Guido Papæ *qu 200. n.5.* Afflictis *deciſ. 321. n.7.*

Quandò teſtator legavit uxori ſuæ ali- 56
quos debitores, puta illos, quos habebat in fundo Corneliano: deindè, vitâ eius durante, ipſos alienaverit, & ex pretio emerit prædia, ex tali alienatione legatû non cenſetur revocatum: Menoch. *conſil.254. lib.3.*

Legatum non cenſetur revocatum, 57
per generalem clauſulam derogatoriam, appoſitam in teſtamento ſecundo, quo revocatur primû, ſi teſtator legaverit, cum reſervatione uſusfructùs, & tradiderit rem, percipiendo ipſum uſumfructum à manu legatarij: Afflictis *deciſ. 275.* ¶ Legatum intelligitur revocatum propter inimicitias, culpâ legatarij, provenientes: ſecùs, ſi culpâ teſtatoris acciderint: Ludov. Roman. *ſing.199.* Petr. Gerardus *ſing.3. & 5.*

Legatum annuum, pro pauperibus, fi- 58
liabus maritandis, relictum, quomodò & qualiter, ſit diſtribuendum Caſp. Anton. Teſſaur. *quæſt. 44.* ¶ Prælegata, an, & quandò, veniant in reſtitutione fideicommiſſi, & de conjecturis, circa hoc, vide Caſp. Anton. Teſſaur. *quæſt. forenſ. 17.*

An legata, & fideicommiſſa in teſta- 59
mento, non ſolenni, relicta, naturaliter debeantur? N *per l.7. C. De cond. indebiti. l.2.§.1. ff. Eod.* Cui ſoluta legata ex imperfecto teſtamento, ei naturaliter non debentur, eleganter Bronch. *cent. 1. Miſcell. contr. aſſert 30.*

Lega-

60 Legata ab inſtituto, à ſubſtituto, tacitè repetita cenſentur. *l.74.ff.De legat.1. l. 4.C. ad SC.Trebellian. l. 61. §. 1. de legat. 2.*

61 Legatum revocatur, per alienationem rej legatæ voluntariam, factam à teſtatore: ſecùs per neceſſariam: & dicitur neceſſaria, quandò facta eſt ex neceſſitate rei familiaris, vel, quià res erat peritura tempore: *l. 25.ff.De auro & argento legato. & §. Si rem ſuam. Inſtitut. de legatis.* Dicta tamen diſtinctio non habet locum in legato conditionali: quià hoc caſu, etiam per alienationem neceſſariam revocatur legatum: Antonius Trigonius *ſingul. 100.* Vincent. de Franch. *deciſ. 283 part. 2.*

62 Legatum nodà voluntate revocatur, abſque ſolennitatibus, quæ intervenerunt in teſtamento, in quo fuerat relictum: nec requiritur expreſſa revocatio: quià præſumptâ voluntate adimuntur legata: &, ſi res legata pereat, aut formâ eius mutetur, vel alteri, inter vivos, fuerit donata, in vitâ teſtatoris, adimitur legatum ipſius rei: Gomez. Leo. *deciſ. 5. & 13.in deciſ. diverſor. autor.*

63 Legatum, alicui factum, pro ſuis neceſſitatibus: ex quo certum eſt, debetur, etiamſi neceſſitates non ſubſint: Petrus de Peralta *in l. Titia cum teſtamento. §.Titia cum nuberet.ff.de legat.2.* Johan. del Caſtillo *de uſufruct.cap.30.num.12.per l.4. ff. De alim. legat.*

64 Proprietas ei legata videtur, cui legatus eſt uſusfructus, addito onere fideicommiſſi: Johan. del Caſtillo *de uſufruct. c.30. num.20.* Jacob.Cujacius *ad l.generali capite. ff. de uſufruct. legat. verſiculo: non eſt examen.*

Uſusfructus domùs ſi alicui legetur, adjecto onere, ſeu modo, ne domus ipſa tollatur altiùs, domùs proprietas cenſetur relicta, non ſolùm uſusfructus: *l. proculus. l.19.ff. De uſufructu.* Franc. Sarmientus *ſelectar. quæſt. lib.3.cap.2.* Eſpino *in ſpeculo teſtam.gl.13.de legat. uſufr.num. 28.* Petrus de Peralta *in l. Lucius. num. 13. ff. De lega.2.* Johan.del Caſtillo *de uſufruct.cap.30. num.25.*

65 Utrum legata, odioſa, an favorabilia, ſint? Diſting aut legatum certum eſt, aut certum reddi poteſt: tùnc favorabile cenſetur, & legatario favetur: aut dubium, & incertum eſt; tùnc potiùs hæredi favetur, & contra legatarium fit interpretatio: Johan. del Caſtillo *de uſufruct. cap.30.nu.41.* Acchilles Pedrocha *conſil. 23. num. 39.* Cerbantes *in l.16. Tauri. num. 6.* Alexand. Trentacinquius *de ſubſtitut. par. 1. cap. 1. num. 31.* Franc. Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib. 7. titu.1.* Paneirolla *conſ. 135.* M. Anton. Ergenius *conſ. 100. num.14. lib. 1.*

Teſtator, ſi legavit prædium uxori, & prohibuit eam à ſuis hæredibus moleſtari, an proprietatem, vel uſumfructum, legare videatur? proprietas cenſetur relicta. Johan. del Caſtillo *num.53. de uſufruct.cap.30.* ¶ Teſtator legans fundum ad uſum, & uſumfructum, vel ad utendum & fruendum, vel ad alimenta, aut ſimili modo, an proprietas legata videatur? Aff. *per l.4.de alimentis & cibar. legat.* niſi dictum fuerit, ad uſum, & fructum, tempore vitæ ſuæ, vel donec legatarius vixerit. Queſada *diverſar. quæſt jur.c.23.* Petrus Ricciardus *ad rubr. inſtitut.de uſufruct. nu.83. additionator ad deciſion.Gamma 92.par.1.* Petrus de Peralta *in l. Titia cum teſtamento. §.Titia cum nuberet. ff. De legat. 2. à num.7.* Ludov. de Molina *de Hiſpanor. primogen. lib. 1. cap. 19. num.9.* Petr. Surd. *conſ.11.num. 4. lib.1.* Johan. del Caſtillo *de uſufr.c.30.à num.1.* & rationem addit: quià verba, potiùs demonſtrationis causâ, adjecta cenſentur. 66

Uſufructû legato, ſi fructuarius uti non poſſit re, ad prædia propter jus itineris alterius prædio contiguo relictum, vel propter aliam cauſam, hæres tenetur facere, quòd fructuarius liberè uti poſſit, & redimere viam: & legato prædio debetur & ſervitus, quæ legata non eſt, quandò legatum prædij eſſet inutile, niſi ſervitus præſtaretur: Iohan. del Caſtillo *de uſufructu. c.33.nu.16.* 67

Legatum regulariter, in dubio, intelligendum eſt de rebus, quæ fuerunt tempore teſtamenti, quæ legatarius probare debet. Iohan del Caſtillo *de uſufr.c.44.num.3.* Paſcaſ de Mieres *de majoratû. 1.par.quæſt.10.* Sforza *oddi conſ. 69. per totum vol. 1.* Iohan. Vincentius Hondedeus *conſ.63. à nu.1. vol.1.* Surdus *conſ.29.nu 5.lib.1.* 68

LEGATUS.

Quis ſit legatus, & qualitèr ſit tractandus: qualitèr conſtituatur: quot ſint ſpecies, ſeu genera, legatorum: quid ad legati pertineat officium: & quæ ſit eius juriſdictio ſivè poteſtas: vtrùm poſſit beneficium conferre: quæ ſint ei interdicta, & apoſtolicæ ſedi reſervata: quandò, & ubi, valeat ſuam juriſdictionem exercere: qualitèr eius poteſtas & juriſdictio finiatur: Spec. *in tit. de legato, per totum. Vide, quæ notavi ſuprà in 1.Tom.* 1

In 1.Tom.in liter.A.verſ.de ambaſiatore, ſunt aliqua notata in titu. C. & ff.de officio proconſ. & legati.

An legatus proconſulis habeat propriam juriſdictionem, *vide* Cojac. *lib. 7.obſ. o.21.* ¶ Legati ſancti habenrur, ideoque, ſi quis legationem hoſtium propulſet, contra jus feciſſe exiſtimatur: *l.fi. ff.de legatis.* Itèm, ſi quid ijs ſit donatum, non legantibus, ſed ipſis, acquiritur, quamvis legantis contemplatione donatum videri poſſit. Weſenb. *eod. tit. num. 7.* Cujac. *lib. 11. obſ.5.* ¶ Munera legatis, etiam contemplatione Principis, data, pleno jure ad eos pertinent: *l.cum multa, C.de bon.qua liber.* Bart. *l.ſi vero, §.1 ſolut.matr.* Joan.Corac *de arte Ju.p.3.c.8.*

2 Legati, & nuncij, Principis mandatum ſeriptum exhibeant: *l. probibitum, in fi. vbi* Plate. *de ju. fiſci, & in l. quicunq; n. 1. & 2. C.De execu. & exact.* ¶ Donata legatis, an & quandò præſumantur eorum contemplatione & cauſa, vel contemplatione principis, donata, ut vel eis, vel principi, cenſeātur acquiſita, Men. *de præſumt lib 3 præſ.27.*

Legati dicuntur ſancti: *l.pen.& vlt. ff. de rer. diviſ.* ¶ Legati donati à principe, munera accepta à quibus miſſi ſunt, reſtituere non coguntur: *l.Divus, ff.de bon.damn.* Bart. *in l. ſi verò, §.itèm quidquid. ſol. matr.* & Bald. *in terminis, in conſi.58. in 1.vol.* ¶ Legatis, vel Ambaſiatoribus, captis, vel mortuis, an commune, quod eos miſit, teneatur ad redimendum? *vide de hac quæſt.* Bart. *in l.Si ſervus communis. §.quod verò ad mand. ff.de furt.* ¶ Legatis nunquàm creditur ſine ſcripturâ: *l. 1. C.de man. princ. l. probibitum eſt, C.de jure fiſci, lib. 10.* Niſi eſſent in magnâ dignitate conſtituti, ut puta, Cardinalis à latere, quià tunc crederetur. *tex eſt in c. nobiliſſimus 3.diſt.97.* ¶ Si tamen ageretur de præjudicio tertij, nunquàm crederetur: *& ità loquitur d. l. 1.* Si verò non eſſet præjudicium tertij, tùnc creditur: *ita intelligitur d. c. ità diſtinguit gl. in c ſicut nobis. de ſent. exec. & ibi Abb. pulcrè not. in fi. vide* Jo.de Plat. *in d. l. probibitum. in 2. not. lib. 10. vide de boc infr. in v. Teſtis, ibi uni teſti non creditur.* Licèt legatus à latere non poſſit committere cauſam ſummariè, & de plano: *ſecundum gloſſ. in c. fi. in gl. magna de bæret: lib. 6.* Tamen ex evidenti & magnâ neceſſitate, hoc poteſt: *vide* Iaſ. *in l.omnes populi, in 3.col. de juſt. & jur.* ¶ Inter legatos miſſos loquens, ſuos collegas primò nominare conſuevit, ſe ultimò: contrarium fecit *Labeo, in l.quibus diebus, §.termilius, ff. de condit. & demonſt.* ubi dicit: Idem & ego & Proculus probamus. *Ad idem pondero tex. in l.eum qui certarum, ff. de verb. obl. ibi.* ſed ego cum Proculo ſentio.

Geſta, per legatum revocatum, & id ignorantem, rata ſunt: Anaſtaſ. German. *in Tract.de indult.Cardinal. §. Tibi; quoad vixeris.num. 64. alleg.* Boer. *deciſ.347. num.13.* ¶ Legatus proconſulis juriſdictionem non habuit, niſi ab eodem demandatam: Anaſtaſ.German. *in d. Tract.d §.Tibi, quoad vixeris.nu.90.* ¶ Legatus de latere beneficia, Papæ reſervata, confert, ut idem Papa: Anaſtaſ.German. *in d.Tract.d.§.Tibi, quoad vixeris nu.100.* ¶ Appellatione proviſionis ſedis apoſtolicæ veniont & legatorum proviſiones: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. §.Tibi, quoad vixeris. num. 101.* ¶ Regula, de expreſſione Valoris, procedit etiam apud legatum: Anaſtaſ.German. *in d.Tract.d.§. Tibi, quoad vixeris. num. 102.* ¶ Ad tollendam ſubreptionem, eadem eſt facienda expreſſio, in literis legati, quæ in literis Papæ: Anaſtaſ.German. *in d. Tract. d. §.Tibi, quoad vixeris. num. 103.* ¶ Legati ordinarijs præſtantiores ſunt: Anaſtaſ. German. *d.Tract. §.commendare.num.13.*

Legatus Cardinalis clauſulâ, quorum tenores, uti non poteſt: Anaſtaſ. German. *in d.Tract.de indult.Cardinal.§. Ac irritum. num.19.* ¶ Legatus Cardinalis, per clauſulam, quorom tenores, &c. indulto Cardinalis derogare poteſt: Anaſtaſ. German. *in d.Tract.d §. Ac irritum.num 21.* ¶ Legarorum Cardinalium maxima eſt auctoritas: Anaſtaſ.German. *d.Tract. d. §. Ac irritum. num.22.* ¶ Legatus triplex, de latere, cum poteſtate legati de latere, & legati nati: Anaſtaſ.German. *d.Tr & §.* ¶ Legati de latere ſoli Cardinales dicuntur: Anaſtaſ.German. *in d.Tract de indult. Cardinal. §. Quod tu Romanam. num.47.* 4

Legatus, qui poteſt recipere reſignationem, ex permutatione, & tranſlatione, non poteſt de beneficijs reſervatis providere: Anaſtaſ. German. *in d.Tract.de indult. Cardinal. §. Ac irritum. num. 47.* ¶ Legatus, quià vices Papæ gerit, omnia poteſt, quæ Papa ſibi non reſervavit: Anaſtaſ. German. *d.Tract.§.Nos itaq; num.29.* ¶ Legatus clauſulâ motû proprio uti poteſt: Anaſtaſ. German. *in d.Tract.d.§.Nos itaq; num.26.* Legatus omnibus maior eſt: Anaſtaſ. German. *in d Tract.de indult. Cardinal. d. §. Nos itaq; num.28.* ¶ Legatus excommonicare, extra provinciam, non poteſt, benè abſolvere: Hyppol. *ſingul. 90.* 5

LEGITIMA.

AN legitima ſit cognata hæreditatis, an bonorum, *vide* Aleiat. *in l. Bonorum, de V.S.* Geyl. *lib.2. obſerv. 120. num.3.* ¶ Legitima, quæ debetur liberis, eſt, quandò ſunt quatuor, vel panciores, liberi, triens omnium 1

mnium bonorum: quandò quinq;, vel plures, ſemis; & iſte triens, vel ſemis, debet inter iſtos æqualitèr dividi: *probatur in Autheu. de trien. & ſemiſſ. poſt prin. in Anthen. de nuptijs, colla. 4. & in Novella Conſtitu. 22. de his, qui nup. iterant.* Decianus *in conſ. 46. vol. 3. conſulnit ſuper iſto, quòd, pro numero liberorum, major vel minor debeatur legitima.* Sed quærit, an filiæ, excluſæ à ſucceſſione, augeant numerum liberorum, ità quòd ſemis debeatur, ubi aliàs tantùm triens deberetur: *Reſpondet, quòd ſic, ſi loco legitima ſaltèm dos ſit reſervata. (Idem tradit* Geyl. *de filia dotata, & cum juramento renunciando ſucceſſioni, partem eam facere: cujus contrarium obſervetur in exhæredato, & monacho Franciſcano: 2. obſerv. pract. 122. num. 16.)*

2 Et debetur iſta legitima liberis, ex multiplici jure, divino videlicèt: *prout colligitur ex dicto Apoſtoli Pauli, in 2. ad Corinthios 12 c. fina. 17. q. 4. c. Apoſtolus. de cenſibus.* Jure naturę: *l. ſcripeo, ff. unde liberi.* Jure Canonico: *c. Raynucius. de teſtamen.* Jure civili: *C. & ff. de inofficio teſtam.* ultimò debetur ipſis de æquitate naturali: quià nihil eſt tàm æquum & conſonum rationi, quàm proprium filium ad ſucceſſionem admittere: *§. eſt ergò ſciendum, in prin. Authen. quibus mod natu. effi. ſui, l. Rem non novam. C. de judi. & concordat jus Saxonicum cum alijs juribus, in relinquenda legitimâ liberis: prout apparet ex gloſſ. & ibi in addi.* Zobelij, *Arti. 30. lib. 2.* Landrecht, *& ex gloſſ. in c. 27.* Lehnrecht.

Zu Breßlaw wird es bey abforderung der legitima, ſo den Kindern gebühret / ſo gehalten: daß das Heyrathgut / oder Dos, ſo wol das gegenvermächtnüß / oder donatio propter nuptias, in die legitimam nicht ſol gezogen: oder mit eingerechnet werden: ſondern dem Manne / nach abſterben des Weibes / das Heyrathgut / vnd alſo auch hinwiederumb dem Weibe / nach abſterben des Mannes / das gegenvermächtnüß, neben dem Sechſten / oder Kindstheil / als ein Debitum oder Schuld / auß des verſtorbenen Gut vngehindert folgen: vnd als dann erſt nach bezahlung dieſer / ſo wol der andern gelaſſenen Schulden / auß dem vberbleibenden andern Gut / die legitima gemacht werde / etc.

3 Sed licèt hæc legitima dicatur debita filio, tamen regularitèr non competit actio in vitâ patris: *l. 1. §. ſi impuberi, ff. de colla. bono.* ¶ *Imò plus dicit* Barto. *in Authen. ſi qua mulier. C. de SS. Eccl.* quòd etiam patre ingrediente religionem, non poteſt filius petere legitimam à monaſterio, in vitâ ipſius patris.

Sed tamen nota, quæ docuerunt Bart. & Cynus *in d. Authen. ſi qua mulier.* ¶ Alius eſt caſus, quandò pater diſſipat bona ſua etiam non ſubjecta reſtitutioni, poteſt, ad inſtantiam filij, judicis officio cogi, ad aſſignandum ſibi legitimam, vel ſaltèm tot bona, quæ aſcendant perceptionem alimentorum: *dictum eſt ſingulare* Bald. *in l. 2. ad finem C. ſi in fran. patro.* Alex. *in l. Imperator, ff. ad Trebellia.*

Rationem aſſignat Bald. quià dicit, cogitur alere filios: & intereſt ipſius patris, & Reipublicæ, ne malè ſubſtantiâ ſuâ utatur. Imò non conceditur patri, ut, etiam legando ad pias cauſas vel confitendo, ſe eſſe alicujus debitorem, poſſit filio præjudicare in legitimâ. *tenet* Alex. de Imo. *in conſ. 18. vol. 4. per totum: idem* Alexan. *in conſ. 29. eo. volu.* Baldus *in Authen. noviſſima, C. de inoffi. teſta. &* Rolan. à Valle: *in conſ. 65. à num. 18 uſq; ad finem, lib. 1.* Petrus de Ravenna, *in ſuo alphabe. litera L. verſi. legitima.* Schurffi. *in conſ. 20. & conſ. 73. cent. 1.* 4

Sed ſalvâ legitimâ, pater, de reliquis bonis ſuis, benè poteſt teſtari: Alex. *in l. Marcellus, §. res qua, ff. ad trebellia.* limitat, niſi pater legaſſet omnes res meliores: & ibi dicit, quòd ſit concluſio, quòd ſtet in arbitrio judicis, in quâ re debeat filio aſſignare legitimam. ¶ Et quòd, per ſtatutum, poſſit minui, penitùs autem non tolli legitima, *notavit d.* Petr. de Ravenna, *in ſuo Alphabe. litera L. verſi. legitima.* Geylius *in obſervat. 122. lib. 2. & dicit ibi num. 11. Iſtam opinionem in Camera eſſe approbatam, habet Conſtitutio Electo. Saxo. in Arti. 12. par. 3. latè* Panor. *in c. Raynutius de teſt. Ubi concludit: in caſû, quandò filius non haberet, undè viveret, in totū non poſſet tolli, ſecùs quandò haberet:* Dyn. *in regula, Indultum. de regul. juris, in 6.* Barto. *in Authen. de hære. & falci. in prin. colum. 1.*

Et filius, cui penitùs nihil eſt relictum, poteſt totum impugnare teſtamentum, quià non valet: *§ aliud quoq;, cum ibi notatis per gloſſam 1. & Dd. in Anthen. ut de appella. cognoſca. &* Barto. *in Authen noviſſima, C. de inoffi. teſtamen.* quandò autem minùs, quàm legitima, ſit relictum, nihilominùs tenet teſtamentum: ſed aget filius ad ejus ſupplementum: *l. omnimodo, C. de inoffi. teſta.* 5

Sed nota: de hæreditate defuncti, antè legitimam, debent detrahi & imputari, primò omne æs alienum, & funeris impenſæ: *l. Papinianus, §. quarta autem, ff. de inoffi. teſta.* ¶ Undè etiam mercedes, pro operibus, uſq; in tempus mortis teſtatoris deducantur: *l. creditorem, ff. de lega. 2. concordat jus Saxoni. Arti. 22. lib. 1.* Landrecht. ¶ Imputari autem in legitimam debet omne id, quod ad legitimam petentem pervenit, ex bonis defuncti, titulo aliquo non oneroſo, vel jure legati: *l. etiam, §. pe ff. de bonis liber. l. quoniam novella. & l. ſcimus, §. repletionem, C de inoffi. teſt.* Bart. *in l. filiū quem habentem. C. fami. herc.*

6 Et ibi habetur, quòd, illud quod conceſſum fuiſſet filio, exiſtenti in patriâ poteſtate; Itèm Dos, computatur in legitimam: Cyn. *in l. ſcimus, in 5. quæſtio. C. de inoffi. teſta. per l. quoniam, C. eo. tit.* ¶ Dos autem, ab avo profecta, in bonis patris non imputatur nepti in legitimam: ſi appareat, quòd avus contemplatione ſui, & non filij, dederit: aliàs ſecùs, ſi contemplatione filij, quod in dubio præſumendum. *d. l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoffi. teſta. l. dedit dotem, & ibi* Bart. *ff. de colla. bono.* Bart. *in conſi. 190 incip. Giſiberius dedit dotem.*

7 Computantur etiam in legitimam ea, quæ ſuperſunt ultra expenſas alimentorum, ex reditibus prædiorum, fortè filio, à patre, aſſignatorum, pro alimentis, onus enim alendi filium ſpectat ad patrem: *l. creditor, §. ſi inter, ff. mandati, & de alijs vide* Alexan de Jmo. *in conſi. 31. volu. 4.* ¶ An computetur in legitimâ, quod pater expendit, pro filio, in ſtudijs, *vide per* Bart. *in l. 1. §. nec Caſtrenſe. ff. de colla. bon. (ubi concludit, niſi filius vivo patre, compleverit ſtudium, non poſſe ees pradio, quaſi Caſtrenſi, annumerari, ideoq; eo in caſu, opus eſſe, ut morte confirmetur ea donatio, quam tamen dicit non eſſe conferendam, quia ſit ſimplex donatio.)* ¶ Itèm, an pater poſſit computare in legitimam, quod ſolvit pro redemptione filij, *notavit* Bart. *(quòd non) in l. Stichus, ff. de pecul. lega. notat* Rolandinus *in tracta. ſuo de teſtamentis, in 1. parte ſtorum, in Rubr. 17. in num. 25. & in ſequentibus.*

8 Sed bona feudalia, vel emphyteutica, quæ tranſeunt in filium, ut filium: quòd non computentur filio in legitimam, trebellianicam, vel falcidiam, *notavit* Hippo. de Marſi. *in ſingula. ſuo 32. incip. bona feudalia: & vide, quæ notavi ſuprà in litera C. verſ. de collatione bonorum.* So wird aber auch Gerade den Töchtern in jhre legitimâ gerechnet: *ſecundùm Conſtitu. Elect. Saxo in Arti. 11. parte 3.* ¶ Sed an hoc jus petendi legitimam, vel legitimæ ſupplementum, finiatur quinquennio, ſicut jus agendi ad querelam *docuit dictus* Rolandinus *in d. ſuo tractatu, de teſta. 1. parte Rubr. 17. in fine, num 35 & conſuluit* Barto. *(quòd ſic) in conſ. 14 incip. an jus agendi*

9 Sed quicquid dicant de quinquennio communior eſt ſententia, quòd requiratur ſpacium triginta annorum, ad talem præſcriptionem, ſicut in alijs perſonalibus actionibus, *Notavit* Mynſinger. *in obſervatione 72. centur. 2. & refert dixiſſe dominos, cùm illa quæſtio in Camera incidiſſet, prædictã opinionem non ſolùm veram eſſe in ſupplemento legitima, ſed etiam in ipſâ legitima jure natura debitâ filio, declarat* Petrus à Duen. *in regulis fallen. regula. 448.*

Quâ actione ſupplementum legitimæ petatur, *(Condictione ex l. omnimodè, C. de inoſ. teſt. peti communis eſt opinio.)* & de eius præſcriptione, *ſimilitèr docuit* Geyl. *in obſerva. 120. lib. 2.* Decianus *conſuluit in conſ. 32. voln. 2.* ¶ De legitimâ parentum, quæ debetur parentibus, non exiſtentibus liberis, quòd æquè ſit triens, *dixit* Roland. Bononienſis *d. tract. de teſt. 1. parte, Rubri. 20. de Inſtitu. parentum ſeu aſcendentium.* Sed quòd illa legitima, etiam per ſtatutum, parentibus, in totum, non poſſit tolli, ſed quidèm minui.

Legitima, quæ jure naturæ debetur, con- 10
ſuetudine non tolli, ſed minui, poteſt: Dec. *in l. jura ſanguinis, 8. De R. I.* Dynus *in c. indultum 17. de R. I. in 6.* Mynſ. *cent 6. obſerv. 44. & cent. 5. obſer. 43.* Geyl. *lib. 2. obſerv. 122. Alciat. in l. nihil, aliud de V. S. Raquell. Corſ. lib. 1. indag. Jur. civil. c. 28.* habetur in Conſtit. Elector. *Saxo. Arti. 12. par. 3.* Weſenbecius *conſuluit conſ. 24. per totum, par 1.* Menochius *in conſ. 4. par. 1.* ¶ Sed non hinc efficitur, quò minus conſuetudo introduci poſſit, excludens parentes à ſuceeſſione filij, fratribus vel nepotibus exiſtentibus: Mynſing *cent. 6. obſer. 41. n. 4. 5. 6.* ¶ Et quod matri debeatur legitima in bonis filiorum, conſuluit Decia. *conſ. 79. vol 2.*

Sed an teſtator poſſit prohibere legitimam: *Non poteſt* Geyl *obſerv. 138 nume 14. lib. 2. obſerv.* Roland. *in d. tractat. primâ part. Rub. 29. nume. 14. & 17. & in materia legitima pulcherrimas quæſtiones movet & declarat* Anto. de Roſellis *in tracta. ſuo de ſucceſſio. ab inteſt. mihi num. 230. uſq; ad finem.* Et de hac legitimæ materiâ, an filio poſſit præjudicium fieri in illâ, gravando per fideicommiſſum, legando etiam ad pias cauſas, vel alias, *docuit (non poſſe)* Geyl. *in obſer. 119. lib. 2. obſer. & ibi docet cum alijs quid ſit legitima.* Weſenb. *de illa, in conſ. 92. part. 2.* Decian. *in conſ. 35. à num. 24. uſq; ad finem, ibi de legitima in bonis maternis.*

De legitimâ, fratribus an debeatur, *(non debetur, niſi turpis perſona inſtituta* (à quo tẽpore, & qui fructus: Et quòd legitima debeatur filiæ indotatæ cũ fructibus, à tempore mortis patris, [illegible] Dec. *in conſ. 106. vol. 2.*

De legitimâ, *Vide* Pet. Greg. *in Syntag.* ¶ Le- 11
gitima, an non niſi inſtitutionis, relinquatur titulo, Vaud. *lib 1. quæſt. 5.* Et parentum legitima inſtitutionis titulo relinquenda: Ant. de Butrio. *conſ. 15.* Baſſag. *de teſta. rubr. 17. & rubr. 20. n. 6.* ¶ Legitimâ an excludatur filius, per accuſarionẽ teſtamenti falſi, Vaud. *lib. 1. quæſt. 28.* ¶ Legitima, vel Trebelliana, an detrahatur per ſubſtitutum pupillarem, Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 1. tit. 3.* ¶ An detractio fiat inſpecto tempore mortis teſtatoris vel petitionis, Max. Rand. *de analog. univ. & æquiv. lib. 1. c. 19. num. 48. ad num. 75.*

ubi

ubi diſtinguit, & refert caſus 7. adhib. & Pet. Greg. Thol. in Syntag. lib.44.c 5.n 39.& 40.Graſſ.§.legitima quæſt.11.ſol.426. ¶ Mater excluſa à ſtatuto à ſucceſſione, ſecundum magis communem, cenſetur etiam excluſa à legitimâ: Anton.de Butrio.conſil.16.num.2. & ibi add.verb.legitima, ibi latè. Gaballinum plurima allegare.

12 Dos ſuccedit loco legitimæ, omneſq; ejus habet qualitates, niſi expreſsè à ſtatuto aliud diſponatur. ¶ Legitima ex quâ re detrahatur, Menoch. in arbitr. lib. 2.Centu. 2 caſ. 163. ¶ Filiæ maritatæ debetur legitima, per patrem, in bonis maternis: Vivius deciſ.187. lib.1.

Jus agendi ad ſupplementum legitimæ filij, quanto tempore præſcribatur, Guido Papæ quæſt. 82. & quanto tempore jus filijs, dicendi Patris teſtamentum nullum, ibid. ¶ Pro legitimâ competunt tres actiones: petitio hæreditatis: condictio ex lege: & actio hypothecaria: pro paragio verò ſolùm condictio ex lege: Vivius deciſ.212. lib.2. ¶ Filius an poſſit legitimâ & Trebellianicâ privari ex pacto, Guid.Pap. deciſ.96. ¶ Spuria legitimata per comitem Palatinum, an ſuccedat in præjudicium Agnatorum, Theſ.dec.69.

13 Pater, ſi, in vitâ, filio, vel filiæ, legitimam aſſignaverit, & poſtmodùm ejuſdem facultates augeantur, an debeat ſuppleri vel augeri legitima? vide Mich. Graſſum §.ſubſtitutio.qu.19.n.3.Peregrinum de fideicommiſſ.art. 36.n.17.Mieres de maioratu.p.1.qu.10.Boetium de non meliorandis dotis ratione filiabus.c.31. per totum.& c.5.Vaſquiū de ſucceſſ.creatione. lib.1. c.10.n.462.& lib.2.§.18.à n.43.Molinam de Hiſpanor. primogen. lib. 4. c. 2. n.38. Eſpino in ſuo ſpeculo.gl.18. de melioratione.n. 87. Hieronym. de Zauallos qu.204.Additiones ad deciſ.Gammæ 206.n.5.par.2.

14 Decrètum generalitèr diſponens, quòd bona homicidæ confiſcentur, non comprehendit legitimam: Rolandus conſ. 97. vol.2. & quandò pater, habet unum, vel duos liberos, legitima eorum eſt dimidia omnium bonorū: ſi verò habet tres, vel plures, omnia bona illis, ex benignitate principis, ſunt reſervanda: Roland.d conſ.Teſſaurus deciſ. 198. & legitima debetur à die publicationis bonorū, non à die mortis homicidæ: Roland. d.conſ.97.Sed bonis hæretici publicatis, in illis bonis filijs nulla legitima debetur: ſicut nec debetur publicatis bonis, propter crimen læſæ Maieſtatis: Rolandus conſ.8. vol.3. Donatio inofficioſa, per filios, revocatur, uſq; ad legitimam tantùm: Natta conſ. 125. Tomo.1. Guido Papæ ſing.341. Hartmannus Hartman.obſervat.5.Titulo de donat.2.libro.

15 Legitima non debetur de donationibus remuneratorijs: Rota Avenionenſis deciſ 23.in deciſ.diverſor. autor. tomo 3. ¶ Si pàter, habens filium, jam natum, illi donationem fecerit, ſi poſteà alij filij naſcantur, donatio illa revocatur uſq; ad legitimam ſolummodò: Julius Clarus §. donatio.quæſt.22. Hartman.Hartmanni cap.2. de donation.lib.1. ¶ Fructus hæreditatis in legitimam, & Trebellianicam, in liberis primi gradûs, non imputantur: niſi poſt litem conteſtatam: quod etiam procedit in alijs deſcendentibus, qui poſſunt prætendere trebellianicam & legitimam Magon. deciſ. 85.Lucenſ.Paponius lib.20.titu.7.arr.1. Caſſadus deciſ.2. titu. de ſubſtitut. Cravetta conſ.16.

Legitima continetur ſub generali hypothecâ bonorum, & publicatur, quandò filius ſtatim deliquit, mortuo patre, prius quàm illam petat: Stephan. Gratianus in addition.deciſ Marth.deciſ. 4. Menochius conſil. 77. nu. 338. per totum lib. 1. 16

An filius, ob non confectionem inventarij, amittat legitimam? Aff. Cacheran.deciſ.148. deciſ.181.And. Fachineus 4.controverſ.34.Franciſ.Sarmientus 2. ſelectar. interpr.c.7.Cujacius in expoſit. Novel. de hæred. & Falcid.Covarruv. in c. ſi hæredes num. 10. de teſtament. Ratio deciſionis, quià lex ult.C. de jure deliberan. non diſtinguit, 2. propter delictum, filius legitimâ privari poteſt: hic autem præſumptio eſt, quòd ſubtraxerit quid, non confecto inventario, & legitima, ex juſtâ causâ, auferri poteſt: vide diſſent.Guidon.Papæ deciſ.53. Roland. à Valle de confection.inventar.§. dubitatio oritur. And. Gailium lib. 2. practic.tr. quæſtion. c. 138. n. 14. Vaſquium de ſucceſſione lib.1. §.8. n.15. Coſtalium ad l.8.§.ſi imperator.ff.de inoff.teſtam.

An legitima parentum, ut liberorum, ſit aucta? N. ex §. 1. Novel. de trien. & ſemiſſe. Vaudus lib.1.quæſt.c.50. ¶ Legitima liberorum originem à jure gentium traxit, modum & quantitatem à Jure civili habet: Bronchorſt. centur. 1. miſcell. controv.aſſer.34. 17

Filius quantumcunquè prohibitus uſquè ad legitimam, ſibi competentem, ſine onere poteſt de bonis prohibitis alienare: & hoc verum, ſi alienaverit inter vivos, ſine fraude fideicommiſſarij: ſecùs, ſi in ultimâ voluntate: Hieron. Magon. deciſ.35. Florent. Grammatic.deciſ.105.n. 46. Guid. Papæ deciſ. 606.& 611.Menoch.de arbitrar. lib. 2. caſu. 163. nu.19. Decius conſ.236. 18

Qui ſucceſſionis, de jure civili, incapax eſt, non poteſt legitimam petere: Didacus Segura in l. unum ex familia.§ ſed ſi fundum.n. 53.de legat.2.Vincent.de Hondedeis conſil.10. n.17.Hieron.Gabrielis conſ.140.n.13.lib.2.Burſatus conſil.249.n.20.lib.3.Filia à ſucceſſione, per ſtatutum, excluſa legitimam petere non poteſt: Ludov. Molineus de primogen. Hiſpanor. 19

nor. lib.2 c.1 n.11.12. Emanuel à Coſta *in c. Si pater. p. 2. verſ o ſubſequente. nu.23.* Joſeph. Ludov. c. *decis.21.n.41.* Vincent. de Hondedeis *conſil.12.n.14 & conſ.63.nu.127.* Anton. Teſſauru *decſ.159.n.2.* Hieron. Gabrielis *conſ 11 n 3. conſ.116 nu.36 lib.1.* Grammat. *decis.101. nu.60.* & itèr dos, locu legitimæ, nunc datur: tamen, dos, minor legitimâ, ſæpè cõſtitui ſolet.

20 Legitimæ cauſa cenſetur lucrativa: Anton. Padilla *ad l 3.nu.30 ff. De juris & facti ignorantia.* Cacheranus *decis.148 n.2. gloſſa communitèr probata in l.3. C. de jur. & fact. ignorantiâ.* publica utilitas ſufficit ad privationem feudi: Anton. Cordus. *ad l. Si quis à liberis.§ idem reſcripſit. nu.155.* Rodericus Silarez *in l. quoniam in prioribus. limita.2. nu.1. C de inofficioſ. teſtam.* Ludovicus Molina *de primog. Hiſpanor. lib. 4.cap.3. nu.3.* Gomezius in Taurin. *l.40.n.56.* Ferdin. Vaſqu. *de ſucceſſ. creat. lib.3. §.26. num.92.96.* Burſatus *conſil 2. nu.67 lib.1.*

21 Legitima liberorum non ità eſt privilegiata, ut quarta patronorum: Goveanus *in l. 1. De vulg. & pupill. ſubſtitut.* Cujacius *ad African. tracta. 3. in fine.*

Legitimam petere nequeunt liberi, reſpectû bonorum, in vitâ patris, alienatorum, ſed de bonis, quæ tempore mortis fuerunt: Mandell. Albanus *conſ 66.*

22 An ex feudis hereditarijs antiquis, vel ex pacto novo, pecuniâ comparatis, filiabus legitima portio debeatur? Negat. Petrus Heigius *qu. 25. lib.1.* Hartman Piſtoris *l. 2. qu.38.* Quià in feudis, etiam hereditarijs, fœmina nullum jus habet. (2.) In præjudicium, & diminutionem feudi, tenderet. (3.) Patri adimitur poteſtas adminiſtrandi bona ſua: *vide tamen diſſent.* Guerr. Piſon. *in prælud. feudor ſub titu. feud. propria & impropr.* Hartman. Piſtor. *qu.38. lib.2.* Jacob. Tomingium *decis.2.* Camerarium *in cap. imperialem §. præterea.* Weſ *in addition. ad Schneidewin. Inſt. de donation. tit. de donation. inter vivos. n. 82.* Nicolaum Everhardum *in loco, à feudo ad Emphyteuſ. nu. 23. conſil.129* Cipinum *decis 2.n.7.* ¶ Si pater diſſipat bona ſua, poteſt, officio judicis, cogi, ad inſtantiam filij, ad aſſignandam ſibi legitimam, vel ſaltera tot bona, quæ aſcendant ad perceptionem alimentorum: Petrus de Raven *ſing. 469.* Hyppol. *ſing. 613.* Hartman. Hartman. *cap.8. de teſtam lib.2.*

23 Legitima eligi non poteſt, in bonis, in quibus alius fuit ſubſtitutus, ſi alia ſuperſunt: ſed pro illâ agi debet, contra hæredem: quod tamen limita, quandò bona ſubjecta ſubſtitutioni, vel legata eſſent, de melioribus rebus hereditarijs: nam legitima filio non poteſt aſſignari in re deteriori, nec hoc à patre fieri poteſt: Cravetta *conſ.19.n.14. conſ 312.* Joſeph. Luduv. *dec. perus. 65.n.16. par.2.* Menoch. *de arbitr. lib.3. caſû 163.* Poer. *dec.145.* Papon. *lib. 20. tit 4. Arr.8.* Decius *conſ.633.* Natta *conſ.199. tomo.1. & conſ.238. tomo.2.* ¶ Legitima ſi fuerit filio conſignata, in vitâ patris, non augebitur, auctis facultatibus: Vincen. de Franch. *decis.133.* contrarium tamen etiam fuit judicatû, ut teſtatur Randenſ. *tr. de anag. c.19 n.58.*

Quandò filius, vel filia, quæ renunciavit hæreditati paternæ, tempore dotationis, poſt mortem Patris, agit ad ſupplementum legitimæ, quià fuit læſa, an habeatur ratio valoris bonorum, exiſtentium tempore dotationis, vel exiſtentium tempore mortis patris, ſi bona eſſent aucta, poſt ipſam dotationem, quæſtio eſt diſputabilis, de quâ vide Grammatic. *decis.57.* Boer. *decis.62.* Alexand. Randenſ *de anal. c.19. n.48.* Decium *conſ.277.* Menoch. *conſ. 71. vol.1.* Papon. *lib.16. Titul 4. Arr.1.* Caſſan. *in conſuetud. Burg. Titul. de ſucceſſ. §.2. gl.2* Natta *conſil.156.* 24

Fœminæ faciunt partem, & augent numerum liberorum, ſtante ſtatuto, quòd excludantur à ſucceſſione, propter maſculos: tamen in hæreditâtis computatione, & legitimæ, debet haberi ratio, de dotibus, ipſis filiabus, datis: idem eſt in filiâ, quæ renunciavit hæreditati: nam facit partē: licèt non admittatur ad partem, ſed ejus portio remaneat, & accreſcat hæredi, cui pater providiſſe videtur: filius tamen, legitimè exheredatus, non computatur in numero liberorum: Capicius *dec.158.211.* Guido Pap. *qu.599* Poer. *dec.104.* Joſeph Ludov. *Dec. peruſ.29.n.35* Dec. *conſil.300.n.2. & 607.n 15.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund. Titu. des ſucceſſions rubr. 7.§.12. gl.10. n.29.* Anton. Teſſaur. *decis.159.* Grammat *decis. 101.n.72.* Papon. *lib.16. Titu.4. arr. 11. & 20. Titu. 7. Arr.7.* Mynſing. *cent 4. obſer. 22.* Gailius *obſerv.122. lib. 2.* Natta *conſ.156.* Mar. de Mantua *ſin.558.* Menoch. *conſ.207.n.52. li.2. conſ.247. li.3* 25

Debitum bonorum ſubſidium, quod legitima vocatur, ad hæredes tranſmittitur, etiam non agnitum: Magonius *decis.10. rota Florent.* Joſeph. Ludov. *decis.28. Lucenſ. nu. 27.* Benintend. *decis. Bonon. 37. nu. 16.* Ener *decis. 250.* Grammar. *decis 57.* Gail *obſerv. 120. lib.2.* Menoch. *conſil 251.* Cravett. *conſil. 142. 312.* Natta *conſ. 199. tome 1.* ¶ Renuncians ſucceſſioni, in amplâ formâ, non intelligitur renunciare legitimæ, niſi de ipsâ legitimâ fuerit expreſſa facta mentio: Grammat. *decis.101. nu 5.* Boer. *decis.3. & decis. 14.* Joſeph. Ludov. *lucenſ. decis.28 num.18.* Mynſing. *cent.1. obſ.36. Papon. lib.16. Tit.4. Arr.12.* Randenſ. *de analog. c.22 n. 134.* Roland. *conſ.70.n.40. vol.2.* 26

Licèt filius juraſſet attendere, & obſervare, contenta in teſtamento, non ob id videtur renunciaſſe detractioni legitimæ, & Trebellianicæ: Joſeph. Ludovic. *decis. Lucenſ. 28. nu.30.* Boer. *decis.14.* Guido Papæ *qu. 427.* 27

Lega-

¶ Legatum, nepotibus, nondùm natis, factum, ab avo, patris contemplatione, relictum cenſetur: ideò eis in legirimam imputatur: Natta *conſil.501.n.16.* Aliàs legatum dotis factum, per avum, nepti dicitur relictum, ejus contemplatione, & non filiæ, qui propteriâ non tenetur ipſam dotem, ſuæ filiæ legatam, computare in ſuam legitimam: Nam tale legatum, non cenſetur factum, animo compenſandi cùm legitimâ filij, ſi neptis erat infans, & non nubilis: aliàs ſecùs: Menochius *conſ.151. lib. 2.* Borgn. Cavalean. *deciſ. 25. de contract. par. 2, n. 40.* Magonius *deciſ. 13. n. 4. Rota Florent.*
28 Decius *conſ. 81.* Cravetta *conſ.219.*

Ipſa quoquè filià non tenetur computare tale legatum dotis, licet illa, mortuo patre, uti hæres ipſius, peteret legitimam debitam patri ſuo: Menoch. *conſil. 183. lib. 2.*

¶ Teſtator, ſi prohibeat filios vendere, ante annum 25, quicquam, de bonis hereditarijs, ſine licentiâ tutoris, talis prohibitio adeò valet, ut nec etiam intrà tempus prohibitionis filius poterit legitimam alienare, nec tali præcepto renunciare: & hòc caſu legitima non venit in confiſcatione bonorum: quià, licet legitimæ onus imponi non poſſit: tamen quandò pater volens providere imbecillitati filiorum, prohibuit alienationem ſuorum bonorum, uſq; ad certum tempus, valet prohibitio: quod intellige, quandò prohibitio ſolùm fuiſſet facta uſq; ad anne 25, vel 30, ſecùs ſi uſque ad annuum 40. Menochius *conſil. 57. vol. 1.* Auguſtin. Berous *quæſt. 87,* Roland. *conſil. 31. n. 30. vol.*
29 *1. & conſ. 98. n. 25. vol. 2.* Natta *conſ. 528.*

Quandò in contractû matrimonij fit pactum, quòd primogenius ſuccedat, vel aliter in aliquibus bonis, tùnc vocatus admittitur ad illa bona, abſque onere detractionis legitimæ: Decius *conſil. 578.* ¶ Legitimæ gravamen non conſideratur, quandò filio relinquitur plus legitimâ, & ille acceptavit tacitè, vel expreſſe: quià intelligitur etiam onus accepiſſe, quoàd legitimam: Magon. *deciſ. 85. Lucenſ.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. 28. Lucenſ.* Menoch. *conſ. 196. n. 15. lib. 1.*
30 Aug. Berous *quæſt. 87.*

Filius non poteſt privàri legitimâ, per patrem, etiamſi ex pacto approbaviſſet teſtamentum ipſius patris, illo vivo: tamen, ubi, cognito teſtamento, poſt mortem patris, illud non impugnaverit expreſsè, & tantò magis, ſi paternum judicium agnoverit, non poterit ipſe filius, nec eius hæredes venire contra teſtamentum: Ozaſcus *deciſ. 148. n. 8.* Guido Pap *quæſt. 96.* Joſeph. Ludov.
31 *deciſ. Lucenſ. 28.*

Legitimæ filij uſusfructus, matri, aut alij extraneo, dari non poteſt: ideò de legato, uſusfructus omnium bonorum, legitima filiorum, detrahi debet, quæ filijs, cum proprietate, & uſufructu, debetur: Boerius *deciſ. 194.* Decius *conſil. 590.* Bartol. *in l. 37. De uſufructu legato.* Dos, ut congrua dicatur, non poteſt eſſe minor legitimâ, etiamſi pater in teſtamento prohibuiſſet, ut filia non poſſit plus petere: Grammat. *deciſ. 101.*

Tria ſunt, quæ computantur in legiti- 32
mam, dos,: donatio propter nuptias: & datum causâ militiæ. Donatio enim facta per patrem, filio, inter vivos, tanquàm benè merito, non computatur in legitimam, nequè id, quod pater, pro filio, expendit: Amanuel de Claris aquis *ſing. 122.* Teſſaur. *deciſ. 46.* Guido Pape *ſing. 763.* Bartolus *in l. 71. n. 6. De legat. 2. l. omnimodo. §. imputari. C. De inofficioſo teſtam.*

LEGITIMATIO.

De legitimatione Imperatoris, quòd ſit 1
de reſervatis eius: in quibus terris poſſit legitimare: (*Non poteſt, niſi in ſuo territorio. aut extra territorium, ſuos ſaltèm ſubditos, aut reſpectû bonorum, in ſuo territorio, ſitorum. Iſta communis eſt.*) quòd illā allegans quis probare tenetur, & ex quibus cauſis poſſit impugnari: hæc & alia pulcherrima, in hac materiâ legitimationis per Imperatorē fienda, vel facta, *conſuluit eleganter* Rolan. à Valle *in conſ. 88. & in ſequen. 89. volu. 1. & ibi de creatione, & poteſtate, comitis Palatini. idem* Rolan. *elegantèr de Comitis Platini creatione, & poteſtate, in legitimatione, in conſ. 61.*

De legitimatione per reſcriptum principis, deq; eius effectibus: & quòd æquiparentur legitimati legitimis & naturalibus, & plura bona, *vide apud* Geyl. *in obſ. 140. lib. 2.*

Et de viribus legitimationis, *latiſſimè conſuluit:* Decia. *in conſ. 40. vol. 3. per totum.*

Sed an princeps poſſit legitimare, ad ſuc- 2
ceſſionem feudalium, in præjudicium agnatorum, *notavit (quòd non in feudis antiquis, niſi ex causâ & de plenitudine poteſtatis.)* Geyl. *ibi. in fi. Latiùs* Decia. *in conſ. 5. vol. 1. ibi de legitimatione per reſcriptū & ſubſequens matrimonium, (* Jul. Clar. *in §. feud. quæſt. 82 num. 4.* Geyl. *lib. 1. obſer. 141. n. 2.* Mynſ. *cent. 5 obſ. 42.* Borch. *de feud. c. 7. par. 2. nu. 48.* Schneidew. *de pac. publ. num. 22. Diſſentit.* Franc. Hotom. *cauſ. 29.) & de ſucceſſione eorum, etiam in feudis, multa utilia docuit idē* Decia. *d. conſ. 40. vol. 3.* Et legitimationē ex pluribus nullam pronunciandàm. Ex quibus autem, & qualitèr ſententiandum, *docuit conſulendo idem* Decia. *conſ. 19. vol. 1. per tot. & conſ. 88. vol. 2. nu. 11. & ſeqq. idem conſ. 90. eod. vol. 2. ibi docet multa, quibus legitimatio impugnatur. Et conſuluit, quòd legitimatus generalitèr ad feuda,*

Eccleſiaſtica tamen non admittatur, niſi de conſenſû Eccleſiæ.

3 Legitimatio autem quæ dicatur ſubreptitia, & quòd propter obreptionem non valeat, *conſuluit idem* Decia. *conſ.38.vol.3.per tot.& ibi de materiâ obreptionis.* Menoch. *latè, in conſ.109. volum. 2.*

Itèm, an in præjudicium legitimorum & naturalium, (*non poteſt, niſi ex cauſâ & plenitudine poteſtatis.*) itèm agnatorum, (*Utiq; poteſt, vice patris, in allodialibus.*) filius naturalis legitimari poſſit: & an ſuccedat, in feudis, (*regularitèr non ſuccedit.*) an, per ſupervenientiam legitimorum, legitimatio vitietur, (*negatur.*) *notat.* Geyl. *in obſ.142. lib.2.*

4 De legitimatione per ſubſequens matrimonium, *eſt tex. in Authen. de naturalibus lib. §. reliquum eſt. Et ibi invenies, quomodò per iſtas legitimationes fiant ſucceſſibiles activè & paſſivè, vide* Roland. *in d. conſ. & tex. alleg cum alijs. Itèm* Decian. *in conſ.3. volu.1 num.75. & ibi in multis ſeqq.*

Itèm de iſta legitimatione, per ſubſequens matrimonium, vide Geyl. *in obſer.141. lib. 2. &* Weſenb. *in conſ.44. par.1. per tot.*

Et ſpurij legitimationem non valere, *voluit.* Decia. *in conſ.91. vol.2.*

Sed inceſtuoſus quòd regularitèr non legitimetur, *eſt tex. in § fin. Inſt. de nupt. & l. itèm quis, C. de natural. lib. & in c. tanta qui fil. ſint legit. declar. ampliando tribus modis,* Petr. à Duen. *in reg. fall. regu.419. incip. inceſtuoſus.*

Sed legitimatus an comprehendatur ſub nomine filiorum legitimorum & naturalium, *docuit, diſtinguendo etiam in diverſis reſpectibus,* Decia. *in conſ.42. volu.1.*

Tria autem, ut habeant omnes effectus legitimi, requiruntur: (1.) auctoritas legitimantis. (2.) voluntas legitimati (3.) ſolennitas legitimationis requiſita: Decia. *ibid. n. 37.* Menoch. *conſ.108 vol.2.* Et de legitimatione, quantum ad ſucceſſionem, in feudo, præſertim hæreditario, *idem* Menoch. *conſil 157. d. vol. 2.*

5 De legitimatione ad judicium, *notant* Barto. *& alij in l. 2. C de edicto divi Adr. tollen.* quòd in judicio, quantumq; ſummmario, & executivo, requiratur plena legitimatio perſonæ, ſi hoc opponatur. Inquirendum n. eſt ante omnia de perſonâ: *l.3 ff. de teſt. l. licet C. de procura.* ¶ Et caſû, quo perſona non eſt legitima, repellitur à judicio, vel redditur judicium retrò nullum: *d. l. licet, & ibi Dd. l. ſi res, C. de ordi. cogni.* Menochius *conſ. 100. vol.1. num.37. de his & alijs notavit* Pet. Gerardi de Pet. Sancta, *in ſingu.23. incip. notant. pertinet ad locum de procuratoribus.*

6 De tutorio & procuratorio, *vide illa, quæ conſuluit* Weſenbe. *in conſ.35. par.1. ibi quatenùs tutor teſtamento, minùs ſolenni, datus matri præferatur, & poſſit procuratorē conſtituere.* *Theſſ. deciſ. 169.* De legitimatione, *vide omninò* Raud. *de analog. lib.1. c.36.* & quandò legitimatus comprehendatur ſub diſpoſitione, loquente de legitimè natis, *ibid. fere p. tot.* ¶ Legitimatum poſſe ad ſpurietatem reduci, Raud. *c.37.* ¶ Mater non poteſt impetrare legitimationem filij naturalis: Pruek. *l. in multis, de ſtatu hom. p. 1. menb 3. Arti. 21.* ¶ De legitimatione, Gabriel *in Concl. de legitim. per ſubſequens matrimonium* Joſeph Ludovic. *concl. 26.* ¶ Legitimatio, facta de filio ſpurio, à patre, cum conditione hîc inſerta valet, dum modò filijs non relinquatur minùs legitimâ: Joſeph. *concl. 27.* ¶ An filius natus ex moniali, in monaſterio degenti, efficiatur legitimus, per ſubſequens matrimonium, mediante diſpenſatione, contractum in præjudicium ſubſtituti, *Hier. Laur. deciſ.6.*

Conceſſâ poteſtate legitimandi omnes legitimes, videtur & conceſſa legitimandi etiam ad bona feudalia: Raud. *de analog. univ. & æquiv. lib.1. c. 13. n. 25. per reg.3. analogorum, vide etiam paſſim c. 35.* ¶ Clauſula adjecta legitimationi, abſq; præjudicio venientium ab inteſtato, cujus effectus, Capyc. *deciſ. 22.* 7

De ſupplicatione, pro legitimationis confirmatione, in Camerâ Imperiali obtinendâ, Pet. Frid. Mind. *de proceſſ. in Cam. extrab. lib. c. 12.* ¶ Legitimatio, per ſubſequens matrimonium, requirit inſtrumenta dotalia & quid de jure canon. Theſſa. *deciſ. 83.* ¶ Teſtamentum, à patre factum, rumpitur, per ſubſecutam filij legitimationem: Theſ. *deciſ. 84.* ¶ Non poſſunt, ſine causâ, legitimare inferiores à Papa, & à Principe, & quomodò ſunt exprimendæ cauſſæ, & multa alia circa legitimationem, Vivius *deciſ.339. lib. 2.* ¶ In impetratione legitimationis quæ qualitates exprimendæ, Menoch. *lib.2. cent.3. c.203.*

De legitimatione, quandò valeat, *vide* Dec. *conſ. 85. vol.1.* ¶ De legitimationis validitate, & an ſtatutum, loquens de agnatis, habeat locum in legitimatis, *negat* Decius *conſ. 317. vol. 2. & 258.* ¶ Legitimatus an ſit propriè legitimus, & an beneficium ſtatuti legitimatis competat: Dec. *conſ.275. vol.2. in cauſſâ quæ lucet.* 8

Spurius, vel naturalis legitimatus, eſt verè legitimus non per fictionem. Et legitimatio eſt veritas, non fictio: Bart. *in l. ſi is, qui pro emptore in 3. q. pr. de uſucap.* Ubi Iaſ. hoc latiſſimè examinat, pro utraq; parte arguens: & hoc eſt utile pro ſtatutis, in quibus fictio locum non habet: *vide* Iaſ. *in l. cum acutiſſimi, C. de Fideicom.* Alexan. *in conſ. 2. vol. 1.* Iaſ. *in l. cum filiusfamilias, de leg. 1.*

¶ Et

¶ Et quid in bonis feudalibus,& Emphyteuticis,an ſit verè legitimus, & veniat: *vide eum in d.l.ſi is, qui pro emprore.* ¶ An legitimatus iterùm poſsit legitimari: &,ſi primò minus plenè fuit legitimatus, poſſit ſecundò pleniùs legitimari,*vide* Paul.de Caſtr.*in conſ. 227.viſo themate.*Bal.*in conſ.131.vol.3.*Dec.*conſ. 55.vol.1.& conſ.152.vol.2.* Curt.*conſ.74. & 76. col.9.& conſ.18.*Soe.*conſ.246.vol.2.*

9 Et quomodò differat Legitimatio,quià illa eſt favorabilis: & Habilitatio ad ſuccedendum,quæ dicitur diſpenſatio, & ſic odioſa: *vide* Goz. *in l.ſingularia. lect.68. Si cert. pet.ubi hoc per 5. concluſiones examinat.& vide* Mod.*in l.Gallus,§.& quid ſit antùm.de liber.& poſthum.* ¶ Et de hac differentiâ,inter legitimationem & diſpenſationem, *vide* Dec. *in conſ.264. vol.2.revocatur in dubium, & conſ. 288.eod.vol.* ¶ An habens privilegium legitimandi Spurios, poſsit legitimare fœminas Spurias, *vide* Jaſ. *in l.ſi quis id, quod .ff.de juriſd.om.jud.* ¶ Legitimatio infantis an fieri poſſit, & quandò fit vivente patre,an citatio agnatorùm requiratur? & de pluribus,quæ in legitimatione requiruntur? & filiæ legitimatæ ſuccedunt ab inteſtato: Dec. *conſ.55. vol.1.* ¶ Auctoritatem legitimandi ab Imperarore habens, an poſſit Sacerdotis filium legitimare? & deciditur per Paul.Cald.And. & Moder.Quòd ſic, contra Rom.*in l. Gallus. §. forſitan, de lib. & poſthum. in fin. fol. 36. num.7.*

10 Legitimatus detrahit legitimam & Trebellianam, de fideicommiſſo: *vide* Dec.*conſ. 257.vol. 2. quæritur.* ¶ Appellatione legitimæ ſobolis, etiam legitimati veniunt:& alia plura in materia, *vide per* Dec.*conſ.258.vol.2. in caſu Domini Franciſci.* ¶ An valeat privilegium, Quòd Spurij in defectum legitimorum admittantur, *vide* Dec. *in conſ.271.vol.2. in caſu tranſmiſſo.* ¶ Legitimatus an & quandò ſubſtitutum excludat,Dec.*conſ 288.vol.2. viſo puncto.* ¶ De legato relicto ſpurio legitimato, Dec.*conſ.288.volum.2.quæritur in effectu.*

11 De legitimatione per reſcriptum, & quòd comes poſſit legitimare etiam extantibus legitimis: & quandò requiritur cauſſa in legitimatione,& de materiâ,Dec.*conſ.307. vol.2.viſo puncto.* ¶ An filij nati ex concubinâ,per ſubſequens matrimonium verè fiant legitimi,etiã ad feuda, *vide* Hieron.Schurff. *conſ.1.col.9.in fine.Ubi plenè diſcutitur.*Differentias inter legitimatos per reſcriptum, & per ſubſequens matrimonium, *vide in d. conſ.1. num. 122.* ¶ De legitimatis per reſcriptum, & quòd talis legitimatus, verè, & non per fictionem, ſit legitimus, & quòd in nullo differat à legitimis filijs, *vide integrum conſilium* Hier. Schurff.*in conſ.2.* Quandò fit legitimatio de ſpurio, nato ex adulterio, quià tùnc diſpenſatio eſt odioſa, in eâ cauſa requiritur Decius *conſil.5. & conſ.393.*

12 An virorum nobilium liberi, ex ignobili fæminâ ſuſcepti, per ſubſequens matrimonium legitimentur? Aff. *de jure Canon. per c. tanta. qui filij ſint legitimi. c. 1.conjug. ſervor.*Anton.Teſſaur.*deciſ.83.* Fachinæus *lib. 1.controv.53.*Cacheran *deciſ.154.* Gail *2.obſerv. 41.n.3.*Sarmientus *lib.1. ſelectar. interpr. cap.7. nu.5.*Schurffius *conſil.1.cent.1. & conſil.56.cent. 2.*Weſenb. *conſil.44.n.73.*

13 An nepos legitimus fiat, per ſubſecutum avi matrimonium? Aff.Forſter.*de ſucceſsion.ab inteſtato lib.1.* Carel. Cotta *in memorab. verbo. legitimatio.* Fachin. *lib.3.controv. c.56.*Gail. *2.obſer.141.* Tiraquellus *de jure primogen.qu.34.n.64.* ¶ An princeps, ad ludos equeſtres, minùs idoneum, ob natalium, priſcarumquè imaginum,defectum,vi abſolutæ poteſtatis, natalibus, ut ludis equeſtribus idoneus fiat, reſtituere poſſit: Aff. D.Pruchmannus *in §. ſoluta poteſtas. c. 4. memb.1. eff.4.*

14 Legitimatio non requirit cauſam: ſufficit enim conſenſus patris, nequè requirit citationem, quod procedit in legitimatione principis: ſecùs in aliâ, factâ ab inferiore, & quandò adſunt alij filij legitimi & naturales: Verall. *deciſ.74.nu.5.par.2.* Raudenſ. *de analog.c.37.* Decius *conſil.308. & 393.* Mohedan.*deciſ.246.vide.*Puteum *deciſ.89.lib.2.*

15 Legitimatio, per matrimonium, firmior eſt,quàm per reſcriptum principis: quià, in ſtatuto, legitimati per matrimonium, pro legitimis habentur, & filias excludunt: quod ſecùs eſt in legitimatis per reſcriptum principis : Hartman. *Piſtor lib. 5. quæſt. 41. Gail. 2.obſervati.41.* Molineus *conſuetud.paris .15.§ 8.gl.1.n. 47.* Jaſon. *in l.generaliter.§.cum autem.n.9.C. inſtitu.& ſubſtitut.* Mynſing.*centu.3. obſer. 26. Tiraquellus in l. ſi unquam.n.64.C. de revocand. donation.*

16 Nominatione quoquè ſuorum, legitimi filij efficiuntur, qui naturales erant,modò de eâ,vel per inſtrumentum, vel actũ,aut ſimilitèr, liquidò conſtet : *Auth.ſi quis liberos C. de natural. liber.* De ratione huius legitimationis, dequè eius æquitate, vide, Weſen.*conſ.44.Boeri.dec.240.n.15.* An autem hæc legitimatio eũ habeat effectum, ut per eam legitimatus,non reſpectû patris tantùm,ſed aliorum etiam legitimus ſit,jureq;legitimorũ fruatur? Aff.Herman.Vultejus *lib.1.juriſprud.c.23.* Sed an mater etiã hoc modo filios legitimet nominatione ſuorum ? non videtur Catell. Cotta memorab. in c. legitimatio in fin.

17 Pater, in caſû validæ legitimationis, non poteſt filio naturali legitimato, plus relinquere, quèm uni filiorum legitimorum & naturalium, cui minus relictum ſit: And. Gail *lib.2.obſer.142.n.9.* Franc. Cremenſ.*ſing.52.* Decius *conſ.193. vol. 2. vide tamen* Rolandum à Valle *conſil. 95. vol.3.* ¶ Legitimatio tenet, etiamſi non probetur certa mater legitimari: Jacob.Puteus *deciſ.435. lib.1.* ¶ Licet beneficium legitimationis, à principe conceſſum, filio Spurio non auferat hæreditatem, jam quæſitam agnatis, de eis non factâ mentione: tamen ſecùs eſt in hereditate, tempore legitimationis, nondùm delatâ, quià in eâ valet beneficium legitimationis: Ægidius Bellam. *concluſ. 751. vide* Decium *conſil.269.* Nartam *conſ.619.*

LENOCINIUM.

LEnocinium, quis propriè dicatur facere in uxore, ad hoc, ut ipſe, ut leno, poſſit puniri, *dicit tex. in l. mariti, per totum, ff. de adult.* ¶ Lenocinium facit, qui quæſtuaria mancipia habet: *l. Athletas, §. ait prætor, de infam. l. palam. de ritu nupt.* Lenones, ſeu patres, ſeu domini, ancillis vel filiabus peccandi neceſſitatem imponentes: hoc eſt, proſtituentes eas invitas, vel tenentes invitas in lupanari: perdunt dominium, & poteſtatem, quam habent in eas: & exilij pœnâ puniuntur, & publicis metallis addicuntur: *l. Lenones, ubi* Bart. *notat. C. de Spect. & ſcen. & len. lib.11.*

LEPROSUS.

LEproſi, ex civitatibus, expelli debent: Paul. de Caſt. *in l. nullus. per illum tex. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cath.* Et hæc eſt conſuetudo, in Germaniâ. Hæc conſuetudo, de jure Canonico, eſt approbata: *in c. 1. de conjug. Lepr.* Et etiam jure veteris teſtamenti hæc conſuetudo eſt approbata: *c. hoc ipſum 33. q. 2. vide* Paul. *in l. nemine. C. de Epiſc. aud. vide lecturam meam, in §. juris præcepta. Inſt. de jur. nat. gent. & civili.*

LEX.

1 QUid quælibet lex ſit: earum diſtinctiones: quæ ſit eius origo: quomodò quælibet in foro alleganda: quatenùs una alteri deroget, & ſit præferenda, *& tandèm alia notatu digna tradidit* Rober. Mar. *in ſuo ordine judici. par. 3. per totum.* ¶ Quæ ſint ejus partes, & quæ ſit legis virtus: Et quòd decet omnes obedire legibus, *notatur in tit. C. de legibus & conſt. & edictis prin. ff. eodem de ll. Senatuſconſul. & longa conſuetu. C. de manda. princ. de Senatuſconſul. de veteri jure enucle. ff. de conſt. princip.*

2 Et quòd leges ab omnibus ſciri debent, *habetur in titulis, C. de ff. De Juris & facti ignor. notavi ſuprà in lit. I. verſ. de ignorantiâ, de omnibus prædictis titulis, vide* Sebaſt. Brand. *in explicatione titulorum* ¶ Quatenùs autem lex tollat proviſionem hominis, vel non, *habetur in l. fina. C. de pactis conven. & nota.* Socin. *in regulis fallen. regula 286* ¶ Nota: contra legem facit, qui facit, quod lex prohibet: in fraudé verò legis facit, qui ſalvis verbis legis ſententiam ejus circumvenit: *l. contra. ff. De legibus De fraudante ſtatutum, optimū habes exemplū apud* Ant. Corſ. *in ſing. ſuis, in verb. ſtatutū.*

Legunt ignorantes ligate iniquum eſt: Anaſt. German. *in Tractat. de Indult. Cardin. §. Ac irritum. nu. 58.* ¶ Lex ad futura protenditur, non autem retrotrahitur ad præterita Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. §. Ac irritum. num. 59.* ¶ Abſens à legis notitiâ excuſatur: Anaſtaſ. German *d. Tr. d. §. Ac irritum, num. 60.* Regula revocatoria vim legis generalis obtinet: Anaſtaſ Germà. *d. Tr. d. §. Ac irritū. n. 61.*

Sed non juvantur beneficiò legis, qui ſpernit legem: & fruſtrà legis auxilium invocat, qui committit in legem: *c. quià fruſtrà, ext. de uſuris c. an ſit de appella. l. ſancimus. §. ſi vero poſtquam, C. de jure delibe.* 3

Aliud nota: lex indiſtinctè loquens, indiſtinctè eſt intelligenda: nam ubi lex non diſtinguit, ibi nec nos diſtinguere debemus: vel ubi aliquid ſtatuit, nos ulteriùs non procedamus. *gl. l. de pretio, ff. de pub. in rem actio. gl art. 7. lib. 2 LandR. dicit* Soc. *in regulis fallen. regu. 284 quòd lex generaliter loquens generaliter intelligi debeat, d. l. de pretio, ff de publ in rem actio Sed fallentias poſuit ad d regulam. quinquaginta quinq.*

Adaptatur autem lex ad frequentiora: *l. nam ad ea, ff. de ſtatu. hom.* ſed quòd in caſibus etiam adaptetur ad ea, quæ raro accidunt, *declarat per exempla* Hip. de Marſi. *in l. unica. C. de raptu virginum, n. 232.*

Sed & hoc notare volui: leges, decreta, conſtitutiones Principum, Marchionum, Comitum, & aliorum dominorum, habentiū territoria, annexis dignitatibꝰ, vel tranſmiſſibilia ad hæredes: quòd ſint perpetuæ, non annales, civiles, & non prætoriæ in territorijs eorum, *notavit eleganter* Roland. à Valle *in conſil. ſuo 86. mihi num. 12. & in ſequentibus lib. 1.* 4

Sed tamen legem novam, ſimpliciter loquentem, non tollere privilegia in corpore jur. s incluſa, *dixit* Matthe. de Matheſila. *in ſing. ſuo 59. n. 2.*

Nota: legibus, non exemplis, eſt judicandum. *l. Nemo, C. De ſent. & interlo. om. jud. ſed* Soc. *poſuit 3. fallen. in reg. fallen. regula 280.* ¶ Itèm abrogata regulariter non debet allegari, nec ex eâ argui poteſt: *tex.* Bar. *& Dd. in l. fina. ff. de furt. CC. in c. notavit, Ext. de jud.* Barto. Soc. *in regu. fallen. regula 185. poſuit limitationes ſeptem, quòd leges per magiſtratum ſunt* 5

ſunt tuenda & ſaltèm exequenda, docuit Fran. Zoanetta.*in tracta ſuo de feu.par.3.nu.91.*¶ Et lex licèt ſit dura, tamen ſervanda, ſi non ſit contra jus divinum : Dec. *in conſi. 58. vo-*
6 *lu.3.*

Lex civilis quandò non ſervatur jure Canonico, Roger *de proteſt.Rubr. 3. §.1. nu.7. fol. 84.& n.8.* ¶ Statutum, vel lex habens plures intellectus, poteſt allegari in quolibet intellectû, quandò quilibet intellectus probatur per bonas ll. vel rationes aliarum legum: Plot. *de in lit jur. §. 6. nu. 46. fol. 229.* ¶ Lex civilis, ſicut Canonica, etiam eſt ſervanda in foro pœnitentiali : Capra.*tr reg. 1.* ¶ Legi contraveniens an mortalitèr peccet, Capr. *ibid. reg 3.* ¶ Legibus & canonib. qui ligentur, Capr.*reg.4.* ¶ Lex poſitiva, & præceptiva, usû non recepta, an obliget ad peccatum, *Capr concl.14.*

¶ De legibus, ſtatutis, decretis, vel extravagantibus, non inſertis, in corpore juris, an quis ad prædicta obſervanda teneatur, Jo-
7 ſeph. Lud.*concl.54.*

Leges generales præſumuntur juſtè conditæ. Item municipales conſuetudines: Men. *lib.2.præſ 1.* ¶ Leges & ſtatuta an usû recepta, & obſervari præſumantur : legeſq; non receptas minimè obligare, Men *ibid.præſ.2.* ¶ Lex in dubio præſumitur eſſe de præcepto, non conſilio: Men *præſ.4.* ¶ Juris vel juris communis mentione factâ, in reſcripto, ſtatuto, vel aliquâ diſpoſitione, de quo Jure ſenſiſſe præſumatur & intelligatur, *præſu. 6.* ¶ Dicta & diſpoſita in unâ parte legis communis, vel municipalis, an & quandò præſumantur repetita in aliâ parte, Men.*lib.2.præſ. 7.* ¶ Leges aliæ ſimplices, aliæ relativæ, *vide* Daur. *de teſt.n. 155.fol. 201.* ¶ Lex univerſalis, vel particularis, ut puta, conſtitutio, ſtatutum. quandò liget, Men.*lib.2.cent.2.c.185.*

8 Utrùm lex, derogans præteritæ conſuetudini, deroget etiam futuræ, Dauth. *l. fi. n 5. C.de teſt.fol.678* ¶ Legi contradicens, peccat mortalitèr : Vivius *lib. 1. dec. 106.* ¶ Lex per non uſum tollitur : Caſtell.*in prin.tit.inſt de teſt.ord.n.61.uſq; ad 80.pro & contra, & eand.conciliat.fol. 36.* Suarez. *in legib. feri egregiè, ubi id declaratur.* Men. *lib. 2. dicta præſ. 2.* Dauth, *de teſt.n 311. in add fol.354* Paul.Mont. *de jure tutel.& cur.c 18.n. 29.* Vivius *dec.338.lib. 2.c 3. fol.253.* Semper autem præſumitur lex in viridi obſervantiâ : Knich. *in comm. privil. Duc. Sax.verb.Jus.*

9 Legis ratio, anima legis. *l.cum mulier.55. ff.Sol.matr.vide* Curc.*conſi.5.fol.70. col.1.conſi. 12.fol. 86. col. 2.* ¶ Ratio legis quandòq; eſt probabilis, quandòq; neceſſaria : ſcilicèt quandò illa ratio deficiat, deficiat & lex : & tùnc quandò ipſa locum habet, & lex: *ita eſt gl.in l. ſi cum exceptione, §.poſt annum, in v & rei, ff. Quod met.cauſ.* ¶ Et in omni lege poſitivâ quæ ſatisfacit rationi legis, dicitur legi ſatisfacere : *vide pulcrè* Curc. *conſi. 12. fol.56. col. 2* ¶ Et nota, quòd in continuationib. Rubricarum, & cur ità ſint ſituatæ, cum hoc juris ſit poſitivi, non poteſt dari ratio neceſſaria & concludens : Ergò ſufficit qualis qualis. ¶ Ratio legis, & diſpoſitionis cuiuſcunq; ſemper inſpicienda : Ergò ſi lex eſt ſpecialis, & ratio generalis, generalitèr eſt intelligenda : *l.regula, ubi* Barto.*per illum tex.§.ſi quis ff.De juris & fact.ignor.*& econtrà, ſi lex eſt generalis, & ratio ſpecialis, per eam debet reſtringi & limitari : *l. cum pater § dulciſſimis, de leg. 2.* Hoc tamen intellige benè, ſecundum declarationem Bart. *in l pater, §. fundum. de leg.3. quem ſequitur* D.Car.*in l. 1. §. ſi ſtipulanti, fol 59 fal. 2.de v. oblig.* & hinc dicimus, quòd ratio legis eſt anima legis: *l.cum mulier 55.ff.Sol.matr.l.cum pater. 77. §. dulciſſimis. 20. ff. de leg. 2.l. non dubium C. de leg.* ¶ Ubi eſt eadem ratio, ibi lex extendi debet ad ulteriores caſus : cùm lex quandoq; utatur vocabulis, exempli causâ, Dandi; *l 1. §. quod vulgò, de vi & vi arm.* Exempla autem non reſtringunt, ſed declarant regulam *l. damni infecti 18. ff. de dan.no infecto.*

Ratio legis, *in l.nonnunquam, ff. de cond.* 10
& demonſt. habet minus rationis, quàm alia ratio, quæ ſit in toto jure : *ità dicit* Cyn.*in l. Invendentis, C.de contrab.empt.refert.* Iaſ. *in l. captatorias, in §. 3.col.C.de teſt.milit* ¶ Leges, ratione naturali, ſunt ſcriptæ : *l.ſcire, §.oportet ff. de excuſ.tut.* ¶ Quandò lex loquitur in casû ſpeciali, & ratio illius legis eſt generalis: tùnc debet extendi ad alios caſus : *l. regula, ubi Bart.not. ff. de jur. & fact. ignor.* ¶ Legis ratio debet eſſe generalis : Bart. *in l.ſi pacto, quo pen.im.14.C. de pact.* ¶ Ratio legis & mens inſpicitur: *Inſt de l patro.tut.quem tex.ego ad hoc pondero, vide bonum tex.in l. ſed Celſus, §. Si Fundus.ff.de contra.empt.* ¶ Correctâ ratione legis, lex cenſetur correcta: *gl. in l.1.in tit.Prudentia, ubi* Bart.*ff. de leg. &* Alex. *in l. 1. in 6. col. in fi C. Qui admitt.ad bon.poſ.* ¶ Quandò rationem habemus, non debemus quærere legem, vel textum : quià quærere legem, vel textum, ubi habemus rationem, non eſt, niſi infirmitas mentis, & intellectûs : ſecundum Ariſt. quem ſic pulcrè allegat Angel. ità formalitèr dicens, *in conſ. 317.in quaſt.vertente inter illos principes, in 3. colum.*

Itèm rationabile dictû ità debet movere 11
judicem ad judicandum, ſicùt ſi allegaretur textus legis, *ita dixit.* Andr.de Iſer.*in proœm. feudor. in ult.colum. Hoc formalitèr ità refert* Iaſ. *in l. quoties, in 6. col. C. de rei vend.*

¶ Ubi

¶ Ubi eſt eadem ratio, eſt eadem juris diſpoſitio: *l. a Titio, ff. de v. obl. l. penul. C. de pact. gl. in l ſi. in gl. 1. C. de pact.* ¶ Lex plures lecturas habens, an utræq; poſſent eſſe bonæ, *vide* Br. *in l. ambiguo, ff. de Ædil. edict.* ¶ Lex debet ſemper eſſe de caſu dubio: *l. Quod Labeo ff. de carb. ed. vide* Bar. *in Rub. ff. de reb. dub.* ¶ Lex habens varios intellectus, non poteſt allegari: *ſecundum* Bar *in l. ambiguo, ff. de reb. dub. Cano. in c Capellanus, de ferys, per illum tex. refert.* Iaſ. *in l. poſthumo, in 6. col. prope fi. C. de bonor. poſ. contra tab.* Imol. *& Mod. in l. cum prolatis, per illum tex. de re jud.* Quià, quod multiplicitèr dicitur, ejus veritas non habetur, ſecundum Boerium: *ut refert* Bald. *in l. precibus, in 7. col. C. de impub. vide.* Iaſ. *in l. ſi is, qui pro emptore, coll. 12. de uſucap.*

12 Quandò lex habet multas lecturas, tùnc illa plerumq; præfertur, quæ cæteris eſt dubitabilior: *l. quod Labeo, de carb. edict. & gl.* narrans opiniones, nec apertè unâ eligens, ultimam dicitur approbare in dubio: *vide ſup. in 1. Tom. in verb. gloſſa & infr. in v. opiniones.* ¶ Lex enim debet ſemper eſſe de dubio. Bart. *in Rubr. ff. de reb. dub.* ¶ An liceat allegare leges correctas, & quâ pœnâ allegans puniatur, *vide* Bart. *in l. fin. ff. de Falſ. vide* Alexan. *in l. 1. in 4. col. C. qui admitt. in princ.*

13 Ex legibus etiam correctis, inſertis in corpore juris, licitum eſt ſumere argumentum, in eo, in quo non corriguntur: *gloſſ. not. in l. 1. in princ. & ibi* Bart. *in fin. not. de coniung. cum emau.* Barto. *in l. fin. de Fal. vbi allegat. tex. in c. Authoritate de conceſ. prab. in 6. vbi Papa arguit ex ll. correctis, vide* Iaſo. *in l. ſi is, qui pro emptore, ead. col. 12. in fin. de uſucap.* ¶ An lex abrogata allegari poſſit, & ex eâ argui, *vide* Socin. *in reg. 230. vbi ſeptem fallentias ponit. adde* Iaſo. *in l. ſi is, qui pro emptore, col. 12. de uſucap.* ¶ Legum correctio vitanda: *l. præcipuum, C. de Appell. l. ſancimus, C. de Teſt. c. cum expediat, de Elect. lib. 6 l. vnic. C. de inoff. donat.* Barto. *in l. 1. ff. de pec.* ¶ Leges veteres, in quantum poſſumus, debemus tolerare, *gl in Authe. de fidejuſſ. in verb. firmat, tex. in Authen. quibus nat. eff. ſui. colum 3.*

14 Lex, dura licèt ſit, tamen ligat: *l. proſpexit. ff. qui & à quibus man. lib. non fiunt. gloſſ. in §. furtiva, inſtitut. de uſucap.* Bart. & Mod. *de intellectû illius l. proſpexit, in l. omnes populi de juſt. & jure.* ¶ Lex rigoroſa, injuſta videtur: *c. filius, de Teſt.* & Lex injuſta non obligat in foro conſcientiæ: *vide* Decian. *in l. Precibus, in 4. colu. C. de impub.* ¶ Legum patria Roma: *texe. in Authen. ut Eccleſ. Rom. in princ.* A verbis legum non eſt recedendum: *l. Non alitèr. de leg. 3.*

Quod de mente legis continetur, illud expreſſum dicitur: *l. prætor, ubi gloſ. &* Bar. *de op. nov. nunc.* ¶ In dubio, verbis legum eſt ſtandû: *l 1. §. ſi is, qui navẽ 19. ff. De exer. act.* Iaſ. *in l. omnes populi, in lect. de iuſt. & jur.* ¶ Contra legem, vel ſine lege fieri, paria ſunt: Bald. *in c. geneſi, in vlt. colum. de Elect. vide* Iaſo. *in l. vinum, in 4. colum. ſi certum pet.*

Leges, ſecundum titulum, ſub quo ponuntur, intelligendæ: *ff. de in diem adiect. Quam ad hoc allegat* Bar. *in l. fin. in pr de cond. ind. &* Iaſo. *in l. licet, C. de judic.* ¶ Et ſecundum materiam, in quâ loquitur, lex intelligenda eſt: Bart. *in l. ſingularia, in princ. in 2. lect. ſi cert. pet.* ¶ Lex debet ſervari in foro conſcientiæ: Abb. *in proœ. decretat, & in c. 1. in 3. colum. de conſt.* Iaſo. *in l. Si poſt diviſionem, C. de jur. & fact. ignor. vide* Iaſo. *in l. nemo poteſt, in 2. lect. in 7. colum. ibi, quartò moveor, ff. de legat, 1* Et qui facit contra præceptum legis, peccat mortalitèr *ita* Barto *probat, in l. ſi quis pro eo, ff. de fidejuſſ. nu. 12. ibi 3. dixi.* Imò etiam ſtatuta, in foro animæ, ſunt ſervanda: *gloſſ. in c. quæ in Eccleſiarum, de conſt. vide* Iaſ. *vbi ſupr.* 15

Omnis lex ad clementiam operatur: *§. fin. in Auth. de exh. reis,* nec ergò mirum, quòd ſit ſancta, *l. leges, C. de LL.* ¶ Leges non verbis, ſed rebus, imponi debent: *l. 2. C. communia de leg.* ¶ Et magis mens legis, quàm verba attendenda: *l. 1. C. de interdict. l. ſcire leges, ff. de ll. vide infr. in verb. verbum.* ¶ Erubeſcimus, cùm ſine lege loquimur: *l. illam meritò: 19. C. de collat.* ¶ Sed ille textus, licèt communitèr ad hoc allegetur, non tamen benè probat. *Ergò adde clarum tex. hoc dicentem, in §. conſideremus, in Authen. de trien. & ſemiſſ. facit. l. Labeo. ff. de ſup. leg. l fin. C. de conſu. lib. 12. & ib.* Joan. de Plat. Et paria ſunt, contra legem, & ſine lege loqui: Bald. *in c in geneſi, de Elect.* Iaſ. *in l. vinu, in 4. col ff. ſi cert. pet.* ¶ Erubeſcimus, cùm ſine lege loquimur, vel ſine ratione naturali, quæ æquivalet legi: *l. cum ratio, ff. de bon. damn. vide* Johàn. de Plat. *in l. fi. C. de conſu. lib. 12. ita dicit* Barto. *in l. ſtipulationes non dividuntur. in 6. q. dum refert opin.* Guil. *de verb. obligat.* 16

Ex legis præfatione, ratio & mens condentis, colligitur: Bartol. *in l. 1. ff. ad SC. Maced.* ¶ Legi fraus fieri non debet: *l. ſi quandò, C. de inoff. teſt.* ¶ Lex debet eſſe dubitabilis: *l. Ancilla, C. de furt.* ¶ Leges à Græcis habuerunt originem, ſicut & quælibet ſcientia: *l. 2. §. exactis, & ibi gloſſ. de orig. jur.* ¶ Quicquid fit contra leges, neceſſe eſt, quòd non habeat vigorem. *c. 2. de teſtib* & tale etiam juratum non valet: *l. Non dubium, C. de LL.* ¶ Lex, generalitèr loquens, generalitèr intelligenda: *l 1. §. generaliter, ff. de leg. præſt. vide Socin. in reg. 129. vbi habes limitat. 55. l. 1. §.* 17

quod

Digitized by Google

quod autem, ff. de alea. l. in fraudem, §. fin. ff. de teſt. mil.

18 Quæcunque lex non vetat, intelliguntur eſſe conceſſa. *l. Nec non. §. quod eis. ff ex quibus cauſ. maj.* ¶ Ubi lex non diſtinguit. nec tu diſtinguas. *l. Labeo. ff. de ſup. leg. l. De pretio. ff. de pub. in rem act. l. adigere, §. quamvis, & ibi gloſſ de jur. Patro. & l. quæſitum, ff. de teſt.* ¶ Omnis lex, eſt inventio & donum Dei: *l. 2. ff. de LL.* ¶ Per ora principum Jura divinitùs ſunt promulgata: *c. nemo 16. qu. 3. c. quo jure. 8. diſt.* ¶ Nam legem allegare ad unum propoſitum, ſufficit: *§. itèm ſi in judi. Inſtit. de Excep, l. ſi quis obrepſerit, ff. ad l. Jul. Repet. l. ità vulneratus, ad l. Aq.*

19 Leges, auxilio exceptionum, quæ multis vigilijs, & ſubtilitate, inventæ ſunt, efficiuntur firmæ & immotæ: *§. autem, in Authen. de jur. alien. vide ſupr. in 1. Tom. in verb Exceptionem.* ¶ Lex tota inſpicienda, non una portio, *l. incivile. de LL.* ¶ Leges non dedignantur ſequi ſacros canones: *c. de op. novi nunc.* ¶ Legis tranſgreſſor, & conſuetudinis, æqualitèr puniendi: *c. in his 11. diſt vide* Iaſo. *in Authen. jubemus, C. de judic.* ¶ Legiſlatores, quæ ſemel, aut bis, accidunt, contemnunt: *l. Nam ad ea. de LL. l. Ea, quæ, de Reg Jur. Ego addo tex. in §. Inſula, Inſt. de rer. diviſ. §. quià, in Auth. ſine probib. col. 6. & ibi gl. jura adducit.* Interdum tamen, quæ raro fiunt, conſiderantur: *vide pulcrè* Ia'. *in l. t. in 8. col. C. de SS. Eccleſ. l. fin. C. de conſt. lib. 12. per gloſſ. in verb. Sponſa, C. de rapt. virg. & in l. 2. 4. col. de vulg. & pup.* ¶ Lex vel ſtatutum generalitèr loquens, reſtrictionem patitur de habilitate: *gl. in §. in perſonam, in verb. cum omnibus, Inſt. de Act. & ibi Ang. l. ut gradatim, §. 1 de muner. & honoribus, vide ſupra. in §. 1. de muner. & honoribus, vide ſuprà, in verb. generalitas.*

20 An lex poſsit ad ſimilem caſum extendi, quandò & quomodò, *vide* Abb. *in c. tranſlato, de Conſt. &* Bart. *in l omnes populi, in 6. q. princ. de Juſt. & Jur.* ¶ Quandò lex prohibet quem plus accipere, pro aliquâ executione vel ſcripturâ, non licet ei plus accipere etiam à ſponte offerente, vel donante: *l. Tam collatores, §. ut autem, & ibi* Io. de Plat. *not. in 1. not. C. de re milit. lib. 12.* ¶ Quod à lege jam eſt permiſſum, ſuperfluum eſt precibus impetrare: *l. t. C. de Theſaur. lib. 10. l. ſi creditori, de leg. 1 l. 1. in fin. ad Munic. vide* Bar. *in Rep. l. omnes populi in 2. q 3. q. princ. de Juſt. & jur.* ¶ Ubi eſt caſus legis clarus, diſputandum non eſt: *l. Ancillæ, ubi* Bald. *C. de furt. ità dicit* Bart. *in l. admonendi, in 8. col. ibi venio ad tertium, ff. de jurejur.* ¶ Legis proviſionem tollit proviſio hominis: *l. Et habet, §. cum quis, ff. de prec. vide* Carol. *in l. 1. §. ſi quis ità, fol. 56. fall. 2. de verb. oblig.* Bart. *in l. ſi inſulam. in 6 oper. primæ partis. de verb. oblig. vide ad hoc deciſionem, ſuprà in verb. Jus propriâ authoritate dicere.* ¶ Si quis non vult uti proviſione legis novæ, ſed eâ, quæ à lege antiqua eſt inducta, hoc facere poteſt, *l. quoties. de act. & oblig.* Undè ſibi illa via, quam eligit, placere debet: *l. ſi mulier, §. fin. Quòd met. cauſ. vide* D. Alex. *in l. 1. in 4. col. de Juriſd. omn. Judic.*

Ex neceſſitate caſuum emergentium licèt tranſgredi ſtatuta & LL. Innoc. *in c. 1. de Conſt.* Mod. *in Rub. C. qui admitt.* Bulg. & Dec. ¶ Jura nova recipiunt limitationem per jura antiqua, & diſtinctionem: *per gloſſ. in l. ſciendum, in 1. gloſſ. & ibi* Bart. *qui ſatiſdar. cog. dum gloſſ. allegat. Auth. offeratur, C. de lit. conteſt. vide* Alex. *in l. 1. in 4. col. C. qui admitt.* ¶ Et fit extenſio paſſiva de Jure antiquo ad novum: *ut per* Bart. *in l. 2. de leg. 1. & in l. omnes populi, in 6. q. princ. de juſt. & jur. & per* Alex. *in l. 1. in 6. colum. in fin. qui admitt.* ¶ Benè valet argumentum: Hæc lex eſt poſterior in ordine: Ergò eſt junior. Et, Illa lex eſt prior: Ergò antiquior: ſi ſint collocatæ ſub uno titulo: ſed illa prioritas, & poſterioritas, in tit. C. non attenditur. 21

Nec ſequitur: Ille titulus præcedit hunc, Ergò antiquior, & primò factus: Quià poteſt eſſe, quòd ultimus titulus C. ſit factus ante primum: *vide de hoc pulcrè* Dom. Iaſ. *hoc probantem in l. fin. C. qui admitt. in pen. col. ad fin.* ¶ Leges civiles, per trecentos annos, ante adventum Chriſti, fuerunt factæ: *ſecundum* Bart. *in l. Multum intereſt, ff. de verb. oblig. circa medium.*

An & quandò lex civilis, vel ſtatutum, laicorum poſſit diſpenſare ſuper juramento, *vide latè ſuprà in 1. tom. in verbo juramentum. &* D. Iaſ. *in l. fin. in col. qui ſatiſd. cog.* ¶ Lex ſemper loquitur: Bar. *in l. omnes populi, in 5. q. princ. de juſt. & jur.* De hoc dicto quomodò intelligatur, vide Aret. *in c. fin. de Conſt. Canoniſtas noviſſimos, in c. ſicut, in 9. col. de Prob.* Soc. *in l. ſi mihi & tibi, §. in legatis, de leg. 1.* Goz. *in l. omnes populi, in 3. quæſt. princ. de juſt. & jur.* ubi inferunt prædicti hoc dictum ad quæſtiones. 22

¶ Lex civilis habet vim Apoſtolicam, quià à juramento abſolvit: *gl. in l. Adigere. §. quamvis, de jure patron. vide de hoc puncto* Iaſ. *in Auth. ſacramenta puberum, in 19. col. C. ſi adverſ. vend. & in l. fin. ff. qui ſatiſdar. cog.*

Leges, in decreto inſertæ, non ſunt approbatæ, etiamſi ille liber eſſet approbatus; *vide* Fel. *in c. ex parte, de Reſcrip. 19 col* ubi etiam *in 23. col.* ponit de diverſorum librorum authoritate. ¶ Lex inter canones poſita, canonizata non ex hoc dicitur: Fel. *in d. c.* ſecùs, ſi eſt inſerta in canone. 23

¶ Lex

Digitized by Google

¶ Lex ſemper eſt certa de omni eo, quod eſt certum in naturâ, licèt apud nos interdũ dubitetur: *vide* Bart. *in l. ventre, in 3. col. in 5. opp. ff. de acq. har.* Sic omnia præterita & præſentia, certa ſunt: *l. cum ad præſens. ff. Si cert. petat.* ¶ Lex diſpoſitionem ſuam faciliùs extendit & modificat, quàm homo: *vide in verb. forma, & in verb. correctorium.* ¶ Miriùs agitur cum lege, quàm cum homine: *l. Celſus. ff. de Rec. qui arbitr. vide* Bart. *in l. ſi inſulam, in 6. & 8. opp. de verb. oblig.*

Contra legum diſpoſitionem faciens, in his, quæ ſunt conſilia, & non præcepta, quis non punitur: ſicut in ſacrâ paginâ quædam ſunt præcepta, in quibus contrà faciens peccat mortalitèr, ut in non dilectione proximi: & ſic quædam ſunt conſilia, ut: vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: in illis contrà faciens non tenetur: *ità dixit* Bart. *in l. creditores, in Repet. in princip. num. 5. C. de pignor.*

25 Non uſus legem tollit, quandò homines non ſunt uſi, quandò caſus accidit: *vide infr. in verb. ſtatutum.* ¶ Una pars legis declarat aliam: *vide hoc ſuprà in verb. clauſula.* ¶ Quandò aliquid à lege profertur cum aliquâ qualitate, tùnc utrùmque debet probari, ſcilicèt illud & qualitas: Bart. *per illum tex. in l. 1. ff. Ne quid in flum. pub. vide de hoc infr. in verb. Qualitas,* ubi infertur hæc regula ad quæſtionem: Legis verba, ſecundum communem uſum loquendi, ſunt interpretanda: *l. Liberorum. §. quòd tamen Caſſius, de leg. 3. l. Labeo. §. idem Tubero, de Supell. leg. vide* Corſ. *in verb. legis.* Imò non modò legis verba, ſed etiam ſtatutorum, licèt ſint ſtrictè interpretanda: *l. 3. §. hac verb. ff. De negot. geſt.*

26 Præterea etiam verba contrahentium, ſivè contractus: *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de R. jur. l. ſecundum, §. illud ſciendum, de Æd. Ed. l. ſi prius §. rectè placuit, de Aq. pl. arc.* ¶ Imò, quæcunq; diſpoſitio, etiam pænalis, ſecundum hanc regulam, eſt intelligenda: Abb. *in c. nonnulli, de Reſcrip. & ibi Apoſt. pulcra.* Bar. *in l. 1. de leg. & ſuis hæred.* Bart. *in d. l. Labeo, ubi examinat.*

27 Quomodò communis uſus loquendi probetur, quomodò ſint formandi articuli, *vide etiam* Bart. *in d. §. quòd tamen Caſſius, vide* Mod. *in §. quarto gradu. Inſt. de gradibus. de hoc vide* Ang. *in §. 1. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deſcr.* Bart. *in l. 1. ff. de ſuis, & leg. hæred. Et plus, meliùs & clariùs, quàm alibi, vide de hoc communi uſû loquendi, per* Fel. *in proœ. decre. 3. 4. 5. 6. col.* ¶ De intellectu l. dudum, C. de contra. emp. & vend. *vide ſuprà in verb. emere, & in verb. cognatus* ¶ Ratio naturalis, eſt clypeus legis: *gl. in c. ex eo, in verb. rationis. de Elect. lib. 6.* ¶ Et hoc eſt obſervandum pro conſilijs ſcribendis. Quia plures ſunt aliquandò caſus, qui jure non continentur: & tùnc ſufficit rationis univerſalis allegatio. *ut dicit* Andr. de Iſern. *in prob. feud.* Quod rationabile dictum, debet ità movere judicem, ſicut lex ſcripta. *Et ità* Raph. Fulg. *plus ſemel ſcripſit conſilia, ex ſolâ ratione naturali.*

28 De præmiſſis, vide Zaſ. *in l. quamvis col. 242. ff. de in jus voc.* Ubi, per præmiſſa, limitat hanc regulam, (inter alias limitationes) quæ habet: Verba ſtatuti uſq; adeò procedunt, quòd regularitèr non recipiunt interpretationem: Quòd ſcilicet hæc regula fallit: Si ratio naturalis exigàt moderationem ſtatuti per text. ſecundum eum ſingularem, & unicum, *in d. l. quamvis.* ubi Labeo ex ſolâ æquitate, moderatur dictum prætoris: *vide omninò* Zaſ. *ubi alia pulcra adducit.*

29 An lex iniqua, quæ ſuâ vetuſtate nititur, antiquari debeat, ut nova utilior feratur? Reſpondet Thucidides meliùs agi cum Republicâ, quæ malis moribus conſtantèr utitur, quàm cum eâ, quæ bonis, ſed inconſtantèr: Joh. Cora. *li. 2. de arte juris p. 4. c. 8.* Vaſ. *1. illuſt. quæſt. c. 8. n. 50. & c. 29. c. 43.* Peter Greg. *lib. 4. de Repub. c. 6. n. 6.* Aegid. Romanus *de jure princip. lib. 3. p. 2. c. 31.* Franc. Parritius *de inſtitut. princip. Chriſtian. p. 503.* Joh. Bodinus *lib. 4. de Repub. c. 3 & in Method. hiſtor. c. 6.* Ariſtotel. *lib. 2. politicor. c. 6.* Juſtus Lipſius *lib. 2. politic. c. 11. & lib. 4. c. 9.*

30 Interlocutio principis, an vim legis obtineat, dubium fit ex eo, quòd legis vigorem habere dicitur id, quod principi placuit. Negativa arridet, niſi animo faciendæ legis interlocutus ſit: Franc. Hottoman *2. obſer. 4.* Weſenb. *in parat. de conſtitut. princip. num. 2.* Pacius *cent. 1 quæſt. 17.* Franc. Duarenus *c. 2. de conſtitut. princip.* Connan. *lib. 1. commentar. 16* Anton. Faber *in rationali. ad l. 1. ff. de conſtitution. princ.* An ſcriptura ſit de eſſentiâ legis? Reſp. De eſſentiâ quidèm non eſt: tamen adjunctum neceſſarium eſt, quo lex per ſcripturam innoteſcat populo: Vacun. à Vacuna *4. declarat. 63. n. 3.* Coſtalius *ad l. contrahitur ff. De pignor.* Menoch. *De arbitrar. cent. 5. caſu 420. num. 25.* Donel. *lib. 1. Comment. c. 13.* Sebaſtian. Medices *de LL. par 3. quæſt. 11. num. 6.* Johan. Niellius *in diſputa. feudal. 1. th. 2.* Anton. Faber *in rationalibus ad l. 36. ff. de LL.* Vulteius *in tract. feud. lib. 1. c. 1.* Fran. Connan. *lib. 1. comm. c. 7. n. 5.* Guido Papæ *dec. 91. n. 5.* Schraderus *de feud. p. 9. ſect. 3. n. 116.*

31 Leges non ad præterita trahuntur, ſed futuris negotijs formam, ſeu normam, præſcribunt: undè, conſequens eſt, ne quidèm pænam legis novæ graviorẽ, ad delicta priùs patrata, extendi debere: Colerus *p. 1. de proceſ. exec. c. 10. n. 86.* Gœddeus *ad l. 8. ff. De v. ſign.*

32 Non ſufficit probare, quòd homines non ſint uſi lege ad hoc, ut illa non dicatur

rece-

ecepta motibus utentium: Sed neceſſe eſt, ut fecerint actus contrarios: quià, ſi hoc non fiat, non dicitur impugnari lex, vel ſtatutum: cum etiam requiratur, quod ſuperior id ſciverit, quaſi tolli non poſſit lex, ſine illius conſenſu: ubi enim ſuperior ignorat, ceſſat facultas tollendi: Surdus *conſil.460.nu.79.lib.4* Stephan. Gratian. *in addit. deciſ. provinc. Marcb. deciſ.148.*

Lex omnis ità intelligi debet, ut de ca-
33 sû, de quo quid juris aſſet, probabilitèr dubitari poterat; diſponat: *l. Ancillà. C. furti. l. Quod Labeo. ff. de carbon. edicto.* Gerardus Mazollus *conſ.73.nu.15.* Cravetta *conſi.835.num.3. conſi.896.num.25.* Johan. Nicolaus *l. generaliter.nu.110.C.de ſecund.nuptijs* Nevizan. *de ſylvâ nuptial.lib.6.n.47.* ¶ Lex, habens plures intellectus, non meretur ad deciſionem cauſarum allegari: Ozaſcos *deciſ. 22. num. fin.* Rebuffus *in conſtitution. regni in proœmio gloſ.5.num.3.* Gulielmus Caſſadus *deciſ. unica titul. de acquirendo rerum dominio.* ¶ Juri civili ſtamus etiam in foro Canonico, ſi deciſum eſt eo jure: de jure canonico autem dubium eſt: Caballin. *milleloquio. 621.* Menoch. *de arbitrar. lib.1. qu.74.num 53.& casû 184.nu.12.* ¶ Si, pendente lite, inter duòs, fiat nova lex, iudex debet illam cauſam, ſecundum novam legem, determinare: Guido Papæ *ſing.337.*

Publicatio legis, in unâ provinciâ, facta;
34 noñ ligat exiſtentes in aliâ provinciâ, ubi non eſt facta publicatio: dato etiam, quod fuerit facta, in Curiâ, Regis, vel Imperatoris: Ozaſcus *deciſ.141.*

Extenſio in correctorijs: etiam ex eadem ratione, licita non eſt: tamen extenſio fit etiam in correctorijs, ex identitate rationis, quandò materia eſt favorabilis, itèm quandò reductio fit ad Jus antiquum, & commune. Nam lex nova, odioſa, & pœnalis, debet extendi ſecundum regulam juris communis: Ozaſcus *deciſ.21.nu.13.& dec.147. nu.20.* Grammat. *deciſ.92.num.15.* Bartol. *in l.2. ff. qui petant tutores.* ¶ Jus correctorium dicitur, quandò, in totum corrigitur, & tollitur: exorbitans, quandò in aliquo derogatur: Cravetta *conſil 291.n 4.*

Falſi pœnam incurrit, qui leges corre-
35 ctas ad cauſarum deciſionem allegat: ſecùs, ſi gratiâ inſtructionis: Natta *conſ.591.* Petr. de Raven. *ſing.204.* ¶ Lex corrigens in uno, ex correlativis intelligitur corrigere in altero: ſed lex nova corrigens in uno, non corrigit in alio ſimili; licet ſit eadem ratio: Bartol. *conſil.2.vol.1.* Bartol. *in l.4.C.de indicta viduitate tollenda.* ¶ Lites & controverſiæ, utrùm ex præſcripto LL. an ex arbitrio judicis, judicari debeant? Reſp. ſecundum leges: quià homines affectibus ſubiecti §.*1. inſtitu. de officio judi. l. Rem non novam. C. de judicijs.* Franc. Connan. *lib.1. commentar. c. 11. n.7.*

An conſuetudo legem abrogare, & e- 36
mendare, poſſit? Aff. *per l. de quibus. ff. de LL. §. penult. Inſt. de Jure nat. gent.* Concius *ad l 2. C. quæ ſit longæva conſuetudo.* ¶ Lex ſpecialis, per legem generalem, etiamſi clauſula derogatoria adjecta ſit, noñ abrogatur, non factâ mentione ſpecialis illius legis: Martin. Benckendorff. *ad l.1. de Reg. Juris 1. limit.4. memb.4. parte 2.*

LIBELLUS.

Libellus regularitèr requiritur, ut funde- 1
tur judicium: *Auth. offeratur. C. de litis conteſt.* & ſic requiritur, quòd actio in ſcriptis proponatur, olim ſecùs *l. 1. §. 1. ff. De eden.* ¶ Sed in quibus caſibus poſſit ſine ſcripturâ procedi *notant Dd. poſt gloſſam, in d. Auth. Offeratur, & in Auth. Niſi breviores. C. De ſent. ex pericu. recitan.*

Crebriùs obſervatur in judicijs, quòd in cauſis, non magni valoris, & parvi præjudicij, actio proponitur oretenus, & ſententia datur verbis, ſic cõſuetudo fundatur ex legibus. ¶ Sed libellus debet continere quinq;, ut valeat. (1.) Nomen eius, qui petit. (2.) Quid petat. (3.) Coram quo. (4.) Quo jure petatur. (5.) Et à quo.

Sed in libello criminali requiruntur etiã 2
aliæ ſolennitates: locus commiſſi criminis: tempus: menſis: dies: *l. Libellorum. ff. De accuſa.* Mynſing. *in obſerv.32. cent.2.* ibi cum alijs tradit, quid juris, ſi ponatur locus indeterminatus: *(Valere libellum concluſum eſt.)* & remiſſivè, ſi nomen accuſati, vel occiſi, ignoretur, & non ponatur de die, quòd non debeat apponi de neceſſitate, etiam ad requiſitionem accuſati: *voluit ſecundum aliquos,* Robert. Marant. *in ſuo Speculo, cap. de libelli oblatio. nu. 8. Et illum juvat,* D. Mynſing. *in obſervat. 40. centu. 2. & dicit ibi, quòd illam opinionem, contra alios, ſequuti ſint domini aſſeſſores Cameræ.*

Et de quatuor clauſulis, quæ ſunt valdè utiles in libellis, & quæ debent apponi, *vide* Robert. Marant. *in 6. parte ordi. judi. in c. de libelli oblatione 3. membro judicij, per totũ, deq; libelli requiſitis; (Cauſa remota in perſonalibus exprimenda eſt, non in realibus: nam in his proximã exprimi ſatis eſt,) vide* Geyl. *in obſervat. 61. lib 1.*

Non quidèm peccat, qui proprium no- 3
men judicis in libello non exprimit, id tamen non eſt receptum uſû: ſed ſufficit, ut officium dignitatis, vel juriſdictionis deſignet. Quià ex hoc ferè magis perſona judicis cognoſcitur, quàm ex nomine proprio. Agitur enim coram eo, non ut privato, ſed ut Magiſtratû, & qui publicum officium gerit. Olim quidèm, in dando Judice, proprium nomen exprimi debuit: at non in compellando prætore: *l. ante ff. De judic.* quià

prætor ſemper fuit certus, ut qui, juriſdictionis cauſâ, fuit conſtitutus. At judex fuit incertus, quià nullam habuit juriſdictionem, nullum certum officium. Nam tùm demùm officium habere cœpit, cum à litigantibus nominatus, & à prætore confirmatus fuit. Itaquè ut intelligeret, ſe, & non alium judicem datum & confirmatum eſſe, neceſſariò nomen illius in formulâ exprimi debuit. Quòd ſi tamen in nomine, vel prænomine erratum fuerit: tùnc eatenùs valet judicium, ſi de ejus perſonâ, inter litigantes, conveniſſet: *l. Si in judicis. 80. vide* Geyl. *lib. 1. obſervatio. 2.* Mynſing. *cent. 2. obſervat. 9.*

4 De concluſione libelli, nempè quòd debeat continere concluſionem, cùm ſententia, ſecundum illam, formari debeat: *ut in l. Ut fundus. ff. com. divi. docuit* Socin. *in regulis fallen. regul. 288. ſed poſuit ſex fallentias*: imò quòd plùs ſit concluſio attendenda, quàm narratio, *conſuluit* Decian. *conſi. 130. volum. 3. Vide de hac materia* Specula. *in tit. de libelli conceptio. qui copioſè tractat iſto ordine.*

Quid ſit libellus, & undè dicatur: quot ſint ſpecies libellorum: quot modis libellus accipiatur: Quid continere debeat: an libellus ſit de ſubſtantiâ judicij: an actor poſſit à libelli proſecutione deſiſtere: an libellus poſſit mutari vel emendari: quis ſit effectus libelli: in quibus cauſis offeratur libellus, vel non: à quo, & cui offeratur: quandò detur, & ubi: qualitèr concipiatur libellus: qualitèr porrigatur & accipiatur: & quibus modis impugnetur? *de his omnibus vide* Speculatorem *in d. titu. & habebis materiam expeditam.*

5 De jure Saxonico, mag die Klage, nach beſtalter Gewehr nicht geendert werden: zuvor aber mag er ſie mindern / beſſern vnd endern: *lib. 1. Articul 63. in textu. & Articul. 14. lib 3. in textu. & gloſſ. fina. vide* Chilian. König *in ſuo proceſſu, c. 53.* von der enderung der Klagen, & *in c. 48.* von der Gewehr der Klagen. *Et de hac materiâ libellorum notavit idem* Chilian. *in c. 49.* von dem *libell* oder Klage an jhm ſelbſt. ¶ In libellis non utendum verboſis adſercionibus: *l. 39. §. 1. C. De appellat.* ¶ Interpretatio libelli obſcuri porrecti, per defunctũ, non tranſit ad hæredem: hæres tamen declarat voluntatem ambiguam defuncti: niſi alios poſſit damnificare, & quandò *vide l. 32. §. ſi quis. ff. De legat. 1.* Bartolus *in l. 83. §. ſi Stichum. ff. De V. obligat.*

6 De libello generali, obſcuro, vel inepto, *dixit* Petrus Gerardi de Petra Sancta, *in ſingul. ſuo 4. incip. Notant Doctores.* Libellus enim ità debet eſſe, quòd ex eo reus poſſit deliberare: ſed generalitas parit obſcuritatem, ità quòd impedit deliberationem: igitur generalis libellus non procedit: *Alex. Imol. in conſi. 32. colum. 3. volum. 4.* Socinus *in regulis fallen. regula. 290 tenet, quòd libellus ſpecificè contineatur per c. fina. & Dd. ibi de libelli obla. ſed limitat tribus modis.* quòdque ſententia, ſuper inepto libello, lata, non valeat, *notavit* Geyl. *in obſervat. 66. lib. 1.*

Sed quomodò judex, ſuper libello inepto, pronunciare debeat, *(Reum ab inſtantiâ judicij abſolvit, actoremq́, in expenſis condemnat, reſervato ei agendi jure, ex cauſa aptâ. Quandoq́, etiam rejecto libellò, ſimplicitèr, ut aptum producat, actori injungitur: quod tamen in primâ tantùm inſtantiâ procedit. Nam in ſecundâ inſtantiâ neceſſariò judex, ad quem ſuper nullitate pronunciat, nec priorem ſententiam reformare poteſt,) praſcribit idem* Geyl. *in obſervat. 67. lib. 1.* ¶ Libellus autem generalis, an & quatenùs in petitione hæreditatis valeat, *tradit idem* Geyl. *in obſervatio. 68. d. lib. 1. (Utiq́, valet, adeò, ut liquidatio rerum hæreditariarum, demùm in puncto executionis fieri poßit, ſummaria cognitione inſtitutâ: quamvis utilius ſit, in ipſâ cauſâ principali, ſimultaneo proceßu, in termino probatorio, deſignationem illam facere & probare. In generalibus verò judicijs, etſi libellus generalis admittatur, tamen, poſt litem conteſtatam, res exprimi debent.)* 7

De ſuſtentatione libelli, quòd ſuſtentetur etiam cum impropriatione verborum, ut intentioni agentis deſerviat, *ſcripſit bonum conſilium* Henning. Göden, *de libello, quod eſt primum quinti volum. conſiliorum.* Bartol. & Dd. *in l. Sed ſi poſſeſſori §. Itèm ſi juravero, ff. De jurejur. & notavit* Mynſing. *in obſervatio, 5. cent. 4. Itèm* Geyl. *in obſerv. 61 lib. 1.*

Imò verba ambigua in libellantis favoré interpretari poſſunt: *l. Si quis. ff. De jud.* Socinus *in regulis fallen. regula 293. declarat ibi in fallen. tribus.* Itèm poteſt libellus etiam ineptus ſuſtentari, per confeſſionem accuſati: quià purgat omne vitium libelli: Mynſi. *in reſponſo ſuo 59. deca. 6. mihi n. 11.* Itèm quomodò ſuſtentetur per clauſulam, peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari, *docuit idē* Mynſing. *in d. reſponſo 59. deca. 6. num. 15.* Abbas *in c. Cum dilectus. De ordi. cognit.* 8

De cumulatione actionum in uno eodemque libello, *notavi quadam ſupr. in literâ C. verſi. de cumulatione actionum. Et ultra notata, vide notabilia apud* Petrum de Ravenna, *in ſuo alphabeto, in litera L. verſ. libellus.* ¶ De libello alternativo, quòd procedat in caſu *l. 2. C. De reſcinden. vendito* & quòd ſic ſit judicatarum in Camerâ etiam ad unam petitionem ſaltèm, *teſtatur.* Mynſing. *in obſervat. 42. centur. 2.* 9

Itèm quòd de jure, & de conſuetudine, in caſû, quandò res, vel æſtimatio rei, petitur, libellus ſic alternativus valeat, *(Cum nimirum incertùm eſt, res extet, nec nè,* Geyl. *obſ.* 10

62. num

62.num.5.& 6. lib. 1.) & quæ tùm ſint partes judicis in pronunciando, (*Ut videlicèt non alitèr condemnet ad æſtimationem, quàm ſi res non ampliùs extet, aut ſine magnâ rei difficultate præſtari non poſſit,) docuit idem* Mynſing. *in obſervat. 11. cent. 4.*

Sed libellus alternativus quandò ſubſiſtat, & in quibus caſibus, *docuit* Geyl. *in obſervatio. 62. lib. 1. (Ratione incertitudinis, ſi ea ex facto tertij proveniat. Itemq; in hypothecaria, & remedio, l. 2. C. de reſc. vend. quanquàm in hoc libellus ſimplex, quo reſtitutio rei petitur, in Camerâ admittatur, condemnatione nihilominus alternativè concepta.) Et ibi ſimul tradit de libello obſcuro, (In civilibus valet, ſi non opponatur: ſecùs in criminalibus, quia in his ipſo jure nullus eſt,) & ejus obſcuritate, vide ibi.* De libello injuriarum, deque ejus requiſitis, (*Qualitas delicti, itèmq; locus & tempus exprimenda ſunt.) tradidit* Geyl *in obſervat. 64. lib. 1.* ¶ Et ſic de libellis mercatorum vel aliorum, *dicetur inf. in litera P. verſi de probatione per Rationem, & de probatione per privatam ſcripturam.*

11 Libellus eſt duplex: Conventionalis, qui datur in cauſâ civili: & accuſationis, qui datur in cauſâ criminali: *gloſ. in c. 1 de libell. oblig. ubi latè DD.* ¶ Actoris libellus dicitur accuſatorius: rei verò contradictorius: *Bart. in l. 1. ff. De confeſſ.* ¶ Libelli omnis vis in concluſione conſiſtit: *vide de hoc pulcrè* Iaſ. *in l. ſi priùs. in 10 colum. de op no. nunc. vide ſupr. in verbo, concluſio. vide* Socin *in Reg 231.* ubi limitat, quibus caſibus libellus, ſine concluſione, procedit. ¶ Qui facit libellum, confitetur omnia tacitè in eo poſita: *l. cum pretium. C. de lib. cauſa. c. cum venerabile, de except. vide* Mod. *in l. edita, C de edend.* ¶ Libellus citationi non debet inſeri: *communis eſt opinio in Rubr. C. de Edend.*

12 De libelli ineptitudine, *vide* Mod. *in l. 1. de off. aſſeſſ. & Canon. in c. cum dilecti, de empt. & vend, vide* Socin. *in Reg. 368.* ¶ De libello accuſationis inepto, & quòd major aptitudo in eo requiratur, quàm in libello conventionali, *vide* Dec. *conſi. 83. volum. 1.* ¶ Libelli formam, in criminalibus, habes *per glo. in l. In cauſis. C. De accuſ. & tex. in l. Libellorum, ff. eod.* ¶ Libelli formam in civilibus, habes per gloſſ. *in l. 1. ff. De edend. & gloſſ. in c. 2. De lib. oblat. ubi latè DD.* ¶ Libelli obſcuri interpretatio non tranſit ad hæredes: *l. itèm Pomponius ſi frumentum, §. fin. & ibi gloſſ. de rei vend.* ¶ Libellus incertus admittitur, quandò declaratio incertitudinis non eſt in poteſtate actoris: *l. 1. §. quia autem, ff. Quorum legat.* Bart. *in l. ſtipulationes non dividuntur, in ult q. de verb. obl.* ¶ Si in libello fiat mentio de aliquo inſtrumento, an illud debeat edi ante litem conteſtatam, vel poſt? & eſt ſumma utilitas hoc ſcire. Nam ſi eſt edendus ante litem conteſtatam, tùnc actor reo omnes ſuas probationes cogitur oſtendere. *De hoc vide* Barto. *in l. Edita, in ult. colum. C. De edend. & in l. poſtquam. 5. §. dies, ff. ut legat ſeu fideic. & pulcrè* Abb. *in c. 1. de probat.* ¶ Libellus ſumitur interdùm pro pane alto: *vide* Petr. Fert. *in pract. ſuâ. in formâ libelli, in act. reali.*

Libelli verba debent impropriiſſimè interpretari, ut ſuſtineatur libellus. Barto. *in l. ſed & ſi poſſeſſori, §. quod ſi juravero. ff. De jurejur.* Barto. *in l. ſi oles. C. loc. Adde, quod voluit* Barto. *in l. ſi prius. in 7. opp. 2. part princ. ff. de op no. nunc. adde* Iaſo. *in l. 1. in 3 colum. de lig. 1. ubi duas pulcras deciſiones habes, vide Dom. meum* Carolum, *in l. ſtipulationes non dividuntur. lect. 64. fol. 136. ff. de verb. oblig.* ¶ Et, judex ex officio ſuo tenetur declarare verba dubia libelli in favorem actoris, etiam actore non declarante, *vide per* Carol. *ubi ſupr.* ¶ Verba libelli, vel articuli debent intelligi ſecundum intentionem proferentis: ſed verba teſtis contra proferentem in dubio. Barto. *in l. 2. ff. de duob. reis, vide in verb Teſtis, infr.* 13

Sicut judex poteſt cogere actorem, ut declaret ſuum libellum: *l. 1. de off. aſſeſſ.* Ità reum, ut declaret exceptionem: illud procedit, *ſecundum* Bald. *in l. fin in princ. C. de fideicommiſſ.* in facto: non autem in exceptione, quæ in jure conſiſtit: ut ſi quis opponeret de nullitate libelli in genere, quæ eſt exceptio juris, non poteſt eum judex cogere, ut declaret exceptionem. Ideò exceptiones juris ſunt ponendæ à doctis advocatis in genere, quas poterit quis in proceſſu declarare. Hoc nota. ¶ Libellus ſemper ſuſtentari debet: & de clauſulâ, peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari, *vide Nicol. Everh. in top. loc. 95.* ¶ De hac clauſulâ, petens ſibi jus & juſtitiam adminiſtrari, *vide* Decia. *conſi. 221. colum 1. volum. 2. Non patitur anguſtia temporis, vide ſupr. verb. clauſula.* 14

Libellus incertus admittitur ſuper fructibus, damnis, expenſis, intereſſe, expenſis acceſſoriè petitis: Iaffe. Lanfran. Balbus *deciſ. 24.* 15

Libellus obſcurus, generalis, incertus, ſuſtinetur parte non opponente; poteſt tamen judex cogere partem ut declaret libellum obſcurum, quod procedit in civilibus: in criminalibus libellus generalis, etiam parte non opponente, eſt ipſo jure nullus: Petrus de Ravenna *ſing. 4.* 16

Licèt de jure civili libellus ſit ineptus, propter ineptam actionem: tamen de æquitate canonicâ procedit talis libellus: Guido Papæ *ſing. 49.* ¶ Libellus, in quo quis dicit, rem ſuam fuiſſe, licèt non dicat jam ſuã eſſe, procedit, quià ſufficit libellum, ex præſumptionibus procedere: DD. de Rota, 17

deciſ.3. aliàs 325. titul. de libell. oblatione. Ægid. Bellam. *concl. 733.*

Ineptus dicitur libellus, quandò ex narratis non eliditur actio, vel ubi, ex narratione, apparet, quod injuſtè, aut ſine actione, quis experitur, & tunc judex illum dilacerare debet: Cravett. *concl. 75. num. 7.* Matth. Mattheſ. *ſing. 9.*

18 Libellus generalis valet, etiam parte opponente, cum proceditur ſummariè. Rota Genuenſ. *deciſ. 91. n. 20.* ¶ Agens contra filium alicuius, ex debito paterno, debet in libello facere mentionem, quòd ſit hæres, & adminiſtret bona hæreditaria, aliàs libellus erit ineptus: tamen ſi hoc allegetur, & probetur in actis, illa ſuſtinentur: Capicius *deciſ. 10.* ¶ Exceptio incertitudinis libelli, poſt litis conteſtationem, opponi non poteſt: Franc. Marcus *quæſt. 718.*

19 Inſtrumenti liquidi præſentatio, in judicio, habet vim libelli, qui poteſt omitti de conſenſu partium, & proceſſus tenet, libello omiſſo, ſi non fuerit oppoſitum: Guhelmus de Ludo: *ſing. 102.* Afflictis *deciſ. 191.* Jaſon. *de action. §. omnes. verſ. tripli nu. 35. gloſſa in §. illud quoque. Authent. de exhib. reis.*

20 Actor emendare & declarare libellum, in qualitatibus, ad ſententiam uſquè; mutare verò, & ſubſtantiam eius corrigere duntaxàt, uſquè ad litem conteſtatam, poteſt: *l. Non poteſt, de judicijs l. edita. C. De edendo.* Uldar Zaſius *ad §. ſi minus inſtitut. de action.* Weſenb. *in paratit n. 8. de edendo.* Bronchorſt. *centu. 1. aſſert. 28.* Grammat. *deciſ. 68. n. 6.* Guido Papæ *ſing. 896.*

Quod dicitur, libellum, duo remedia contraria continentem, non procedere, debet intelligi in remedijs contrarijs, in quibus ſententia lata, in uno, parit exceptionem rei judicatæ, in altero: Thom. Minadous *deciſ. 31. n. 6.*

21 Libellus ſalvatur, ſi contineat dominium, & probetur ſervitus aliqua, vel commoditas, & ſic ipſius verba impropriantur: fallit quandò verba ſunt repugnancia probationibus: quià tùnc non impropriantur ad ſuſtinendum ipſum libellum: Capicius *deciſ. 96. n. 4 & 6.*

Libellus, quandò unum narrat, & aliud concludit, concluſio potiùs inſpici debet: Decius *conſil. 62.* Guido Papæ *ſing. 460.* Poſſidens, nomine alieno conventus, debet dominum nominare, &, domino comparente, datur novus libellus: Bartol. *in l. 2. C. ubi in rem actio nu. 19:*

22 In judicijs univerſalibus, ut eſt petitio hæreditatis, actio familiæ Erciſcundæ, & hujuſmodi, admittitur petitio univerſalis, & etiam ſententia: in generalibus verò, licèt admittatur petitio generalis: tamen tenetur actor, in proceſſu, & ante ſententiam, ſpecificare & probare: & in probatis tantùm obtinebit: Jaffe. Lanfran. Balbus *deciſ. 186.* vide Gailium *obſerva. 65. lib. 1.* Bartol. *in l. 2. C. de ſententia, quæ ſine certa quant. prof.*

LIBERTAS.

NOta: libertas inæſtimabilis res eſt: *l. Libertat. ff. de reg. jur.* nihil gratius ſervis præſtari poteſt, quam libertas. *l. Paulus. in prin. ff. De fideicommiſſ. liber. Et non privata, ſed publica, eſt cauſa, l. Si quis rogatur. ff. eo. tit.* Et quòd dicitur de libertate, idem dicitur de homine libero, cujus corpus non recipit æſtimationem: *l. 1. §. ſed cum liber homo. & in l. fi. ff. de his, qui deje. vel effude.* refert Decius *in d. l. Libertas.* & cauſæ piæ æquiparatur, ità quòd favores libertati attributi, habeant locum in omnibus pijs relictis: & qualitèr econtrà, *notavit* Matheſila. *in ſingula. ſuo 113. & ibi* Gabr. Sarai. 1

Wie ein Mann aber ſeine Freyheit ſol behalten mit gezeugen, zu Weichbild Recht ob man einen anſpreche, der noch frey wehre: *habetur de iſta materiâ, Articul. 4. in textu, & gloſ.* Weichbild. 2

De libertate Germanorum, Franco. &c. Dauth. *de teſtam fol 215.*

In liberti electione eſt, quem habeat patronum. Bart. *in l. Titius, num. 6. ff. de actio. emti.* Hinc dicit Comicus: Quòd habui ſummum pretium, perſolvi tibi, de libertate loquens. ¶ Quælibet res libera præſumitur: ſicut & prædium urbanum, & ruſticum liberum ab omni gravamine, ſeu ſervitute præſumitur: *l. Sicuti. § ſed ſi quæratur. ff. ſi ſerv. vindicetur, vide* Hieron. *conſi. 69. colum. 306. nu. 1 & vid. ſupr. in verb. feudum.* ¶ Libertus non poteſt prohiberi à patrono ſuo, ne eodem negotiationis genere utatur in coloniâ, in quâ ipſe negociatur: *l. Quæro ff. de jur. patron. à fortiori, nec extraneum extraneus.* 3

LIBERI.

QUòd etiam nepotes veniant appellatione liberorum, *notatur & habetur in l. Liberorum, ff. De verb. ſig.* ¶ Sed appellatione liberorum maſculorum, quòd non contineantur, neq; veniant, nepotes maſculi, ex filiâ, *notavit* Matth. de Matth. *in ſingula. ſuo 129. &* Gabr. Sarai *in additio.* 1

Liberi patris ſequuntur originem: *l. 1. § Qui ex. ff. ad Municipalem:* non etiam matris, niſi ſint ſpurij: *l. 1. §. fin. & l. 9. ibi.* Weſenb. *in par. eod. tit. num. 5.* ¶ Liberi, in conditione poſiti, non ſunt in diſpoſitione: *l. Si quis ſub conditione. §. de legat. 1.* Cujac. *conſ. 35.* Jul. Clar. *de teſt. qu. 77.* Duar. *c. 5. de condit. inſti.* Daniel. Moller. *lib. 5. Semeſt. c. 44.* Coraſ. *lib. 2. miſcell. c. 19.* Everhard. *in loco, à contrario ſenſu.* 2

¶ Ha-

¶ Habens 12. liberos, & ſufficit, quòd ſint
fœminæ, nepotes, & legitimati, excuſatur
à collectis: Florez Diez de Mena *lib.2.variar.
qu.1.num.255.*

3 Conditio, ſi ſine liberis, verificatur
tantùm in maſculis, quandò teſtator pro-
priam filiam excluſit, & maſculos tantùm
hæredes inſtituit: Johan. Caſtillo *c.4.nu.85.
controv. juris* Mandellus de Alba *conſ.29.nu.9.*
Achill. Pedrocha *conſ.5.nu.57.*

4 Liberi naturales, nati ex concubinis,
qui non ſunt Spurij, ſuccedunt patri, in dua-
bus uncijs, ab inteſtato; quandò pater non
habet alios liberos, nec parentem, ſeu con-
jugem legitimam: aliàs, extante legitimâ
prole, ſolùm poſſunt inſtitui, in unâ unciâ:
ideò filijs naturalibus tantùm, ſi adſunt
alij legitimi liberi, pater, in teſtamento, u-
nam unciam relinquere poteſt: ſed non ex-
tantibus legitimis, relictâ parentibus legiti-
mâ, reſiduum poteſt naturalibus relinquere:
aliàs eo in casû, quandò adeſt legitima pro-
les, filius naturalis omni jure excluditur, &
non poteſt à patre inſtitui hæres: nec dona-
tio, facta per patrem filio naturali, in præ-
mium emancipationis, valet: Guid. Papæ
qu. 632. Vincent. de Franch. *deciſ.47* Jul.
Clarus *lib.3.ſentent. §.teſtamentum, quæſt.31.*
Guido Papæ *ſing. 280. 365.* Roland. à Valle
conſil.54 nu.72. vol. 2. ¶ In favorabilibus,
appellatione parentum, & filiorum, veni-
unt parentes, & liberi naturales: Paponius
lib.20.titu.3. Arr.2.

5 Liberi naturales tantùm, ſuccedunt
matri, ab inteſtato, cum alijs liberis legiti-
mis: & ex causâ teſtati ſuccedunt tantùm in
legitimâ, & poſſunt querelare teſtamentum
matris: ſecùs in teſtamento patris: quod li-
mitatur, quandò mater eſſet illuſtris: nam
tùnc filius naturalis non ſuccedit matri:
Vincentius de Franchis *deciſ.47.* Franc. Mar-
cus *qu. 12. & 472.* Papon. Arreſto final. *lib.21.
titu.3.*

LICENTIA.

1 NOta: ubi neceſſe eſt, quòd licentia præ-
ſtetur, non ſufficit apparere de petitio-
ne: ſed etiam requiritur, quòd conſtet de
impetratione, ità quòd petitum ſit obten-
tum: aliàs nihil actum eſſe cenſetur: *ità pro-
bat textus in l. Qui eodem, in verſi. & conſulto
priùs principe, & jubeate, ff. ad l. Corn. de ſica.*
Sed talis licentia debet dari verbis expreſsis,
& in ipſa licentiâ concedendâ requiritur ex-
preſſio verborum, *d. l. Qui eadem. in verſi. Et
conſulto prius principe & jubeute, ff. ad l. Corn.
de ſica. & facit textus in l.2. §. fin. verſi. præſentia
corporis, ff. de Author. tutorum. l. Non multum.
eo. tit.* ubi dicitur, quòd, in præſtandâ aucto-
ritate, non ſufficit præſentia eius, qui eam
præſtare debet, ſed poſtulatur expreſſio ver-
borum ipſius: Bart. *in l.1. §. fina. & voluit et-
iam* Bald. *in l. Si ſine, C. ad SC. Velleja.*

Sed quandò tamen expreſſio verborum 2
non requiratur, ſed ſola præſentia ſufficiat,
declaravit Hipp. de Marſi. *in Rep. d. l. Qui ea-
dem, ff. ad l. Corn de ſica. mihi num. 17. Et ibi
pulcherrimè in ſequentib. proſequitur, quòd au-
ctoritas præſtatur cum cauſa cognitione, alias a-
ctus ſit nullus. l. Magis puto. in §. ne paſſim, ff. de
reb. eorum, & l. qui neq., ff. eo. tit. & ibidem per*
Hipp. *vide multa bona de cauſæ cognitione, de
qua etiam notavi ſupr. in lit. C. verſ de cognitio-
ne, & de authoritate interponenda, quædam
ſupr. in ead. liter. verſi. de curatore.*

Et de licentiâ præſtandâ, *vide quæ nota-* 3
vit Ant. Corſet. *in ſingul. ſuis, in verbo, Licen-
tia,* Ioan. Andr *&* Dominicus, *in c. Abbatem,
de Electio. in 6. notavit* Bald. *in l. fina. §. licentia,
C. de bonis quæ liberis, & vide Dd. in c. cum nun-
cius, de teſtib & in c. 1. de jura. calum. facit gloſ.
juncta doctrina* Dd. *in clemen. unica, in verſi an-
te omnia, de foro competen.*

Licentia habita à ſuperiore, poteſtatem 4
non habente, quid operetur, Conſtant.
Rogg. *de poteſt. rubr. 1. §. 3. num. 43. fol. 43.*
¶ Licentiatus, ſi poſt longum tempus ad
gradum ſit promotus, an præferatur alijs,
qui medio tempore ad gradum ſunt aſſumti,
Gab. *lib.6. concluſ. com. de major. & obed. concl.
un. fol. 363.*

LICITUM.

AGgrediens licitum, bonâ fide, vel miſe- 1
ricordiâ, principalitèr, quod ſecundariò
fit illicitum, vel non, ſortitur effectum, an
teneatur is ex illo, *vide* Do. Petr. Gerardi. de
Petra Sancta, *in ſingula. ſuo 9. incip: tene menti:*
ponit exemplum per Angelum, de aliquo,
qui vidit equum alicujus in ſtabulo, valdè
ſudantem, & illum equum extraxit de ſta-
bulo, & ligavit ad aliquem palum, iſte equus
ſe incapiſtravit, & mortuus eſt, quòd iſte
extrahens equum, tenebatur emendare da-
mnum, quamvis principium eius fuerit lici-
tum. Alia adducit exempla, de eo, qui ſeſe
interpoſuit inter duos rixantes, an impunè
occidatur: Itèm de ſolvente compeditum
miſericordiâ ductus, qui aufugit ſolutus, an
teneatur iſte, qui ſolvit ipſum: *Et alia ad
hanc materiam facienda invenies, apud* D. Ger-
hard. *in d. ſingul. 9.* adde theoricam. In rebus
alienis culpa eſt punienda, in proprijs verò
culpanda: *tex. in l. ſi conſtante, §. ſi maritus, ff.
ſol. matr.*

Nota: regularitèr attenditur id, quod
principalitèr agitur: *l. Si quis nec cauſam, ff. Si* 2
certum peta. ſed declarat & limitat Hipp. de
Marſil. *in pract. ſua crim. §. ſequitur, num. 20.
verſic. eſt prætereà. cogita de ſimilibus.*

Quatenùs licitum aggrediens, teneatur
de illicito ſuperveniente, præter intentio-
nem, *conſuluit quadam* Decian *in conſi.4.vo-
lu.3.num.58.& ibi declarat, l. quoniam multa,
C.ad Legem.Iul.de vi publ.* quod non procedit,
quandò quis ſe contulit ad locum, non ani-
mo violentiam inferendi: *allegat* Salic. *&
alios.*

L I S.

1 QUi in litibus verſantur, omnia mala no-
runt: Johan. Bodin. *in Meth. Hiſt.cap.4.
fol.50.* nec mala duntaxat, ſed etiam bona,
ſine quibus illa conſiſtere & percipi, nullo
modo poſſunt. Bonorum autem, & malo-
rum, finibus, omnis humana prudentia con-
tinetur: *ibid.* ¶ De litibus excandis & ab
ſcindendis, *vide* Marcell. Calam. *tr. de modo
articulandi & probandi, in princ. gloſ.1.§.1.nu.1.
uſq; ad 7.* ¶ Lis quid, undè dicta, Calam. *d.
lo. num. 13. & 14.* Lis, cauſa, controverſia,
quæſt. quid differant, *n.16.17.18.19.22.& ſeqq.
ubi illat.* ¶ Lis, ubi cœpta, ibi finem debet ſu
mere: Cala. *d. loc. nu.27 ubi illat.4.num.28.&
ſeqq. & ampl.5.ibid. plures limit. recuſ.ex* Fel.
Gabr. *& Aff.* ¶ Lis cœpta quandò dicatur,
ibid.nu 40.& nu.21. nempè per citationem:
declarat *nu. 4.42.43.& ſeqq.* ubi ampliat &
2 limit. *Vide* Ayer. *in proceſſu c 2. obſer 3.nu.18.
fol.40.ubi remiſſiones, & nu.8.uſq; ad 9.*

Lites in Curiâ Romanâ ſunt immorta-
les: Paul. de Caſtr. *in l. Ordinary, in 2.colum.
C.de rei vend.* Bart. *in l. Stipulationes non divi-
duntur, ff de verb.obl. ubi dicit, quòd expectant
Regem Saxonum.* ¶ Litium finiendarum tri-
plex eſt remedium, ſententia: Tranſactio: &
jusjurandum: *gloſ in l.1. De jurejur.* ¶ Lites
minui debent: *l Quidam æſtimaverunt, ff.ſi
cert.pet. l Properandum, C De jud. l. Magnam,
C.De contra.& committ.ſtipul l.fin pro ſuo, c.fi-
nem, de dol. & cont. c.1. de Appell. lib 6. l.2.in t.
reſp.de aq.pluv.arc.§.fin.ut Cler. pro Epiſco. co-
lum.6.* ¶ Litigare tenetur quis per ſe, maxi-
mè in criminalibus: *vide* Socin. *in reg. 245.
ubi limitat.* ¶ Quandò lis inter alios
agitur, poteſt tertius comparere, & petere,
quòd de jure ſuo cognoſcatur: Bartol. *in l.à
Divo Pio, §.ſi ſuper rebus, de re jud.* Ferr. *in form.
lib.in act.neg.fol.99.colum.1.*

3 Lis & diſcordia interdùm ſorte dirimi-
tur. *§.optionis.Inſtitut de leg.& l.fin.C.commu-
nia de leg. vide pulcrè de hoc Aug.in d.§.optio
ne, de legat.* ¶ In lite & causâ, perplexâ &
dubiâ valdè, amicabilis compoſitio ample-
ctenda eſt: quæ ſi locum habere non poſsit,
reus abſolvendus, & Agenti jus agendi, per
aliam viam, ſibi competentem, reſervandum
eſt, & pars ſuccumbens ab expenſis abſol-
venda: *ità* Corn. *conſil.163. volum.3, incip.in
cauſi.deciſ.vis, vide ſupr. in verb.cauſa.* ¶ Lis
quandò dicatur pendere in eum effectum,
ut privilegia impetrata non valeant, *vide* Fe-
lin. *in c.cauſam, quæ de teſtib.colum.fin.* ¶ Li-
tis nomen actionem ſignificat, ſivè in rem,
ſivè in perſonam: *l.litis, ff.de verb. ſig.* & di-
cit ibid. gl. ſivè intentatam, ſivè intentan-
dam, hoc eſt, ante litem conteſtatam, & poſt.

Litium expenſæ, officio judicis petun- 4
tur, & non jure actionis: *l. Terminati, C. de
fruct.& lit.expenſ & Bart. in l.edita, in ult.co-
lum. C.de edend.* Hoc limita: Niſi eſſet ſtatu-
tum in loco, Quòd victus victori in expen-
ſis condemnaretur: quià tùnc jure actionis
venirent: *vide* Matth. *nu. 81.*

Liti quis cedere poteſt, ante litem con- 5
teſtatam, poſteà non: *l. Si ſervus communis, u-
bi* Bald. *ff de noxal.* ¶ Litis eventus, dubius,
& incertus eſt: *l. Quod debetur. ff. de pecul.* Et
propter talem dubium eventum, & incerti-
tudinem aliquid judicatur juſtum, quod a-
lioquin injuſtum cenſeretur: *l. Si ea lege. C.
de uſur. vide* Alex. *in conſi.42.volu.1.ſuper præ-
miſſo themate, num.10. verſ.benefacit.*

Res litigioſa regularitèr alienari prohi- 6
betur: *l 2.& l.fin. C. de litigioſ gloſ. in c.ſæpè,
de reſtit.ſpoliat.* ¶ Sed caſus, in quibus
rem alienare liceat: *(Ex neceſſaria cauſa, ut
dotis, donationis propter nuptias, item tranſa-
ctionis, diviſionis legati, alienari poteſt,)* & de
pœnâ alienantis, & accipientis rem litigio-
ſam, *vide* Mynſi. *in obſervat, 55. cent.1. per tot.
invenies ibi bona,* Decian. *in conſil.109. volu.3.
nu.4.& 5.ibi videbis de pœnis alienantis & acci-
pientis.*

De proceſſu litigioſæ poſſeſsionis, *do-
cuit* Geyl. *in obſervat.6.lib.1.* Et quòd contra
poſſeſſorem rei litigioſæ executio poſsit fie-
ri, ſine novo proceſſu, *tenuit idem* Geyl *in
obſervat.118.lib.1 nu.2.*

Res autem quandò litigioſa efficietur?
In actione reali, ſtatim poſt emiſſam & inſi-
nuatam citationem: *omnes Dd. conveniunt, te-
ſtante* Covar. *per Authen.litigioſa, C.de litigioſ.*
in perſonali verò, poſt litis conteſtationem:
per tex.l.2.C. d. tit.

Facit autem rem litigioſam, quandò, 7
ſuper dominio, eſt orta judiciaria conven-
tio: ſecùs, quandò ſaltèm ſuper poſſeſſione.
Imò privilegium ſuper rebus litigioſis impe-
tratum non valet: Geyl. *in d.obſerv. 118. nu.4.
uſq; ad fin.* ¶ In beneficialibus contrahi vi-
tium litigioſi, etiam per ſolam citationem,
ſed cujus reſpectû, & per quam citationem,
conſuluit Dec. *conſi 34. vol.2.* ¶ Sed randèm,
quæ querelatum, ob emptionẽ rei litigioſæ,
abſolvendum faciant, *pulcherrimè conſuluit*
Deci. *in conſil.109.volu 3. ibi, de rebus litigioſis,
docuit bona*

Res litigioſa ſi alienetur à reo, contra 8
eum

eum poteſt ab actore jurari in litem: Plot. *de in lit. jur. §. 4 num 74 & ſeqq* ¶ Ex ordinat. *Cam. p. 1. tit. 41. §. ult.* pauperes temerè litigantes multandi carcere & alijs pœnis. ¶ Litigioſi vitium durat, peremptione inſtantiæ non obſtante Et ſententia, contra principalem reum, an executioni mandari poſſit, contra rei litigioſæ emptorem, Vivius *decis. 385.*

Litis pendentia, coram Eccleſiaſtico, ſuper abſolutione à juramento, an impediat proceſſum, & executionem judicis laici, in cauſâ principali, *Afflict. decis. 30. & 31.*

9 Quid ſit litis conteſtatio? ſcilicet principalis negocij, apud competentem judicem, narratio, & ad eum ſequuta reſponſio: *c. unico, extr. de litis conteſt. c. dudum. De elect. & elect. poſt.* ¶ Qualiter fiat litis conteſtatio? verbis videlicèt aptis, animo conteſtandi litem prolatis, animum enim requiri in illâ, *notatur in l. Unica, C. de litis conteſt. eleganter* Geyl. *in obſervatio. 73. lib. 1. (Ubi dicit, petitionem actoris, & ſubſequentem rei negationem, litis conteſtationem inducere, etſi actor non repetat libellum loco affirmativæ conteſtationis)* Weſenbe. *in conſi. ſuo 6. in prin. part. 1.*

Imò quòd judicium à litis conteſtatione incipiat, *voluit idem* Geyl. *in d. obſ. 73. li. 1.*

Sed oportet, quòd animus declaretur proteſtatione: Specula. *in hoc titul §. nunc dicamus, mihi numer. 14.* Et de operatione proteſtationis, (dixiſſe non animo conteſtandi litem) quid & quandò aliquid operetur, *vide* Mynſing. *in obſervatio. 31. centur. 3. (Si judex prius juſſerit litem conteſtari, talis proteſtatio nihil operatur.) Idem* Mynſing. *docuit in obſervatio. 74. cent. 3. (Conteſtatio in eventum, cum proteſtatione admittitur, & rejectis Exceptionibus pro purâ habetur.) &* Weſ. *in d. conſ. 8. nu. 7.* de litis conteſtationis omiſſione, & de conteſtatione eventuali, *vide eund.* Mynſing *in obſervat 49. cent. 4. ubi explicatur,* quatenùs Litis conteſtationis formula in ordinatione Cameræ præſcripta, Ich bin der Klagen nicht geſtendig: bitte mich von der ſelben zu erledigen per iſtam negationē *(Si petitionem reſpiciat illa: ſecus, ſi jurisdictionem,)* videatur litem eſſe conteſtata. ¶ De reſponſione nego, niſi probetur, cujus ſit effectus, *(Condemnatus appellare non poteſt, quia in judicio confeſſus videtur.) docuit* Mynſing. *in obſervatio. 50. cent. 4.*

10 Per quos fiat litis conteſtatio: ubi fiat: quandò facienda: & qui ſint litis conteſtationis effectus, *iſta omnia declarat* Specula, *in titulo, de litis conteſtatione per totum: vide* Robert. Matant. *in ſuo ordi. jud parte 6. cap. de litis conteſtatione.*

11 Quomodò, & quibus remedijs, reus, ad illam faciendam, compellatur, & quos producat effectus, tàm in foro civili, quàm Saxonico, dixit Chilian. Kòning. *in ſuo proceſſu, cap* Von der antwort oder Kriegßbefeſtigung, *& cap. 61.* Von der wirckung der befeſtigung des Kriegs. Et ſecundum illum producit iſtos effectus: Non habet recuſationem judicis: Specula. *in titulo, de recuſatione, §. ſi autem, per totum. Perpetuantur per illam actiones temporales, & facit illas tranſire ad hæredes, §. 1. & §. non autem omnes, Inſt. de perpet. & tempor. Actio.*

Interrumpit præſcriptionem: Dd. & 12
Bald. *in l. contractibus, §. 1. & §. fin. C. de non num. pecu.* Impedit oppoſitionem dilatoriarum: *c. inter monaſterium. De re judica.* facit, quòd poſſit tutor conſtituere procuratorem: *l. Nequè, C. procurat.* poſt eam regulariter fiunt probationes, & pronunciatur diffinitivè: *in rubro & nigro extr. ut lite non conteſtat. declarat* Socin. *in regul. fallen l. regula. 296. per octo fallentias, quibus caſibus, lite non conteſtatâ, poſſit procedi ad diffinitivam ſententiam.* Impedit emendationem & mutationem libelli: *proùt notavi ſuprà, in hac litera, verſi. de libello.*

Imò, ſi lis fuerit purè conteſtata, ſine 13
reſervatione Guarandæ, non licet actori mutare libellum, in judicijs Saxonicis: *ordinatum eſt in Conſt. Electoris Sax. cap. 11. par. 1.*

Itèm tollit facultatem ſolvendi, circa rem adjectam, ad ſolutionem, & circa perſonam: Bartol *in l. Si quis ſtipulatus fuerit dotem, ff. de ſolutio. Et de alijs effectibus, vide* Specula. *in d. tit. §. fin.* Geylium, *in obſerv. 74. lib. 1.*

Itèm facit, quòd procurator ſubſtitutus alium ſubſtituere poſſit, quià per conteſtationem dominus eſt factus litis: Mynſing. *in obſerv. 42. cent. 1. obſerv. 1.*

Sed lite non conteſtatâ: an proceſſus 14
vitietur, & corruat? *reſpondetur regulariter, quòd ſic, de jure civil. l. 1. cum Authen. offeratur, C de litis conteſt Et voluit* Mynſing. *in reſponſ. 2. decad. 1. ſuorum reſponſorum, numero 5.* fallit in judicio Cameræ: *(Cameræ judicium non habet rationem litis conteſtationis, ſi ea in prioribus inſtantijs omiſſa ſit, ſed ſimplicitèr ſuper meritis cauſæ pronunciat: in cauſis tamen, coram judicio Cameræ, ventilatis, lis omninò conteſtanda eſt.) notavit* Geylius *in obſervatio. 75. lib. 1.*

Sed an requiratur in mandatis, de relaxandis captivis, quærit & reſpondet, quòd non, *(Secùs in alijs mandatis cum clauſula, in quibus litis conteſtatione opus eſt.)* Geyl. *in obſ. 78. lib. 1. Et multa bona de litis conteſtatione inveniuntur, per* Weſenb. *in conſ. ſuo 6. par. 1.*

An Litis conteſtatio in cauſâ nullitatis ſit neceſſaria? *Super notoriâ nullitate, indiſtinctè, etiam ante litis conteſtationem, pronunciari poteſt. Et ſi altiorem indaginem requirit,*

lis co teſtand.e erit : niſi incidentèr de nullitate agatur. Geyl. *in obſervat.76.& 77. lib.1.* Mynſing. *obſer.1.cent.1.*

15 Nota autem : Im Churfürſtenthum in Sachſen Landen/iſt man nicht zu frieden / mit einer general vnd vngewiſſen litis conteſtation, ſondern wird erfordert/das dieſelbe außtrücklich in ſpecie vnd inſonderheit geſchehe : aliàs pronunciandum contra reum, tanquàm contra contumacem : *vide Conſtitut. Elect. Arti.10.part.1.*

Vide de litis pendentiâ, & quandò lis dicatur pendere Marſil. *de bannit.verb.lis pendet.n.115. & ſeqq. Et* Lancell *de admit.p.2.c. 4.fol.mihi 42.&* Gabriel, *de judiciis, lib.2.concl. 1.2.3.4.5. Vide omninò* Marcell. Calam. *de modo articul.& prob.gloſſ.1. §.1.num.20.21.& ſeqq.* ¶ Inſtantia incipit à litis conteſtatione, proceſſus à Citatione : *d.l.n 20.*

16 Per reſponſionem factam, per reum, ad libellum actoris, etiam in ejus abſentiâ, inducitur litis conteſtatio : *vide Doct. in l. 1. C. de lit. conteſtat. & in c.1. eod. tit.* ¶ Reus reſpondendo libello actoris, dicens : Tu mentiris, videtur litem conteſtari : Alex. *in l. turpia, in 2. colum. de leg.1.* Ubi limitatur hoc, niſi calore iracundiæ hæc verba dixerit. ¶ Ut quis litem præcisè conteſtetur, an judex cogere poſſit ? quidam dicunt, quòd non : ſed debet judex contra eum procedere ad miſſionem ex primo decreto : *Ut not. gloſſ.&* Bart. *poſt eam in Auth. qui ſemel, C. quomodo & quand. judex, & in l.1. C. de lit. conteſt.* ¶ Tamen, ſi judex dixit, aliàs eſt habere litem pro conteſtatâ, talis interlocutoria fecit jus, & tranſivit in rem judicatam, poſtquàm non fuit appellatum, & habetur perindè, ac ſi eſſet conteſtata : verius tamen eſt, quòd judex præcisè poſſit quem cogere ad reſpondendum. *De hoc eſt tex. in l. 1. §. quid ergò, ff. De ventr. inſp. ubi hoc expreſſè dicitur, ità dixit* Paul. de Caſtr. *in conſ.215. in cauſſa, quæ vertitur.*

17 Per appellationem litis conteſtatio facta, in cauſſâ principali, non extinguitur, ſed ipſa appellatio reducit nos ad tale tempus litis conteſtatæ : *l. ità demum, C. de procur. c. per tuas. de Appell. ubi caſus. vide* Iaſ. *in l. ſi inſulam, poſt alios, in verb. finalibus, ff. de verb. obl.* ¶ Per litis conteſtationem inducitur quaſi quidam contractus : *gl. in l.3. §. fin. in gl. mag. ff. de præt. ſtip.*

Per litis conteſtationem fit initium litis & judicij, & non per citationem : *tex. & ibi gl. in omni. verſ. ſi verò, in Auth. de litigioſis colum.5. l. amplius non peti, ff. rem ratam hab. ego allego tex. qui benè probat in l. hoc edict. ff. de Publicanis & vect. in duob. locis, & in l. Item veniunt, §. idem rectè, ff. De pet. hæred. vide ad hoc* Bart. *in l. ſi inſulam, in 4. opp. 2. part. de verb. oblig.*

18 Per litis conteſtationem res deſinit eſſe integra : *l. ità demum, C. de procur.* ¶ Litis conteſtationis vim habet ſolutio : *l. Amplius non peti, ff. Rem rat. hab.* Br. *in d. l. Si inſulam, in 3. q. de verb. oblig.* ¶ Litis conteſtatio ſi non ſit facta, vitiatur proceſſus etiam poſſeſſorius *vide* Dec. *conſ.302. vol.2. Et pro tenui facultate.* Præſens ſi quis eſt, nolens litem teſtari : contra eum, tanquàm contra contumacem, procedi poteſt, & abſentem : *l. non videtur, ff. de jud. ubi* Br. *not. & gl. in Auth. qui ſemel, C. quom. & quan. judex l. quotiens, §. prætor, de nox. act.* Bar. *in l. ſi finita, §. Julianus, de dam. infect.* ¶ Lite non conteſtatâ, ad ſententiam definitivam perveniri non poteſt : *ut not. in l. fin. §. illud. C. de temp Appell. &* Bald. *in Auth. qui ſemel, C. quom. & quand. jud.* Dd. *in c. quoniam frequenter, ut lit. non conteſt. vide fall. per* Soc. *in Reg.239. c. & ſeqq.* ¶ Si autem, omiſſâ litis conteſtatione, in cauſſâ procederetur ad definitivam ſententiam, ſententia & proceſſus redderentur nulli : quià de ſubſtantiâ judicij regularitèr eſt litis conteſtatio, adeò quòd ejus omiſſio vitiat : *not. gl. &* Dd. *in l. prolatam, C. de ſent. & in c. de cauſſis, de off. deleg. & c. nos quicunq. 2. q. 1. pulcrè per* Alex. de Jmol *in conſ.2. conſideratis his, n.10. vol.3.*

19 Si ex formâ ſtatuti debeat ſolvi de lite decimâ pars, erit attendenda quantitas, ſuper quâ lis conteſtatur, non autem ea, quæ eſt in ſententiâ, vel quæ in effectû debetur : Stephan. Gratianus *in addit. deciſ. Marchi. deciſ. 226.* Surdus *conſ. 66. lib. 1.* Bart. *in l. cum quadam §. final. ubi* Iaſon. *num. 5. ff. De juriſdict. omn. judicum.*

20 Pactum, de quotâ litis, dicitur, quandò fit per reſpectum ad rem, quæ in judicium deducitur, quod pactum prohibetur, adeò, ut neq; fiſcus poſſit paciſci de quotâ litis : & advocatus paciſcens de quotâ litis privatur officio, & incurrit in pœnam falſi, ità, ut ſi, per ſtatutum, contra paciſcentes, imponatur alia pœna, non tamen erit ſublata illa privationis officij quæ de jure communi imponitur : Rolandus *conſ.36. num. 20. lib.1.* Peregrinus *de privileg. fiſci lib. 4. titul. 7. num. 16.* Proſper Farinacius *quæſt.106. num. 11. ampl. 6.* Stephanus Gratian. *in addition. deciſ. Marchi. deciſ. 218.* Bero. *conſ. 49. col. 2.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 522. n. 13. in f. & de præſumpt. lib.6. præſumpt. 38. num. 38.*

21 Renuncians liti, an videatur fateri adverſarium jus fovere, ità, ut per talem renunciationem poſſit actor obtinere ſententiam, quamvis alitèr non probet ? Reſp. Verior eſt opinio, quod per talem renunciationem, factam à reo, non poſſit actor obti-

nere

nere ſententiam, quamvis alitèr non probet? Reſp. Verior eſt opinio, quòd per talem renunciationem, factam à reo, non poſſit actor obtinere ſententiam, ſi actio ſibi non competat, vel alitèr probet ſuam intentionem, quandò, ſcilicèt, actoris intentio non eſt fundata, licèt ſecùs ſit in caſu, in quo erat fundata, ſed ſublatâ exceptione: quià ad obtinendum non ſufficit probare non jus adverſarij, niſi etiam probetur jus actoris: Stephan. Gratian. *in addit. deciſ. Marchi.deciſ.9.* Suſcius *deciſ.282.*

22 Supplicatio an faciat rem litigioſam? Affir. Guido Papæ *quæſt.337.& ſing. 697.*

Peremptâ inſtantiâ, durat vitium litigioſi: Et vitium litigioſi tàm in reali, quàm perſonali actione, contrahitur, per litis conteſtationem: Sed non contrahitur per litem nullam, cum falſo procuratore, inſtitutam: & lis etiam dicitur nulla, quandò nulla adeſt juriſdictio: Ozaſcus *deciſ. 65. & deciſ 144. num. 8.* Caſſad. *deciſ. 7. titulo dè dolo & 5. tit.ut lite pendente.* Magonius *deciſ. Florent.31.* Guid. Papæ *quæſt. 337, 479 ſing. 697.* Cravet *conſ.279.* Natta *conſil. 250. nu. 5.* Bartol. *in l, 1.C.commu divid.*

23 Litigioſi vitium non impedit alienationem, quæ fit per conſiſcationem, & per caſum: *l Si conſtante. ff. ſolut. matrimon.* Jaſſe. Lanfran. Balbus. *deciſ.86.*

Lis, ſuper poſſeſſione rei, non facit ipſam rem litigioſam:ſed poſſeſſionem duntaxàt: & contrà lis, ſuper proprietate, non facit rem litigioſam, ſuper poſſeſſione: Joſeph. Ludov. *deciſ Peruſ.68. num. 9.* Ozaſcus *deciſ.144.*Petr.Benintend. *deciſ.48.n 6.* Natta *conſ. 145. tomo 1. num. 16.* Caſſad. *deciſ. 6. Titu. de reſcrip.* Franc. Marc *quæſt. 76.*

24 Litigioſa res non dicitur effecta, per ſequeſtrum: quià de formâ requiritur libellus, ut res dicatur litigioſa: Natta *conſil. 2. tom. 1.*

Sententia lata, contra reum, lite pendente, rem alienantem, contra poſſeſſorem, etiam non citatum, executioni mandatur: Gomez. Leon. *deciſ. 9. in deciſ. diverſor.* Petr. Benintend. *deciſ. 48.n. 20* Afflictis *deciſ. 396.* Joſeph. Ludov *deciſ. peruſ. 26.* Menoch. *conſi. 319 num. 11. lib 4.* And. Gail. *lib.1. obſerv. 118.* Capici. *deciſ 128.* Natta *conſil. 350. tomo. 1.* Papon. *lib.12.tit.3. Arr 16.*

25 Litis Conteſtationi non poteſt renunciari, per partes: Bart. *in authent. offeratur.C. de litis conteſt.ar.n.14.* Benè tamen in causâ appellationis fieri poteſt D. And. Khol *exercit.5.* Ibi declarat Litis conteſtat. magis de ſubſtantiâ, & ſolennitatibus, quàm de eſſentiâ eſſe.

Litis conteſtatio actionem perſonalem facit durare annos 40. dummodò lis fuerit conteſtata, coram judice competenti, Guid. Papæ *ſing. 578.*

Factum in ipsâ conteſtatione litis, vel ſtatim pòſt, dicitur factum, in exordio litis: Bartol. *in l. 2. nu 8. C. de jurejur.propter calu. dando.*

26 Litis conteſtatione naſcitur quaſi contractus, inter partes: *l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul.* Poſt litis conteſtationem non admittitur pœnitentia: *gl. 1. in lege penul.ff.de tranſaction.* In cauſis ſummarijs non requiritur litis conteſtatio: ſed in cauſis ordinarijs, in quibus ſummariè proceditur ad hoc, ut proceſſus valeat: Guido Papæ *ſing. 698.*

27 Libellus quandò datur principi, in actionibus annalibus, inducit litis conteſtationem: Secùs, ſi detur tantùm judici: Bar. *in l.1. C.quando libellus principi datur.*

In ſtricti juris actionibus fructus non veniunt, niſi à tempore litis conteſtatæ: *l.30. §. ſi actionem ff. de uſuris. l 78. § ult.ff De V. obligat* Hugo Donellus *in l. In conventionalibus.§.ul.nu.penult.& l.ult.ff.De verb oblig at.*

28 Lis habetur pro conteſtatâ, quoties ad actum aliquem, qui litis conteſtationem ſequi debet, perventum ſit: D. Pruchmannus *conſ 21. nu.27.vol.1.*

Super incidentibus, vel emergentibus, proceditur, lite non conteſtatâ, nec in exceptionibus litis conteſtatio eſt neceſſaria: D. And. Khol *exercitat.4.n 2.*Capella Toloſanus *dec.110.* ibi Anfrerius Vantius *de nullitat. Tit.quot & quibus modis nul.nu. 27.* Covarruv. *in c. Raynaldus §. 2. nu. 1. de teſtament.*

29 An litis conteſtatio, in cauſis appellationum, ab interlocutoriâ ſit neceſſaria: *N. per c. interpoſita §. ultim. extra de Appellat.* D. And Khol *exercitatione 4. per totum.* Bredorius *de appellation. p. 2. tit 30 ſub. rubr. an neceſſaria ſit litis conteſtatio.* Limitat tamen, D. Khol reſpectû Cameræ imperialis, in quâ requiritur Litis conteſtatio: & commodius & tutius eſſe, ab utraque parte litis conteſtationem fieri.

29 Litis conteſtatio, in cauſis appellationum, à definitivâ an ſit neceſſaria? Diſting. D. Andr. Khol *exercita. 5.* Aut enim de eo caſû quæritur, quandò non eſt præſens utraq; pars, ſed alter litigantium communitèr abeſt, ut cum eo litis conteſtatio, in appellationis judicio, fieri nequeat: & eomiat etiam, lite non conteſtatâ, procedi poſſe ad definitivam, *per l. ultimam §.illud,* ibi DD. *C. de tempor. appellat. c. per tuas extr.de appellat.* Aut utraq; pars eſt præſens, tùnc opus eſt litis conteſtatione, nec ſine eâ ad ſententiam definitivam procedi poteſt: Hartman. Hartmanni *lib.7.pr.actic.ar.obſer. tit. 13. de litis conteſtat.obſ.1.* Bredorodius *de appell. par.2 tit.30. de litis conteſt.rubr. an litis conteſt. ſit neceſſar.*

Vitium

31 Vitium litigioſi ceſſ. t, lite finitâ, per ſententiam, aut per renunciationem, ſeu ceſſionem: & propterea tùnc alienatio tenet: Verallus *deciſ. 320. par. 1. deciſ. 171. & 178. par. 2.* Jacob. Puteus *359. lib. 3. & 498. lib. 2.* Ozaſcus *deciſ. 244.* Cravetta *conſ. 182. & 279.* Caſſad *deciſ. 3. tit. ut lite pendente.*

Vitium litigioſi non contrahitur, ſi agatur hypothecariâ, aut perſonali, ad pretium: Itèm ſi venditio fiat à tertio: Ozaſcus *deciſ. 144. n. 7.* Guido Papæ *queſt. 432.* Barthol. *in authent. de litigioſis: leg. 1. ibi gl. C. de præſcript. longiſ. temporis.*

32 Notificatio, tanquàm actus certificationis, non inducit litis pendentiam, neq; litium moram: quià actorum pars non eſt: Hieron. Magon. *deciſ. 90. Rotæ Florentin.*

Vitium litigioſi ſolùm partes afficit: Ideò ceſſio rei litigioſæ facta, à non litigante, valet: Verall. *deciſ. 285. par. 1.* DD. *de rota, deciſ. 3. tit. ut pendente in novo.*

33 Quod lis non cenſeatur inducta, per ſolam citationem, ſcribit Mynſinger. *cent. 4. obſ. 26.* contrarium tamen fuit deciſum, ut teſtatur Paponius *lib. 7. titul. 8. Arr. 1.* Puteus *deciſ 329. lib. 3.* Gailius *lib. 1. obſ. 74. n. 16.* Magonius *deciſ. Florent. 91.*

Vitium rei litigioſæ cenſetur remiſſum, ſi procedatur ad unum actum, parte non opponente, de tali vitio: Papon. *lib. 12. tit. 2. Arreſto. 4.*

34 Duobus contendentibus, de aliquâ re, ab alio, debitâ, neutri ſolvendum eſt: Sed debitor, in judicio, debet ipſam rem offere, conſignare, & proteſtari ſe velle victori ſolvere: Caballin. *miloqu. 648.* Lite pendente, ſuper re, non licet impetrare reſcriptum, de ipſâ re redimendâ: Cravetta *conſ. 4. pro genero num. 3.*

Tertius, qui non eſt in lite, ſi capiat poſſeſſionem vacantem, non dicitur attentare: Jacob. Puteus *deciſ. 74, lib. 2.*

35 Poteſt conſilium dari, de re litigioſâ vendendâ, ſine vitio, & pœnâ litigioſi: nempè quòd res ipſa vendatur, ſub hac formâ: quandocunq; res deſierit eſſe litigioſa vendo tibi eam, extùnc, prout exnùnc: Guid. Papæ *quæſt. 337.*

36 Poſt litis conteſtationem omnes poſſeſſores, ſunt pares, & tenentur, uti prædones: *l. 28. §. Si ante litem ff. de petition. hered. gloſ. in l. 25 §. final. ff. De uſuris*

Litis conteſtatio inducitur, per confeſſionem, & judex delegatus, per litis conteſtationem, non efficitur dominus litis: Bartol. *in l. 73. ff. de procurator.*

LITERÆ.

1 Literis officialis creditur: *l. Divus, verſ. cum autem ex literis ff. De off. præſ l. Si publ. §. 1. ff. de publ. §. ſi quis verò comprahenſorũ, in authen. ut nulli jud.* ¶ Quod eſt primum in ordine literæ præſumitur præceſſiſſe, & poſterius ſecutum eſſe: *gloſſ & Bart. in proœ. C.* ¶ Fallit hoc, quandò aliàs actus non valeret: Quià tùnc poſterius primum præſumitur, ut ſi diceretur in inſtrumento, quòd pater donavit filio, & illum emancipavit: Hoc caſû, ut donatio valeat, præſumitur primum emancipaſſe: *ità* Bald. *in l. cum ex teſtamento, §. hac verba. de hered. inſt.* Alex. *in l 2. §. prius, de vulg. & pupill. & in conſi. 112. volum. 2. vide* Goz. *in l. fin. lect. 22 C. qui admitt.* ¶ Sine literis non creditur perſonæ, etiam excellenti, habenti aliquam commiſſionem, quandò tractatur de præjudicio tertij, *vide ſupr. in v. legatus.*

Literas alicujus aperiens, etiamſi ſint literæ Imperatoris, vel Papæ, non incidit in pœnam falſi, ſed debet puniri extra ordinem judicis officio: *per reg. l. 1. §. expilatores, ff. de effract.* ¶ Niſi aperiret literas, & oſtenderet parti adverſæ, tùnc etiam in falſi pœnâ incideret: *ità decidit* Bart. *in l. 2. de Falſ.* vide Iaſo qui dicit, hanc eſſe veritatem, *in l. Non dubium, in 13 colum C. de LL.* Felin. & Abb. *in c. cum olim Magiſter, de off. deleg.* 2

Literas privatas aperiens, & publicas, & quid ſi eas falſificat, quâ pœnâ ſit puniendus, *vide latè* Iaſ. *in l. Admonendi ff. de jureju. colum. 60.* ¶ Litera eſt, quæ oculis corporeis perſpici poteſt, non quæ intellectû percipitur: *ità* Bald. *in l. 2. poſt medium, C. de patr. qui filios ſuos diſt. per tex. in l. 1. in pr. ff. de his quæ in teſt. delent. vide* Franc. Curc. *60. fol. 74. colum. 4.* 3

Litera dicitur, quæ poteſt videri, & legi: Dec. *conſi 64. volum. 1. in fin. 2. colum.* ubi etiam declaratur hæc clauſula, ſicut jacet ad literam. ¶ Epiſtola, alicui miſſa, ſi ſurrepta fuerit, quis furti habeat actionem, *caſus eſt in l eum qui, §. fin. de Furt.* 4

Per epiſtolam loqui quis dicitur: *l. Solent circa fin. de offi. procon.* Bar. *in l. Nuda. ff. de donat.* Hoc tamen non eſt verè: ſed fictè: *vide* Socin. *in l. 1. in princ. de verb. obl. & ibi* Alex. *& alios inferentes ad qu.* ¶ Et non minùs valet, quod ſcribitur, quàm quod verbis exprimitur: *l. Non figura. ff. de act.* Hoc verum, niſi verba ſint de formâ: Socin. *ubi ſupr.* ¶ Epiſtolam recipiens ratione conventionis, videtur approbare, quod in Epiſtola continetur: *l. ſi filiusfamilias, ff. ad Maced.* Bart. *pulcrè in l. Quo enim ff. rem rat. hab.* Car. *in l. 1. in pr. lect. 10. fol. 25. de v. obl.* ¶ Literis ſigillatis duo teſtes derogant: Abb. *in c. à nobis, de Teſt. vide de hoc infr. pulcrè, in verb. probatio, art. probatio per ſigillum, & in verb. ſigillum, Art. duo teſtes derogant.* 5

Literæ moratoriæ, ſeu induciales, incipiunt

cipiunt currere, non à tempore præſentationis, ſed à tempore dati ipſarum: Guid. Pap. *ſing.715.*

6 Quotieſcunq; quis facit literas Cambij, & ille, cui diriguntur, acceptat, & poſteà non ſolvit, ſeribens literas, remanet obligatus, & ille, qui dedit Cambio, habet utrumq; obligatum: Rota Genuenſis *deciſ. 2. n. 4. deciſ. 8.*

7 Acceptans literas cambij, cum proteſtatione, & poſteà ſolvens, ſimpliciter cenſetur ſolviſſe juxta forman literarum, ſine proteſtatione: Rota Genuens. *deciſ. 6.*

Acceptans literas cambij, & promittens ſolvere, tenebitur, etiamſi is, qui ſcripſerit, pendente termino ſolutionis, ſit decoctus: quià acceptans ipſas literas, cenſetur fidejuſſor ſcribentis: Vincent. de Franc. *deciſ.303.*

¶ Subſcribens ſe literis, quas non legit, putans continere id, quod mandavit, vel quod ſibi perſuaſum extitit, cum aliud contineat, ſibi non præjudicat, nec ſe obligat *l. final. C. de non numera: pecuniâ.*

8 Literæ teſtimoniales fidem nullam merentur: D. Frider. Pruchman: *conſil. 18. n. 9. vol. 2.* Rutger. Roland. *de commiſ. par. 2. lib. 5. c. 14. n. 21.* Johan. Fichardus *in addition. Villat. communium opin. litera J. n. 83.*

Literæ qualeſcunq; ſint, niſi ſigillo aliquo communitæ fuerint, non probant: Dn. Pruchman. *allegato conſ. n. 4.* Tilemao. de Benignis *in obſerv. Cam. Imperial. pentec. 2. obſer. 32. n. 2.*

9 Literæ quinquennales conceſſæ debitoribus, non extenduntur ad futuros creditores: Guido Papæ *quæſt. 109.*

Literæ moratoriæ, ſeu induciales, non procedunt in debito jurato, privilegiato, depoſito, dote, non in condemnatis debitoribus, aut de proximo condemnandis in debito delicti & fiſci: Boer. *dec. 296.* Vinc. *de* Franc. *deciſ. 296.* Caball. *milleloquio 764.* Teſſaur. *deciſ. 186.* Natta *conſ. 233. tom. 1.* Mohedan. *deciſ. 227.* Afflic. *deciſ. 2. Grammat. deciſ. 12.* Randenſis *de Analog. cap. 22. n. 102.* Papon. *lib. 10. tit. 9. Arr. final.*

LOCATIO.

1 LOcationis merces conſtitui poteſt, vel nummis, vel pecuniâ, vel partibus: Weſenb. *Locat. in par. num. 7. vide* Schneid. *§. Actionum. Inſtit. de act. n. 11.* ¶ In iſtis, qui exhibent operas ſuas, quæ conſiſtunt in arte & ſcientiâ liberali, non dicitur locatio & conductio, ſed magis præberi opera, beneficij cauſâ, dicitur. Undè inter advocatum, & Clientem; medicum, & infirmū: Doctores, & Scholares: non datur actio ex locato, vel conducto, ſed actio in factum, propter exercitium nobile artis liberalis: *ſecund.* Bart. *gl. ibi in l. 1. in pr. ſuper verb. Honorarium. ff. Si menſ. fal. mod. dix.* Schneid. *in §. Actionum, Inſtit. de act. n. 4.* ¶ Faber, qui conduxit opus faciendum, ſi frangat malleū, incudem, aut alia inſtrumenta, dùm faciat opus, non habet actionem, contra locatorem, ex conducto: Schneid. *in §. Acti. Inſt. de act. n. 9.* ¶ Si quis dicat ad inquilinum, vade, & habita in ædibus meis, de penſione benè concordabimus. Si poſteà conductor tergiverſetur, & nolit ſolvere penſionem, dicens, eam non eſſe expreſſâ poterit locator cum eo agere, ut ſolvat penſionē talem, qualis anteà conſuevit dari pro huiuſmodi domo locatâ: *l. Exc. C. Loca.*

Contractus locationis & conductionis, habet ſimilitudinem cum emptione & venditione: adeò, quòd ijſdem regulis juris conſiſtit: *Inſt. hoc tit. in prin.* Menoch. *conſi. 13. vol. 1. nu. 6.* ¶ Contrahitur conſenſû tacito & expreſſo: *l. Conſenſû, in prin. ff. de actio. & obliga, l. Jtèm quæritur, §. qui impleto, ff. locati.* & neceſſe eſt, quòd de certâ mercede ſit conventum: & tùnc competit locatori locati, conductori conducti actio: *Inſtit. hoc tit. in* §. 1. Et de naturâ locationis, quæ propriè eſt, ut res locata, pro quâ ſolvitur penſio, maneat in eodem ſtatû, aliàs emptio eſt, ſi immutanda eſt: *textus eſt in l. Convenit mihi. ff. De contrahen. emptio.* Decia. *in conſil. 8, vol. 3. num. 3.*

Venit autem in hoc contractû omne 3
id, qoud quilibet ſecundum legem conductionis facere debet. ¶ Sed ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono & æquo præſtetur: *§. conductor. Inſtit. hoc tit.* & ad quid locator & conduct. ad invicem tenentur ex conventione, vel naturâ contractûs, *vide in tex. l. Contractus. ff. De regulis juris, & ibidem per* Decium, *num. 33. verſi. Quintò dicitur, & Inſt. de locatio §. quis pro nsñ.* ¶ Sed nota: quòd locator ſecundum naturam contractûs locationis agit ad quatuor. Primò ad mercedem: *l. Dominus, §. fin. ff. Loca. & in l. Si in lege, §. ſi domus, ff. Eo. tit.*

Pœna, vel emolumentum alicujus delicti debet eſſe illius conductoris, qui erat tempore commiſſi delicti, & non illius, qui erat tempore ſententiæ: Boerius *deciſ. 5. n. 17.* Roland. *conſ. 77. vol. 4.* Caſſaneus *in conſ. Burg. des confiſcations Rub. 2. §. 1. gloſa fin. num. 3.*

Sed quo tempore penſio, vel merces, pe- 4
ti poſſit, an in initio contractûs, vel temporis, *Reſpondet* Schneid. *Inſt. de actio, §. Actionum, numero 15.* Et an conductor propter non ſolutam penſionem, expelli poſſit: *nu. 18.* Et quàtenùs conductor recedens, teneatur ad totam penſionem, *num. 20.* ¶ 1. Competit actio locatori, ad æſtimationem deteriorationis, vel damni dati: *l. Non ſolum. ff. In quibus cauſ. pignus tacitè contra.*

Schneid.

Schneid. §. *actionum. Inſtit. de actio. num. 23. & ibi, nu. 24. quærit, & reſpondet, in quantum conductor locatori teneatur de incendio, ſuâ, vel ſuorum culpâ exorto.* ¶ 3. Ad aliquid implendũ, quod lex, vel natura conductionis deſiderat, *l. Si merces, §. conductor. ff Locati.* Schneid. *de actio. §. actionum, n. 27.* ¶ 4. Ad rem reſtituendam: *l. videamus, §. qui vinum, ff. eo. tit.* Menoch. *conſi. 13. vol. 1. in prin.* Imò non deterioratam reddat: *l. 3. §. ſi reddita, ff. commodati.* ¶ 5. Nonnunquàm etiam agit locator, ut conductor, etiam ante tempus conſuetũ, vel in locatione comprehenſum, aliò migret, ſcilicèt inopinatâ locatori cauſâ neceſſitatis incidente: veluti cum ipſe domo eget; aut ſtructuram inſtaurare vult; aut ſi conductor, in prædio conducto, malè verſetur: *l. ædem, quam. C. Locati.* Schheid. *de actio. §. actionum, n. 28.* addit, ſi ad alium quoq; uſum uſus fuerit, vel ad uſum inhoneſtum, vel quià non ſolvit penſionem conductor.

Sed expulſo conductore, quatenùs ei ſit facienda remiſſio penſionis, pro rata temporis, vel non, *idem* Schneid. *n. 31.*

6 De jure Saxonico adde unum caſum, in quo hæredes locatoris poſſunt agere locati, ante finitum tempus locationi deſtinatum: *(Nec tenentur ſtare contractui à defuncto celebrato: qua in re jus Sax. à civili differt.) Art. 77. lib. 3.* Landrecht. Sic etiam emptor (*expellere poteſt conductorē.*) ex regula, quæ vult emptionis contractũ locatione eſſe potiorem: *l. Emptorem, C. Locati, eſt addit. 1. lat. ad d. Art. 77. lib. 3.*

Sed quibus cautelis conductor ſibi provideat, quòd non poſſit ab emptore expelli, *docuit* Schneid. *de actione, §. actionum, verſ. de actione ex conducto, num. 6.*

7 Sed econtrà conductor agit ad plura. 1. Ut ſibi liceat re aut operâ, quam conduxit, uti: vel ut ſolvat locator id, quod eius intereſt: *l. ſi in leg. §. colonus. ff. locati, l. ſi fundus, §. fin. cum. 2 ll. ſeqq. ff. eod tit.* Schneide. *de act. §. actionũ, verſ de actione ex conducto, n. 9.* ¶ Et quatenùs impedito conductori vel uſufructuario à tertio, quò minùs uti potuerit, competat contra locatorem actio ad intereſſe, ad mercedis remiſſionem, vel ad redintegrationem temporis prorogatione faciendam, *conſuluit* Decianus *conſ. 108. vol. 2. optimus eſt tex. d. l. ſi fundus ff. Locati.* ¶ 2. Ad exonerationem mercedis: *d. l. ſi fundus, cum 2. ll. ſequentibus, l. ſi ex conducto, §. ſi vis tempeſtatis, uſq; ad fin. & l. ſeqq. uſq; ad §. itèm & in §. ubicunq; ff. eod. tit.*

8 3. Ad refectionem: *d. l. ex conducto in pr. ff. eod. tit.* ¶ 4. Ut detur uſus inſtrumentorum: *l. Si ædes, §. illud, ff. eo.* Schneid. *d. §. nu. 10. ponit exemplum de fune ad puteum præſtando.* ¶ 5. Ad damnum, quod dedit res conducta: *Sed vide Docto. in l. Si tibi domum, ff. eo.* ¶ 6. Ad exhibendum cuſtodes horreorum: *l. ex divi. C. Loca.* ¶ 7. Propter cuſtodiam: *l. Qui mercedem, ff. eo.* ¶ 8. Ad recuperandum expenſas, quas fecit in re conducta: *l. Dominus horreorum, §. ulti. ff. eo. & l. pe.* Schneid. *d. §. & verſi. numero 11. ibi de expenſis, & quibus repetendis bonis diſponit jus Saxonicũ, ubi agit conductor ad ſemina. Art. 77. lib. 3.* Landrecht.

9. Ut liceat tollere adjecta: *l. Sed addes, §. inquilinus, ff. eod.* Schneid. *d. §. & verſi. n. 22. convenit cum jure Saxonico, Arti 53. lib. 3.* Landrecht. ¶ 10. Agit contra locatorem, ut agat condictione furtivâ rei furatæ: *l. cum in plures, §. meſſem, ff. eo. Hæc* Bald. *in addi. prima ad Specula. in tit. de locato.* Et ibidèm proſequitur dicendo, quòd locator, qui recepit mercedem, teneatur de dolo, culpâ latâ, levi & leviſſimâ: ponit exemplum de milite, cui commiſſum eſt caſtrum, ad cuſtodiendum, ſed ab hoſtibus ſit captum, an teneatur: vide, quià ſunt bona. 9

Agit etiam conductor colonus, ad remiſſionem mercedis, ſeu penſionis, propter ſterilitatem & caſum, ſine culpâ coloni, contingentem, ſeu ſupervenientem: Schneid. *in d. §. & verſi. nu. 16.* Et tandèm de quibus omnibus locator conductori teneatur, *vide* Schne. *ibi in d. verſi. de actione ex locato.*

Quomodò & qualitèr inſtrumenta conficiantur, & libelli formentur, ſuper qualibet ſpecie locationis, ut teneat locatio, & valeat actio: *vide* Spec. *in d. tit. De locato, per totum.*

Quid de hæredibus? dic quòd de jure civili hæres obligatur ex locatione, & conductione defuncti, tàm perpetuâ, quàm temporali: *l. viam veritatis C. loc.* Sali. *in l. contractus, & in l. cum conductorem, C Eo.*

Sed de jure Saxonico hæres locatoris non tenetur ſtare locationi, factæ colono, per defunctum, *Arti. 77. lib. 3.* Landr. Et eſt caſus, in quo jus civile & Saxonicum diſcordant. Sed *in Conſtitut. Elector. Saxoniæ* declaratur iſto textus juris Saxonici. Alß / er ſolle gemeiniglichen nicht von des locatoris eigenẽ / ſondern von andern / als des Weibes Gütern / vorſtanden werden / vnd darumb iſt geſchloſſen / das im Churfürſtenthumb Sachſen / diſſfals nach Keyſerrecht ſolle geſprochen / vnd alſo die Erben die Miethe activè & paſſivè zu halten ſchüldig: *Arti. 37. par. 2. conſtitn. Rationes juris Sax. aſſignantur in textu, & gloſſa.* 10

Et prædictis addi poteſt, quòd gloſſa *juris Saxonici Artic. 59. lib. 2.* Landrecht, enumerat ſeptem, circa hunc contractum locationis, & conductionis, eſſe conſideranda, quæ ibi declarantur: inter alia dicit de denunciatione ſic: Wie lange jhr einer dem andern die Mietung binnẽ rechter zeit nicht aufſſaget / alſo 11

lange

lange bleibt/vñ ſtehet der vermietung beſcheid: allegat gloſſam,& textum ibi: Das ſol er jhm verkündigen zu Liechtmeſſen / Daſſelbige ſol auch der Mann thun/ ob er das Gut verlaſſen wolle.

Et ſic nota, quòd denunciatio ſit facienda tàm à conductore, quàm à locatore. Et hoc etiam habetur in jure civili: nam factâ locatione, & conductione, cum pacto denunciandi, & ante finem locationis non factâ denunciatione, ſed manente conductore in conductione, intelligitur tacitè reconduxiſſe, & in iſto anno ſequenti contractum renovaſſe, cum pacto, & modis, quibus fuit facta prima locatio, & conductio, non autem in ſequentib. annis: *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati, & ibi* Bart. *l. legem, C. eo.*

Imò videtur tacitè reconduxiſſe pro eodem pretio, & cum ijſdem pignoribus, non autem cum ijſdem fidejuſſoribus, niſi de novo promittant: *d. l. Itèm quæritur. §. qui impleto, l. Si, cum Hermes, C. Locati* Schneid. *in tit. de actio. § actio. verſ. de actione ex locat. num. 21. Et eum* Bart. Bal. *conſuluit* Alexan. de Imo. *in conſi. 28. volu. 4. incip. ponderatis verbis.*

12 Nota: locatio, ſine temporis præfinitione, facta: præſumitur ad velle, & arbitrium locatoris facta: & poteſt locator rem locatam quovis tempore auferre: *l. 4. ff. locati.* Et ſunt locatori, pro penſione, tacitè obligata invecta & illata: *l. 2. & 3. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. taci. contra.* Mynſing. *in Reſponſ. ſuo 38 num. 7. & 13.*

De locatione animalium, qualitèr conſiſtere poſſit: Et quandò in venditionem, & uſuræ pravitatem, incidat, & mortuis animalibus, quomodò finita, nec reconducta cenſeatur, Decian. *in conſ. 8. vol. 3. per tot.*

De locatione ſylvarum, & nemorum, quatenùs cædi, vel etiam penitùs exſtirpari poſſint: & ſic prædia potiùs meliorata, quàm deteriorata, dicantur, *conſuluit* Menoch. *conſ. 13. volum. 1.*

13 Locatio & conductio non eſt in his, qui operas exhibent, in aliquâ arte liberali, ut eſt advocatus; medicus; Doctor: Bart. *in l. 1. ff. Si menſor falſ. mod. dix.* ¶ Locatio non eſt, niſi interveniat pecunia: Bart. *in l. Si olei. C. Loc.* ¶ Qui operas ſuas ad certum tempus locavit, totius temporis mercedem percipere debet: Si per eum non ſteterit, quò minùs publicam operam præſtaret. *l. Qui operis. ff. Locat.* ¶ Locatio uno nummo, quandò valeat: *vide* Bart. *in l. Si quis ante. ff. De acquir. poſſ.* Alex. *in Apoſt. ad Br. in l. Uſusfructus. in fin. ff. ſolut. matrim.* ¶ Contractus locationis reſcinditùr, ſi fuèrit facta deceptio, ultra dimidium juſti pretij, ſicut fit in contractû emptionis: *l. 2. C. De reſcind. vendit. c. cum dilecti. De Empt. ità ampliat.* Parc. *Inſtit. De juſt. & jur. in princ. & Dd. in l. Itèm ſi pretio. §. Quemadmodum. ff. Locat. vide* Dd. Moder. *in d. l. 2.* ¶ Conducta domus, noſtra dicitur: *§. ſed & lex. Corn. Inſt. de Injur.* ¶ Invecta, & illata, in domum conductam, tacitè ſunt pignori obligata: *l. Itèm quia. ff. De Pact. l. Certi Juris. C. Locat. vide* Socin. *in Reg. 292.* ¶ Quandò quis fuit in locatione domûs per 30. vel 40. annos, non poteſt poſteà expelli, dummodò penſionem ſolvat: vide in verb. Præſcriptio. Licèt propter ſterilitatem fiat remiſſio mercedis: non tamen ob id, ſi proventus rei locatæ augeantur, penſio debet augeri: Boer. *Deciſ. 213. num. 10.* Franc. Marc. *quæſt. 210. par. 2.* Hyppol. *ſing. 134.* 14

Locatio incepta, poſt primam finiendam, ad certum tempus conſtitutam, habebit locum ſtatim: licèt prima alio modo finiatur. Natta *conſ. 34. tomo 1.* ¶ Si pactum ſit in inſtrumento locationis datiorum, locatores teneri, in caſû peſtis, aut belli, conductoribus remiſſionem facere, & peſtis evenit poſt dictum contractum, ante tamen ingreſſum, quaſi poſſeſſionis datiorum an remiſſio ſit facienda? Affir. Aug. Berous *q. 53.* ſi conductores damnum ſentirent.

Locatione factâ, ab Eccleſiâ, Titio acceptandi, pro ſe, & uxore ſuâ, ac pro filijs ipſius Titij, ad vitam eorum, tantùm uxor ad dimidiam cenſetur, vocata, &. filij ad aliam, poſt mortem patris tantùm, & non ante: nam cenſentur vocati ordine ſucceſſivo, quòad dimidiam patri acquiſitam: Aug. Berous *qu. 85.* 15

Locato fundo, veniunt & inſtrumenta: Bartolus *in l. 2. C. de verb. ſignific.* ¶ Quandò Inſtrumentum locationis habet executionem paratam, hoc non porrigitùr ad tacitam continuatam reconductionem: Gomez. Leon. *deciſ. 83. in deciſ. diverſor. tomo 2.* ¶ Quandò ex formâ ſtatuti inſtrumentum habet executionem paratam, non retardatur executiò inſtrumenti locationis, pro penſione, reſpectû exceptionis conductoris, petentis remiſſionem mercedis, propter ſterilitatem, vel alium caſum requirentem altiorem indaginem: Borgn. Cavalcanus *deciſ. 28. de contract. par. 2.* 16

Promittens non expellere conductorem, an cenſeatur renunciaſſe, ut, neq; pro uſû ſuo, poſſit ejicere? Aff. Quià aliàs pactum nihil operatùr, quod tamen procedit in neceſſitate propriâ locatoris: ſecùs eſt in neceſſitate publicâ: Becc. *conſ. 94. num. 28.* Surdus *conſil. 34.* & de alimentis *titul. 9. quæſt. 26.* Rutgerus Rulandus *in theſauro juris emphyteutici quæſt. 22.* Stephanus Gratianus *deciſ. Marcb. 119.* 17

Sterilitas qualis debeat eſſe, ut penſio remittatur: *vide* Maſqu. *concl. 1334.* Remiſſio 18

non habet locum,in locationibus perpetuis, ob damna, in fructibus, contingentia, & damnum debet eſſe notabile, ut remiſſio concedatur, imò, ſi in præteritis anni, conductor perceperit tot fructus, ut præſens damnum reſarciri potuerit, tùnc propter præſentem læſionem, aut damnum acceptum, non eſt locus remiſſioni: Stephanus Gratianus *in addit.deciſ.March.deci.222.*

19 Conducens rem propriam, ſi in judicio conveniatur remedio. *l. ſi quis conductionis. C.Locati.* non opponere poteſt exceptionem dominij, quod etiam procedit in hæredibus locantis,contra quos non opponitur hujuſmodi exceptio, dummodò non agatur,per locatorem, ex locato: tùnc enim haberet locum, exceptio dominij, neq; admitteretur diſpoſitio *text. in l.Si quis conductionis. in fine C.Locati.* cujus remedium eſt intentandum; ſi locator timet oppoſitionem dominij, per conductorem: Stephanus Gratianus *in addicion.deciſion.March.deciſ.*221. Carthar. *deciſi. Gennenſ.* 41. *num.* 4. Menoch. *de recuper. poſſ. remed.*10.*qu* 6.Decius *conſil.*13.*nu.*14.Alexand. *in l.Si aliquam rem.num.* 29. *ff. De acqu.poſſeſſ.* Decius *in l. Neq; pignus. ff. de R. Juris.* Caſtr. *in l.Qui rem propriam ff.Depoſiti.*Aim.*conſ.*157. *num.*1.

20 Ob penſione manticipalem ſolutam datur retentio rei conductæ, ità, ut conductor non poſſit expelli de domo, quamvis ei fieret oblatio, vel daretur cautio de ſolvendo: Stephanus Gratianus *in addic.d. deciſ.* Benintendis *deciſ.77.num.10.*Ludovicus *dec. Lucenſ.* 38.*nu.*120. Burſatus *conſ.* 101. *n.*6. Baldus *conſil.* 175.*lib.*2.Socin.*conſil.90.num.20. lib.* 4. Decius *conſil.*293.*nu.*4.

21 An locatio, ultra decennium, facta, tranſeat in emphyteuſin? N. Licèt communis opinio ſit in contrarium: quià locationis natura non eſt modus transferendi dominij: *l.39.ff. locati cond.* Deindè conductores nullo modo præſcribere poſſunt:*l.1.C.de praſcript.30.vel 40. annor:* Gourreius *ad l.2.C. de Reſcind: vendit: p.* 120. Bronehorſt. *cent.* 2. *aſſer.67.*Franc: Sarmientus *lib.3.ſelectar:interprecat. c.2.n.*31. Franc: Connanus *lib.6.comment.c.*12. Weſenbecei: *in paratit. ff. de locat. num.*8.

22 Utrum merces, in locatione, conſiſtat in re quavis fungibili, an in pecuniâ numeratâ tantùm? In quavis re fungibili: *per l.Si olei.C.locati.per l.35.§.finali ibi, ut fructus mercedis nomine penſarentur. ff. locati.l.8.C.Locat. ibi certis annuis quantitatibus.* Neq; leges expreſsè pecuniam numeratam, ut in pretio, requirunt: Arrius Pinellus *in l. 2. C. Reſcind.vend.p.2. cap.3.num.38.* Johan. Coraſius *lib.2.miſcellan c.11.* Cujacius ad Africanum *in expl.l.35.ff.locati.* Menoch. *remed. adipiſcen. poſſ.ſ.num.93.* Weſenbecei. *in paratit.d.tit.n.7.* Borcholt. *de pact. c. ult. n.10.* Bocerus *ad l.23. De R.J.c.4.n.9.* Herman. Vultejus *in inſtit. de Locat n.19.* Bronehorſt.*cent.2.aſſert.66. vide diſſent.*Donell. *lib.13.comment.c.6 circa finem.* Fachineum *lib. 2. controverſ.c. 82.* Gomez. *2. var.reſolut.c.3.nu.3.*Mozzium *de contract. titu. locati.col.2.nu.14.* ¶ Furnarius, qui lucratus eſt, pro eodem pretio tenetur reconducere, ſi alius non invenitur: Boerius *deciſ.* 249.

An locator conductori,vendito prædio, 23
quandò conductor recedere cogitur, teneatur ad intereſſe? Aff. Ang. Berous *quaſt.97.* Daniel Mollerus *lib. 4. Semeſt:14. ibi contraria diluit.* ¶ An locatione finità, ſi alius conducere velit, primus ſecundo præferri debeat? N. Niſi ſint prædia fiſcalia. Deinde,Excipiuntur Scholares, & liberalium artium Magiſtri: Mynſing. *centu. 4. obſerv. 23.* Catell.Cotta *memorab.incip. Locatio.* Anton. Gomez.*tomo 2.var. reſolution. c.3.n.5.* Gulielmus de Ludo *ſing. 65.* Vincent. de Franch. *deciſ.123.* Cravett. *conſil. 107.* ¶ An valeant ſtatuta opificum, quibus prohibent,ne,quod unus cœpit, alter perficiat? N. Johan. Sichardus *ad l.unicam C. monopol.* Daniel Mollerus *lib.2.ſemeſtr.15.*

An, ſi quis ſeſe alicui artifici dederit, 24
ut in aliquo artificio inſtrueretur, cum pacto, ut aliquot annos apud ipſum perſeveret, & is aufugiat, teneatur de novo, ad integrum tempus, an verò tantùm ad tot dies, quot abfuit? Exiſtimaverim ſufficere, ſi tot dies apud artificem ſubſiſtat, quot ab eo abfuit: ità enim videtur moram purgare poſſe: *argum.l.4.§.fin.l.14. §.final.ff. De ſtat.liber.*

Conductor poteſt alteri locare, non ob- 25
ſtante conventione, hoc prohibente, propter illa verba appoſita, in inſtrumento locationis, pro ſe & ſuis: Afflict. *deciſ.* 401. Rota Avenion. *deciſ.68.in deciſ.diverſor.* ¶ L.Ædem. C. locati. non favet his, qui ſe in neceſſitate poſuerunt: Ozaſcus *deciſ.* 168. *n.* 9.

An conductor leviſſimam culpam præ- 26
ſtare teneatur? Regularitèr non, niſi pro cuſtodiâ mercedem acceperit, aut res ſuâ naturâ exactiſſimam diligentiam deſideret: *l.25.§.7 ff.locati.§.fin.Inſtitut. locati.* Emanuel Soarez *in commun.opin. liter.C.nu.207.*Delrio *ad l.23.c.* 11. *De R. J. ibi etiam* Hyppolitus à Collibus, Herman. Vultejus *lib.* 1. *diſputat. c.15.*Bronch. *centur.* 2. *aſſert.* 33. Bocerus *ad l. 23.c.4.n.9.De R.J.*Johan.Schneidevv.*ad §.qui pro uſu Inſt.Locat.* Weſenb. *in parat. n.15.hoc titu.vide* Donellum *lib.13.comment. c.6.*

Conductor, ſi unius anni penſionem 27
non ſolvit, poteſt expelli, ex domo conductâ: *l.3.C.Locati.*Coraſius *ad l. 2.C.de jure emphyteu.*Bronch.*cent.1. miſcell. controv. aſſert.73.*

Agens

¶ Agens virtute locationis, tenetur probate traditionem rei locatæ, & patientiam præſtitiſſe, parte opponente, quod etiam procedit: licet in inſtrumento dictum fuiſſet de traditione rei: Hieron. Magon. *deciſ. Lucens. 11.*

28 Famulus, cui dominus mercedem perſolvere denegat, ſubtrahere pecunias, & res domini, poterit impunè: Ozaſcus *deciſ. 68.*

Contractus non dicitur ſimulatus, licèt venditor remaneat in poſſeſſione rei venditæ, titulo conductionis, imò per talem locationem, transfertur poſſeſſio in emptorem: Caballin. *milleloq. 906.* Rebuff. *de reme. poſſeſ. tomo: 3. in præfat. n. 97.* Abb. *conſ. 49. lib. 1. conſ. 12. lib. 2.*

29 Quandò locator agit Rei vindicatione contra conductorem, & producit inſtrumentum, non probat dominium, niſi concurrentibus alijs indicijs: probat tamen poſſeſſionem, inter ipſos, non autem quòad extraneos: Caſſan. *in conſuet. Burgund. titul. des Juſtices. §. 2. gl. 9* Caballin. *milleloqu. 511.* Afflict. *deciſ. 14.* Cravetta *conſ. 157.* Boerius *deciſ. 105. n. 44. deciſ. 239.* Joſeph. Ludov. *dec. Lucen. 14.* Jacob. Puteus *deciſ. 454. lib. 2. dec. 30 lib 3.* DD. *de Rota deciſ. 1. de fide inſtrum. in antiq.* Joſ. Ludov. *dec. Luc. 54.* Caſ. *dec. 30.*

30 Impenſa facta, ad perpetuam rei utilitatem, ſpectat ad dominum rei: ſecùs in modicâ impenſâ eſt: Sed talis impenſa conſiderari debet, non ſecundum tempus, quo fuit facta, ſed ſecundum valorem temporis reſtitutionis Natta *conſ. 13. tomo 1.* Menoch. *de arbit. caſu 215. lib. 2. & concl. 14. vol. 1.* Bart. *in l. impenſa. ff. de impend. in reb. dotalib. fact.*

31 Conductor promittens ſuis ſumptibus ſolvere onera, conſtruere, & meliorare molendinum, & domum tenetur reficere, & tempore deſtructionis currit penſio: Borg. Cavalcan. *deciſ. 28. par. 2. n. 25.*

Operarius, qui locavit operas ſuas, à pluviâ impeditus, non debet habere mercedem totius diei integrè, ſed tantùm pro rata temporis, quo operatus eſt: quià caſus fortuitus, qui contingit in perſonâ locatoris vel in re locatâ, cedit ad damnum locatoris: ità conſuluit Natta *conſil. 229. tom. 1. vide tamen* Ozaſcum *deciſ. 98.*

32 Conductor domûs, qui in annum habitationem conduxerat, poteſt penſionem totius anni ſolutam, pro dimidiâ, vel pro ratâ temporis, repetere, quandò domum, caſu fortuito collapſam habitare non potuit: Ozaſcus *deciſ. 98. n. 8.*

33 Locatam ſemel rem præſumitur quis eodem titulo poſteà poſſidere: Boer. *deciſ. 58.*

¶ Locatio tacita, & tacita reconductio, dicitur ſtare ſub eiſdem pignoribus, & hypothecis, & qualitatibus, quibus expreſſa: quandò tamen inſtrumentum locationis habet paratam executionem: hoc non extenditur ad tacitam continuatam reconductionem: Hieron. Magon. *deciſ. Florent. 340.* Berous *quæſt. 100.* Gomez. Leon. *deciſ. 83.* Rebuf. *de litterar. oblig. arti. 2. gl. 1. n. 902.*

34 Jus habens in reconductor, propter generalem hypothecam, poteſt rem locatam, alteri venditam, retinere, pro ſuo intereſſe, & ipſi rei inſiſtere, donec ei ſolutum ſit intereſſe: quo intereſſe ſoluto, ſolvitur jus retentionis: Caſp. Caball. *milleloq. 133.* Natta *conſ. 426.* Grammat. *dec. 58.* Gomez. Leon. *deciſ. 36.* Ozaſcus *deciſ 156.* Hypp. *ſing. 321.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Lucenſ. 38.* Borgn. Caval. *deciſ. 29. de contract. p. 2.*

35 Emptor domûs tenetur ſtare inquilino, propter juramentum, à locatore, præſtitum, junctâ hypothecâ: licet, quandò adeſſet ſola hypotheca, præſtando intereſſe non teneatur Rota Avenionenſis *dec. 108.*

Quandò locatio, ſub hypothecâ, à tutore, ſine decreto, eſſet facta, tùnc emptor intereſſe non tenetur ſolvere: nam bona pupillorum non poſſunt obligari, ſine decreto: Vincent. de Franc. *deciſ 334. par. 2.*

36 Dos eſt titulus univerſalis: ideò ſuccedens, ex eo tenetur, ad obſervationem locationis; ideò etiam mulier, ſoluto matrimonio, tenetur ſtare colono: Roland. *conſil. 49. vol. 2. l. 26. §. fin. ff. ſol matrimon.* Gomez. Leon. *deciſ. 63. in deciſ. diverſor.*

Succeſſor prælati tenetur ſtare locationi, factæ per prædeceſſorem, nomine Eccleſiæ: Rolandus *conſ. 49. vol. 2. n. 7.* Roman. *ſing. 63.* Hyppol. *ſing. 558.*

37 Locator, non præſtans uſum rei locatæ, conductori tenetur, ad intereſſe, id eſt, ad mercedis receptę reſtitutionem, ac ad lucrū, quod ex dictâ conductione facturus fuiſſet conductor: Sed, ceſſante intereſſe, conductor nullum haberet actionem: Mohed. *deciſ. 322.* Ozaſcus *dec. 82.* Verall. *dec. 183. par. 1.* Menoch. *conſil. 55. vol. 1.* Natta *conſil. 26. tom. 1.* Rolan. *conſil. 59. vol. 4. n. 22.*

Furnarius, ſi operam ſuam alicuius familiæ panibus coquendis, locaverit ad certum tempus, auctâ familiâ, non amplius conſequitur, quàm fuerit conventum: Hyppol. *ſing. 134.* Conductores percipientes omnes fructus, & ſolventes mercedem, in pecuniâ, an tenentur ad ſolutionem collectarum, vel locatores: *vide* Ozaſcum *deciſ. 83.*

Fructuum locatio non comprehendit id, quod datur pro jucundo adventu Boer. *deciſ. 133. & 189. n. 9.*

38 Uſufructuarius, an locationi autoris ſtare teneatur? N. Niſi conventum eſt, ut penſiones rerum locatarum pertineant ad uſufructuarium: Vel, niſi uſufructuarius

ſius incipiat exigere vel recipere penſiones, ex hoc enim ſibi præjudicium generat, & per factum, aut tacitam acceptationem, cogitur ſtare colono: Petrus Barboſa *in l. ſi filiofamilias §. Si vir in quinquennium. ff. Sol. matrimon.* Johan. del. Caſtill. *de uſufr. c. 73.* Johan. Gutierez *commu. quæſt. lib. 2. c. 8. per totum* Alvar. Valaſcus, *conſultat. conſ. 40. n. 76.* Surdus *deciſ. 172.*

39 Uſufructuarius ſi velit locare bona, in quibus uſumfructum obtinet, utrum proprietarius locationem petens, & conducere volens, præferendus ſit alijs: itèm, quid econtrà, ſi proprietarius velit proprietatem alienare, an debeat præferri uſufructarius: Negativam ſententiam contra Cavalcanum prælationem *locum habere innuit in tractat. de uſufructu mulieri relicto nu. 171.* Surdum, *conſ. 43. nu. 12. lib. 1.* Vincent. Carocium *in tract. de locat. grad. 3. perſon. quæſt. 3. nu. 37.* Jus prælationis aſſerentes defendit: Johan, del Caſtillo *c. 74. de uſufr.*

40 Locatio, ſi ſit facta ad vitam, ſingularis ſucceſſor tenetur ſtare locationi, quaſi ſit jus, in re, quæſitum: Cæſar Barz. *deciſ. 14. n. 18.* ¶ Locationis inſtrumentum non habet executionem paratam pro tacitâ reconductione: Cæſar Barz. *deciſ. 60 n. 8.*

41 Conductor equi vitioſi, contra locatorem, quandò poteſt agere ad intereſſe? Diſting. aut locator locavit equum certum vitioſum, puta, hunc equum, tùnc locator tenetur ad intereſſe: Sed ſi locaverit incertum, puta unum de ſuis equis, cum haberet plures, bonos, & malos, & poſteà præſentaverit malũ ſcientèr, tenetur ad omnes expenſas factas in equitatione: Cæſar Damatus à Fogneras, *deciſ. 60. n. 28. cum ſequen. lib. 4.* Vincent. Carocius *de locato par. 2. titu. de culpa num. 13.* Locatio in voluntatem conducentis dicitur ad longum tempus: Cæſar Damatus à Fogueras *d. deciſ. num 30.* aliàs locatio ſimplicitèr facta, intelligitur facta ad annum *num. 32.*

Locator fructuum alicujus animalis, quòd pariat bis in anno, tenetur ad primos tantùm: Georgius de Cabedo *deciſ. 7. in obſer. practic. nu. 8.* Jaſon. *ad l. divortio. §. ob donationes. n. 12. ff. ſolu. matrimon.*

42 Ad locandum requiritur ſpeciale mandatum: procurator tamen, cum clauſulâ, quod poſſit omnia, & ſingula, itèm cum exceptione casûs ſpecialis, poteſt locare ad tempus longum: Georgius de Cabed, *d. deciſ. n. 19.*

L O C U S.

1 Citatus ad locum, non tutum, excuſatur à comparendo: *habetur in c. venerabilibus, §. ſecùs. de ſentent. exc. & in Clem. paſtoralis, §. Piſanam. de re judic.* Itèm non poteſt quis ex ſuâ obligatione conveniri, in loco ſibi non tuto: Ang. *& poſt eum* Alex. *in l. cum ret. in pr. ff. de leg. 1* Hipp. de Marſi. *in ſing. 261. inci Exceptio loci non tuti.* Menoch. *conſ. 100. vol. 1. n. 183. & in ſeqq.* conſuluit de loco non tuto tripliciter conſiderando: ratione peſtis; delicti; & cauſæ.

Et quandò citatus ad locum, ſi non tutum, teneatur proteſtari, vel mittere excuſatorem, ſeu procuratorem, vel non: Et quatenùs per ſalvum conductum locum ſibi debeat facere tutum, & comparere, *vide ibid. per eund.* 2

An locum non tutum quis allegare poſſit, qui enim ſibi ipſe tutum non fecerit: Aff. D. Pruchman. *conſi l. 4. n. 57. lib. 2.* Sigiſmund. Schacci *de jud. lib. 1. c. 32. nu. 30.* Afflict. *deciſ. 289.* 3

Qui promiſit ſolvere Coloniæ, poterit citari, licet ibidèm non reperiatur, ſi habeat aliquid ibi, quod poſſit capi: Petr. de Raven. *ſing 534.*

Contractus ſi celebretur Florentiæ, ſolutione deſtinatâ Mediolani, an in loco contractûs debeat debitor conveniri? N. laffe. Lanfr. Balbus *deciſ. 216.* Creſcent. *deciſ. 2. aliàs 280. tit. de ſolut.* Bartol. *in l. 1. de bonis auct. judu. poſſiden.* 4

Qui certo loco promiſit ſolvere, ſi ibidèm non ſolverit, poteſt conveniri ubiq;, etiamſi ibidèm non ſortiatur forum: Hieron. Mag. *deciſ. Lucenſ. 78. n. 17.* Rota Genuenſ. *deciſ. 104.* Gomez. Leon. *dec. 98. in deciſ. diverſor. tom. 2. l. 43. ff. de judicijs.* 5

Contraxiſſe quis videtur, in eo loco, in quo ſolvere ſe obligavit: Ozaſius *deciſ. 114.* Rota Genuenſ. *deciſ. 105.* Mar. de Mantua *ſing. 298. l. 20. ff. de obligat. & action.*

Si creditor non poteſt ire, vel mittere ad locum deſtinatæ ſolutionis, reus poteſt compelli alibi, quàm in loco, ubi promiſſerit ſolvere: Anton. Corſetus *in ſuis ſing. liter. S. ſing. ſolutio.* 6

L O Q U E L A.

Loqui de nobis quod nolumus, de alijs non loquamur: *c. ponderet. 50. diſt.* ¶ Loqui, per epiſtolam dicimur: *vide ſuprà in verb. litera.* ¶ Ubicunq; diſpoſitio facit mentionem de loquente, intelligitur de loquente cum intelligentiâ: *l. 1. in princ. ubi* Alex. *in 3. not. de verb. oblig. arg. l. coram, de V. S. & l. diem proferre. §. coram. de Arbitris.* 1

Lucrum

LUCRUM.

1 NOtavi *ſuprà, in litera C. verſi. de cauſis lucrativis, & in litera I verſi. de intereſſe, & infrà litera M. verſ. de morâ.*

Lucrum honeſtum non eſt prohibitum, licèt oſuræ ſiot prohibitæ: *tex. eſt in c. per veſtras. De don. inter vir. & uxor.* Bart. *in l. Divus Severus. ff. ad L. Falc.* ¶ Lucra oon capere, & debita amittere, non idem: *l. fin. C. de Codicib. l. Proculus. ff. de damn. infect.* ¶ Verb. lucrum, & damnum quid importent, *vide* Alex *in conſ. 336. vol. 2. viſa ſcriptura, n. 4.*

LUDUS.

1 GErmani olim adeò aleæ ſtudioſi, ut, cæteris amiſſis, noviſſimo jactû de libertate contenderent: Victus voluntariam ſervitutem adibat, & quanquàm juvenis, ligari ſe & veodi patiebatur: Johan Anton. *lib. 3. c. 13.* ¶ Generalis eſt concluſio, quòd ludus ſit prohibitus: *tex. in l. Alearum uſus. C. De relig. & ſumpt. fune.* Ibid. *in tex. & per* Dd. aſſignantur rationes prohibitionis: *Et eſt communis opinio, ut dicit* Maluet *de ludo taxillo. n. 4.*

2 Et hæc concluſio eſt vera, non ſaltèm in ludo, ubi fortuna ſola regit, ſed etiam ubi iogenium cum fortunâ verſatur: nam omoes paritèr ſunt prohibiti.

Ubi tamen ſolummodò verſatur ingenium vel fortitudo, ibi talis ludus eſt permiſſus: *gloſſ in l. 1. ff. De alea luſû & alea,* Ang. *de maleſic. in verſ. Metidore, de maledadi, num. 2. Communem atteſtatur.* Jul. Clar. *in lib. 5. ſent. §. ludus, n. 2.*

Qui ludi ergò ſint prohibiti, qui non, cogita, *ſecundum jura illa per tex. gloſſ. &* Dd. *in d. l. Alearum uſus, C. De relig.* Angel. & Aug. *in verſi. numero 27.* ¶ De ludis, Studioſis juris, interdictis, à Juſtiniano Imper. *n. 2. con. de Pandect. vide Cujac. lib 6. obſer. 13.*

Et ibi vide, quatenùs res, in ludo permiſſo, perdita reſtituatnr, vel pauperibus diſtribuatur: ſeu io quantum obſtet huic conſuetudo.

Itèm, quòd liceat ludere, etiam cauſa veſcendi aliqua re, *dixit* Ang. *& ibi* Auguſt. *in d. verſ. num. 17.*

3 Sed pœna ludentis ad ludos prohibiros, quæ ſit, quæritur? Et reſpondetur, quòd de jure civili certa pœna non ſit ſtatuta: ideò videtur, illos puniri, extra ordinem, arbitrio judicis, ſecundnm facti & perſonarum qualitatem. Clar. *d. §. Ludus, num. 6. l. 2. ff. De crim. ſtell.* Et vincens, lucrum reſtituat victo: Clar. *nu. 7.* Ang. *in d. verſi in prin. num. 1. & num. 18. ibid.* Aug. *in addi. n. 23.* Sin fuerit negligens in repetendo, repetat fiſcus, & expendat in piam cauſam: Ang. *d. verſ. n. 19.*

Sed ludens cum falſis taxillis, punitur pœnâ falſi: *arg. l. Arbitrio, §. de eo autem, & ibi not. ff. de dolo.* tenetur etiam de furto: *d. Ang. in d. verſ. princ.* Imò *ſecundum gl 4. circa fin. Arti 6. lib. 3.* Landrecht. Sage/ bey welchem Spieler man falſche Würffel findet / vber den ſol man richten/als vber einen Dieb: Vnd ſind alle dieſelben Recht vnd ehrloß/ vnd mögen/ in keinem Rechtē/Biedersmans ſtatt halten oder vertretten. Mehr ſagt die gloſſa: Es ſey ſein Gut ein verwirckei Gut. Item: Wer des vberwunden wird/das er mit falſchen Würffeln geſpielet/verleuret die Hand.

Imò ludens iſte non ſolùm puoitur, ſed etiam particeps: & ideò ſi ſtatuto imponatur pœna ludenti, compreheodirur etiam particeps ſeu ſocius: Ang. *d. verſ. num. 7.* Auguſt. *declarat, num. 11.* 4

Domus etiam illa, in quâ luditur, debet publicari. De quâ domo intelligendum: & in quâ, ſit reſtringendum, nempè in domo pupilli, viduæ, vel cujuslibet miſerabilis perſonæ, Angel. *d. verſi. num. 5.* Cynus *in l. 1. C. quandò imp. inter pupil. & vid.* vel quià dominus domûs neſcivit ludum: & non publicatur: Argu. *eorum, quæ notantur à* Saly. *in l. 1. C. de fal. mon. in fin.*

Et retinens ludum quandò percuritur vel verberatur, non agit injuriarum: puta ſi percutiatur occaſione ludi, eſt percuſſio impunita, ubicunq; fuerit facta: Angel. *d. verſ. n. 6.* 5

Itèm, ſi tempore, qno luditur, ex domo, in quâ ludirur, furto aliquid fuerit ſubtractum: non habet retinens ludum actionem, non rantùm pœnalem furti, ſed nec ad rei perſecutionem: *l. 1. §. 1. ibi impunè ſit, & in §. ait prætor, ff. De alea.*

Poteſt etiam tenens ludum molctari arbitrio judicis: quoniam retinens ludum cauſa eſt multorum malorum, ſcilicèt blaſphemiæ, furtorum, depauperationum, & homicidij: *l. Alearum uſus. C. De relig. Et docet quotidiana experientia.* Poteſt quoq; poni in carcere & compedibus: *tex. in l. 4. §. fin. ff. De alea.* Iotellige iſta omoia de illo, qui cauſa emolumenti & lucri tenet ludum, io domo: non de eo, qui cauſa recreationis: Aug. *in addit. ad* Ang. *num. 9. gloſſa eſt in l. 1. in prin. ff De alea.* 6

Quis dicatur ad ludum compellere, Angelus & Auguſt. *nu. 6. & num. 9.*

De domibus pupillorum & viduarum, declarat Auguſt. *ibid. nu. 10.*

Alia cadit quæſtio: An mutuans in ludo reprobato, poſſit repetere? Quòd non, *tex. eſt in l. Alearum uſus. C. De relig.* Sed Clar. *in d. §. Ludus nu. 8.* tenet, quòd de conſuetudine repetatur, & iſtam conſuetudinem valere ibi affirmat, *allegando* Didacum, Auguſt. *in addit. ad* Angel. *in d. verſ. nu. 15.*

7 Quòd mutuans non ludens repetat, niſi in quatuor caſib. de quibus vide ibi. Quòd autem colludens non repetat, eſt gloſſa ordin. *in l. 1. in prin. & in l. fin. ff. De alea.*

Ja/was einer auff ſpiel iſt ſchúldig geworden/iſt er zu bezahlen nicht verbunden: *tex. eſt in Art. 6. lib. 1.* Landrecht. *weichbild, Artic. 101.* Sed ſi poſteà, ex intervallo, in ludo mutuò receptum, promittat ſolvere, tenetur ad ejus ſolutionem: quià ſublata eſt prima cauſa turpitudinis, undè valet promiſſio: *l. penult. ff. de condict. ob turp. cauſ. l. 2. C. Quod met. cauſ.* Auguſt. *in addit. d. verſ. n. 16.*

8 . Sed ſi mutuatum cauſa ludi expendatur poſteà ad cauſas utiles & neceſſarias, an repetatur? Et reſpondetur, quòd non, ſi cauſa ludi fuerit expreſſa: *addit. lat. ad verb. ludo. Art. 6. lib. 1.* Landrecht quià expreſſa nocent: *ff. de pact. l. ſi unus. §. illud.*

Tranſactio aliqua occaſione ludi, quòd non ſit licita, tenuit Clarus, *in d. §. Ludus. numero 9.* Sed ibi dicit, quòd de conſuetudina alitèr dicendum ſit: Angel. *d verſi. num. 12. l. 1. ff. De aleat. vide addit. lat. E. d Art. 6. lib. 1.* Landrecht.

Wen.1 ein Knecht ſein Gut verſpielet/in ſeines Herrn geſcheffren/das iſt jhm der Herr zugelten nicht ſchúldig. Verſpielet er des Herrn Gut/das fordert der Herr wo wider/von deme/der es hat gewonnen. *l. Plus cautionis, ff. De regul. jur. d. l. Alearum. C. De relig. gloſſa in weichbild. Art. 101.*

9 Damnati ad ludum gladiatorium, vel venatorium, poſt quinquennium pileari, & rudem accipere ſolebant, & præferri cæteris gladiatoribus. Cuja. exiſtimat ejuſmodi ludos non tolli, *per l. 1. C. de gladiatorib. vide* Gothof. *ad l. 8. §. 10. ff. De pœnis*, Et mentio fit Pyrrichæ, quę eſt ſimulachtum pugnę equeſtris, quæ Troja dicitur *πύρριχος ἱππαγια.* Dion. ad pedeſtrem pugnam etiam trahitur. Marius Plotius Grammaticus *in l. de metr.* ex Ariſtotele, hujus luſûs auctorem facit Achillem. *vide* Cuj. *13. obſ. 10.* Jul. Cæſar Scaliger ſcribit, ſe, coram Maximiliano Imperatore, Pyrricham repræſentaſſe, *1. Poëti. 18. Vide* Clar. *in §. ludus. itèm* Petr. Greg. Thol. Medices *tract. de acquir. poſſ. gloſſ. 1. p. 1. n. 168. remiſſ. fol. 263.* ¶ Alearum & taxillorum ludus, quibus, & quandò, cenſeatur permiſſus, *Capr. Reg. 86.* ¶ De aleâ & uſû, & ejus abuſû, *vide* Joan Sariſberienſem, *tr. de nug. Curial. & veſtig. Philoſoph. lib. 1. c. 5.*

10 Ludus ſcholaribus interdictus eſt: *§. penult. in proœ. ff. ubi* Br. ¶ An & quis ludus ſit licitus, & an mutuanti pecuniam in ludo fiat reſtitutio, & an tranſactio in ludo facta valeat, & an lucrata in ludo retineri poſſint, *vide pulcrè* D. Abb. *in c. penult. de vit. & honeſt. Cler. ubi hanc materiam latiſſimè examinat, vide Corſet. in v. Ludus.*

11 A colluſore emens, emptio non valet, nec contractus: Br. *in l. Si quis cum ſciret ff. pro empt. in fin. & in l. fin. Qua. rer act. non det.* ¶ An ludo perditum repeti poſſit, *vide gl. in c. Epiſcopus 35. diſt. & pulcram additionē, ad auth. interdicimus, C. de Epiſ. & Cler. vide de hoc in Spe. Sax. lib. 3. art. 6. in gl.* ¶ Luſore, & meretricario, peior eſt potator: *ſecundum* Bar. *in auth. Quod locum, C. de coll.* ¶ Ludus noxius, eſt in culpâ: *l. Nam ludus, ff. Ad l. Aq.* ¶ Clericus luſor, excluditur & repellitur à beneficio obtinendo: &, ſi à ludo non deſiſtat, etiam ab obtento, Abb. *in c. inter. dilectos de exceſſ. prel.* ¶ Luſor eſt is, qui frequentèr ludit, non qui aliquandò Bal. *in Rub. C. de conſt. pec.* ¶ Statutum ſi diſponit: quòd ſi aliquis fuerit inventus ludere ad taxillos, vel tenere ludum taxillorū, puniatur tantâ pœnâ, & medietas ſit accuſatoris: Aliquis accuſavit Titium, quòd luſit, & optimè probavit per teſtes, quòd luſerit: an debeat obtinere dimidium, Alb. *poſt* Iac. de Are. dicunt: quòd non. Quià, ex quo ſtatutum dicit, invenerit; requiritur quòd fuerit perſonalitèr inventus & deprehenſus: *vide* Iaſ. *in l. 1. in 1. lect. col. 16. de acq. poſſ.* ¶ Si ſtatutum dicit: Si quis luſerit ad Azardum, puniatur in tantum: modò quis luſerit uno veſperi cum pluribus, & ſæpiùs vicit, & amiſit: an ſit unus ludꝰ, vel plura delicta, *vide* Bar. *in l. Juſiciando, §. infans, de furt.* eund. Bar. *in l. Pomponius, la. 2. de neg. geſt. n. 12.* ubi dicit: Quòd ſi luſiſti, & in eodem ludo plures viciſti, & perdidiſti, totus ille dicitur unus ludus: Quià eodem animo acceſſiſti. Sed ſi, poſt perditam pecuniam, novam pecuniam extraxiſti, eſſent plures ludi.

12 Luſor, ſi à colluſore aliquam pecuniam vicerit, non tenetur, ut dicitur, ludum complere: ſed liberè poteſt deſiſtere à ludo, cum pecuniâ lucratâ, quandò ſibi placuerit: nec is, qui amiſit, conqueri poteſt de injuriâ. Nam, à fortiori, ſi pacto conventum eſſet, ſe à ludo non diſceſſurum, quin totam pecuniam alter eorum amiſiſſet: Hoc pactum, perindè ut invalidum, non ligat, multò minùs ſi ſimplicitèr luſerunt: *ita* Bart. *poſt gl. in l. Juris gentium, §. prætor, de pact. ubi* Iaſ. *latè de materiâ Lud.* Ang. & Pau. ¶ De ludo Schachiorū, *vide* Bart. *in l. Legatis ſervis, §. ſi ex officio, de leg. 3.* ¶ Quidam, cum luſiſſet, appoſuit pecuniam alienam, quam ego lucratus ſum, an Dominus pecuniæ eam à me vindicare poſſit, *vide* Iaſ. *qui decidit illam q. in l. Singularia, in 5. colu. in fin. ff. ſi cert. pet.* ¶ Homicidium in ludo commiſſum cenſetur caſuale, & non tenetur percutiens. *De hoc vide ſupr. in verb. homicidium.* ¶ Ludens cum falſis taxillis perdit manum jure Saxonico: *in Spec. Sax. lib. 3. art. 6. in gloſſ.* De jure

com-

communi tenetur pœnâ falſi: *not. in l. Arbitrio, §. de eo. ff. de dolo, ubi annotatur l. Aunouam. iu fin. de extraord. crim. vide* Bertarch. *in verb Ludus.*

13 Imò talis, cum falſis taxillis ludens, tenetur etiam de furto: Cùm non efficiatur Dominus pecuniæ, quam vincit: *arg. l. Falſus. iu princ. ff. de furt. vide* Bertarch. *ubi ſupr. & in Spec. Sax. iu d. art. 6. lib. 3. iu gl.* ¶ An frater ludens, pecuniam, quam ludo conſecutus eſt, patre vivente, conferre teneatur: Et videtur, quòd ſic, *per gl. iu l. cum oportet, C. de bon qua lib. in verb. ex ejus ſubſtantia:* contrariû eſt verum, *in l. Quod ſervus, de acq. poſſeſſ. ità tenuit* Alex. *in conſi. 77. iu 1. volu. circa primum, de quo quæritur.* Nam illud, quod quis ex turpi quæſitû acquirit, conferre non tenetur, nec communicare cum ſocijs, cum quibus contraxit ſocietatem omnium bonorum, etiam expreſsè: *l. Quod autem ex furto, §. peu. ff. pro Soc.* ¶ Eſt tamen Cautela: Quòd frater cogatur eam pecuniam conferre, quod dicamus, petendo ab eo, quidquid cum bonis paternis acquiſivit, non exprimendo, quo titulo: Nam tùnc conferre teneretur, nec audiretur ipſe propriam turpitudinem allegando: *ita* Ang. *in §. itèm vobis, circa fin. lect. per quas perſonas, &* Ang. *in §. igitur, in 2. colum. eod. tit.*

14 Ludus latrunculorum, ſeu Schachius, an ſit laudandus? Improbant illum Petrus Heig. *quæſt. 10. lib. 2.* Emanuel Soarez *in theſauro ſententiar. verbo Ludus. nu. 197.* Caſtilioneus *iu ſuo aulico libro.* Quià multum curæ, & temporis, in eo ponitur: ità non proſit recreationi.

15 Clericus, ex quo, de bonis ſuis, non poteſt, ad libitum, diſponere, prohibetur ludere: *Paul. Fuſc. in ſingular. in verbo: Clericus. num. 116.* ¶ Ludendo & currendo, ſi unus alteri, datâ operâ, da nnum dederit, an teneatur ad damnum: Bonifac. de Vitalin. *in Tract. de damno dato. num. 53.* Sebaſt. Medic. *in Tract. de caſib. fortuit. part. 1. Quæſt. 11. num. 40.* ¶ Riſum Græci inter Deos retulerunt, ut Romæ tribunus voluptatis fuit conſtitutus: Caſſidor. *lib. 7. titu. 10.* ¶ De ludi Excellentiâ, utilitate, & quòd recreationis causâ, ſit ludus concedendus, tradunt eleganter Ignat. Lopez. *in pract. Canonic. c. 70.* Johan. Sarisberg *in poly ra . lib. 1. c. 5.* Ærod. *rerum iudicatar. lib. 6. titu. 8. cap. 1.* Franc. Patricius *de Repub. lib. 2. titu. 8.* Cælius Calcagninus *lib. ſing. de talor. ludo.* Jul. Ferret. *de re militar. titu. de antiq. triumph. titu. de bravio equorum, titu. de militari joco.* In ludis licitis tantùm, uſquè ad aureum, ludere licèt: Lancellottus *de officio pretor. iu causâ criminali titu. de luſor. num. 13.* Petrus Heig. *quæſt. 10. lib. 2.*

Sponſiones, causâ ludi, factæ inefficaces & prohibitæ ſunt Benevent. Stracha *de Sponſion. p. 4. §. quæritur. cum ſeq.* ¶ Conſuetudine an ludus aleæ, ut licitus, introduci poſsit, & an ea probanda, quæ inhibet reſtitutionem acquiſitorum, per ludum: & an obligatio, quâ quis ſe ſoluturum debitum, occaſione aleæ contractum, promiſit, valeat? N. Quià in his omnibus agitur contra bonos mores, & anſa ad peccandum præbetur: Stephan. Coſta *de ludo articul. 5. num. 1.* Lancellot. *d. loco. num. 3.* Didacus Covarruv. *in c. peccatum par. 2. § 4. num. 3.* Petrus Heig. *quæſt 10. lib. 2.* Emanuel Soarez *in theſaur. recep. verbo: Ludus, num. 198.* Malvet. *de ludo taxiller. num. 18.* Johan Concennat. *var. quæſtion. lib. 4. c. 6.* 16

MAGISTRATUS.

1 MAgiſtratus, imago, & miniſter, DEI eſt. Plutarchus inquit, Magiſtratus ſivè princeps, eſt miniſter cuncta adminiſtrantis: civitatis decus cuſtoditur & conſervatur, cùm Magiſtratui reverentia & honor debitus integri manent: *fac.l.2.§.poſt originem,ff.De juſt.& jur.l.Semper, ff.De jure immun.*

2 Et quòd Magiſtratus ſit à Deo miſſus, ad vindictam malorum, laudem verò bonorum: Dei enim miniſter eſt, *inquit Apoſtolus, in c.13.ad Rom.* Et habetur in *c.Magnum,11.q 1.* Et ibi monetur, ut ſubditi ſolvant cenſum & tributum: Reddite ergo, *(dicit Apoſtol.)* omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: & tandem Deo, quæ Dei ſunt, *Marci 22.* Imò, *dicit Apoſtolus, in d. c. 13. ad Rom.* Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.

Et vetat, ne illi, tanquàm Dei ordinationi, quis reſiſtat: reſiſtens autem damnificationem ſibi acquirit: *fac.c.Qui reſiſtat,11.q.3.* Ibi, magis Deo, quàm hominibus obediendum, & cui hominum potiùs.

3 Quandò autem, & in quibus caſibus ſubditi non poſsint, vel non debeant, obedire Magiſtratui: Imò quibus caſibus illi reſiſtendum ſit, docet Franciſcus Zoanet. *in tracta. ſuo defenſ. parte 3.num.46 uſque ad fin.* Et ibi pulcherrima docet, quòd etiam Tyranno Magiſtratui, propriâ authoritate, reſiſtere non liceat. Et adſcribit peccatis ſubditorum, quandò magiſtratus tyranniſari incipit: *num.104.*

Legislator tradit, ſubditos neceſſariò Magiſtratui obedire oportere: *l.Non videntur,§.qui juſſu, ff.De regu. jur.* Puniuntur etenim, qui magiſtratui non obediunt: *l.1.ff. Si quis jus dic.non obtemp.l.contumacia, in princip. ff De re judic.*

4 Econverſo Magiſtratus ſubditis proſint, non obſint: Juſtitiæ ſint ſacerdotes, non injuriarum authores: bonum æquumque ament, & illicita reprobent: *l.1.ff. De juſt. & jure.l.2.poſt originem, ff.de orig. jur. l.meminerint. C. unde vi.* Zoanet. *in dicto tracta.part.3. num.19.*

Et notandum eſt, quòd aſſiſtit magiſtratui bona opinio, juris præſumptio, & publica authoritas: *l.Servo invito, § cum prætor, ff.ad Trebell.l.Si prætor juſſerit, in pr.ff.de judic.c. In præſenti.extra de renunc.* Imò Dij eſtis, *dicit Johan.c.10.& Pſalmiſta Pſal.81.*

Nota, durante officio, major magiſtratus conveniri non poteſt: ſecùs minor: *l.Nec magiſtratibus, ff.De injur.l.2. & ibi gloſſ.ff.De in jus vocand. textus eſt in l. Quemadmodum, §. magiſtratus, ff. Ad leg. Aquil.* Franciſcus Zoan. *in d. tractat. ſuo defenſ. parte 3. numer.3.* Imò, illo anno, in quo magiſtratus ſunt, non ingrediuntur judicium, neq; perſequendo, neque fugiendo: *l.Pars literarum, ff.De judic. gl.d.l.2.ff.De in jus voc.* 5

Deus, ſecundum delicta populorum, vel opera pia, diſponit vitam Rectorum: Petr. Greg. *lib.1.de Repub.c.1.fol 1.* ¶ Magiſtratuum mutatio quàm periculoſa, Petr.Greg. *de Repub.lib.4.c.5.num.35.& ſeq.* ¶ In creandis magiſtratibus, ſeu perſonis, publicis officijs fungentibus, ſemper idoneus eligi debet: *Vivius deciſ.455.lib 3.* ¶ Sævitia magiſtratûs erga ſubditos quomodo coerceatur, Geyl. *lib.1.de pace pub.c.2.num.22.* ¶ Sævitia viri in uxorem quæ dicatur, *Theſſ.deciſ.130.*

Magiſtratus negligens, de ſuo tenetur ad emendationem damni: *vide* Curt. *conſil. 19.fol.95. colum.1.* ¶ Magiſtratus, vel officialis, pecuniam in deſtinatum uſum non erogans, quâ pœnâ puniatur, *vide eod. conſi. fol.95.colum.3.* 6

Magiſtratus licèt, durante officio, conveniri non poſſit, poterit tamen, eo magiſtratû durante, citari, ut, poſt perfectum officium, compareat: Ozaſcus *deciſ 130. n. 12.*

Quandò ſcriptura ſuperioris, primâ facie, deviat ab honeſtate & Juſtitia, non tenetur officialis, aut inferior magiſtratus, aut ſubditus, immediatè parere: ſed ſuperſedere debet, & ſcribere ſuperiori: Cravetta *conſil.319.* ¶ Magiſtratus vetus poteſt jus dicere, per duos menſes, antequam ſucceſſor ingrediatur provinciam: imò ab eo geſta, indifferentèr erunt valida, antequam ſciat ſucceſſorem advenire: quod procedit in juriſdict. ordinariâ, non delegatâ: quæ, finito tempore, expirat: Stephan. Gratianus *in addit. deciſ.provinc. March. dec. 144.* Guid. Papæ *quæſt.501.* 7

Utrum infideli, hæretico, ſchiſmatico principi ſit parendum? Aff. in ijs, quæ ſunt

civilis

civilis poteſtatis: quià Judæi jubentur apud Jerem.*c.34.* ut pareant infideli Nebucadnezari: Lambert. Daneus *cap. 12. lib. 2. Ethic. Christian.*

9 In rebus Ecclesiaſticis, quæ eſt Magiſtratûs autoritas? Diſtinguendus eſt Magiſtratus: alius enim eſt fidelis: alius infidelis, lupus, & hoſtis Chriſti: hic nullo modo eſt in Eccleſiaſticis rebus audiendus, vel admittendus: Magiſtratus verò fidelis, pius, & Chriſtianus, qui eſt utriuſquè tabulæ cuſtos, etiam ad rerum Eccleſiaſticarum conſtitutionẽ admittendus, accerſendus, audiendus eſt, exemplo Davidis *1. Chron.13.* Joſiæ, Joas *2. Reg.12.v.8.* Conſtantini Magni, Theodoſ. Habet autẽ Magiſtratus deliberativam, non deciſivam vocem: in Synodo enim ſola Dei vox audiri debet: Lamb. Daneus *lib. 2. Ethic. Chriſt.c.12.* ¶ Magiſtratus ad placitum poſiti, ut perpetui Magiſtratus, ſemper conveniri poſſunt: Petr. Roytius *deciſ.4. n.413. in deciſ. diverſor. autor.*

MAJESTAS.

1 De crimine læſæ Majeſtatis, quid ſit: contra quos: per quos: & quibus actibus, ſeu contractibus, committatur: vel non: *vide text. gloſ. & Dd. in toto titulo, ff. ad l. Jul. Majeſtat.* Angel. *de maleſi. in verſ. & hai tradito la tua patria, num. 2. verſ. quæro aliquis.* ¶ Sed hoc crimen Majeſtatis an committatur, per illum, qui in ſimplicem ſcientiam incidit, & non revelavit, (*Committi vult* Bartol. *quod tamen limitat* Bald. *ſi talis ſcientia ſit probabilis: opinionem tamen* Bart. & Salic. *in practica obſervari poſt* Bald. Angel. *ait.*) revelans autem quatenùs habeat præmium, vel evadat pœnas, (*Statim revelans, præmium habet. Ex intervallo, ſed ante delictum conſummatum, illud perdit, ſed pœnam evadit,*) notavit idem Angelus *in d. verſ. nu. 10.*

2 Omnes in hoc crimine poſſunt accuſare, qui aliàs non admitterentur. Angel. *num. 9. l. Famoſi, & l. ſequen. ff. eo. tit.* atrocitatem delicti, & pœnæ gravitatem, invenies in tex. *l. quiſquis, C. ad l. Jul. majeſta.* & ibi pleniſſimè, notant Dd. Aliquas hujus vide extenſiones, quas cum alijs Dd. notavit Angelus, *in d. verſ. & hai. nu. 12. & in ſequentibus, vide omninò Dd. in d. l. Quiſquis, & habebis omnem materiam* Vide aliqua *ſuprà, in litera D. verſ. de doctoribus.*

3 In hoc crimine reus diffamatus, tenetur ad purgationem, licèt diffamans nihil probaverit: & multa ſpecialia in iſtius delicti enormitate: quis committat: contra quem & in quem committatur: & de ejus pœnâ, & feudi privatione, docuit conſulendo elegantèr Decianus, *in conſi. ſuo 18. à num. 292. uſq; ad finem.*

Vide quæ de Majeſtate habet Bodin. *de Repub. lib. 1. c. 8.* ¶ Et an Majeſtatis jura habeant principes, alterius fiduciarij, ærarij, vel infutarij, *c. 9.*

An Rex, Princeps, Comes, Baro, aliquis 4
Vaſallus Imperatoris, & tamen haud ſubjectus, Majeſtatis crimen, hoſtiliter aliquid, adverſus eundem, moliendo committat? N. *p. c. paſtoralis. 2. §. deniq; junct. §. Rurſus. de ſenten. & re judica. in clement.* Aleiatus *conſi. 451* Decianus *in tract. crimin. lib. 7. cap. 8. nu 7. & conſil. 18. n. 320. vol. 1.* Gigas *de crim. læſæ Majeſta. lib. 1. rub. qualitèr & à quibus crimen læſæ Majeſtat. committ. quæſt. 3. 4. & 68.* Martin. Laudenſ. *de crim. læſæ Majeſt. qu. 34.* Gomez *tom. 3. reſolut. c. 2. num. 10.* Cephal. *conſ. 75. n. 37.*

An Clericus, in Imperatorem, crimen 5
læſæ Majeſtatis committat? Aff. C. none *Si quis laicus 22. quæſt. 5.* Petreus *in Theſauro crimin. concluſ. 78.* Harprechtus *ad §. publica autem judicia Inſtit. de publ. judic. nu. 28.* Decian. *lib. 7. c. 8. num. 6. in tractat. crimin.* Boſſius *de crim. læſæ Majeſtat. n. 68.* Clarus *§. final quæſt. 36. nu. 27.* Petr. Gregorius *in ſuo ſyntagm. p. 3. lib. 35. c. 2. n. 6. c. 38. n. 9.*

Qui privatos carceres habent, qui mo- 6
netam, quantumvis probam, juſtiq; valoris, cudunt, crimine Majeſtatis tenentur *l. 1. C. de privat. carcerib. l. 2. ubi* Cujacius *C. de falſa moneta.* Damhauderus *in praxi. crimin. c. 64. & 65.* Franc. Duar. *ad l. Juliam Majeſtatis c. 2.* Hieron. Treutler. *diſpu. 32. th. 1. ad lit. D. vol. 2.*

Crimen læſæ Majeſtatis an etiam con- 7
tra Conſiliarios Imperatoris committatur? Aff. indiſtinctè: quià *l. Quiſquis C. ad l. Jul. Majeſtatis* non diſtinguit: Decianus *in tracta. crimin lib 7. c. 5. n. 3.* Petrus Gregor. *in ſuo ſyntagmate lib 35. c. 3. n. 5.* Damhaud. *in ſua pract. c. 62. n. 7.* Jul. Clarus *lib 5. ſentent. §. læſæ Majeſtat. n. 5* Harprechtus *ad §. publica jud. Inſt. de pub. judic. n. 14.*

Crimen læſæ Majeſtatis etiam contra 8
electores Imperij committitur: quià ſunt membra ipſius Imperatoris: Harprechtus *in alleg. loco.*

Utrum læſæ Majeſtatis crimen, etiam in 9
alios principes, ſivè ſuperiorem recognoſcentes, ſivè non, committatur? N. quià *in l. quiſquis.* nulla fit mentio *l. ult. circa finem C. de abolition.* ubi crimen patriæ, & læſæ Majeſtatis, inter ſe, opponuntur: Johan. Harprecht. *in d. loco n. 20.* Bodin. *de Repub. lib 1. c. 10. p 169 & c. 11. p. 233. l. 2. c. 6. p. 359. lib. 5 c. 3. pag. 845.* Fichard. *conſil German. 120. n. 4. par. 2.* Anton. Peregrin. *de jure fiſci lib. 4. titu 5. nn. 24.* Decius *conſil. 410. col. penul.* And. Fachin. *lib. 9. controv. c. 22. p. 3.* Petreus *in theſau. controv. concluſ. crimin. concl. 77.* Martin. Laudenſ. *de crim. læſæ Majeſt. quæſt. 3.* Socin. *conſ. 275. vide d. ſent.* Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 1. n. 35.* Decian. *tr. crim.*

lib. 7.

lib. 7. c. 4. Gomez. *tomo 3. var. reſol. c. 2. num. 6.* Myoſing. *centu. 5. obſervat. 41.* Gig. *in tractat. De crimin. læſæ majeſt. lib. 1. rubr. 3. quæſt. 28. & 61. lib. 3. rubr. 3. quæſt. 23. Clarum in §. Læſæ majeſtatis nu. 2.*

10 Utrùm ipſo jure, in crimine læſæ majeſtatis, amittatur rerum ſuarum dominium; an verò condemnatione ſecutâ? Requiritur ſententia condemnatoria: Harprechtus *alleg. loco n. 50.* Anton. Faber *lib. 7. conjectur. c. 20.* Fachin. *lib. 9. controverſar. c. 35.* Peregrinus *lib. 5 de jur. fiſci. titu. 1. nu. 171.* Gomez. *tom. 3 var. reſolution. c. 2. nu. 11.* Gram. *decis. 105. nu. 12.* Gail. *lib. 2. de pac. pub. c. 3. num. 15.* Gigas *de crimin. læſæ majeſt. rubr. De pœna commiſſ. crim. læſæ majeſt. n. 36. per l. 22. ff. De jure fiſci l. 15. ff. Qui & à quibus manum. liberi non fiunt. vide diſſentient.* Petreum *in theſau. crimin. concl. 83.* Colerum *de proceſſ. execut. part. 1. c. 3. num. 84.* Menoch. *conſ. 99. nu. 160.*

MAJOR PARS.

1 Quod fit à majore parte Capituli, ſeu Collegij, ſeu Univerſitatis, regularitèr valet: *l. Quod major, ff. Ad municip. cap. 1. extra. De his quæ fiunt à maj. par. cap. gloſſ. &* Bart. *in l. Quicunq; C. De omni ag. deſer. lib. 11.*

Sed limitat iſtam theoricam 5. modis, Ant. Corſet. *in ſingu. ſuo in verb. Univerſitas 1.* Felin. *in c. cum omnes, colu. 8. ad medium, cum duabus ſequentibus, de conſt.* ampliat uno, & limitat 14. modis: & declarat remiſſivè gl. *in d. l. Quod major, ff. Ad municip.* Hippo. de Marſi. *in ſingula. ſuo 276. incip. Quod major.* Andr. Sic. Barb. *in prog. Clem. in 12. lect. §. quoniam, col. 38.*

2 Pro tranſactione, factâ ab intervenientibus, pro majore parte Communitatis, vel Univerſitatis, quòd valeat, & legitima dicatur, conſuluit Decian. *in conſi. 103. volum. 3.* ¶ Quandò major pars Capituli dicatur actui interveniſſe, idem Decian. *conſi. 130. volum. 3. num. 4.* ¶ Major ſumma continet in ſe minorem: *l. Stipulatio. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de verb. oblig.* fallit, *ut per* Alexand *ad l. Diem proferre, §. ſi plures, num. 9. & ſeq. ff. De arbit.* Curt. Juni. *ad l. Edita, numer. 121. C. De edendo. lim ut per* Jaſ. *ad l. Ex facto, §. igitur quæro, nu. 2. ff. de vulg. & pupill.* Zuccard. *ad Rubr. C. de pact. nu. 34. & 43.* Bereng. Sera. *ad l. pacta, c. 2. num. 37. ff. de contrah. empt. Afflict. decis. Neap. 1.* Ant. Capyc. *decis. 152.*

Reg. 3. In rebus & negotijs Univerſitatis, quæ ſunt communia pluribus, ut univerſis, valet id, quod facit major pars: Capyc. *d. dec. 152. num. 2.* ¶ Habentes rem communem, ut ſinguli, non poſſunt ſuper illâ diſponere, niſi omnes conſentiant: Capyc. *d. lo. nu. 3. ibid. in fi. remiſſ. lim.* ¶ De re communi, quos actus in re communi quis exercere poſſit, Dauth. *de teſt. num. 261. fol. 314.*

Major pars oon poteſt diſponere de re- 4
bus ſingulorum, & Major pars non prævalet, ſi minor pars eſt ſanior, quæ poterit appellare, ſi oſtenderit juſtam cauſam diſſeoſûs: & officialis, habens plures judices, non debet ſtare Majori parti: ſed eius judicis, qui ſcit meliùs jura: Surdus *conſ. 65. n. 17. li. 1.* Stephanus Gratianus *in addit. ad decis. 183. & 184. provinc. March.* Afflict. *decis. 1.* Jacob. Bottrig. *in l. Majorem. ff. de pactis.*

Major pars eſt conſideranda, pro mo- 5
do debiti, non reſpectû perſonarum: Stephanus Gratianus *in add. ad decis. 183. provin. March. nu 5.* Sic in uſû paſcuorum, & ſimilibus, non intelligitur Major pars, reſpectû perſonarum, ſed reſpectû regiſtri, & prædiorum: Surdus *conſil. 65. nu. 25. lib. 3.* Afflictis *decis. 288.*

Datâ tamen paritate debiti, & credi- 6
toribus multis exiſteotibus, prævalet numerus perſonarum: ideò duo creditores, in centum, præferuntur uni creditori in alijs centum: Capycius *decis. 36.*

Major pars creditorum non poteſt cogere alios, ad concurrendum, in concedendo dilationem quinquennalem debitori in perſonâ tantùm, & non in bonis: Vinceot. de Franchis *decis. 179. nu. 8.* Dauth. *de teſtam. num. 261.*

Major pars præfertur in his, quæ ſunt 7
communia pluribus, ut univerſis: ſecùs in his, quæ ſunt communia pluribus, ut ſingulis: tùnc enim conſenſus omnium requiritur: Capicius *decis. 152.* Franc. Marc. *quæſt. 89. p. 2.* Vincent. de Franchis *decis. 2.* ¶ Quandò, ex tribus partibus, quis debet eſſe approbatus à duabus, ut valeat electio, ſufficit ad validitatem electionis, ſi ex *nu. 41. à 27.* quis fuerit approbatus Menoch. *conſi. 96. vol. 1.*

MALITIA.

Malitijs hominum obviandum eſt: *c. ſe- 1
des Apoſtolica, de reſcript. l. In fundo, ff. De rei vendicatione, cum ſimilibus:* quod intellige, nedùm rectâ viâ, ſed etiam cum malitiâ, ſecundum Dd. *in d. c. ſedes.* Et ideò dixit gloſs. notab. *in cap. cupientes, in verb. malignantium, de elect.* Quòd adverſus calumniam poteſt ſe quis defeodere per calumniam. *Et eſt gl. valdè notab. in c. Dominus noſter. 23. q. 2.*

Quòd ſi advocatus fovet juſtam cau- 2
ſam, poteſt convenire adverſarium ſuum cum malitiâ. Et Dominus poſt Archidia. *in c. Nos in quenquam, ad fin. 2. q. 1.* dicit quòd judex promitteos delinquenti, remittere ſibi delictum: ſi illud confiteatur, quòd nihilomious ex tali confeſsione poſsit illum

con-

condemnare, & exeuſatur judex ex tali ſimulatione. Et fac. pro hoc gloſſ. *in c. utilem. 22. q. 2.* quæ dicit, quòd dolus, contra hoſtem ſit bonus. Hæc omnia & plura alia, cumulavit Hippo. de Marſi. *in ſingula. 177. incip. malitijs hominũ, & notavit aliqua* And. Sicul. Barba. *in proœmio Clem. col. 37. §. quoniam nulla.*

De malitiâ hominum, & ad eam inclinatione, multa dicta habet, Conſt. Rogger. *in pr. tr. proteſtat. in 2. fol. 2.* & an naturà ſimus mali, *ibid. in 4. & ſeqq.*

3 Malus ſemel, ſemper malus præſumitur: *c. ſemel, de reg. jur. lib. 6. in auth. ut hi qui perb. ſe hab. obl. reſ. minor.* Et eunt:atiũ dicenti incumbit onus probandi: *vide de hoc poſt* Bar. Mod. & Iaſ. *in l. Si prius, in 3. oppo. 3. part. princ. in 11. col.* Iaſ. *de oper. no. nunc.* ¶ Ubi habes, quanto tempore illi mali mores purgati dicuntur, ut quis deſinat eſſe in q. puſſeſſiune malitiæ. Malitiam non oportet laudando augere: *l. 1. §. perſuadere. ff. De ſerv. corrup.* ¶ Mala, adverſus ſe, in alium etiam eſt auſurus: *l. eum autẽ, §. malus ſervus, ff. de Ædil. Edict. vide in verb. Bonus.* ¶ Malum, in primo angelo, undè pervenit, *vide gl. in c. cujus in verb. ſuo, de pœnis, diſt. 2.* ¶ A malo abſtinere non ſufficit, niſi fiat bonum: *l. in illa ſtipulatione, ubi ita ſummat* Bart. *de verb. obl.* ¶ Ex malitiâ & improbitate ſuâ, nemo conſequi debet actionem, & commodum: *l. itaq. fullo. ff. de furt.* Bart. *in l. ubi pactum, in 4. colum. lect. C. de Tranſact.*

MANDATUM.

1 NOta: Mandatum ad contrahendum Matrimonium, non ſufficit generale: ità ut cum quacunque mandatarius contrahat: ſed requiritur, quòd exprimatur certa perſona: per id, quod habetur *in l. Generali, ff. De ritu nuptia. gloſ. &* Dd. *in cap. fina. de procurat. in 6.* Bart. *in l. filiusfamilias. ff. De donatio.* ¶ Sed poſito: pater habuit à filio mandatum generale, ad contrahendum: Et contraxit cum aliquâ, de quâ poſteà filius [illegible] ignorans, fecit ſpeciale mandatum, illam nominando, quæritur an valeat? Et ſic. An mandatum poſterius, ad contrahendum operetur ratificationem actùs jam geſti?

2 Et per multa exempla, itèm per rationes, ducit Alex. de Imol. *in conſil. 146. incipien. in cauſa & lite vertenti, vol. 5.* Quòd imò tale mandatum operetur ratificationem actùs jam geſti, contraria quæ poſſunt obſtare erudité ſolvit: potes ibi videre. ¶ Mandatum principis ſcripturâ probandum: *l. 5. in fi. ff. De jure fiſci.* Fides non habetur mandatis, quæ ſecreta quis ſe habere adfirmat, ex ore Principis, non ſcripto. *l. 1. C. de mandat. princip. vide eandem ferè quæſtionem hanc explicatem* Mainant. *par. 4. diſt. 5. nu. 60.* ¶ An mandato rectè paruiſſe dicatur, qui uberiùs, & meliùs, quàm juſſus fuerat, negotium geſſit, *vide* Gellium *lib. 1. noct. Atti. c. 13.* Bodin. *lib. 1. de Repub. c. 2*

Nota, mandati fines diligentèr ſunt cuſtodiendi: *l. Diligentèr. ff. Mandati,* & ideò, ſi mandem debitori meo, ut tibi ſolvat, ipſe autem non ſolvit, ſed ſaltèm promittit ſe ſoluturum, non eſt liberatus à me. Caſus eſt ſecundum Paul. de Caſtren. *in l. Delegare. ff. De nova* ſecùs autem, ſi mandaſſem, ut promitteret, & promiſit: hæc & alia bona, vide apud Hippo. de Marſi. *in ſingul. ſuo 265. Incip. mandati fines,* & de revocatione iſtius mandati, notavit aliqua idem Hippo. *in ſingul. ſuo 58. incip. Si dedi, ubi mandatũ, & in dicto ſingula. 265.* ¶ Deque mandati cancellatione, & quibus modis mandatum argui poſſit, de falſitate, & ſuſpecto, ità quòd non valeat, conſuluit Deci. *in conſi. 91. vol. 3.* 3

Sed quandò commiſſario, vel alicui alij mandatum eſt factum, videntur ipſi etiam eſſe mandata illa, per quæ devenitur ad mandata: vel connexa: ſeu etiam quæ per conſequentiam trahuntur ad illud: Barba. Siculus *in repet. rubrica, extra de fide inſtrumen. col. 31. verſi. quomodò autem appellatur uſq. ad col. 37.* ¶ Sed nota, quòd ex mandato oriuntur actiones mandati directæ, & contrariæ. 4

Sed quo authore conſtent: ex quâ cauſâ naſcantur: cui, & adverſus quem competant: quid de hæredibus ſit: quid perſequamur: quandò & quamdiù competant: de adfinibus, remedijs: intentionibus actorum: Et defenſionibus reorum. *Vide apud* Oldendor. *in claſſibus ſuis actio. claſſe 4. actio. 24. de actione mandati directa & contraria.*

Requiritur autem, ut mandati actio competat, quòd ſit mandatum gratuitum: aliàs in aliam negotij formam cadit, puta in locationem, & conductionem: quod & in depoſito contingit: *§. ult. inſtit. de manda.* honorarium tamen, remunerandi gratia, intervenire poteſt: *l. Salarium. ff. Mandati*: habes hanc materiam in titulis, *ff. C. & Inſt. mandati.* 5

Et ut pleniùs habeas iſtam mandati materiam, præſertim in criminalibus, notabo quæſtiones viginti tres, de quibus quærit & reſpondet Angelus, *de maleſic. in verſi Et Sempr. Rud. per totum, & ibidem in additionib.*

1. Quærit, quis dicatur mandare, & per quæ verba? *(per quæcunq. verba ad id idonea, etſi imperativa non ſint: dummodò utilitatem, vel vindictã mandantis reſpiciant: ſcins, ſi illum, cui mandatur.)* Et ibi dicit de Aſſaſinis, qui ſunt corrupti pecuniâ: *ut per* Bart. *in l. Cicero ff. de pœnis.* ¶ 2. Mandans maleficium quod non eſt ſecutum, an teneatur ex mandato 6

& quia

& qualitèr puniatur? ſcilicèt extra ordinem *l. 1. ff. De extraord. crim.* quòd mandans, non ſequuto effectù, non puniatur, niſi in atrociſſimis, dicit communem opinionem eſſe Decian. *in conſ. 65. vol. 3. nu. 10.*

7 3. Si mandatarius non poſſit teneri, an mandans ipſe teneatur. ¶ 4. Poſito, quòd mandans teneatur, an ſimul mandatarius, an verò aliquo caſû excuſetur virtute mandati? *(In levioribus utiq; excuſatur, vel ſaltèm mitiùs punitur.)* Dec. *in conſi. 65. vol. 3. nu. 20.* quòd famulus, committens delictum, de mandato domini, licèt in totum non excuſetur, tamen delicti pœna mitigetur, *ſecundum* Bald. *&* Salyc. *in l. Servus, C. ad l. Jul. de vi publ. &* Bald. *in c. 1. §. injuria, de pace juramen. firman. in uſibus feud.*

5. Si ſemel mandaverim delictum, diù verò ſteterit, & delictum poſteà commiſeris, an teneat ego mandans ex mandato? *(Utiq;, niſi mandatum expreſſè, vel tacitè, revocatum ſit, vel mandatũ, ab initio, tempore limitatum fuerit.)* ¶ 6. Mando tibi, ut tu mandes
8 alij, an tu mandans ſecundo tenearis? *(Nuncius in atrocioribus tenetur, in levioribus excuſatur.)* ¶ 7. Mandans an teneatur ex mandato, vel ex delicto, poſteà ſequuto? *(Ex mandato tenetur.)* ¶ 8. Quæro; aliquis inſtigat, & ſollicitat, quòd clericus percutiatur, an percuſſione ſequutà teneatur, etiam ex Canone: ſi quis ſuadente diabolo? *(Reſpondetur, quod ſic.)* ¶ 9. Quid ſi econtrà clericus inſtigaverit, vel ſollicitaverit ad maleficium committendum, & mors ſequatur, an ipſe ſit irregularis? *(Reſpondetur, quòd ſic.)* ¶ 10. Si mandatur committi maleficium, ſeu homicidium, & eo ſequuto, quid mandans dicatur agere in paſſo ſeu patiente. *(Per cauſam extrinſecam agit, non intrinſecâ, etſi quandoq; juris fictione verè dicatur agere.)* ¶ 11. An delictum mandantis & mandatarij, ſit unum & idem numero. *(Affirmatur, niſi cum ipſum mandatũ per ſe delictum eſt, etſi effectus non ſequatur, ut in aſſaſino.)* ¶ 12. An qualitas, quæ eſt in mandante, ſit in mandatario. *(Qualitas in ipſo delicto interveniens, loci videlicèt & temporis, in utroq; eadem eſt: ſecùs, ſi poſt conſummatũ delictũ.* ¶ 13. An mandans, & mandatarius, puniatur eâdem lege, quòd mandans, ſequuto effectû, teneatur eâdem pœnâ, *eſt tex. in l. 1. §. dejeciſſe, ff. de vi & vi arma. tex eſt clar. in c. Mulieres, ext. de ſent. excom.* ubi habetur, quòd verè committunt, quorum auctoritate & mandato committitur: nimirùm ergò eâdem pœnâ erunt puniendi: Decian. *conſi. 115. vol. 3. num. 7.*

9 14. An mandans, ſequuto facto, dicatur verè facere, vel interpretativè? Et diſtinguitur, an neceſſariò fiendum & licitum, vel non neceſſariò fiendum mandetur: *ſvide tex. in c. Mulieres, De ſent. excomm.* ibi videbis, quòd mandans verè dicatur feciſſe, ſi effectus ſequutus fuerit. ¶ 15. An in delictis ratihabitio æquiparetur mandato? *(Æquiparatur, ſi delictũ perpetratum ſit nomine ratum habentis, & is eo nomine ratum habeat.)*

16. An mandans teneatur, ut principalis, 10
vel ſaltèm acceſſoriè, ut opem præſtans: *(Tenetur, ut principalis.)* ¶ 17. An ſi mandatarius tantummodò tentavit, ſed non perfecit delictum, an ex ſolâ attentatione mandatarij, mandans teneatur? *(Affirmatur.)* ¶ 18. An mandans teneatur, ſi mandatarius exceſſerit fines mandati. *(Si fines mandati ſervare, non erat in poteſtate mandatarij, de toto delicto mandans tenetur: ſecùs, ſi erat in poteſtate ejus, tunc enim non tenetur de exceſſu.)* ¶ 19. Sententia lata pro mandatario, an proſit mandanti? *(Si omninò pronuntietur, nullum delictũ commiſſum eſſe, prodeſt: ſecùs ſi mandat. ſolus excuſetur.)*

20. An mandans, & mandatarius co- 11
ram diverſis judicibus conventi, poſſint petere, ſe remitti ad eumdem judicem, & coram eodem judice, an poſſint conveniri? *(Negatur.)* ¶ 21. Pone, quod non fuit mandatum expreſſè, ſed fortè conqueſtus eſt quis de injuriâ, & dixit filio, vel famulo, ampliùs non redeas domum, ſi ego non ſentio aliquid de iſto negotio: an ſi filius, vel famulus, poſteà interficiat injuriantem; an dominus vel pater teneatur ex mandato? *(Ex circumſtantijs judex peritus arbitrabitur.*

23 Quærit de perſuadente & præſtante 12
conſilium *(Tenetur, etſi aliàs delinquens non erat facturus.)* vel opem, ad quid teneantur? ¶ 22. An poſſit revocari conſilium, perſuaſio, vel mandatum, *(Poteſt.)* qualiter *(Niſi certus ſim te non facturum, denunciare debeo illi, cui imminet periculum.)* & quandò autem hoc fiat, mandans, perſuadens, vel conſilium dans, ne teneatur? vide ibi, & habes præcipuam materiam mandati in criminalibus.

Et tandèm, quæ requirantur qualitèr, quomodò, & quid probet, ut mandans homicidium, non teneatur de homicidio ſequuto, per ejus officialem, conſuluit Deci. *in conſi. 4. volum. 3. in pr.* & mandatum quomodò non dicatur probatum, idem Decia. *conſil. 65. volum. 3. per tot. & conſi. 88. eod. vol. 3.* & ibi teſtes in perſonis & dictis impugnantur. ¶ Itèm quæ excuſent mandatum, ut non poſſit ſequi pœna ordinaria, *idem* Decian. *conſil. 115. vol. 3.*

Sed an dictum mandatarij ſolùm faciat 13
indicium ad torturam, contra mandantem, notavit Hippo. de Marſi. *in pract. ſua crim. §. diligentèr, mihi à num. 37. uſq; ad nu. 41.* Dec. *conſi. 65. vol. 3. num. 19. vult quòd non.* ¶ De indirectè vel enunciativè mandante, de quo Ang.

Ang. *in 21. quaſt.vide ſingul.* Ant. Corſet. *in verb.preceptum 1.* ¶ De mandante & mandatario, dixit quædam Petr.de Raven. *in ſuo alph. lit. M.verſ.mandans.*

14 Mandatum tacitum occidendi, probatur ex qualitate armorum, & alijs conjecturis: Bald. *in l.1.C.De ſervis fugi.* ex illo autem tacito m ndato non ſequi pœnam ordinariam, ſed extraordinariam, voluit Decian. *In conſil. 114. vol. 3. num. 9.* Et excuſatur ex aliâ præſumtione mandatum: nam homicidium commiſſum à mandatario, præcedente aliâ particulari inimicitiâ cum occiſo, præſumitur commiſſum ex præcedenti inimicitia, & particulari odio potius, quàm ex mandato: juxta notata per Dd. *in c. Ad audientiam, de hom.* Bald. *in c 1.§. injur. de pace jura.firm. in uſib.feud.* Dec. *conſi. 115. vol.3.n.15.* Hip.de Marſi. *in ſing.181.in c.mandans fieri, & in ſing.15.in c.ſtat.* ibi notatur de præſtante opem conſilium & auxilium, non de mandante.

15 Et de opem præſtantibus, ad furtum committendum, quandò, & qualitèr puniantur, docuit Schneid. *in tit. Inſtitut. de obligat.quæ ex delic. naſcun.§.interdum quoque §. 5. & ibi de auxiliatore.* ¶ In Jure Saxonico habemus tex. *Art. 13. lib. 2.* Landrecht. Notavi quædam *ſuprà, in lit. A. verſi. de auxiliatore.*

De mandato de non offendendo, ad quæ ſpectet? *(Ad pacem publicam ſpectat.)* quibus & contra quos, *(His, qui juſtam offenſionē metuunt,)* quatenùs & quandò ſubditis contra magiſtratum, *(Non facilis debet eſſe judex in ijs decernendis ſubditis contra magiſtratum,)* decernendum, docuit Geyl. *in obſervati.4.lib. 1. Idem* Geyl. *in lib.1.de pace pub. cap. 2. num.9. uſq; ad finem.* ¶ De mandato ſine clauſulâ, quid, quale, & quandò dandum, *(Cùm caſus omni jure prohibitus eſt, vel factum tale, quod nullo jure juſtificari poteſt, & in Camerâ decernitur, cum reus immediatè imperio ſubjectus eſt, vel qualitas cauſæ ad Camerā principalitèr pertinet)* & an admittat exceptionem ſub: & obreptionis, tradit Geyl. *in obſervatio. 13. & 14. lib. 1.* intellige mandatum cum clauſulâ citatoriâ, vel ſi preces veritate nituntur.

16 Mandatum cum clauſulâ juſtificatoriâ quandò in Camerâ decernendum, *(Si juriſdictio Cameræ, quoàd reum, immeditatè fundata ſit, vel acceſſoriè cum alijs proceſſibus, qui jurisdictionem Cameræ fundarent, petantur.)* quandò, qualitèr, & an per comparitionem partis, in ſimplicem citationem reſolvatur, *(Reſolvitur quoad partem, non quoad judicem.)* docuit idem Geyl. *in obſerv.19. lib.1.obſervat.*

17 Mandatum nunquid probetur, per productionem inſtrumentorum, ad cauſam facientium: vel per ſigilli principalis oſtenſionem, pulcherrimè declarat Roman. *in ſingul. ſuo 643.* Et ibi in additio. Pigno. facit diſtinctionem: An perſona oſtendens ſit extranea, vel principalis domeſtica: primo caſû vult, ut admittatur cum cautione de rato: Secundo caſû, quòd non admittatur: Reſpiciunt tamen ad probationem traditionis, quâ oſtendens ſimul probare poſſit, vel non.

Pœna non obtemperantium mandato princ. Menoch. *c. 365.* ¶ Procurator ad exigendum, confitendo de receptis, quandò dominum obliget, Granut. *theor. 6. per tot. vide* Schrad. *in l. Admonendi, num. 30. ff. De jurejur.*

Mandati fines diligentèr cuſtodiendi: 18
c. cum dilecta, de Reſcript. Iaſ. *in l. Sancimus, C. de jud.l. Diligenter.ff.Manda.* ¶ Sine mandato agere conjunctæ perſonæ poſſunt: *l. Sed & huc, de Procur.* adde bonum & ſingularem caſum, in amico ſummâ amicitiâ juncto, *vide ſup. in verb. amicus.* ¶ An mandatum, quod erat neceſſarium ad actû, diuturnitate temporis præſumatur præceſſiſſe: *vide* Iaſ. *in l. 1. in 5. colum. Limita. ſecundâ. C. qui admitt. & ibi* Dec. *qui dicit:* Quòd in mandato illud ſit præcipuum & ſpeciale, quòd nunquàm præſumitur mandatum, niſi probetur etiam curſû centum annorum. ¶ Rei turpis non eſt mandatum: ut templi ſpoliandi, hominis vulnerandi, aut occidendi: *l. Si mandavero, §. qui adem. Mand. § illud, Inſt. eod.*

Et mandatarius, etiamſi non ſit in do- 19
lo, tamen mandans tenetur: *vide* Bart. & Dd. *in d. l. Si quis.* ¶ Et an mandans dicatur verè facere, *vide ſupr. in verb. Facere. & in verb. Homicidium.* ¶ In mandato generali venit id, quod Dominus conſuevit facere: *l. creditor, §. Lucio, ff. Mandati, l. Tres fratres. ff. De pact.* Bar. *in l. Solutum. §. ſed etſi procurator. De pig. act.* hinc eſt, quòd in tali generali mandato, non venit poteſtas donandi: *ut dicit* Dec. *in conſi. 298. vol. 2. viſo inſtrumento.* ¶ Habere mandatum in ſpecie, & generale, cum libera, paria ſunt: Iaſ. *in l. præſes, C. De Tranſact.* vide ibi caſus, in quibus non ſolùm requiritur mandatû ſpeciale, ſed etiam duò interdùm requiruntur. ¶ Promittens ſub pœnâ, Quòd alter ratificabit contractum, ſi promiſſor facit, quantùm in ſe eſt, evitat pœnam: Abb. *in c. Gemina. in 3. col. ibi, & nota hoc ext. de ſponſ.*

Mandatum morte finitur mandantis: 20
§. rectè quoque. Inſt. Mand. l. 4. Loc. vide limitationes per Socin. *in Reg. 254.* Et hoc non eſt verum in mandato univerſali, ut habet ſervus in peculio: *l. 1. §. item acquirimus, ubi pulcrè* Carol. *lect. 74. de acquir. poſſ. tex. eſt in l. Si quis mancipijs, § impubes, de Inſtit. ubi caſus* Dd *in l. Ejus, qui in provinciâ, per illum tex. ſi cert. pet. vide* D. Car. *in l. Si quis arbitratû, fol. 143. fa. 2. de v. oblig.*

v. obl. ¶ Ad hoc, quòd mandatum morte finiatur, *vide* Hipp. *in ſing. 44. &* Petr. de Bellapert. *in q. 46. & 50.*

21 Et quid ſi fuerit dictum in Mandato: Quòd habeat mandatum ad tale tempus, quid faciendum, donec revocatum fuerit: & quid ſi fuit ſimplex mandatum: Et quid de beneplacito? Et dic: Quandò dictum fuerit: Donec revocatum fuerit: quòd morte non revocatur: Quià mors contrariam voluntatem non inducit, licèt primam tollat: *ità* Bart. *in l. & quià, de juriſdict. omn. jud.* ¶ Simplex verò morte revocatur: & beneplacitum etiam morte revocatur. *l. 4. ff. loca.* Ang. *in conſi. 213. in cauſâ accuſationis &* Corn. *conſi. 232. volu. 2.* Socin. *conſi. 78. vol. 3.* Canon. *in c. Relatum. de off. deleg. & in c. ſi delegatus, de off. deleg. in 6. & c. ſi gratioſe. de reſcript. in 6.* Goz. *in l. ſingularia. lect. 70. ſi cert. pet.* ¶ Mandatum poteſt impleri per æquippollens, non ſolùm in formâ ſpecificâ: *l. ſi. §. fin. ff. man.* Et ergò dicit *gl. not. in l. Licet ergò, in gl. 1. 8. qu. 1.*

Quòd ſufficit fieri id, quod eſt vicinum mandato, licèt ipſum mandatum non ſit, *allegat bonum tex. inter cætera in l. Jam tamen in hac. ſtipul. 5. & 6 ibi juxta mandatum, & ſi mandatum non fuerit. ff. Iud. ſol.* ¶ Hinc eſt, Quòd faciens id, quod non multùm differt à mandato, non dicitur excedere fines mandati: *vide* Curt. *conſi. 19. fol. 95. colum. 4.*

22 Mandatum, cum libera, non dicitur conceſſum, per verba, quæ ipſemet conſtituens faceret: Stephanus Gratianus *in addit. ad deciſ. 79. & deciſ. 225. prov. March.* Berous. *quæſt. 75.* Monterus *deciſ. 38. n. 37.*

Clauſulæ generales, in mandato, intelliguntur reſpectû præmiſſorum, non immutando principalem diſpoſitionem: Stephan. Gratian. *in addi. ad dec. 79. iuſ. provin. Marchia.*

23 An procurator, cum libera, poſſit domino præjudicare? Aff. Monter. *dec. 38.* dummodò non ſit læſio magna, aut conſtet de malitiâ procuratoris: Sed contrarium aſſerit Stephanus Gratian. *in d. addit. ad deciſ. 78.* Ang. Berous *quæſt. 25.*

Mandatum procuratoris poteſt probari per teſtes: Fallit in mandato ad exigendum, & recipiendum ſolutionem: Stephanus Gratianus *in addit. ad deciſ. 105. prov. March.* Maſcard *de probation. concl. 1010. nu. 1.* Boerius *deciſ. 182.*

24 Mandatum generale, ad omnia debita recuperanda, non comprehendit futura, poſt illud contracta, quæ non habet dependentiam de præterito: Et ſolutio facta hujuſmodi procuratori, tanquàm non vero, non liberat: Queſada *quæſt. 31. nu. 35.* Ceval. *quæſt. 136. n. 12.* Steph. Gratian. *in addit deciſ. March. deciſ. 149.*

25 Mandatum non revocatur, re integrâ, ſi non ſolùm mandantis, verùm etiam mandatum ſuſcipientis, non revocari mandatum, interfuerit: Mozzius *de contract. rubr. quomo. annul. mandat. n. 1. per l. Si cum fundum ff. de pactis* Caſtr. *l. ſing. n. 22. ibi* Decius *n. 2. 4. ff. Si certum petatur.* D. Frideri Pruchmannus *§. Soluta poteſtas. memb. 4. eff. 7. n. 17.*

26 Mandatum, ex diuturnitate temporis, non præſumitur: Hypol. *ſing. 323.* Gravetta *conſi. 266. un. 9.* Veral. *deciſ. 194. par. 2.* Borgn. Caval. *deciſ. 16. de contract.* Boerius *deciſ. 281. n. 17.* Grammat. *deciſ. 103 n. 73.* Ozaſcus *dec. 175. nu. 3.* tamen præſumptio mandati quomodò deſumatur: vide Puteum *dec. 277. lib. 1.* Rand. *de Aual c. 32 n. 4.* Cravet. *conſ. 317.* Boer. *dec. 281.*

Tempus, limitatum in mandato, eſt de formâ mandati, & non ſervanti mandatum, vel ordini, eſt imputandum: Rota Genuenſis *deciſ. 8. n. 3 & 4.*

27 Mandatum poteſt revocari, non obſtante promiſſione, de non revocando, etiam juratâ: quod procedit reſpectû procuratoris, niſi ſit in rem ſuam: Secus reſpectû tertij Caballin. *millel. 247.*

Revocatio mandati intimari debet, etiamſi publicè ſit facta, & dominus, qui petit, ut procurator rationes reddat, tacitè mandatum ratificat: Rota Auenion. *dec. 13.*

28 Mandatum revocatum non operatur: Quià acta, ante revocationis malitiam, rata non ſint: Anaſtaſ. German. *in tract. de Indult. Cardinal. §. Tibi quoàd vixeris num. 62. per l. Ejus ff. reb. credit.*

29 An procurator generalis etiam in præjudicialibus, ſine mandato, ea facere poteſt, quæ eſt ſolitus dominus facere? Affir, Ideò procurator poteſt recipere pecunias, ad cambium, & uſuras, quandò ità erat ſolitus dominus facere: Joſeph. Ludovic. *deciſ. 44.* Ludov. Roman. *ſing. 23.* Bart. *in l. 11. §. Sed ſi procurator. ff. de pignor. action.*

30 Mandatum generale, aut cum libera, non extenditur ad illicita damnoſa, donationẽ, alienationem: Borgn. Caval. *deciſ. 21. de judic.* Natta *conſ. 342.* Lndov. Roman. *ſing. 139.* Bar. *conſ. 5. & 6. vol. 2.* Auguſt. Bero. *quæſt. 33.*

31 Mandans expendi decem, in emptione rei, ſi expendantur viginti, quià tanti res valebat, & ſimplicitèr ipſa res mandanti tradatur, non poterit conveniri ad illud plus, quod fuit ſolutum: Sed, re non traditâ, mandatarius poteſt uti jure retentionis, donec mandans ſolverit totũ pretium: Franc. Cremens. *ſingul. 73. vide tamen* Bronch. *centur. 1. miſcellan. aſſer. 66. & infr. in hac materia.*

32 Procurator ad vendendũ conſtitut9, ſi vendat & ab emptore arrhã acceperit, & poſteà aufugerit, an Dominus teneatur? Diſting. aut mandatũ ſimplicitèr præceſſit ad vendendã rem: Et tùnc dominus tenetur in ſubſidiũ: Aut dixit, quòd vendat procurator præſentĩ pecuniâ: Et tùnc non tenetur: Lud. Roman. *ſing. 629.*

Man-

Digitized by Google

33 Mandatarius ſcribens, ſe aliquid facturum, tenetur illud obſervare, licèt mandatum liberum habeat: Rota Genuenſis *deciſ.174.nu.8.* ¶ Mandatum recipit interpretationem, à ſolito. Rota Genuenſ. *deciſ. 174.nu. 8.*

34 Credens aſſertioni ejus, qui dicit, ſe eſſe mandatarium, non conſtito de Mandato, dicitur eſſe in malâ fide Cravett. *conſ.260. num.3.* ¶ Titius ab aliquo offenſus, Cajum faatrem rogat, ut ipſius injuriam ulciſcetur: Cajus illum, qui fratrem offenderat, interfecit: quæſitum fuit, an Titius, tanquàm mandans, de occiſo teneretur? N. ità decidit Ang. Berous *quæſt.10.*

35 Mandatarius debet concipere ſtipulationem in ſuam perſonam, hoc modo: promittis mihi, ut procuratori Titij, & non promittis mihi, dare domino: quià tùnc nulla acquiritur obligatio domino, & ubi fuerit ſtipulatus, in perſonâ propriâ, ceſsâ actione dominus agit, Bartol. *in l.5. §. itèm ſi mihi.ff. De conſtit.pecun.*

36 Mandatum dicitur tacitè revocatum, ex quo mandatarius incipit malè uti ſubſtantiâ ſuâ, & tùnc ſolventi tali mandatario imputatur, vel ſi efficiatur malus vir, aut alitèr mutata ſit ejus conditio: Marc. de Mantua *ſing.255.* Bartol. *in l.19. De furtis.l.82. de ſolution.l.45.ff.peculio.* Rota Genuenſ. *deciſ.1.& 2.*

37 In Mandato non procedit argumentum, à majoritatis ratione: Craverta *conſ. 247.* ¶ Mandatarius conſtitutus ad contrahendum, poteſt obligare bona domini, pro obſervantiâ contractûs, & apponere pœnam, licèt ad hoc non habuerit Mandatum: Felin. *conſ.16.n.6* Bartol. *in l.47.ff. De cond.indeb.l.Purè.§.Actoris.ff.De doli mali exception.*

38 Mandatum neceſſarium nunquàm revocatur morte mandantis: cum expreſsè revocari nequeat: *l.Si quis prohibuerit.ff.De pub.in rem action.* Coſtalius *ad l.princ.Si certum petatur.* Catellan. Cotta *memor. incipit. pax ſervari* Anchoran. *qu.23.* Hyppol. *ſing.44.* An judicis Mandatum, ipſius morte, extinguatur? N. Petr. Peckius *de jure ſiſtend. c.4. num. 20.*

39 An Mandato rectè paruiſſe intelligatur, qui uberiùs ac meliùs, quàm juſſus fuerat, negocium geſſit? In cauſis publicis, non laudandum eſt: Nam legatus, licèt è re principis eſſe credat: à Mandati formulâ tamen recedere non debet: And. Gailius *lib.1.de pace publ.c.4.num.30.* Rutgerus Ruland. *de commiſſar p.1. lib.3 c.2.n.5.* Petrus Pertenon. *lib.1. animadverſ.c.23.* Alber. Gentil. *lib. 4. de legation.c.16.* Franc. de Vayer *de legat.c.11.* Hieron. Magon. *de legat.lib.1.c.2.* Hyppol. à Collibus *in ſuo Palatinatû pag.37.* Caſtiglioneus *in ſuo aulico lib.2.* Bocerus *de jure pugnæ lib.1.cap 13.* Setſerus *in ſuis diſcurſ.politicis de legat.princip. th. 805.* Joh. Bodinus *de repub. c. 2.* Coraſius *lib.1.miſcellar.c.24.* Caſſan. *de glor. Mund.p.9. conſid.34.*

An ſalarium, pro executione Mandati, 40
peti poſſit? veriſſimum eſt, nihil peti poſſe, niſi extra ordinem ab ijs, qui accipere aliquid ſolent: ut ſunt advocati, & procuratores ad litem: *l.7.ff.Mandati.l.1.C.eodem.l.1.C. ſuffrag. ibi* Joh. Sichardus *l. 1. §. honorar.de var.& extraordinar.cognition.* Weſenb. *in paratit. ff. de Mandato. vide* Mynſing. *centu. 2. obſervat. 75.*

Mandatum habens ad vendendum, vel 41
locandum, rem alterius, cenſetur etiam illud habere ad pretium accipiendum, rei venditæ, & locatæ: *per l.Quod ſervus.ff.De ſolution.* And. Fach. *lib.2.controv.c.93.* Decius *conſ.33.num.3.* Bartol. *in l. filia.ff. De ſolution. vide diſſentien.* Ludov. Roman. *conſ. 461. & ſing. 73.*

Cum morte domini Mandatum extinguatur; quid ſi mandatarius ignoret mor- 42
tem Mandatoris, & ideò emptori fundum tradat, an poſſeſſionem transferat? Aff. Bronchorſt. *centu.3.aſſert.93.* Jacob. Cujacius *in tract. 8. ad African.l.ejus.41. De rebus cred.* Alciatus *ad l.fundi 33.ff. de acqu poſſeſ.* quià eſt Mandatum neceſſarium, quod morte non extinguitur: *vide tamen Diſſentient.* Donellum *lib.5.commentar.c.18.& fusè ad l.ejus. 41.ff. De rebus creditis.* Philipp. Hænonium *in ſuis illuſtrib.quæſtion.diſputat.17. qu.14.*

Utrum Mandans delictum fieri, puni- 43
endus ſit, in loco, in quo Mandatum dedit: an verò in loco, in quo delictum eſt commiſſum, à mandatario, & ad eum locum ſit remittendus: poſterior ſententia affirma. *per l.hæres abſens.§.apud Labeonem.ff. De judicijs.* And. Fachin. *lib.9.controv. c. 25.*

An, ſi quis ex Mandato alterius, deli- 44
ctum, cui certa, à ſtatuto, eſt pœna deputata, commiſerit, uterque mandans, & mandatarius, illi pœnæ ſubjaceant? Aff. *l 15.ff. Ad L. Cornel. de ſicar. c. Qui facit exercitium ub.* Peckius *nu. 6. de R.Jur. in 6.* Anton. Gomez. *lib.3.tomor.reſolution.c.3. nu.39. vide* Menoch. *diſſent. lib. 2. arbitrar. quæſt. cent. 4. caſu 313.* Clar. *quæſt.89.nu. 2.*

Si quis hominem vulnerari mandet, 45
ità tamen, ut disertè occidi vetet, mandatario hominem interficiente, an ordinariâ homicidij pœna afficiatur? Anceps quæſtio eſt: Negativam tuetur Ant. Fachin. *lib.1.controv. c.36.* quòd animus occidendi non adfuerit: Affirmat. tenent Anton. Gomezius *lib 3. var.reſolut c.3.nu.18.* Menoch. *caſu 352.num.2.* Clarus *§.fin.quæſt. 89. nu.5.*

46 Mandatarius an ultra id, quòd mandati fines excedens utilitèr geſſit, habet actionem negotiorum geſtorum? Ut puta, ſi dominus mandavit procuratori ſuo, ut ſibi emeret domum centum aureis, ipſe pluris emit, cũ tanti valuerit, habebitnè, pro ſuperfluo, actionem negotiorum geſtorum? Aff. modò à domino ſpecialitèr non ſit prohibitum, ne pluris emeret: Joach. Myoſing. §. *Is qui exequitur Inſt. Mandati.* Bronch. *centu.1.miſcellau.controverſ.aſſert. 66.*

47 Mandatum, ſine clauſulâ, judex totiès poteſt indulgere: quotiès armorum metum ſubeſſe ſuſpicatur: metus enim omnis, excepto eo, qui vanus eſt, ad impetrationem mandati, de non offendendo, ſufficit. D. Frid. Pruchman. *conſ. 10. lib. 2. n. 115.* Johan. Tilem. *de Benignis deciſ. Cam. imperal. ſyntag. 4. deciſ. 3. vol. 5. n. 29.* Zuchardus *ad l. de pupillo. §. meminiſſe. n. 13. ff. de novi oper. nunciation.*

MANIFESTUM

1 MAnifeſtum, à notorio, differt: Quià notorium eſt id, quod omnibus eſt notum: Manifeſtum, quod multis, ſed non omnibus: *vide* Bar. *in l. Si verò, §. qui re. ff. Qui ſatisd. cog. vide* Jo. Fab. *in proœ. Inſt. §. 1.* ¶ Notorium, & occultum, quid ſit, *in c. Veſtra. de cob. cler. & mul. in gl. in verb. notorium*, ubi differentiam habes inter famam, manifeſtum, & notorium. ¶ In notorijs judex non debet parti cauſam deducere in judicium: *c. Quoniam. De filijs presbyt. ubi expreſſus caſus.* ¶ Notoria, teſtium depoſitionem, ordinem judiciorum, & probationem, non requirunt: *c. Super eo. De Teſtib. cog. ubi* Abb. ¶ Notorium, evidens, manifeſtum, Synonyma: Et quòd triplex ſit notorium: Præſumptum: Juris: Facti: & rurſùs facti notorium triplex, & quandò probetur, *vide latiſſ.* Iaſ. *in l. Si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. Qui ſatisd. cogā.* ¶ Super negativo facto, manifeſtum, & notorium eſſe non poteſt: ſecùs de famâ: *vide* Alex. *in l. cùm quidam, §. quod dicitur. ff. De acquir. hære.* Et quomodò notorium & fama differunt, *vide ibidèm.* ¶ De notorio, & quòd in eo judex potiùs dicatur procedere exequendo, quàm ſententiando: Et quòd in eo non exigatur cauſſæ cognitio, aut ſententiæ ſolennitas: Sed ſufficiat præceptum judicis ad exequendum, & alia pulcra, *vide per* Socin. *in conſ. 22. vol. 1. fòl. 30 col. 3. in fin.* ¶ De nototio itèm latiſſimè, *vide* Spec *in tit de Notor. crim.* ¶ De notorio, famâ, & manifeſto, *vide pulcram gl. in c. veſtra, in verb. notorium, extrà de cohib. clèr. & mul.*

2 Notorium eſt illud, quod conſtat ex tenore literarum: *c. 2. ibi, aut ſi certum ſit. & ibi* Inno. & Abb. *in 2. col. in fin. verſ.* ¶ Et nota hoc dictum, de confir. utili, & inutili. ¶ De notorio facti permanentis, facti tranſeuntis, veritatis: Et quòd ſublatâ qualibet probatione, in contrarium nunquàm cenſetur illa prohibita, quæ fit per evidentiam rei. Et an illud debeat probari, & quomodò, & multa alia, vide per Alciat. *in tr. de præſump. in ea parte, ubi agit de præſumptione juris, & de jure, in limit. 4. col. 23. in princ.* ¶ Hinc eſt, quòd omnis Exceptio, quæ eſt notoria, ex narratis per actorem, impedit juris ingreſſum: Quià ipſe ſe per ſuàm confeſſionem excludit: *l. Cum primum. C. De liber. cauſ.* Bar. *in l. Eum quò ità. §. qui ita, ff. De verb. oblig.* Nam in notorijs non requiritur, neq; proceſſus, neq; ordo juris, neq; probatio: *c. Ad noſtram. De jurejur. c. veſtra. c. tua, De cob. cler. & mul.* Et neq; pro actore, neq; pro reo, manifeſtum juris ordinem requirunt: *c. Manifeſta. 2. quæſt. 6. gloſ. in Clem. Appellanti, de Appell. l. Ea quidem, C. De Accuſat. cum ſimilibus, ità dicit* *Weude. Schill. in lib. actionum & exceptionum forenſium, in utroq; jure fol. 189. verſ. generales notiones & regulas.*

Manifeſtum, & ſententia, æquiparantur 3
Bartol. *in l. 12. ff. De action. empti l. 16. n. 2. ff. De verb. obligat*

¶ Notorium dicitur, quod eſt omnibus notum: manifeſtum, quod eſt multis notum, non omnibus: Bartol. *l. 5. §. qui pro ff.* Qui ſatiſdare coguntur: Guid. Pap. *qu. 473.*

Ignorantia facti notabilis & notorij non 4
præſumitur, etiam in facto alieno: Capici. *deciſ. 69. num. 15.*

Quandò aliquid eſt notorium, poteſt judex ſumere informationes, parte etiam non citatâ, Iaffe. Lanfranc. Balbus *deciſ. 238.*

Ea, quæ nunquàm habuerunt actum permanentem, non poſſunt tranſire in notorium: Ut puta, vox præconis: Ea verò, quæ habuerunt actum permanentem, ut edicta, in Albo propoſitâ, tranſeunt in notorium: Bart. *in l. 11. C. De appell.*

Notoria, quià non indigent probatione, 5
& vim habent ſententiæ, in illis judex non procedit ſententionando, ſed exequendo: Tamen ſi de notorio dubitatur, probare oportet: Quarè, ut aliquid notorium ſit, ſententia declaratoria requiritur: hinc ſequitur, judices ſolitos non eſſe fundamentum facere, ſuper his, quæ allegantur notoria, niſi ſaltèm ſumptis ſummarijs informationibus, judicialitèr vocatâ parte, aut ipsâ præſente, prius illi pronunciaverint rem pro notoriâ, quâm altera pars pro notoria allegavit: D. Sola *in ſuis commentar: ſuper antiqu. conſtit.* Saband. *gl ſuper decreto præſ. tit. de reſtitut. ſpol. n. 14.* Natta *conſ. 275.* Anton. Corſetus *in ſuis ſing. liter. N. ſingul. 1.*

Notoa

6 Notorium facti, non permanentis, requiſit ſententiam declaratoriam, & dicitur probari, quandò factum ſui naturâ eſt tale, ut illud omnes ſciant, vel veroſimilitèr ſcire poſſunt: Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ. 67. num. 23.* Capie. *deciſ. 124.* Mynſing. *obſer. 3. centur. 6.*

7 Ex multis notorium inducitur: primò, ex confeſſione, in judicio factâ: (2) Acta judicialia inducunt notorium: (3) Notorium dicitur, quicquid in judicio probatum, & dictum eſt: (4) Res judicata inducit notorium: (5) per inſtrumentum publicum: (6) facta multis, vel majori parti, in quo allegantur contigiſſe nota & manifeſta, pro notorijs ſunt habenda: (7) quod publicè fit, & coram conteſtibus: (8) examinatio, in alio judicio, facta, facit notorium judici: D Sola *in antiqu. conſtitut.* Sabandi. *gl. ſuper decreto, præſenti titu. de reſtitut. ſpoliator. nu. 13. fol. 190.* Grammat. *deciſ. 31. & 36.* Jaff. Lanfran. Balb. *deciſ. 51.* Cravetta *conſilio. 1. pro gen. num. 224. conſ. 248.* Capell. Toloſan. *qu. 197. in addit.* Rota Genuenſ. *deciſ. 146.* Verallus *deciſ. 325. par. 1.* Mynſing. *centu. 6. obſer. 3.* Bartol. *in l. 5. C. de naufrag.* Capic. *deciſ. 69. nu. 16.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 166.*

8 Factum ſufficit eſſe notorium, licèt judici, ex proceſſu, non ſit notorium, & ſat eſt notorium allegare: Guid. Papæ *qu. 221.* Capici. *deciſ. 69. nu. 16.* Jaff. Lanſ. Balbus *deciſ. 238.* Natta *conſ. 275.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ. 67. num. 19.*

MARITUS.

1 MAritus quam habeat diſpoſitionem in bonis uxoris ſuæ: & quid lucretur in illis, uxore mortuâ, notatur *in tex. addi. & gloſ. arti. 31. lib. 1.* Landrecht. *in l. Maritus. C. De procura. l. Hac lege. C. De pac. conven. l. Pro oneribus, C. de jure dotium.* ¶ An marito, cui intra annum & diem, poſt contractum matrimonium, dos promiſſa fuit, matrimonio intra annum poſteà diſſoluto, competat nihilominùs petitio vel exactio dotis, *Thoming. deciſ. 29. latè, & elegantèr hanc quæſtionem tractat. Matth. Coler. de proceſſ. exec. p. 1. c. 3. nu. 249. & ſeqq.* ¶ Sed maritus propter quas cauſas amittat dotem, & an habeat in uxorem invitam manûs injectionem: qualitèr autem, de quâ uxore, ſit intelligendum, dixit quædam Petrus de Ravenna. *in ſuo Alphabe. litera M. verſi. Maritus.*

2 Si expellat illam ſine causâ, vel ſi occidat, privabitur lucro dotis: Bal. *in l. 1. §. ſed ſcimus, C. de lati. liber. tol. per tex. in l. Si ab hoſtibus. §. 2. ff. Solu. matrim.* ſi non ſubveniat uxori in alimentis & medicinis, & in alijs neceſſarijs: Bal. *in Authen. an data, C. De dona. an. nupt. & ibi vide* Dd. vel niſi illam poſteà, re integrâ, cœperit benè tractare: *probatur in l. Si cùm dotem. §. ſin autem, ff. Soluto matri. &* Imo. *in d. l. Si ab hoſtibus, Adde l. Indignum, ff. De his, quibus ut indig. ubi legatis uxoris ſe indignum fecit.* ¶ Marito adulterum uxoris retinere horis diurnis non plus, quàm viginti, teſtandæ eius rei gratia, ſine fraude, licèt: *l. 25. ff. De adulterijs.*

Nota, maritus & mulier, quandò vendunt fundum dotalem, qualitèr cenſeatur mulier interveniſſe contractui: Et quòd præſumatur maritum totum pretium, pro re venditâ, recepiſſe, Rolan. à Valle. *in conſ. 64. per totum lib. 1.* Et an poſſit maritus uxorem ſuam corrigere, vel verberare: & quandò dicatur levitèr correcta, ſeu verberata, dixit quædam Alex. de Imo. *in conſ. 115. in pr. vol. 4.* 3

Sed maritus agens pro uxore, an, & quandò, ad hoc ſpeciali mandato opus habeat, tractant Dd. *in l. Maritus, C. De procur.* & quid in Camerâ Imperiali obſervatum, quidq; juris ſit, tradidit Mynſing. *in obſerv. 53. centu. 3.* 4
(In dotalibus & paraphernalibus, admittitur ſine cautione: in receptitijs, cum cautione de rato, tanquàm conjunctæ perſonæ.)

Æquiparantur (non habere maritum, & habere inutilem: ſic etiam de uxore: & quandò maritus tenetur alere, medicinas præſtare, funeraliaq; impendere, *Vivius deciſ. 197. lib. 1.* ¶ Solutio, facta marito, de his, quæ uxori ipſi debeatur, non nocet mulieri: *Vivius lib. 1. deciſ. 17. num. 15.*

Mulier abortum, datâ operâ, faciens, & ità patrem liberis privans, ſicut & ille, qui promovit abortum, de homicidio tenetur: *vide text. & ibi* Hypp. *Latiùs in l. Si mulierem, ff. Ad L. Corn. de Sica. & ibi pulcrè quæſt. de hac materiâ, vide ſuprà in 1. Tom. in verb. Homicidium.* ¶ An, conſtante matrimonio, inter virum & uxorem, habeat locum actio injuriarum, *vide Alex. in l. Divortio, §. ſi vir, ff. Solut. matrim. nu. 3.* ¶ Maritus, ſi propriâ authoritate à ſe repulit uxorem adulteram, ipſa eſt reſtituenda ad quaſi poſſeſſionem matrimonij, tanquàm de facto ſpoliata: nec auditur maritus ante reſtitutionem: quià ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus: *c. ex conqueſtione. De reſtit. Spol.* Paul. de Caſtr. *in l. Lucius. ff. Solut. matrim.* 5

Maritus uxorem expellens, quomodò, & ad quid, teneatur, *vide* Alex. *conſ. 26. vol. 5. in princ.* ¶ An, ſi maritus expulit uxorem, teneatur ſibi reſtituere dotem, ſeu teneatur ad alimenta præterita, ſeu futura; & an maritus teneatur cavere uxori, de non offendendo, ſi mulier ſimplicitèr alleget ſuſpicionem viri, & alitèr non probet *vide* Alex. *conſ. 26. vol. 6.* ¶ Marito caſtigare uxorem licèt: *in Auth. ut licèt matr. & avi. §. ſi quis autem propriam uxorem.* 6

in poteſtate.n.7.Inſt.de his,qui ſunt ſui vel alieni. ¶ Sic filium Pater coercere, & incarcerare poteſt : vide infrà in verb.Pater,& in verb.Filius. ¶ Maritus ſimul,cum uxore,filium alicuius in Baptiſmate levare non debent: c.fin. 30.q.3.vide Du.Abb.in c.Maritus.De cogn. Spir. ¶ Mariti & uxoris dura eſt ſeparatio : l. Poſſeſſionum. C. communia utriuſq; iud.ego addo pulcrum.tex.in l.Pater filia.ff. De ſerv.leg. ubi, quicquid denegatur uxori, dicitur & viro denegari.l.ſi ſtipulatus fuero,per te non fieri ff.de verb.oblig.l.Iterum,ff.De uſu & hab.l.Pen.ff.De precar.l.veteres.ff.De itiner.actuq;priv. ¶ Maritus uxori ſtipulari non poteſt : quià, quòd poſsit,nuſquàm in Jure reperiri cautum : vide Alex.in l.pactũ,quod dotali,in fin.C.De Pact.

7 Paria ſunt, non habere maritum, & maritum inutilem : gl.in l.Plagiarij, C.ad l. Fab.de plag.l.quotiens,ff.Qui ſatisd.cog. ¶ uxor tanquàm domeſtica repellitur à teſtimonio pro marito : gloſſ.in l.Sed & ſi quis.ff.Si quis caut. vide de hoc latiſsimè infrà in verb. Teſtis, ubi pulcras deciſiones habes. ¶ Uxores à maritis ab injurijs defendi debent : l.2.ff.De injur. ¶ Uxor maritum defendere non poteſt : l. 2.§.fin.ff.ad Sc.Vell l.2.de R.J.§.patitur.Inſt.de injur.Ubi dicitur,defendi uxores à viris,non viros ab uxoribus,æquum eſt. ¶ Uxores,pij parentes, animo & voto liberorum procreandorum ducuntur : l. Liberorum. §.fin.ff. De V.S. ¶ Uxor ſuſcipitur divinæ, & humanæ domûs ſocia.l.Adverſus C. De crim.expil.hæred. l.1.ff.De rit.nupt.& l.1.ff.Rer.amot.

8 Dominus Jaſon olim interrogatus,cur uxorem non duceret, reſpondit,(ut retulit Livius,in lect.gl.1.ff.De Edend.) quià ſolùm eſſet unus text.in Jure, mulierem bonam appellans,nec tamen mulierem, ſed ad ſua hoc adiectivum referri : tex.in l.Mulier bona.ff.De jur.Dot. Sed hoc, ſalvâ pace ſuâ, non eſt verum,cùm tex.in l.Adverſus,C.De.crim exp.hæred. apellet uxorem divinæ atq; humanæ domûs ſociã.Bart.in l. Pater.§.ſocrus,ff. De cond. & dem. dicit omnes mulieres eſſe malas. ¶ Uxor tempore matrimonij eſt in poteſtate patris : l Si uxorem C. De condit. inſert.cum gloſ. Tamen, quoad debitum carnis,& ad cooperandum,viri : ut ibi gloſſ.dicit. Et an Marito quicquam acquirat,vide ſuprà eod.

9 Quod debetur uxori, non poteſt ſolvi marito,ſine voluntate uxoris : etiamſi uxor ſit minor viginti quinque annis: l.Cum maritum,C De ſolut. ¶ Cauſa ſeparationis thori ſpectat ad Eccleſiam : & procedit libellus,in quo mulier agit ad dotis reſtitutionem, propter adulterium,& propter inopiam mariti: Dec.conſi.212.vol.2.Magnifico. ¶ Maritus an teneatur in uxorẽ ægram expendere de neceſsitate, & an repetet : & quid in expenſis funeris ipſius,vide Bart : in l.Quod in uxorem, C.De negot.geſt.

Maritus uxorem interficiens,dotem perdit,& omne commodum : & econtrà : l.ſi ab hoſtibus,§.ſi vir.ff.ſolut.matr. ¶ Et idem,ſi maritus, ſine causâ, expulerit uxorem, vel alimenta & medicinas denegaverit, ſemper amittit dotis lucrum : vide pulcrè ibi Alex.referentem Bal.& Paul.de Caſtr.

Maritus ſi expulit uxorem, tenetur ſibi reddere dotem : & maritus tenetur cavere uxori de non offendendo: Alex. vide latè in conſ.26.vol.6. ¶ Maritus ſi lucratur dotem, propter adulterium uxoris, ut dicit text.in c. Plerumq;.De don. inter vir.& uxor.non dicitur eam habere ex causâ lucrativâ : ita dicit Br. in l.1.in fin. C.De empt.lucr.deſcrip.lib.10. ¶ Maritus an plus & gravius delinquat, uxorem interficiendo, quàm matrem, vide pulcrum tex.in c. Admonere,juncta gloſſ.33.qu. 2.ubi dicit tex. Quod mulier eſt pars corporis ipſius viri. 10

Licèt bona,quæ habet uxor,præſumuntur acquiſita de bonis viri, ut eſſet præſumptio turpis quæſtûs : l. Quintus Mutius,ff.De don.inter vir.& uxor.l.Etiam, C.Eod.Tit.& not. in c.Significavit, ex eod.Tit. Tamen illud eſt verum in his bonis,quæ apparent perveniſſe ad eam,ante contractum matrimonium : ſecùs eſt,ut declarat Bald.per illum tex.in l. Super hypothecis,C.De pignor.& in l.Si uxorẽ.C.De Condict.inſert.vide Alex.conſi.42.volum.5.in cauſa & lite. 11

Mulier, cui propter inopiam quarta debetur, tempore mortis mariti divitis, Authe. prætereà, C. Unde vir & uxor. an illam petere poſsit, ſi poſt mortem mariti dives efficiatur, vide Dec. conſi.24. volum. 1. ¶ Mulier conſentiendo marito contrahenti, an videatur hoc facere per metum, vide Hipp.in practicâ cauſ.crim. §.expedita. numer. 20.fol.27.fa.2. 12

Maritus,vel hæredes eius,ſoluto matrimonio, ne dum tenetur uxori ad reſtitutionem paraphernalium, & aliorum bonorum uxoris non dotalium : ſed etiam ad fructua, & reditus, ex eiſdem bonis, per maritum, perceptos : l.Si ego.§.dotis,ff.De jur.dot.l. Hac lege, & l.fin. C.De pact.convent.& ibi expreſſè gl.vide de hoc Dn.Alex.in conſi.42.volum.1.ſuper præmiſſo themate,in princ. ¶ Stante ſtatuto:Quòd ſi mulier deceſſerit,ſine liberis,maritus lucretur dimidium dotis: pone, aliquis duxit uxorem in domum ſuã,quam tamen non cognovit carnaliter, & moritur, numquid lucrabitur dimidium dotis? Certè ſic : ità dixit not. Sal. in l. Cum te, C.De Dona.ante nupt. Abb. in c. tertio loco, de Prob.Got.in l.ſi quis id,quod in ſi.ff.De jurisd.om.jud. ¶ Numquid annuli, veſtes, catenæ aureæ, & alia, quæ in quotidiano usû veniunt, & maximè 13

virorum

virorum divitum,ſoluto matrimonio, reperti poſſint, *vide* D Alex. *in conſi.42. volum. 5. in cauſſa & lite.*

14 Habens uxorem, ſi de facto ſecundam duxit,de ſtupro accuſari poteſt: licèt illa ab hoc crimine ſit remota, propter ignorantiam:*text.eſt in l.Eum qui,C. De adult.* ¶ Præterea infamis eſt, *ut ibi dicitur.*¶ Si maritus uxorem,in adulterio deprehenſam, occiderit, an ſit damnandus pœnâ ultimi ſupplicij,Alex.*in conſi.56. viſa impulſione, volum.* 1. *num.9.* ubi concludit, quòd non,ſed pœnâ relegationis.

15 Promiſſio, à Marito facta, propriò nomine,quandò uxor petat, eum non obligat: Si altera pars priùs contravenerit, vel uxor enormiſſimè fuerit læſa: Rota Avenion. *decis.103.in deciſ. diverſ. tom.3.*

16 An maritus, qui in capitulis matrimonialibus promiſit curare & facere eum effectû, quod uxor renunciet bonis paternis, & maternis, cum juramento, & pœnâ, teneatur de perjurio, vel ad pœnam, aut intereſſe, ſi fecerit omnem ſuum conatum, & uxor recuſat renunciare: vide Marantam *in ſuo ſpeculo diſputat: 7.* Si verò mulier renunciaverit nullitèr,(: quià non intervenit Conſenſus matris, aut eorum, quorum conſenſus, ex ſtatuto,requiritur:) dicitur ſatisfactum promiſſioni factæ per maritum: Rolandus *conſ.81.*

17 Maritus, qui ratificationem uxòris,cum pœnâ,promiſit, non tenetur ad ipſam pœnam, ſi fecerit, quod potuerit, quod procedit,licèt juraſſet: quià promittens factum, quod ſine culpâ ſuâ poteſt impleri,excuſatur à pœnâ: Afflictis *deci: 295.* Joſeph: Ludov: *deciſ: Peruſ.27.* Rota Genuenſis *deciſ.15. num. 7.* & promittens factum alienum excuſatur, ſi fecit,quicquid potuerit, ut factum illud fieret.Cravetta *conſil. 272.num.12.*

18 Maritus,licèt abſquè mandato, pro uxorè, intercedere poſſit, inſtar conjunctæ perſonæ: tamen hoc non procedit, in bonis uxoris,quæ non ſunt nec dotalia,nec paraphernalia.In his enim,abſquè mandato,cautione de rato non interpoſitâ, maritus nihil agere poteſt,: itèm quandò uxor alium procuratorem conſtituit: Tertiò neque in criminalibus,abſquè mandato, admittitur: D. Fridericus Pruchmannus *in l. In multis.1. part: Princip. memb. 2.articul.3. per totum. ff. de ſtatu hominum:*Speculator *titul: de conjunctâ perſonâ.*

19 Maritus ſi conſecutus fuerit à collectis immunitatē,iſthæc immunitas ad res uxoris non porrigitur: quod tamen tùnc procedit, quandò ſingulari perſonæ privilegium fuit conceſſum: ſecùs verò erit,in privilegio certo hominum corpori,vel univerſitati,Indulto.In hoc enim,ut puta,ob benè merita conceſſo,favor odium præponderat. Igitur maritis conceſſum,in rebus uxoris patrimonialibus, locum habebit: D.Frider.Pruchman. *in d.l. In multis,1. par.princip. memb.3. articul. 8.num.15.* Lucas de Penna *in l. Mulieres.in pr: C. De Dignitate. lib.12. arg: l. Spadonem.§.liberti ff. De excuſat. tutor.l.medicos. C. de profeſſ.& Med.lib.10.*

Maritus uxorem blanditijs permovere poteſt, quò ſibi aliquid in teſtamento leget, vel relinquat, vel etiam ſe in totum inſtituat: D. Frid.Pruchman.*conſil.1.lib. 1. num. 328.* Bellòn. *conſ.74.num.7.* Burſatus *conſ. 189. nu.27. vol.2.*Cepolla. *cautel.36.* Aleiatus *conſ. 77. n. 17. lib.9.* 20

An valeat pactum, quo maritus tempore ſponſaliorum ſe obligat, ut certò loco, poſt matrimonium contractum, cum deſponſatâ, commoretur? Aff. rebus ſic ſtantibus, ceterum ſi honeſta, vel neceſſaria cauſa novè emergens maritum, ad abeundum, commoveat, rectè poſthabito illo pacto, uxore, etiam repugnante, ſecùm ductâ, abit: Gomez. *var. reſol. lib. 2.c.10 nu 23.* Covar. *in epitom.4, lib.decret.p.2. c.7. num.5.* Tiraquel. *LL. connub. l. 1. nu. 39.*Frid.Pruchman. *in l. In multis. artic. 33. memb. 3. par. 1. n. 23. ff. De ſtatu homin.* 21

Maritus uxorem totorum bonorum uſufructuariam relinquere poteſt: limitatur, ut non procedat,in uxore & marito,liberos, ex primo matrimonio, non habentibus: D. Pruchman. *conſil. 1. lib 1. n. 473.* Eman. Soarez. *in commun. opin.lite. D. n. 141.*Boer. *deciſ. 194.n.4. l.1 ib.DD.C.de uſufr.*Borg .Cavalcan. *de uſufruct. mulier. nu.* 1. Cravett *conſ. 32.in f.* Ruinus *conſ. 51.n.11. vol.2.* 22

Maritus fructus paraphernalium bonorum ſuos non facit, ſed eos reſtituere tenetur: Si autem fuerint conſumpti: tùnc alienationem eorum dare tenetur; quatenùs locupletior factùs eſt: In dubio autem cenſetur locupletior factus:Limita,in fructibus induſtrialibus, quos ſuos facit, modò conſenſerit maritus, qui conſenſus non præſumitur, ſed probari tenetur: D. Frid. Pruchman. *conſil.* 1. *num.475. cum ſeq. uſqu.ad num. 497.* Camill. Borell. *conſ.56. n. 57. vol. 1.* Johan.Vincet.Hondedeus.*conſ. 91. vol. 1.* Petr. Heig. *quæſt. 29.nu. 12.par.1.* Surdus *conſil.290. num.* 1. Alexand. Raudenſ.*deciſ. Piſan.1.num. 31.par.1.* Paneirol.*conſ 76.nu. 1.vol.1.* Johan. Campeg. *de dote p. 1. quæſt.9. n. 2.* Stephan. Bertrand.*conſil.19.n.12.vol.3.*Menoch. *de præſumpt.lib.2.præſumpt.9.* Afflict. *deciſ.44.* Petr. Anton. Auguſul. *conſ. 15.n. 1.lib.5.*Benckendorff.*ad l.2.de R. Juris.* 23

24 Omnia, quæ, in domo mariti, inveniuntur, ejuſdem eſſe, ob præeminentiam, præſumuntur: Petr. Heig. *quæſt* 30. *n.* 41. *lib.* 1. Coraſius *lib.* 3. *Miſcell. c.* 5. *n.* 2. Menoch. *de præſumption. lib.* 3. *præſump.* 51. *n.* 45. Alciatus *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 26. Dec. *conſ.* 47. *lib.* 2.

25 Si indotata conjux marito nupſerit, & hic inops, in matrimonium convenerit, eoque conſtante, amplas facultates acquiſierit, ſoluto, morte alterius, conjugio, cui lucra illa cedere debeant? Reſp. Petrus Heigius, marito, & hæredibus eius deberi; non uxori, aut hæredibus ejus, de jure civili, & Saxonico, & divino: niſi probetur, ex pecuniâ uxoris propriâ, vel communi, aliquid comparatum, vel aliud conſuetudine receptum eſſe, ut in Marchiâ Brandeburgicâ eſt, ubi indiſtinctè alter conjugum dimidiā partem bonorum lucratur, Petr. Hei. *qu.* 30. *lib.* 1. Covarr. *de ſponſal. par.* 2. *c.* 7. §. 1. *n.* 5. Peck. *de teſtament. conjug. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 1,

26 Marito, à muliere, non debentur tantùm obſequiales, & officiales, operæ; Sed etiam artificiales, & induſtriales: Petrus Heig. *quæſt.* 29. *nu.* 22. *lib.* 1. Anton. Cordub. *in l. Si quis ex liberis.* §. *Si quis ex his. nu.* 222. *ff. De lib. agnoſcend.* Joſeph. Ludov. *deciſ.* 28. *nu.* 8. Menoch. *de præſumption. lib.* 3. *præſumption.* 51. *num.* 33.

27 An uxor maritum vagabundum, aut, ex cauſâ neceſſariâ, vel probabili, abſentem exulareve juſſum, invita ſequi cogatur? Uxorem eum ſequi teneri, etiamſi culpâ ſuâ maritus in exiliū pulſus ſit, Idq; conſcientiæ uxoris tutius eſſe, propter individuam vitæ conſuetudinem; traduut Theodorus Beza *in lib de repud. p.* 218. Hieron. Zanch. *de matrimon. tit. de divortijs pag.* 745. Lamb. Danæus *lib.* 2. *c.* 14. *Ethic. Chriſtia.* Eraſmus Sarcer. *lib. de conjug. par.* 4. *fol.* 182. Joach. à Beuſt. *de matrimon. c.* 32. Johan. Salſon. *ad conſuet. Turonenſ. tit. de ſucceſſion. feudor. arti.* 9. *p.* 162. Johan. Petr. Surdus *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 26. *nu.* 7. Hieron. Gigas *de crimin. Læſæ majeſtatis, lib.* 3. *tit. de pœnis. quæſt.* 19. Petrus Heigius tamen *qu.* 14. *lib.* 2. arbitrio judicis committit: ut æſtimet, an uxor honeſtè & commodè maritum ſequi poſſit, & uxor, ex ſententiâ ejus, potius admonenda eſt, ut maritum bannitum ſequatur, quàm cogenda.

28 Mariti bona ſunt tacitè obligata pupillo, quandò mater tutrix, ſecundò nubens, non reddit rationem de adminiſtratâ tutelâ. D. Martin Benckendorff. *ad l.* 2. *fall.* 3. *memb.* 7. *par.* 2. *Articul.* 1. *l.* 2. *num.* 93. *ff. De R. Jur.* Pruchman. *in l. in multis par.* 1. *memb.* 2. *artic.* 6 *num.* 9. *ff. de ſtatu homin.* Hugo Donellus *de pignor. c.* 4. *col.* 8. *verſ. de pupillo.* Paulus Montan. *de tutelis. c.* 30. *eff.* 2. *ampl.* 9. *nu.* 35. Balduinus *de pignor. c.* 7. Cavalcan. *de tutor. & cur. mor. n.* 322. Cravetta *conſ.* 230. *n.* 4. Neguz. *de pig.* 4. *memb.* 2. *par.* 2. *n.* 116.

Maritus plus uxorem, quàm filium diligit: Benckendorff. *ad l.* 2. *ſect.* 2. *mem* 5. *par.* 2. *articul.* 1. *num.* 68. *ff. De R. J.* Bartol. *l.* 22. *C. De adminiſtrat. tutorum.* 29

Mariti teſtimonium, pro uxore, quandò contra eum non opponitur exceptio, Benckendorff. *in allegat. loco nu.* 86. Proſper Farinaci. *lib.* 2. *de teſtib. tit.* 6. *quæſt.* 54. *reg.* 4. *n.* 210. Maſcardus *lib.* 3. *de probation. concl.* 410. *n.* 10. Michael Graſſus *in communibus opin. lib.* 2. *c.* 12. *quæſt.* 12. Conradus Lancellottus *de offi. prætoris in cauſâ civili* §. 2. *rubr. de teſtib. n.* 42. Grammat. *deciſ.* 45. *n.* 13. 30

Maritus an lucretur arbores non cæduas, vi tempeſtatis evulſas, in fundo dotali? N. Ad uſum quotidianū tamen, quibuſdam uti poteſt, modò modū non excedat. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ.* 21. *n.* 14. Campeg. *de dote p.* 2. *quæſt.* 30. Molin. *de Hiſpanor. primogenitu. lib.* 1. *c.* 23. *num.* 5. Cavalcanus *de uſufruct. num.* 157. 31

Præſumitur filius natus ex ſemine Mariti, etiamſi mater meretrix ſit: niſi, ex pluribus conjecturis, aliud appareat. Johan. Mohed. *deciſ.* 115. & 181. Franc. Marc. *quæſt.* 513. *p.* 1. & *quæſt.* 457. *p.* 2. Bald. *ſing.* 36. *l.* 11. §. *defuncto marito ff. ad L. Jul. de adulterijs.* 32

Marito, poſt obitum uxoris, lectus inſtructus, mappa menſalis, ac pulvinar, jure Saxonico, à proximâ conſanguineâ, relinquenda ſunt: debentur autem hæ res ſoli marito, non mariti hæredibus: Andr. Rauchbar. *quæſt.* 35. *lib.* 1. 33

An maritus privetur lucro dotali, ex ſtatuto debito, aut hæreditate uxoris, ſi uxorem, peſte laborantem, deſeruerit. Aff. And Rauchbar. *qu.* 7. *li.* 2. *ibi contraria diluit.*

Maritus, cui ab uxore relictus eſt uſusfructus, omnium bonorum, vel alicuius partis eorum, alio hærede inſtituto, in proprietate, utrum cavere teneatur, ut alij fructuarij teneantur, etiam reſpectū dotis, quam actione de dote, reſtituere tenetur hæredibus uxoris? Et, poſito, quod cavere debeat: An per cautionem fructuariam, ceſſare, ſive extingui videatur primitiva actio de dote, quâ tenebatur bona dotalia reſtituere? Priorem quæſtionem affirmat Iohan. del Caſtillo *de uſufr. cap.* 19. Ad alteram reſpondet quòd actio primæva non extinguatur. 34

Si maritus uſumfructum bonorum ſuorū, uxori legaverit, donec dotem non petierit, non præſumitur, animo compenſandi cum dote, uſumfructum legaſſe, ſed animo differendi exactionem dotis: Et ideò extincto uſufructū, à marito relicto, ipſa, vel hæredes eius, dotē repetere poſſunt, diverſū eſt, quandò maritus ità dixit: lego uxori meæ uſumfructum

fructum bonorum meorum, ſi vidua permanſerit, & dotem ſuam non petierit; nam hoc caſu, extincto uſufructû jam acceptato, non poterit amplius dos repeti. Johan. del Caſtillo *de uſufr. c. 46 n. fin.* Jacob. Cancerius *var. reſolut. c. 9. de dote*.

36 Maritus bona uxoris adminiſtrans, in dubio, contra voluntatem eius, fructus percipere dicitur, tametſi ultra triennium fructus percepetit: Jacob. Marchiſel. *qu. 137. lib. recollectar.* ¶ Maritus luctatur portionem ſtatuti, etiam in bonis dotalibus, fideicommiſſo ſubjectis: Jacob. Marchiſel. *quaſt. 157. nu. 6. lib. recol.* Uxore, marito vergente ad inopiam, repetente dotem, maritus tenetur in ſolidum: quià dos, hoc caſû nihilominus ſervit oneribus matrimonij, & vir, ab uxore, alendus eſt: ſecùs ſoluto matrimonio. Virgilio ab Aguira *in horto juridico, ramo 23. arbor. 7.*

MASCULINUM.

1 MAſculinum concipit fœmininum: Bal. *in l. In multis, ff. De ſtatu. hom. l. Ait pretor, ff. De negot. geſtis l. Si quis, ff. De verb. ſignifi.* ex mente legislatoris, & non quantùm ad verba, ſecundum opinionem gloſſæ: hanc theoricam docuit Petrus Duennas *in regulis fallentiarum, regula 485. cum ſeptem ampliationibus, & octo fallentijs, notavit* Decius *in l. fœmina, ff. De regu. jur. ubi numer. 90. cum 5. limitationibus.*

2 Sed pro majori declaratione format & declarat 10. quæſtiones. 1. Quid in ultimis voluntatibus. 2. Quid in contractibus. 3. Quid in diſpoſitione legis. 4. Quid in ſtatutis. 5. Quid in gratiâ, vel privilegio. 6. Quid in reſcriptis. 7. Quid in ſententiâ. 8. Quid in negotijs 9. An appellatione conjunctorum; propinquorum; proximiorum; deſcendentium, & poſterorum; quòd uterq; ſexus comprehendatur, *affirmat ibidem* Decius *per jura.*

3 Sed appellatione avunculæ, quòd non veniat matertera. Quòd autem neq; econtrà fœmineum concipiat maſculinum, vult idem Decius, *num. 127:* appellatione tamen perſonæ univerſitatis, & aquilæ maſculum contineri, notavit *ibidem num. 129. in fine repetitionis.* ¶ Filij appellatione an veniat filia, Menoch. *conſi. 111. volum. 1. num. 33. & ibi num. 55.* de appellatione generationis quòd etiam comprehendat fœminas, in receptione emphyteuſis, *num. 56.* quòd appellatione pro ſe, & filijs, & hæredibus, etiam veniant fœminæ.

4 Hirci appellatione, an capra, notavit Bald. *in apoſtil ad* Decian *d. l. fœmina, in fine*, quandò examinationes iſtarum quæſtionû legeris, facilè te in hac materiâ expedies. ¶ Sed in pœnis, maſculinum an concipiat fœmininum, *vide* Hipp. de Marſi. *in rept. l. unica, C. De raptû virg. à num. 223. uſq; ad nu. 232.* Et quædam in delictis & ſtatutis, notavit idem Hippo. *in l. Si quis necandi, C. Ad L. Cor. de Sica.* & ibidem, an conſtitutio pœnalis, loquens de fratribus, ſe extendat ad moniales. ¶ An fratrum appellatione compræhendantur patrueles, conſuluit Decian. *in conſi. 43. num. 9. (Ubi dicit, quòd non.) vol. 2* de conjecturis pro maſculinitate, *vide bona per d.* Decian. *in conſi. 105. volum. 2. num. 13.*

Statutum, conſenſum duorum requi- 5
rens, proximorum, ſeu propinquorum, de maſculis, non verò de fœminis, intelligi debet: quando quidèm fœminæ integri conſilij non cenſeantur: Alciatus *l. 1. n. 7. ff. De V. ſign.* Cotta *in memoral. v. Maſculinum: & in v. ſtatutum: circa med.* Alexand. *conſ. 24. n. 32. vol. 2.* D. Pruchmannus *in l. In multis art. 1. mem. 1. par. prima, n. 7. ff. De ſtatu homin. l. fin. ff. De fide inſtrum. l. Quidam decedens. §. Papinianus ff. De adminiſtr. tutorum.* ¶ Diſpoſitio limitativa, in maſculis, dicitur prohibitiva, in fœminis Guido Papæ *quæſt. 373.*

Donatio facta, in contractû matrimo- 6
nij, primò nato maſculo, & naſcatur primò filia, poſteà filius: ipſe filius, ſecundo loco natus, excludit filiam primogenitam Guido Papa *quæſt. 506.*

Maſculinum non concipit fœmini- 7
num, quandò eſt diverſa ratio: ideò, ſi ſinguli de aliquo oppido teneantur, ſingulo anno, cum meliori pari boum facere roidas, non tenentur hi, qui ſolùm habent vaccas: Natta *conſ. 291.*

Titio acquirente rem, pro ſe, & ſuis li- 8
beris maſculis, & pro ipſorum liberorum hæredibus, deſcendentibus per maſculum, fœminæ, ex maſculis deſcendentes, admittuntur. Aug. Berous *quæſt. 51.*

MATER.

MAtremfamilias neq; nuptiæ, neq; na- 1
tales faciunt, ſed boni mores: *l. 46. §. 1. De verb. ſig.* Cujac. 3. *obſervat. 18.* Petr. Faber, *1. Semeſt. 15.* Cujac. *lib. 2. obſervat. 38. &* Gothofred. *ad d. l. 46.* ¶ Noverca, nova patris uxor, *l. 14. §. 4. De ritu nupt.* locum parentis tenet, *V.* Cujac. *lib. 9. obſervation. 18.* & obſequium ei debetur à privigno: *l. 7. C. de obſequijs. V.* Gothofr. *ad l. 4. §. 6. de gradibus.* ¶ Mater quòd gerat tutelam liberorum ſuorum, primi matrimonij: ſed quòd ob tranſitum, ad ſecunda vota, amittat tutelam dictorum liberorum primi matrimonij, notavi *infrà in litera T. in verb. de tutoribus; in verſi. de anomalis tutoribus.*

Mater tranſiens ad ſecunda vota, non 2
petito tutore filijs, neque redditâ adminiſtrationis ratione, privatur legato primi mariti: etiamſi teſtator conſenſerit, eam tranſire ad ſecunda vota. Neque poteſt ma-

Digitized by Google

tet præjudicare filijs primi matrimonij, in eorum legitimâ debitâ in bonis ſuis: *conſuluit*. Dec. *in conſi.35. volum.* 1. In hoc conſilio habemus optimam materiam tranſitionis matris ad ſecunda vota: Et de jure legitimæ liberorum. De vituperatione & laude novercæ, & quatenùs pupillus privignus apud illam ſit educandus, vel non, *conſuluit* Decia. *in conſi.49.vol.1.in prin. & n. 32. idem in conſi. 95.vol. 2.conſi.111.vol.3.12.*

3 Mater tranſiens ad ſecunda, vel tertia, vota, vel inhoneſtè vivens, quatenùs privetur hæreditate, legitimâ, ſivè ſupplemento ejus, in bonis filij & filiæ, ex primo matrimonio; *conſuluit d.* Decianus *in conſil.19. vol. 2.* ¶ Sed ob tranſitum ad ſecunda vota, quòd non perdat mater ſubſtitutionem filij, *idem* Decian. *conſi. 82. volum 3.* Ibi multa bona de matris ſubſtitutione filio factâ. Mater, quòd ſoluto matrimonio, & amplius non vivente illo, cui debetur uſusfructus dotis, poſſit diſponere in illâ, pro libitu, ſaluâ filijs legitimâ manente; *conſuluit d.* Decian. *in conſi.94. vol. 3. in prin.*

4 Et quòd liberi primi & ſecundi matrimonij, matri æqualitèr in capita ſuccedant in dote, niſi concurrant nepotes: Illi enim ſuccedunt ſaltèm in ſtirpes; *d.* Deci. *in d.conſil.94.volum.3.nu.13.* & ibi, quòd ſimul ſuccedat monialis, niſi ſucceſſioni renunciaverit, & niſi ſit de ordine mendicantium. De tutelâ patris gerendâ in bonis liberorum, ità ut conficiat inventarium, & reddat rationem atq; alius tutor, conſuluit Decian. *in d. conſi. 94.vol.3. n. 15.*

5 Stante ſtatuto, quòd filiæ mater non ſuccedat, an matri filia ſuccedere poſſit, *vide* Iaſ. *in Rubr. de acq. poſſ.* ¶ An ſtatutum, quod excludit matrem, videatur etiam excludere ſororem, & de materiâ, Dec. *conſi.71. volu.1.* ¶ Mater prolem alere debet uſq; ad triennium: *gloſſ. in Auth ut liceat matr. & Aui. in §. illud, in verb. filios.* ¶ Mater filiû, vitæ ſuæ inſidiantem, accuſare poteſt: *vide in verb. frater* ¶ Pœna, quæ imponitur matri, tranſeunti ad ſecunda vota, non habet locum, quandò tranſit de voluntate filiorum, etiam tacitâ: Dec. *conſi.205.volum 2.* Et quid in patre, *vide* Dec. *conſi. 230. volum 2. proponitur.* ¶ Matri jura favent, ne excludatur ab hæreditate filij: Dec. *conſi. 211. vol.2. ſubtilis eſt caſus.* ¶ Et quandò mater tranſit ad ſecunda vota, lucra æqualitèr debent filijs primi matrimonij ſervari: Decian. *in conſil 236.volum. 2. de parva.*

6 Mater, in filij ſucceſſione avum paternum excludit: Dec. *conſi 245. vol. 2. in caſu.* ¶ Mater, ad ſecunda vota tranſiens, tutrix filiorum, debet prius petere dari alium tutorem filijs, aliàs privaretur ſucceſſione filiorum: *l. omnem, C. ad Tertyll. vide* Dec. *conſi.246. volum.2. Requiſitus, & ibi de intellectu l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* Fallit in matre minori Ozaſcus *deciſ. 28.* Boerius *deciſ.266.*

Mater impendens in cauſam filij, vivo patre divite, ab ipſo patre impenſas repetere poteſt: Et impendens pro filio divite, ab eo repetit: Et quandò mater repetendi animo impendit vide Menoch. *lib.2. de arbitra, caſu 88.*

Mater curatrix, filio non poteſt præjudicare: Dec. *conſi.255. vol.2. caſus, de quo quæritur.* ¶ Mater ſemper eſt certa: pater autem eſt, quem nuptiæ demonſtant: *l. Quià ſemper. De in jus voc.* ¶ Materfamilias perſonalitèr capi non poteſt etiam ut ducatur ad judicium: *de hoc & fall. pulcris, vide* Socin. *in Reg. 259.*

Mater legitimationem filij naturalis impetrare non poteſt, niſi à ſolo principe: Bal. *ad l. Mulierem C. De adopti.* Pruchman. *in l. In multis. art. 21. mem.3. par. 1. ff. De ſtatut. homin.*

Mater in tutelâ non excluditur ab avo: 7
At quandò, cum matre concurrit pater; cum aviâ avus; & ſic deinceps: Tùnc maſculus præfertur: Afflictis *deciſ. 281. num. 3.* Caſſaneus in conſuetud. Burgund. *Rubr. 6. §. 4. gloſ. 2. num. 3.* D. Frider. Pruchmannus *in l. In multis 1. par. princ. memb. 2. articul. 6. num. 21. ff. De ſtatu hominum.* Bart. *in l. Si quis ſub conditione. nu. 8. ff. De teſtam. tutel.* Boetius *in conſue. Bitur. tit. de ſtatû perſon. §.6 gl.2. col.1. arg. l.2. in fi. C. quandò mul. tut. offi. fungi poteſt.*

An mater, ſolutis ſecundis nuptijs, 8
per mortem vitrici, ad tutelam redintegrandam admittatur? Reſp. regularitèr non. D. Frider. Pruchman. *d. loco. n.26.* Quià quod ſemel ſublatum eſt, reſtitui nequit: Cotta tamen *in memorab. verbo Mater.* diſtinguit, an liberis de tutore proviſum ſit, ut tùnc mater non admittatur: Secùs ſi liberi tutorem non habeant: dummodò rationes reddiderit tutelæ anteà geſtę.

An mater poſſit eſſe tutrix in illis locis, 9
in quibus fœminis, ſine propinquorum conſensû contrahere interdicitur? Negativam opinionem Contra Aleiatum *in regula 1. præſumpt. 52. n. 7. &* Borgn. Cavalcan. *tr. de tutor. & Curator. num. 185. defendit* Pruchmannus *d. loco nu. 37.*

Mater non habet poteſtatem occiden- 10
di filiam, in adulterio deprehenſam: Sed ſoli patri poteſtas competit, ob conſilij maturitatẽ: & quamvis ſtatuto matri in liberos poteſtas eſſet tributa: tamen filiam, in flagranti adulterij crimine deprehenſam, occidere non poteſt: cum hic caſus, tanquàm valdè exorbitans, & acerbus, ſub generali ſtatuti diſpoſitione, non continetur: Ideoque ſub juris communis diſpoſitione

rema

remanebit: Arrius Pinellus *rubr.par.2.nu.19. C.de bonis maternis.* Caſſaneus *in conſuetud. Burgund.rubr.4.§.1.gl.2. num. 20. l.patri.ff.ad L.Juliam. de adulterys.* Boerius *in conſuetud. Bitur. Tit. De praeſcript. §. 6. gl. 2.* D. Frider. Pruchman.*in l.In multis.art.13. memb.3. par.1. ff.de ſtatu homin.* Afflictis *deciſ.238. num.1.*Cavalcan.*de tutel.num.82.*Cephal.*conſ.436.vol.3.* Brunus *conſ.47. nu.11.*

10 Mater non habet jus, ob famis neceſſitatem, diſtrahendi liberos: nam jus hoc, ex patriâ poteſtate, promanat Aſcan. Clem. *tr. de patr.poteſt.eff.1. num. 20.* Petrus Roizius *deciſ.Livnan.3.n.248* Pinell. *rubr.p.2.n.20.C. de bonis maternis.*Bald.*ad l.2.C.patr.qui fil.diſtra.*

11 Statutum, utriuſque parentis conſenſum requirens, in liberorum nuptijs, dato quòd valeat; interpretandum tamen eſt, ut matris conſenſus, patre ſuperſtite, non ſit neceſſarius: Plotus *de in litem jurando §.7. num.23.per l. Gallus. §. quidam recte.ff. de liber. & poſth.* Pruchmannus *in l. In multis art.26. mem.3.par.1.ff. De ſtatu homin.*

12 Matri non acquiritur uſusfructus bonorum adventitiorum *arg.l.2. C. de bonis matern.& l.1.C.bonis quæ liber.*Pruchmannus *allegato loco.*

13 Statotum, quibus jubetur, ut liberi matris familiam ſequantur, vel matris nobilitate nobilitentur (licèt regularitèr non valeat) ſuſtinetur quoad præjudicium ſtatuentium, & quæ territorio ſtatuentium inſunt; non verò in præjudicium Principis, vel rerum, extra territorium, tali conſuetudine utentium, ſitarum: Luc. de Peona *in l.Exemplo.num.2. C. decurion. lib.10.* Aleiatus *ad l.Familiæ.§.fœminarum.num. 2. ff. De Verb. ſignif.*Tiraqu.*de nobilita. c.18.num.22.* Decius *ad l.2.num.68.ff. De R. Jur.*Frider.Pruchmannus *in d.l.In multis.articu.23.mem.3.par.1.ff.De ſtat. homin.* Carolus Molineus *in conſuetud. Pariſ.tit.1.§.9. nu.4.*

14 Pater, etiamſi impudicè vixerit, filiam tamen luxurioſè viventem, exhæredem facere poteſt: quod ſecùs eſt in matre meretrice: niſi mater ad ſanos mores redierit, tempore conditi teſtamenti: Vaſquius *de ſucceſſion.lib.1.§. 10. num. 610.* Vivius *com. opin. lib.1. opin.130.*Tiraquel. *De LL.connubial.l.1. nu.45.* Pruchmannus *in l.In multis. artic. 8. memb.4. 1.part.princip.ff.De ſtatu homin.*

15 Mater, quæ filio impuberi, tutorem dari non petijt, impubere, infra pubertatem, animam efflante, à ſucceſſione eius excludirur: limitatur tamen illa concluſio in matre minori 25.annis. Quod uſq; adeò verũ eſt, ut non noceat, ſi tempore mortis mariti minor, poſteà efficiatur major. Nam cum ſemel à petendis totoribus ſit excuſata, in perpetuum erit excuſata.

Secundò, ſi liberi, vel unus ex ijs, intra annum, ex eo tempore, quo tutoris indigere cœperint, computandum, mortem obierit, tunc enim mater ſucceſſionis expers non eſt. Tertiò, in ruſticâ matre, modò peritiores conſulere non potuerit: Cacheran: *deciſ 57.n.4.* Aſcan. Clem. *de patr. poteſt. eff.1.nu. 33.*Vaſqu. *de ſucc. reſolut. §. 12. nu.n.5.* Cravet.*conſ.18.num.16.*Nevizan.*ſylva nuptial. lib.2.nu 53.*Plotus *de in litem juran. §.5 nu 27.* D.Pruchman.*in l.In multis. ar.17.memb.4.p.1. ff.De ſtat.homin.*Fr.Burſat. *conſ.130 nu.2.vol.2.* Sais *in conſuetud.Turon. tit. de tut. art.2.gl.2.* Boerius *in conſuetud. Bitur.Tit.de ſtat. perſ.§. 9.gl.1. ad finem.* Ludov.Roman.*ſing.221.*Gomez.*var.reſolut. lib.3.c. 1.num 59.*Cotta *in memorab.verbo.Mater,*Cald. *ad l. Si curatorem, verbo, vel dolo adverſarij. 64. C. in integ. reſt. minor.l.Minoribus.C.De his quibus ut indig.arg. §.Illud autem auth. conſt.quæ de dignitat. l.2.§. Si mater.ibi Br. ff. Ad SCtum Tertullian.* 16

Hæreditas patris, & reliquorum maſculini ſexûs aſcendentium, ſemel repudiatâ, denuò intra triennium, à repudiatione proximum, adiri poteſt: ſecùs eſt in hæreditate maternâ repudiatâ, quæ denuò adiri non poteſt, elapſo anno *L. final. ibi DD.C.de repudian. hæredita.* Cavalcan. *tr. De tutor. & curat nu.44.*Gomez.*var.reſolution.lib.1.cap.9. num.24.*D.Pruchmannus *in d.l. In multis.art. 15.mem.4.* 17

Donatio, à matre liberis facta, nulla eſt, ſi mater per ſtatutum, ſine conſenſu mariti, vel propinquorum, prohibetur ſe obligare: aut quandò extat ſtatutum, ut mater liberos in poteſtate habeat: Boerius *in conſuetud.Bitur.Tit.De conſ.matrim.§.1.gl.1.col.7. & 8.arg.l.Si donation. C. quod metus cauſa. & l.donat.quas parentes. C. de donat. inter vir. & uxor.*Aſcan.Clement.*de patr. poteſt. eff.2.n.22 & eff.17.n.49.*Tiraq.*De LL. connub. gl.5. n.41.* Gomez. *var. reſolut. lib.2. cap.4.* Cravetta *conſ.19.* 18

Mater, non niſi ad triennium uſquè, liberos alere tenetur: niſi matris culpâ divortium contigerit: Amanu. de claris aquis *ſing.7.* Cacheran. *deciſ.46. nu.10.* Lupus *c.per veſtras.notab.2.§.23.num.8.extr.donation.inter vir.& uxor.* Burſat. *conſ. 83. num. 12. vol. 1.* D. Pruchman.*in l.In multis. articu. 27.2.par. princ.ff. De ſtat. homin.* 19

Mater, per tranſitum ad ſecunda vota, non privatur proprietate bonorum filij: niſi quoad bona, quæ provenerunt ex ſubſtantiâ paternâ: in his enim ſuccedit filio ſolùm, in uſufructû, ſivè nubat, ante mortem illius: ſivè poſt: In bonis autem quæſitis, per filium, ſuccedit, tàm in proprietate, quàm in uſufructû, unà cum fratribus: ceſſat tamen hæc pœna, quandò nuptiæ tacito, 20

vel

vel expreſſo, conſenſû filiorum fuerunt celebratæ: Srephan. Gratian. *diſceptation. forenſi 140.* Afflict. *deciſ. 75. nu. 4.* Cravetta *conſ. 37. nu. 3.* Thob. *conſil. 74. col. 1.* Roman. *conſ. 405. in fin.* Bertram. *conſil. 52. nu. 2. lib. 2.* Burſat. *conſil. 12. nu. 42. lib. 1.*

21 Concluſio illa, habens; matrem, ſecundò nubenrem, perdere proprietatem acquiſirorum à primo viro; limitatur pluribus modis: 1. quandò dooatio remuneraroria eſt, & oon ſimplex: 2, quandò donario fuit facta uxori, non illius conremplatione, ſed alterius affinis: 3, quandò marer tranſirad ſecunda votá, de conſenſû filiorum, & ſufficir racirus eriam, interveniens poſt conrractum matrimooium: 4, quandò in contractû donationis, uxor acquiſivir pro ſe, & filijs hæredibus, notario ſtipulante pro ipſis: Si quandò tranſivir ad ſecooda vora, de conſenſû mariti, qui deprehenditur, quoties legaſſet uxori aliquid, ad ſecunda vota tranſeunti: Menoch. *conſil. 155. lib. 2. & conſi. 308. lib. 4. 237. n. 20. lib. 2.* Franc. Cremenſ. *ſing. 75.* Papon. *lib. 15. titu. 15. arr. 8.* Paul. Æmil. Verall. *deciſ. 26. par. 2.* Decius *conſil. 206.* Roland. à Valle *conſil. 95.* Mynſiog. *centur. 5. obſerv. 24.* Ludov. Roman. *ſing. 251.*

22 Mater tranſiens ad ſecunda vota, mortuo filio, alijs ſuperſtitibus, ſuccedit in uſufructû rantùm, reſpectû bonorum obvenrorum filio à patre, in reliquis verò, etiam quæſitis ex fructibus bonorum paternorum, ſuecedit in proprietate Vincenr. de Franc *dec. 18.* Boer. *dec. 190.* Cravett. *conſi. 37.* Caſſan. *in conſue. Burg. titu. des ſucceſſions rub. 7. §. 7. gl. 4.* Bartol. *conſ. 2. vol. 1. l. 5. C. ad SCtum Tertullian.*

23 Mater, ſecundò nubeos, poteſt omnia bona ſua dare ſecundo marito, àut vitrico, io dotem, vel alitèr ad vitam: quià pœnæ impoſitæ ſecundò nubentibus, in ſavorem liberorum primi matrimonij, non habenr locum, quamdiù parentes vivunr: ideò alienata non revocantur, ipſis viventibus. Cravetta *conſ. 142. & 285.*

24 Si, per ſtatutum, mater tranſiens ad ſecundas nuptias, privetur ſucceſsione filiorum, perpetoò remanet excloſa, licèr ſecundo loco efficiatur vidua. Menoch. *conſ. 28. lib. 3.* ¶ Pœnæ ſecundò nubeotium ceſſant, præmorientibus liberis primi matrimonij, Cravett. *conſ. 242.* Roland. à Valle *conſ. 81. vol. 3.*

25 Lucrum, quod debetur filijs, reſpectû ſecundarum nuptiarum matris, non debetur jure hæreditario: ideò filij primi matrimooij, eriamſi noo ſint hæredes matris, poſſont avocare tale lucrum. Deci. *conſ. 86.* Roland. à Valle *conſ. 29. vol. 4. n. 4.*

26 Srarurum, quòd Mater, per tranſitum ad ſecunda vota, privatur luctuoſa hæreditate filiorum, non habet locum, in bonis ſitis extra territorium loci ſtatuentium, & etiam in mercibus & mobilibus, alibi exiſtenribus, ut perpetuò ibi manerent. Narta *conſ. 184. lib. 1.* ¶ Mater, tranſiens ad ſecunda vota, habet proprietatem in bonis filij aviris, non paternis. Boerius, *deciſ. 192.* ¶ Mater, cum non poſſir de lucris noptialibus, ad ſecunda vota tranſiens, diſponere in præjudicium liberorum primi matrimonij, procedit etiam, ſi ſecundæ nuptiæ eſſent nullæ. Puteus *deciſ. 4. lib. 3.* Boer. *deciſ. 185. & 201.* Franc. Marc. *queſt. 22. p. 2.* Caſſan. *in conſuetud. Burgun. tit. des ſucceſſ. rubr. 7. §. 7.*

MATRICULA.

Deſcriptus in matriculâ alicuius artis, artem verò non irrrans, vel non exercens, non gauder privilegijs arris: Bart. & Joan. de Plarea, *in l. 1. C. de collegia. lib. 11.* Et qui non eſt deſcriprus, non gaudet privilegio: *gloſſ. in l. Eos, C. De off. magiſ. mili.* ¶ Imò norarius, non matriculatus, non poteſt conficere ioſtrumentum: Bald. *in c. 1. De controverſiâ feudi in uſibus feudo.* niſi aliud habeat conſuerudo Regionis. 1

Scholaris autem matriculatus, qui decedit ex ſtudio, & conrulir ſe ad mercaturam, vel ad alia exercitia, & infra vel poſt quioquennium revertitur: An & quandò habeatur ramen pro matriculato, ità ur habeat beneficia & privilegia ſcholarium, *vide in l. 3. C. De domeſt. & proc. lib. 11.* Schneid. *in tit. Inſtit. de rerum diviſ. §. pauonum, allegat.* Bart. *in l. aut facta, ff. de pœnis.* 2

Sed quid, & quaotum probet matricula, & qui ſinr ejus effectus, notavit Bald. *in l. 2. C. De ſentent.* Abbas *in c. penul. de privilegijs* Dd. *in l. Scriniarios, C. de teſta. militu.* ¶ Et per cancellationem matriculæ probatur, qoem non eſſe de univerſitate: *l. fina. C. de aſſeſ.* Petrus de Raven. *in ſuo alphabeto, litera M. verſi. Matricula.* 3

Et quòd quis non ſir de matriculâ, probatur ex eo, quòd in matriculâ noo invenitur deſeriptus: Bart. *in l. fin. per illum textum, C. de rebus credi. dicit* Bald. *in d. l fina. in 4. oppoſitio.* quòd ſi quis non reperitur in libró gabellæ deſcriprus, dicitur ſatis probatum, quòd non ſolverit gabellam: Decian. *conſil. 119. volum. 3. num. 7. & 8.* ¶ Et de matriculâ imperij, pulcherrima vide apud Geyl. *in obſervatio. 21. lib. 1.* & ibi de cauſis exemptionum. 4

MATRIMONIUM & Nuptiæ.

Eductio uxoris in mariti domum, eſt de ſubſtaoria matrimonij: *l. quæſitum, ff. de ſponſalibus, l. 6. C. de donat. ante. nupt. l. 5. 6. 7.* 1

dea

*de ritû nupt.l ſi uxor,§.ſi minor 6. de adult.coercend.l.cum hoc ſtatus,§.ſi quis ſponſam,ff.de dou. inter vir.& uxor.l.ſi ut certò,§.interdùm,commodat.l dotis promiſſio.l. cum poſt,§.in dotem, de jur. dot.l 2 de his,quibus ut indign.*Diſſene. Borch.*in tr.de grad.pag.82.vide* Hotom.*Illuſt. quæſt. 25. v.l.22.C. de nupt.* Paul. *lib. 2 ſent. 19.ubi* Cujac. ſine formâ enim illâ eſſentiali, conjugium non habebatur;ut & hodiè: niſi benedictio ſacerdotis, cum ſanctâ oblatione & precationibus, accedat.

2 Matrimonij materia, quià eſt valdè latiſſima & diffuſa, igitur remitto me ad commentatores ſuper illâ: *præſertim ad tractatum* D. Melchioris Klingij *cauſarum matrimonialium.* ¶ Et docet primò de matrimonio initiato & conſummato. ¶ Sed quoniam conſensû contrahuntur potiùs matrimonia:*l.nuptiæ.ff.de reg jur.*nihil autem tàm contrarium cum ſit conſenſui, quàm error: *l. 2.ff.de judi.* noratur, quòd error ſit impedimento. Sed errorem tamen omnem, non excludere conſenſum matrimonialē: & de quadruplici errore docent, nempè perſonæ: conditionis: fortunæ:& qualitatis:de quolibet in ſpecie qualitèr conſenſum impediant,matrimonium dirimant, vel non. Et eſt optimus textus, *in c.1.29.q.1. in fine:* dicit textus, ſimilitèr qui duxit in uxorem meretricem,vel corruptam,quam putat eſſe caſtam, vel virginem, non poteſt eam dimittere,& aliam ducere.

3 Quæ matrimonia contrahenda impediunt. & contracta non dirimunt,ſecundum illum ſunt Tria: Uxoricidiū: raptus: & inceſtus: examinavit aliqua, quæ contrahenda impediunt, & contracta dirimunt, crimen, ligamen, diſparitatem religionis, impotentiam coeundi, cognationem, affinitatem, honeſtatem, de quolibet in ſpecie docet & declarat. ¶ Ad materiam impotentiæ coeundi adde, quæ quæruntur, an ſpado ex accidenti poſſit matrimonium contrahere,vel ſi contrahat, nullitèr contrahat: de quo ſpadone, *in l.ſpadonum ff.de verbo. ſignif.*reſponde ſecundum Romanum, *in ſingul. ſuo 640.* pulcherrimè diſtinguentem, & cauſas matrimonij deſignantem: ibi Nicol.Pigno.*in additione*.facit mentionem de illis,qui puberes excecti ſunt, & epate ſunt ferventiore,vaſaq; genitalia capaciora poſſident: licèt coeant,quòd tamen non generent: & matrimonium in illis tenere: de eo qui habet virgam erectam, & ſperma non emittit: addit de eo, qui habet teſticulos, ſed ei totus coles eſt amputatus, quòd ſuccedat cum fratribus,in feudo paterno: *Pig. in d.additione.*

4 In cap. de nuptijs licitis, tractat Klingius de clandeſtinis & publicis: in ſequentibus, de conditionibus nuptijs appoſitis. Cauſas matrimonij enumerat 5. Cauſam efficientem, Deum: conſenſum contrahentium, & parentum: Cauſam formalem, ipſa verba vel ſigna,quibus conſenſus probatur: Cauſam materialem: Cauſam finalem,& Effectus: ſubjungit materiam legitimationis ex matrimonio.

Et tandèm tradit de illis, quæ diſſolvant matrimonia, de morte naturali,& de divortio. ¶ Divortium autem fieri dicit propter adulterium, propter infidelitatem, impotentiam coeundi, propter continuas inſidias conjugis: ſecundum Theologos addit deſertionem. Et concludit ſuum tractatum, cum materiâ redintegrationis, vel reconciliationis. Vide,& examina iſtum tractatum, & habebis præcipuam materiam. Schneid. pulcherrimè proſecutus eſt, *in titulo inſtit.de nuptijs,per totum,* pœnas deſertionis, & proceſſus, ſuper illâ, habendos in Principatû Anhaldino. ¶ Vnd daß kein Weib in abweſen jhres Mannes ſich mit einem andern Ehelich verloben/ viel weniger beſchlaffen ſol laſſen/ ſie ſey dann jhres Mannes Todt gewiſſe berichtet/ vnd habe es mit genugſamer Vrkunde zu beſtetigen: bey Straffe/ daß ſie neben dem / ſo ſich mit jhr eingelaſſen/ in den Landen nicht zu gedulden / *habetur in Conſtitutio. Anhaldina, Art.3.verſ.*dieweil auch der Eheſtandt ein vnaufflößlich Bandt / etc. ¶ Quandò contrahendum eſt matrimonium, debent citari omnes, qui noverint aliquod impedimentum ſubeſſe, per publicum proclama: Eccleſiæ, cum certo termino, quo elapſo, non auditur contradicens,niſi juſtam cauſam allegct: & ſi illa ſolennitas omittitur, dicitur matrimonium clandeſtinum: ¶ Man ſol Braut vnd Breutigam zuvor von der Cantzel / durch den Prædicanten auffbieten laſſen:damit wer etwas darein zureden / es in zeiten thue/ vnd hernachmals ſchweige: Marant. *de citation. part.6.nu.102. per c. cum inhibitio. de clandeſtin. & c. cum tria. Qui matr. accuſ poſſ.* ¶ Matrimonium juſtum, unius maris, & unius fœminæ,cohabitatione conſtat:*l.1.De ritu nupt.* ¶ Polygamia itaq; matrimonij nomen non meretur. Ex edicto enim prætoris duas uxores habens infamiâ notatur: *l. 2. C.De inceſt. nupt* Imò, ei, qui bina ſponſalia eodem tempore conſtituta habuerit, infamia irrogatur: *l.1.De his, qui not.infam.l.Eum,qui duas, C. Ad L.Jul.de adult.* ¶ Et *ex conſtitutione Caroli V. Imp.* bigamus ultimo ſupplicio afficitur, *ut videre licet,* in der Peinlichen Halßgerichts Ordnung / *c.121.* Borch. *de gradib. pag.27.* ¶ An matrimonio contracto,ſocietas aliqua inter conjuges certa eſſe intelligatur,Duare. *de nupt.c.1.*¶ An matrimonij, ſine parentum auctoritate, contracti, pœna ulla conſtituta ſit, *vide* Hotom.*illuſt. qu 9.*¶ An matrimonium, ſeu juſtum conjugium, ſolo partium

conſenſû, ſine publicâ teſtatione, contrahatur, *vide* Hotom. *Illuſt. quæſt. 25.* ¶ Ad qoem pertineant Xenia, tempore nuptiarum ſponſis data, *vide* Barto. Alex. Iaſo. & Dd. *in l. Si*
5 *plures, §. in arrog. de vulg. & pupil. ſubſt.*

De probationibus fiendis, vel factis, in cauſis matrimonialibus, ſecundum teſtium depoſitiones, qualificationes; & de multis alijs utilibus, vide Geyl. *obſervatio. 94. lib. 2.* Alex. de Imol. *in conſi. 146. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. & 156. volum. 5.* Inveoies valdè bona, præſertim quomodò, & per quæ verba intelligantur contracta ſponſalia, de præſeoti, vel de futuro. ¶ Imò quòd ſola annuli impoſitio, ſi non jocosè facta fuerit, præſertim à ijs concurrentibus conjectu-
6 ris, probet matrimonium.

Sed quòd potiùs seriò eſſe factam impoſitionem præſumatur, tanquàm pro matrimonio, *conſuluit* Decianus *in conſi. 80. vol. 2.* ¶ Sed ſcias, matrimonium, cùm ſit unum de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, debet regi, ſeu regulari non jure Fori, ſed jure Poli: & non ſecundum leges civiles, ſed ſecundum
7 Canones, *ut habetur 2. q. 3. §. hinc colligitur.*

Et, in hoc caſu ſpirituali, poteſt rectè intelligi illud, quod dicitur; leges civiles non dedignantur imitari ſacros Canones. *Ut habetur in c. 1. De novi ope. nunc. in c. pe. & fina. de ſecund. nup.* Hippo. de Marſi. *in repe. l. Unica, C. De raptû virgi. mihi n. 191. & in ſequentibus:* quòd etiam ejus cognitio ſpectet ad Epiſcopum, vel ad ejus vicarium. ¶ Sed an, ex conſuetudine, poſſit ſpectare ad judicem inferiorem, *vide* Corſet. *in ſingul. ſuis, in verbo matrimonium 3. dicit ibi rationes, quarè ad Epiſcopum ejus cognitio pertineat.*

8 Appellantur etiam cauſæ matrimoniales, cauſæ arduæ & graves: adeò, quòd in illis non defertur juramentum, in ſupplementum probationis, & æquiparantur cauſis criminalibus: *Refert* Anton. Blaneus, *in l. fin. ff. De quaſt. num. 120.* Sed tamen, quandò juramentum ſuppletorium, vel aliud juramentum, poſſit deferri in cauſâ matrimoniali, *(Pro matrimonio admittuntur, non contra matrimonium.)* docuit Geyl. *in obſerv. 94. lib. 2. obſervatio. Camer. Imper. & ibi de teſtibus & probationibus, in iſtis cauſis fiendis. Vide, quid ſunt valdè bona* Petr. Heig. *quæſt. 16. lib. 2. ibi tradit.* ſi plus, quàm ſemiplenè, probatum ſit, ut per unum teſtem & famam, deferri poſſe juramentum.

Quatenùs autem in illis cauſis matrimonialibus ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitû & figurâ judicij ſit procedendum, & ut teneat proceſſus, *vide text. gloſ. & Dd. in Clemen. diſpendioſam, de judicijs.* ¶ Et qualitèr, pendente proceſſû, ſequeſtranda ſit puella, *vide* Geyl. *in obſerv. 112. n. 15. lib. 1. & in obſerv. 45. in fin. lib. 2.*

De matrimonijs, metû (*Metus in conſtantiſſimum virum, vel puellam, cadens, impedit matrimonium: tamen fallit in metû reverentiali.*) 9
dolo, (*Dolo inductus ad contrahendum matrimonium, ſi ille non fuerit de ſubſtantialibus matrimonij, non poteſt reſilire,*) vel vi contractis, vide elegantiſſima, apud eundem Geyl. *in obſerva. 93. eodem. lib. 2.* Sed matrimonia debent eſſe liberrima: ideò neq; ſtatuto, neque pacto, neque pœnâ, vel jacturâ ſucceſſionis poſſunt prohiberi: Weſeob. *in conſi. 87. par. 2.*

Et tandèm, an oubeos, contra voluntatem patris, vel teſtatoris præceptum, 10
propterea exhæredari, vel dote privari poſſit, vide & nota quæ conſuluit Decianus. *in conſil. 13. volum. 1.* Ibi bona dixit de conſenſû paterno, in matrimonijs contrahendis: *& nu. 9.* an ſtatutum valeat, ne contrahatur matrimonium ſine patris conſenſû. De probationibus, per conjecturas ſaltèm, matrimonium eſſe contractum, conſuluit aliqua Menoch. *in conſil. 15. volum. 1 num. 11.*

Scite oportet, cauſas matrimoniales, ad Cameram, non pertinere: refert Geyl. *in obſervat. 112. lib. 1. in fine*, ipſum habere in memoriâ, in cauſâ quadam matrimoniali ad Cameram, eſſe appellatum, ſed appellationem non admiſſam fuiſſe.

Matrimonium quomodò probetur, Cavalc *de teſtibus, in indice, v. Matrimonium* ¶ Annulus delatus, eſt ſignum matrimonij contrahendi, Vivius *deciſ. 353. lib. 2.* ¶ Matrimonia libera, nec alienæ voluntati, & arbitrio, ſuppoſita eſſe debent: & ideò legatum relictum alicui, ſi eum licentiâ Modeſti matrimonium contraxerit, debetur, etiamſi ſine conſenſû Modeſti legatarius matrimonium contraxerit: Vivius *deciſ. 480. lib. 3.* ¶ Sedea hujus materiæ, vide in P. Greg. *li. 1. par. Jur. Can. ti 12. fol 81.* ¶ An amatoriæ pollicitationes adoleſcentis, noodùm viginti annos nati nobilis & opuleoti, factæ pauperculæ puellæ, natû grandiori, per fraudem & inſidias matris puellæ, valere, pro juſto matrimonio, debeant. Hoto. *conſi. 108.* ¶ Parentibus & affinibus quaodò fides adhibeatur, ſuper impedimento matrimonij, Menoch. *l. 2. cent. 5. cap. 455.* 11

De Clandeſtinis matrimonijs, & cur illa 12
ſint ſtatutis, etiam ſub pœnâ, prohibita: Et quandò eorum pœnam quis non incurrat, Plot. *§. 7. latiſſ. tr. de in lit. jur.* Soarez *in l. fori, fol. mihi 529.* Et quandò fiſcus agit ad pœnam dicti ſtatuti, quòd non adhibitus fuerit conſenſus expreſſorum in ſtatuto, fiſco hanc negativam probare incumbit: Plot. *d. lo. §. 8.* ¶ Matrimonium non probatur per inſtrumentum

mentum dotale: Vivius *lib. 1. dec. 111.* neque per teſtes de auditu, niſi ſint omni exceptione majores: Vivius *dec. 238. lib. 2.* ¶ Contractus matrimonij probatur libro parochi. Et ſi hic ſit perditus, probatur teſtibus Virg. de Bocat. *de liter. remiſſ. c. 4. num. 5. & 6.*

11

12 De denunciationibus obſervandis in contractu matrimonij: Menoch. *lib. 2. cent. 5. c. 453.* ¶ Matrimonium quandò contractum præſumatur: Menoch. *lib. 3. præſ. 1. latiſſ.* ¶ Matrimonium an præſumatur contractum annuli traditione, vel immiſſione, vel geſtatione: Menoch. *lib. 3. præſcript. 2.* ¶ Matrimonium, vel ſponſalia, quibus verbis contractum præſumatur, *præſcript. 3.* ¶ Matrimonium, metu contractum, quandò præſumatur: & quandò metus præſumatur confirmatus, & quandò purgatus, *præſumpt. 4.* ¶ Quæ qualitates in impetratione diſpenſationis matrimonij debeant exprimi: Menoch. *lib. 2 cent. 3. c. 203.* ¶ Poſſeſſorij cauſa matrimonialis, an coram Laico judice, tractari poſſit, Theſſ. *deciſ. 117.*

13

14 Matrimonium, licèt cauſa favorabilis ſit: *c. fi. de re jud.* Et tamen, ſicut & alijs cauſis favorabilibus, debitores ſumus, nè alijs injuſtitia fiat. *c. Ex tenore, de for. com. c. nup. de donat. inter vir. & uxor.* ¶ Matrimonium quadruplici jure; naturali ſcilicèt Gentium; Divino; & Civili, introductum eſt: Jo. de Plat. *in §. Jus naturale, Inſt. de jur. nat. gent. & civ. vide pulcram gl. in Auth. de Nupt. in verb. amplioribus, c. 1. de vot. lib. 6.* ¶ Immortalitas humano generi, per matrimonium, comparatur: *Tex. eſt in Auth. de Nup. in pr.* ¶ An matrimonium, per quendam virum, inventum, de nocte, in domo cujuſdam mulieris, in lecto cum eo contractum, teneat, *vide* Alex. *conſ. 132. quod eſt ultimum, in 3. vol.* ¶ Matrimonium perfectum, ſed copulâ carnali nondum conſummatum, (ſine quâ firmari nequit,) per ingreſſum religionis, etiã altero conjuge invito, diſſolvitur: ſecùs, ſi copula carnalis ſecuta fuerit: *c. Ex publico De converſ. conjug.*

15 In cauſâ matrimoniali, deficiente omni probatione, à reo juramentum non eſt exigendum: imò ſi mulier probaret intentionem ſuam per unum teſtem idoneum, adhuc non eſt deferendum juramentum, in defectum probationis, quantumcunq; perſona honeſta ſit; Quia agitur, quaſi de ſtatu hominis, cùm per hoc quaſi ſervitus in ipſo conſtituatur: *ita voluit gloſſ. in c. Mulieri, De jurejur. vide* Dec. *in conſ. 133. volu. 1.* Alex. *conſ. 151. colum. 2. vol. 5. Pro hoc ego allego tex. in c. fin. de procur. lib. 6.* & debet præmiſſo caſu reus purè abſolvi: *ita dixit* Abb. *in c. Quod nobis, de cland. deſponſ.* Quod videtur eſſe contra Dd. *in c. continebatur, & in c. Atteſtationes, De ſponſ.* Sed Abb. *in c. Quod nobis reſpondit, quem vide omninò.*

In cauſſâ matrimoniali quomodò diverſimodè judex Eccleſiaſticus, & ſecolaris, de uſuris, cognuſcat, *vide* Bart. *in l. 2. in 3. col. de juriſdict. omnium jud. & clarius in l. Omni novatione. C. De Sacroſanct. Eccleſ. vide ſuprà, in verb. judex.* ¶ Specialia, in matrimonio, ſunt multa; ſeptem hic habes, præter reliqua. ¶ Primum, quòd, in cauſâ matrimoniali, unius Doctoris opinio, pro matrimonio, prævalet communi, contra matrimonium: Hoſtienſ. *in c. Si vir. de cog. Spir.* Fel. *in Rubr. de Sponſ. vide ſuprà in verb. Doctor. & in verb. Opinio.* ¶ Secundum, ſententia lata, in cauſâ matrimoniali, per errorem, non tranſit in rem judicatam, quò minùs, quandocunq; apparuerit, Eccleſiam fuiſſe deceptam, revocari poſſit: *c. fraternitatis, ubi gl. de frig. & malef. in verb. per errorem.* ¶ Tertium, contra matrimonium, non currit præſcriptio: *c. In præſentia, de ſponſal. not. in c. Lator. de re jud. in verb. per errorem.* ¶ Quartum, quòd contra contumacem, ad ſententiam, lite non conteſtatâ, liceat procedere. ¶ Quintum, quòd confeſſio, contra matrimonium, non præjudicat. ¶ Sextum, quòd pater & mater teſtificari poſſunt, tàm in conjungendo, quàm ſeparando. ¶ Septimum, quòd teſtibus non poteſt remitti juramentum: licèt in alijs cauſſis: *De hic eſt gl. in c. 1 ut lite non conteſt. in verb. ſervetur.* ¶ Hic tamen nota, quòd ſpecialia, & privilegia matrimonij, tantùm locum habeant, in caſibus, in jure, expreſſis: in alijs, non expreſſis, ſervatur regula juris communis: Bl. *in l. In fraudem. de teſt. milit.* Dec. *conſ. 225. volum. 2 nu 8.* 16

17 Parentes, & conſanguinei, in cauſâ matrimoniali, teſtes ſunt idonei: *c. Videtur, Ext. Qui matr. accuſ. poſſ.* ¶ Tàm pro matrimonio, quàm contra: *ut ibi, & in gl. in verb. ſervetur, in c. 1. Extr. ut lite non conteſt. vide* Innoc. *in c. conſtitutus. De Teſtib. &* Abb. *in c. Super eo De eo qui cog. conſang. uxor. ſuæ.* Ubi habes, quòd teſtis, in cauſâ matrimoniali, probare debet: *vide de hoc latè infrà in verb Teſtis.*

18 Matrimonium per abſentes, per nuncios, & epiſtolam, contrahi poteſt: *l. Sufficit. & l. fin. ff. De Sponſ. c. Nec illud. 21. q. 5. Tex. eſt in c. ex parte, extra, de converſ. conjug.* ubi eſt caſus ad literam: *tex. eſt etiam in l. Mulierem. ff. De rit. nupt. nota text. in d. c. Ex parte*, quià eſt juris Canonici, quod in matrimonijs plus attenditur. ¶ Sed quid dices, ſi aliquis conſenſum ſuum, de contrahendo, exprimat alicui fœminæ, per literas, & ante receptas literas ab ipsâ fœminâ eum pœniteat, licèt illa conſentiat poſteà, quià requiritur, ut duret voluntas prioris. Nam ibi requiritur mutuus conſenſus, licèt ſecùs in alijs contractibus: Nam licèt revocetur mandatũ, altero ignorante, tamen contractus tenet: *l. Si mandaſſem*

Digitized by Google

ff. Mandat. ità decidit gloſ. notabilis. in d. c. Nec illud 30. q. 5 in verb. uxor, in fin. *Quod nota.* ¶ Et ſic nota ex præmiſſis, quòd, in matrimonio, ſimultaneus & mutuus, eodem tempore, conſenſus requiritur: Secùs eſt in alijs contractibus. ¶ Sic etiam matrimonium per procuratorem contrahi poteſt: *c. fi. Ext. De procur. lib. 6. gl. in l. Nuptias, ff. De R. J.* ¶ Matrimonium in mortis articulo poteſt contrahi: *vide* Alex. *latè in l. Gallus, in princ. ſuprà gl. fin. in 6. col. De lib. & poſthum.* ¶ Matrimonij bona tria, proles: fides: & Sacramentum: *c. Omnem, 27. quaſt. 2. & ſunt verba* Auguſtini.

19 Qualitèr ſolus conſenſus matrimonium conſtituat, *vide gloſ. in c. Sufficiat, 27. q. 2.* Et conſenſus parentum, de honeſtate tantùm requiritur: *d. gl. & c. cum apud. De Sponſ.* Hoc eſt falſum, impium, & contra jura divina & Cæſarea. ¶ In veteri teſtamento licitum fuit contrahere inter conſanguineos: *c. 35. q. 1. ubi pulcra ex Biblijs.* ¶ Srante ſtaturo, quòd ad nuptias non poſſant ultra duodecim invitari, accidit, patrem, & filium, ſimul nuptias celebrare, an poſſint viginti quatuor, an tantùm duodecim invitari, *vide* Bart. *in l. Inficiando, §. infans, in fin. ff De furt.* ubi concludit, quòd tantùm duodecim ratione unionis: ubi dicit, hoc ſtatutum eſſe Piſis: *Multa pulcra in cauſâ matrimoniali, vide per* Alex. *in conſ. 150. in 5. vol. & ſeqq.*

20 Dicens mulieri, tenebo te in uxorem, qoouſq; mihi ponatur terra ſuper oculos: cauſâ decipiendi eam non intelligitur contractum matrimonium, ſi de diſſenſû & dolo appareat: *ità dixit* Alex. *poſt* Hoſtienſ. *in conſ. 152. vol. 5. col. 5. & ſeqq.* ¶ Per illa verba: Promitto, quòd tenebo te, pro legitimâ uxore, contrahitur matrimonium de præſenti: *c. Quemadmodum, ubi* Abb. *not. in 2. not. de jurejur. Alleg. bonum tex. cùm ibi not. in c. Ex parte, extr de Sponſ.* ¶ Verba contractûs matrimonij, habes in *c. Licet Extr. de Sponſ. duc. & in c. pen. de Sponſ. & matr.* ¶ Et de his verbis, per quæ matrimonium, tàm per verba, de præſenti, quàm per verba, de futuro, contrahitur, *vide pulcram gl. in Auth. de nupt. impub. in §. diſponat, in verb. affectus.* ¶ Matrimonium, in ebrietate, contractum an valeat, *vide* Dec. *conſ. 112.* ¶ In valentibus loqui matrimonium tacitè, ſine expreſſione verborum, non contrahitur: *not. in l. Cum notiſſimi, C. De præſcrip. 30. annorum, c. Tua. De Sponſ. Deciſio eſt* Baldi, *in c. 1. §. filia, de ſucceſſ. feud.*

An autem verba, in valentibos loqui, pro validitate actûs requirantur, *vide* Abb. *in c. cùm locum, de Sponſ. &* Jo. de Mont. Ferr. *in l. 1. in princ. 3. col. de verb. obl.* ubi determinat,

Quòd, cùm aliquid eſt de formâ, per æquipollens fieri nequit: *vide ad hoc* Iaſ. *in l. Qui juraſſ. in fin. verb. ff. De jurejur.* 21

Pro matrimonio, quàm diù contrarium non probetur, ſubarrhationi per annolum ſtatur: *gl. in c. Tenor. De re jud. gl. in c. Fratrem. 3. q. 1.* ¶ Hęc verba: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: debent exponi, id eſt, thorum patris, & matris: quià nec cum patre, nec cum matre, debet filius contrahere. Nec debent intelligi ad literam: quià non tenetur quis relinquere cohabitationem patris & matris, propter uxorem ſuam: *ut not.* Innoc. *in c. Debitum, de leg. &* Abb. *in c. Literas, nu. 16. De reſt ſpol. in 3. col. ſuprà gl. in verb. lege divina.* Sed hoc eſt fatuum & temerarium, & dici ei poteſt: Væ vobis, qui adeò miſerè laceratis ſcripturas, circa probationes, in cauſsâ matrimoniali: *vide multa per* Alex. *in conſ. 150. cum quinq; conſ. ſeqq. in 5. vol. incip In cauſſa & lite.* 22

Cum muliere, quæ prohibita erat matrimoniû contrahere, matrimoniû contractum tenet Bar *in §. unum ſiquidem, n. 2. in Aut. de reſti. & ea quæ parit.* ¶ Matrimonia debent eſſe libera, nec poſſunt vinculo pœnæ conſtringi: *l. Titia, in princ. ff. De verb. oblig. l. fi. C. De Sponſ. gl. in l. 2. ff. Eo. Tit. & l. Titio, §. Titio, ff. De cond. & dem.* ¶ Et matrimonium, metû pœnæ, contractum, eſt ipſo jure nullum: *l. Titia, in pr. ff. De v. obl. l. Si mulier, §. ſi dos metû. Quòd met. cauſſ. c. cum locum, de Sponſ.* Iaſ. *in l. Interpoſitas, C. De Tranſact. in 1. not.* Et, in hoc caſû, plus creditur duobus teſtibus, de metû deponentibus, quàm mille, de liberâ voluntate, *ſecundum* Innoc. *in c. Super. De Renunc. vide* Iaſ. *qui allegat deciſionem* Baid. *ubi ſuprà, in d. l. Interpoſitas, in 2. col.* ¶ Hic nota, quòd, quandò mulier prohibetur in teſtamento uni nubere, non dicitur reſtringi libera facultas matrimonij, ex quo poteſt omnibus alijs nubere: *ità probat tex. not. in d. l. Titio centum, §. 1. De cond. & demonſt.* ſic etiam dictum eſt: Si ſtatutum prohibeat matrimonium relinquere uxori, per hoc non reſtringitur libera facultas teſtandi. Ex quo poteſt quemcunq; alium, quem vult, inſtituere, &, cui vult, relinquere: *ut probat tex. in d. l. Titio: vide* Franc. Curt. *conſ. 6. fol. 74. col. 2.*

Quibus conſequens eſt, Quòd, abſq; 23 conſenſû patris, filius matrimonium contrahere poteſt. Nec valet ſtatutum in contrarium, vel quòd imponit pœnam filiæ contrahenti, ſine conſenſû patris: nec propter hoc exhæredari, vel alimentis privari poteſt: *vide* Dec. *conſ. 231. vol. 2. viſo caſu, &* Alex. *in conſ. 18. vol. 6. col. 3. n. 4.*

Et ille patris conſenſus, in contrahendo 24 non requiritur, de neceſſitate, ſed ſolùm de honeſtate: unde ſi filia, ſine patris voluntate, nup-

te, nupſerit, pater eam dotare cogitur: *vide* Bart. *in l. Obligamur. ff. De act. & oblig. & ibi Apoſt.* Paul. de Caſtr. *in l. Si ſocer. ff. Solut. matr.* Abb. *in conſ. 12. volum. 1. ubi plenè de hoc.* Vide etiam pulcrè, & latè, Dn. Philipp. Dec. *in d. conſ. 231. vol. 2. per totum.* Ubi etiam tractat, quid juris, ſi filia, contra voluntatem patris, nubat? Sed tu dic: quòd imò conſenſus patris, de neceſſitate, ad matrimonium contrahendum, requiritur, tàm de jure divino, juxta illud; Honora patrem, & matrem: quàm de jure Cæſareo, *Inſt. de Nupt. in princ. l. unic. C. De rapt. virg.* Ergò homines hoc tollere nequeont: quià jura naturalia, quale eſt divinum, immutabilia ſunt: § *fin. Inſt. De jur. nat. gent. & civ.* ¶ An, ſi ego promitto tibi pecuniam, ſi Bertam non duxero, valeat promiſſio ità, quòd ſi alteram duxero, habeas contra me actionem? dic, quòd non: *ut l. Titia, & l. Titio, §. 1. ff. De cond. & dem. vide plenè hanc materiam per* Bart. & Paul. *in d. l. Titia, & per* Abb. *in c. Gemma, ubi plenè examinat de Sponſalibus, in 3. col.* ubi diſtinguit: quòd aut pœna eſt appoſita per contrahentes, aut per parentes contrahentium, aut per extraneos.

25 Undè, ſi extraneus promitteret mihi pecuniam, ſi Bertam non duxero, valet promiſſio pecuniæ: *l. Cum tale. ff. De condit. & demonſt. & l. Cum ità, Eod. tit. Ità videtur eſſe deciſio* Paul. *in d. l. Titia, &* Abb. *in d. l. Gemma, quos vide, & pondera.* Quià, hoc caſû, ego invitor ad nuptias quaſcunq; alias, quàm cum Berta, ſpe præmij: quod licet: *l. Titio, §. 1. de cond. & dem.* Bart. *in d. l. Titia, in 3. opp.* ¶ Itèm, non metû pœnæ, ego invitor ad matrimonium: quià mihi eſt liberum contrahere cum Bertâ, vel cum aliâ, nec ullam pœnam timere habeo: ſecùs eſſet, ſi ego promitterem tibi pecuniam, ſi Bertam duxero, ubi non duxero, quià non valet: *ut per* Dd. *ubi ſuprà* ¶ Et ergo, præmiſſo caſû, quià libertas matrimonij non tollitur, valet illa promiſſio.

26 Nec obſtat, quòd, ſpe pecuniæ conſequendæ abs te, non contraherem cum Bertâ, quià, per hoc, non tollitur libertas matrimonij: *quæ conſideratur in d. l. Titia & c. Gemma.* Quià adhuc liberum eſt mihi cum eâ contrahere, ſi volo, abſq; metû alicujus pœnæ. Imò licet ſpe præmij invitari ad nuptias: *d. l. Titio, §. 1. De cond. & demonſt. ità etiam dixit* Hoſtienſ. & Abb. *in d. c. Gemma, in 2. col.* ¶ Quòd, propter lucrum, poteſt induci quis ad matrimonium contrahendum, *vide etiam* Bart. *in. l. Cum donationis, in fin. C. De Tranſact.* ¶ Hinc eſt, quòd legatum, mulieri factum, ſub conditione, ſi non nupſerit, purum eſt, & conditio rejicitur: ità, quòd ſivè nupſerit, ſivè non, legatum habebit: *vide ſuprà, in verb. Legatum.* ¶ In volentibus loqui, in matrimonio contrahēdo, verba neceſſariò requiruntur: *ut ſuprà, eod. per c. Tuæ. ubi gloſſ. & Can. de Sponſ. gl. in l. Cum notiſſimi, C. De præſcrip. 30. ann.*

Hoc limita notabilitèr, quòd verba requiruntur de neceſſitate, ſolùm ex parte unius. Nam ex parte unius ſufficiunt verba, ex parte alterius ſignum. Undè ſi maſculus expreſſè conſentiret, dicens: Accipio te in meam uxorem: ſi mulier annuat capite, eſt contractum matrimonium: vel ſi porrigat manum, & patiatur ſe ſubarrhari per impoſitionem annuli: gl. eſt *not. in c. Si inter virum, in gl. 1. in fin. De Sponſ.* quam ibi not. multùm Abb. & dicit, per eam fuiſſe bis judicatum in contingentiâ facti. Quòd ſi mulier non proferat illa verba, prout facit maritus, dummodò alteri conſentiat, ex ſolis ſignis, valet matrimonium: *ità refert* Dn. Jaſ. *in l. Si ſtipuler. §. fin. ff. De verb. oblig.* ubi etiam hoc optimè probatur. ¶ Matrimonium ſic honeſtum eſt, ut humano generi videatur immortalitatem artificiosè introducere: *in Auth. de nupt. in princ. col. 4.* ¶ De clandeſtino matrimonio an valeat, & an filij, ex eo nati, ſint verè filij: an filij nati, ante matrimonium, ex concubinâ, per conſequens matrimonium efficiantur verè legitimi, ità quòd ſint capaces hæreditatis, & feudi paterni, *vide* Hier. Schurff. *conſ. 1. latè.* 27

Filia, cui pinguius legatum, ſeu dos, relata fuerit, in caſum matrimonij, quam in caſum ſpiritualis conjugij, an, ſi contra teſtatoris voluntatem, monaſterium ingreſſa fuerit, quòd cauſa matrimonij relictum fuerit, conſequi poſſit? N. propter favorem ultimæ voluntatis: Caſp. Anton. Teſaur. *Quæſt. forenſ. 60. ubi communem aſſerit* Johan. Vand. *lib. 2. var. quæſtion. qu. 6.* Gualdenſis *cautel. 64. titu de legat.* Johan. Gutierez *canonic. quæſt. c. 32.* Mantic. *de conject. ultimar. voluntat. lib. 11. titu. 18.* Ozaſcus *deciſ. 128.*

Quandò agitur de probando Matrimonio ſecundo, contra primum, liquida probatio requiritur Gomez. Leon. *deciſ. 1. in deciſ. diverſor. tomo 2.* ¶ Dos, & cætera omnia, amittuntur, & fiſco applicantur, ubi prohibitum matrimonium ſcientèr contrahitur: Vincent. de Franch. *deciſ. 52. nu. 10.* 28

Mulierem vilem, & vitæ turpitudine infamem, corpusquè ſuum turpiter proſtituentem, ducere in uxorem, inter opera charitatis reputatur: Ozaſcus *deciſ. 154. nu. 7.* ¶ Fama impedimenti, quæ extabat tempore contractûs matrimonij, attenditur, ut proles dicatur legitima Jaco. Puteus *dec. 77. li. 3.* Diſpenſatio præſumitur inter conjuges, qui in gradû prohibito contraxerunt, ſi per decē annos, & ultra, in matrimonio vixerunt, & mortui ſunt. Paulus Æmil *dec. 269. p. 1.* 29

31 Filij, nati ex matrimonio putativo, reputantur legitimi, & faciunt deficere fideicommiſſum; Nam juris effectum, & ſuccedendi facultatem conſequitur filius, etiam ex putativo matrimonio editus (ut, quandò eſt contractum matrimonium inter affines ignorantes:) & fideicommiſſariam ſubſtitutionem excludit, ac ſi ex vero & legitimo matrimonio natus eſſet: ſecùs, quandò uterque conjugum ſciebat matrimonij impedimentum: Decius *conſil. 153. 154.* Rota Avenionenſ. *decіſ. 70.*

32 Licèt quis, metû pœnæ, non poſſit cogi, ad matrimonium contrahendum: poteſt tamen invitari, ſpe lucri, §. *incertis Inſtitu. de legat.* Nam licèt matrimonium debeat eſſe liberum, ratione pœnæ, non eſt tamen liberum, ab amiſſione Lucri: Capella Toloſanut. *quæſt. 92.* Afflict. *deciſ. 350.*

33 Conditio, quæ inducit viduitatem, in omne tempus, reſpectû omnis perſonæ, & omnis loci, ſpernitur: ſecùs, ſi inducit tantùm viduitatem, reſpectû certæ perſonæ, vel loci, temporis: *l. 16. §. fin. cum ſeq. De condition. & demonſtrat.*

34 Conditio, ſi nupſerit, debet impleri infra terminum, poſt pubertatem: Bartol *in l. 2. §. ad filiorum. C. Quandò & quibus quarta pars. lib. 10.* ¶ Ad probandum matrimonium, metû fuiſſe contractû, ſufficit unus teſtis: & creditur magis illi ſoli, quàm pluribus, deponentibus de voluntate: Guid. Papæ *ſing. 969.*

35 Licèt raptor, de Jure Canonico, poſſit ducere in uxorem raptam: tamen, ob id, non evitat confiſcationem bonorum, ratione raptûs Franc. Marc. *quæſt. 2.* ¶ Is, qui juravit, cum muliere contrahere matrimonium, propter ſupervenientem fornicationē, vel deformitatem, eam repellere poteſt: propter præcedentem, non ità: *c. 25. Extr. de jurejurando.* Multa enim impediunt matrimonium contrahendum: quæ non dirimunt jam contractum.

36 Inter Chriſtianos & Judæos matrimonium eſſe nequit: Azo *in L. Adverſus 4. C. De crim. expil. hæreditat.* ¶ Clericus ſtatim, quòd contrahit matrimonium, perdit beneficium: Paul. Fuſc. *in ſingu. in verbo: clericus. Lit. C. n. 94.*

37 Matrimonium contrahens, cum conſanguineâ, punitur, quamvis nulliter contrahat, aut copula non ſecuta ſit: Stephanus Grati. *diſceptation. forenſ. 36. n. 61.* Mont. *dec. 46. num. 46.*

38 Valet legatum, quòd quis non nubat tali, cum non impediat libertatem matrimonij quoad alios: *l. Hoc modo. ff. De condition. & demonſtration.* Dummodò poſſit alteri commodè nubere; Nam libertas matrimonij, licèt non poſſit impediri, in totum: tamen poteſt modificari, ratione locorum, perſonarum, temporis, ità ut iſta diſpoſitio modificativa perſonarum ſit verificanda: tàm in primâ vice, quàm ſecundâ: ut in illâ conditione, quòd non nubat, niſi mercatoribus. Nam mortuo primo viro mercatore, etiam talis debet eſſe ſecundus: quicquid aliàs actus, benè perfectus, ſufficiat verificari in primo: Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. 5. num. 10.* Joh. Petr. Surdus *deciſ. 30. n. 27.* Coſtalius *in l. cum tale. §. ſi arbitratu. lim. 5. fol. 240. ff. De condition. & demonſtrat.* Mutius *ſuper conſuetud. panorm. c. 47. n. 96.* Aim. *conſ. 10. n. 6.* Jaſon. *in l. ſi ſic ſtipulatus 2. n. 4. ff. De verb. obligation.*

Ex amore ſolo, non probatur matrimonium: neque indè ad matrimonium validè argumentamur. Petr. Heig. *qu. 16. n. 29.* Maſcard. *de probation. lib. 2. concl. 1032. nu. 5.* 39

Favorabile non minùs, contra legem Dei contractum matrimonium, diſſolvere, quàm legitimè contractum conſervare: Petr. Heig. *quæſt. 16. nu. 40. lib. 2.* ¶ Præſumptio illa, quæ, pro matrimonio, capienda vulgò dicitur, non procedit, quandò matrimonium tantùm eſt ſemiplenè probatum, aut clandeſtinè contractum, vel perſonarum intercedit inæqualitas: Joſeph. Maſcard. *lib. 2. de probation. concl. 1026. nu. 4.* 40

In cauſſis matrimonialibus, an tranſigere liceat? Reſp. Aff. ſi modò dubitetur, & incertum ſit, an matrimonium ſit contractum, vel non: Secùs, ſi conſtat de perfectione matrimonij: Petrus Heig. *qu. 16. lib. 2. per totum* Thom. Triviſan. *lib. 1. deciſ. 28.* Camill. Borell. *de compromiſſ. § 2 gl. 1. nu. 95.* Covarruv. *de ſponſal. par. 2. c. 8. §. 12. nu. 2.* Nicol. Mozz. *de matr. titu. de natural. matrimo. n. 20. 21.* Joach. Beuſt. *de ſponſal. cap. 29.* Ludovic. Roman. *ſing. 614.* 41

An conſenſus parentum, etiam de jure canonico, ſit neceſſarius in nuptijs? Aff. *p. c. Aliter 30. qu. 5. per c. honorantur. qu. 5. c. ſi ſervum 31 qu. 2.* Franc. Duaren. *ad titu ff De ſol. matr.* Coraſius *lib. 1. miſcellan. c. 13.* Borch *C. de grad.* Bronchorſt. *centu. 3. aſſert. 1.* Hugo Donel. *lib. 13. comm. c. 20.* Herman. Vultejus *in inſtitu. de nupt. n. 16. vide diſſent.* Anton. Contium *lib. 1. ſuccisivar. lection. c. 4.* Anton. Guibert. *lib. 1. quæſt. memorab. c. 12.* 42

An matris conſenſus ſit, de neceſſitate? In nuptijs filiæ, patre defuncto, neceſſariò requiritur: *l. 1. & l. 20. C. de nuptijs.* Franc. Hottoman. *illuſtr. quæſt. 9.* Jacob. Cujacius *lib. 3. obſervat. 5.* Donellus *lib. 13. commentar. c. 20. pag. 206.* Borcholt. *de gradibus.* Bronch. *2 miſcell. aſſert. 10.* Alb. Gent. *cap. ult. lib. 4. de nupt.* 43

Utrùm is, qui vitiatam ab alio, ignorantèr duxit, eam retinere debeat? vide ſupra *titu. de divortijs.* ubi hæc quæſtio explana- 44

planatur: Negat.opin.tuentur.Nicol.Reuſn. *lib.1. conſultat.quæſt.5.n.78.* Wilhelmus Zepperus *de leg forenſ. Moſaicis lib. 4. c. 20.* Chriſtoph. Sturtius *ad l.30 ff. De R.J.* Theod. Beza *de divortijs p.228.* Beuſt. *de matrimon.p.2.quæſt. 34.* Alber. Gentil. *6. de nupt. 13.* vide diſſent. Kling. *decis. matrimon. p. 14.* Covarr. *in epito. par.2.c.3.§.7.* Weſenb. *in parati de ritu nupt.* Bronch. *centur.2. aſſer. 17.* Hartman. Hartman. *lib.1. obſ. de matrimon.c.3.* Gomez.Leon. *decis. 47.in decis. Diverſ. tom. 2.*

45 Etſi ſtrictâ ratione juris, matrimonium, ſine conſensû parentum, ſit nullum: ob utilitatem tamen publicam, æquiùs & ſatiùs eſt, ne, ſecutâ carnali copulà, reſcindatur *l. 1. inf de lib. exhib.* Petrus Heig. *inſt. de nupt.n.28.* Coraſ. *lib.1.miſcell.c.17.n.6.* Schneidevin. *inſtit. de nupt. par.2. n. 26.* Weſenb. *in paratit. de ritu nupt. numer. 8.* Beza *de divortiis.*

46 An aliquis, relictam viduam fratris defunctæ ſuæ uxoris, in conjugem ducere poſſit? Aff. Didac.Covarru. *de matrimon. c. 6. part.2.n.7.* Beuſt. *in ſecundâ parte de matr. cap.55* Weſenb. *in par. De grad.n. 17.* Schneid. *in rubr. arbor affinitat.n.13. diſſent.* Lamb. Daneus *lib. 2. Eth. Chriſt.c.4.* Alb.Gent. *lib. 5. de nupt.c.9.*

47 Computatio graduum canonica, non eſt catholica, neq; orthodoxa, maximè in collateralibus; ut elegantèr demonſtrat, Theo. Beza *de divortijs pag.13.* Nam Canoniſtæ tantùm introduxerunt illam computationem, ut diſputando pecuniâ emungerent: Lamb. Daneus *lib. 2. Chriſt. Ethic.c.14.* Hieronymus Zanch. *de matrimon.* Franc. Hottoman. *de caſtis inceſtis nupt. p. 1. c. 13.* Nicol. Reuſner. *in meth.nupt.th. 216.*

48 An filia, citra conſenſum patris, ſponſalia contrahens, & ex domo patris profugiens, officio judicis ſequeſtrari, aut patri reſtitui debeat, nec ne? vide Reuſner. *lib.1. decis.3.*

Metus reverentialis non obſtat matrimonio, niſi forſitàn metus facti interveniat: ut, ſi pater verberibus filium, coegiſſet: Sarmientus *2. ſelectar. interpretat. c. 11.* Menoch. *de arbitr. cent.2.caſu 135.* Beuſt. *2.par. matri.c.44.* Gail. *2.obſervat.93.* Fach. *3.contro. 40.* Wormbſer. *1.obſer.Tit. 36.*

49 Mulier, ſecundum matrimonium contrahens, honeſtè vivere, voluntatemq; viri ſervare cenſetur, qui in teſtamento dixit, lego uxori meæ, ſi caſtè vixerit: ideò, ob id, non amittit legatum: Hyppol. *ſingula. 177.* vide tamen Johan. de Anone *ſingul. 3.* ubi contrar. tenet, & Bart. *in l. 3. §. Sed quid ſi C. De ind. vidu tollend.*

Unus teſtis, de morte prioris mariti, ſufficit, ut ſecundo mulier poſſit nubere: Et dux belli paritèr ſufficit: & tùnc, concurrente ſaltèm famâ, excuſatur mulier, quæ ſecundo nupſit, licèt poſteà revertatur maritus: Gomez. Leon. *decis. 62. in decis. diverſor.* Roland. à Valle *conſ.93.vol.3.* Narta *conſ.146.tom. 1.conſ.308.* 50

Inter matrimonium verum, & putativum, cùm ſint multæ differentiæ: Si enunciatur matrimonium ſimplicitèr, non ſufficit figura matrimonij: Quià non ſemper eundem effectum operatur: ſecùs, ſi matrimonium enunciatur, ad unum effectum, qui ex utroq; pariformitèr reſultat: tùnc enim matrimonij figura ſufficit. Undè filius natus ex matrimonio putativo, legitimus dicitur, etiamſi unus parentum ignoraverit impedimentum tantum, ut ſubſtitutû exludat, cum teſtator dixerit, & ſi hæres meus deceſſerit, ſine filijs, ex legitimo matrimonio natis, ſubſtituo Cajum: & privilegia, in putativo matrimonio, etiam mulieribus dantur, latè Johan.Caſtil. *c.11. controverſiar. juris per totum.* Tellus Ferdinand. *in l.6. Tauri nu. 8. & ibi* Cerbantes *num.9 &* Avendanus *gl. 1.n.6. & ſeq.* 51

MEDICUS.

Medici ab honoribus excuſati ſunt: Weſenb. *de Vacat. & Excuſat. muner. nu. 4.* Schurff. *conſ.44. cent.1.* ¶ Inter Medici officia olim erat, & ſecandi, & caſtrandi peritia: *l.4. in fine. ad l. Cornel. de ſica. l. 9. in fin. ad L. Aquil. Paul. 5 ſent. 22.§.3. in fin.* ut & venas incidendi: Quod & Galenus ſe feciſſe ſcribit. 1

Quandò homo vulneratus eſt mortuus, tùm judex debet adhibere medicos, & chirurgos, pro contemplatione, & inſpectione, vulnerum, & illos conſulere, qui, conſideratâ qualitate vulnerum, ſecundum artem ſuam exponant, & referant: an, & quæ vulnera, ſint mortalia, nec ne; & an ex iſtis vulneribus mortalibus ſit mortuus. Et omnia ſcribantur & notentur: *l. fina. & l. Si ſemel. §. cauſa. C. De re milit. lib. 12. l. 1. § 2. l. 3. ff. De ven. inſpic. l. Cum ita, ff. De verbor. obliga.* Geyl. *in obſerva 111. lib. 2.* Blancus, *in repe. l. fin. ff. De quaſt. mihi num. 20. verſi: & ideò.* Et iſte Blancus iſtam practicam, circa inſpectionem vulnerum, exiſtimat meliorem: Cùm mediens magis cognoſcat mortalia, à non mortalibus, & peritis, in arte ſuâ, eùm ſit credendum: *l. 1. ff. De ventre inſpicien. & ibi* Barto *c. Propoſuiſti. De probatio. & ibi alij* Dd. & iſta relatio medici multù facit ad cogni- 2

 tionem

tionem cauſæ, in judicando, an quis teneatur de occiſo, & quis, maximè quo genere armorum: *l. fin. ff. Ad L. Cor. de Sica.*

3 Statur etiam judicio medicorum in caſu, quandò vulneratus, ex intervallo, eſt mortuus, an vulnera à principio fuerint lethalia, & an ex illis ſit mortuus: Barto. *in tractatû ſuo, de percuſſionibus*, Angelus *in tract. de maleſ. verſ. & ex intervallo dictus Titius, & de hac practicâ habe in addi. latinâ, lit. e ad Art. 68. lib. 1.* Landrecht. ¶ Conſuetudo obſervat, das man ſie auch ſonderlichen darzu vorendet: vnd ſeind gemeiniglichen die Gerichte / als Richter vnd Schöppen mit eim Notario, oder mehrern / darbey: Notarius notat, & recipit relationes.

4 Sic etiam per medicos de cicatricis menſurâ poteſt judicari: Angel. *in d. Tract. de maleſi. in verſ. cicatrix & ſignum.* ¶ Sed an medicus ad judicis arbitrium, vel ad electionem conſanguineorum mortui, adhibeatur, (*Si conſanguinei defuncti, & occiſoris, inter ſe, diffideant, judex medicũ eliget.*) *docet* Ang. *in d. tract. verſi. & ex intervallo, num 4.* tamen requiritur diligens apud judicem inquiſitio: alias enim ejus relatio non valet: *notat* Ant. Corſ. *in ſing. ſuis, in verb. medicus.* ¶ In Medico morũ probitas, & artis peritia, requiritur: *l. 1. ff. De decr. ab ord. fac.*

5 Sed debet circa curationem, vel inſpectionem vulnerum, judex adhibere & credere ſaltèm medicis, qui ſunt periti totius artis, & ſcientiæ medicinæ: Et non ſufficit, quòd ſint ſaltèm Chirurgici: Ang. Areti. *in proæmio Inſtit. §. cum; g, hoc, nu. 1.* ¶ Et quandò plures medici, & periti, in arte medicâ, non poſſunt haberi, ſtatur judicio, & dicto Unius: Hippo. de Marſi. *in repe. l. Si in rixâ n. 67. ff. Ad L. Cor. de Sica.*

6 Et quòd medicis deponentibus, vulnus non fuiſſe mortale, magis credatur, quàm alijs teſtibus, contrarium aſſerentibus, dixit Anto. Corſe. *in ſing. ſuis, in verbo, teſtibus 9. n. 3.* & pulcherrima in iſtis, ubi cadit materia vulnerum & medicorum, docuit Geyl. *in obſerva. 111. lib. 2. obſerv. Cam. Impe.* & ibi in fine dicit, quomodò medicus ſe tutum faciat, etiam in foro conſcientiæ, quòd ſuâ culpâ infirmus vel vulneratus, non ſit mortuus. (*Si limites ſuæ profeſſionis non excedat: Si in arte ſuâ peritus ſit, ſi diligens circa curam infirmi: Et denique, ſi ægrotum de his, quæ contraria valetudini ſunt, edoceat.*)

Sed medico debetur ſuum ſalarium, etiam ab illo, quem invitum curavit: Ludov. Roma. *in ſing. ſuo 124. incip. Tu habes. per gloſ. ſingularem, in c. Providendum, Diſtinctio. 83.* Plura de medicis invenies, *in tract. de peſte, in fine,* Franciſ. Ripæ.

7 Medici non reſuſcitant mortuos, ſed ægris adſunt, quàm diù res eſt dubia: Ubi res patientis omninò abjectas vident, ſeſe ſubducunt: Sic jus non reſuſcitat lites mortuas, ſed cauſis tantiſper adeſt, donec dubiæ ſunt: Ubi autem cauſa eſt deſperata, advocatum cauſam deſerere jubet. *l. Rem novam, C. De Judic.* Dauth. *de teſtam. fol. mihi 139. in addit. marginali.* Hier. Laurent. *deciſ. 21. ſub n. 2. gloſ. l. 1. §. Divus, de var. & extraord. cognit.* ¶ Medici induſtrij, qui? Hiar. Laur. *d. lo. n. 4. & 5.* ¶ Venditio ab infirmo facta medico, ſi læſio intervenerit, reſcinditur: Imò in totum non valet: Fachin. *lib. 2. controv. jur. c. 25. plura in hanc ſententiam, vide in vincent.* Carrarij *in tr. de Medico.*

Ad Medicos interdùm in jura confugimus: *vide* Bart. *in l. Contumacia, §. fi. ff. De re judic.* ¶ Medicorum appellatione veniunt obſtetrices, & qui certam tantùm partem corporis curare ſolent, ut, dolores dentium; auricularum: *l. 1. poſt princip. & ibi* Bart. *ff. De var. & extraord. cog. pulcrè* Alex. *in conſ. 15. prope fin. vol. 1. nec requiritur, quod ſit doctoratus, ut* Alex. *ibi probat.* ¶ Medici dicuntur circuitores, q. circumeuntes, ſanantes ægros: *l. Qui duas, §. gratia, de execut. tut.* Dicuntur etiam parabolani: *ut in dict. gloſ. l. Qui duas,* itèm dicuntur Archiatri: *l. fi. §. qui militibus, C. De inoff. teſtam.* ¶ Medicus adhibitus ægro, inprimis ægrotum ad confeſſionem debet inducere, & proviſionem Spiritualium: *c. Cum infirmitas. De pænit. & remiſ.* ¶ Medici inſcientia non imputatur percuſſori: *l. Si ex plagis, ff. Ad L. Aquil.* ¶ Medicus imperitè ſanans, teneatur, vel ex locato, vel L. Aquilia: *l. Quâ actione, §. fin. ff. Ad L. Aq. & ll. ſeqq.* 8

Inter medicum, & infirmum, non poteſt dici Locatio: nec inter clientulum, & advocatum: nec Doctorem, & Scholarem: Bart. *in l. 1. ff. Si menſ. falſ. mod. dix.* Sed contra hoc mihi videtur tex. *in l. Quâ actione. in fin. ff. Ad L. Aq.* ¶ Medico eventus mortalitatis imputari non debet: *l. Illicitas. §. ſicut medico, ff. De off. præſid.* Sed imperitia. ¶ Medicus non debet eſſe illiteratus: *gl. in Auth. de jud. in verb. qui ex ſe.* ¶ Medicus habere debet pecuniam ex publico: *l. Archiatri, C. De profeſſ. lib. 10.* ¶ Quod medicamenta morbis, hoc jura exhibent negotijs: *in Auth. hac conſtitutio, Imo. Conſt.* ¶ Morbis novis, nova antidota, convenit præparari: *c. Ceterum, De juram. calum.* ¶ Medici ſervi eſſe poſſunt: *vide* Jaſon. *in l. 1. ff. Quòd quiſq. juris* ¶ Medicus, qui podagram curavit, quæ demùm reverſa eſt, an debeat habere ſalarium *vide* Bar. *in l. Maritus ff. Locat. & cond.* ¶ Medicus mortale vulnus ſanare non poteſt: patronus verò peſſimam cauſſam poteſt facere videri bonam: *gloſ. in l. Quod ſi nolit,* 9

volit, §. ſi mancipium, in verb. medicum, ff. de Æd. Edict.

10 Medicus, ratione ſalarij, omnibus creditoribus præfertur: Petr. Heig. *qu. 28. lib. 2. in fi.* Arnoldus Terron. *in conſuetud. Burdegal. lib. 1. titu. 4. de dote. §. 3.* Garſias *de expenſ. c. 8. n. 23.* Franc. Mantic. *de conjectur. ultim. volunta. lib. 12. c. 10. n. 3.* Natta *conſ. 448. nu. 14.*

Donatio, facta medico, ab infirmo ſtatim, per ſuam reconvaleſcentiam, revocatur: Paul. Fuſc. *in ſingulari. Donatio. num. 121.* ¶ Medica ars imperatoribus imperat: Plinius *lib. 24. c. 1.* undè Caſsiodorus *lib. 6. c. 19.* Theodoricum regem, archiatro ſuo, ità ſcribentem, introducit: Fas eſt tibi, Nos fatigare jejunijs: fas eſt contra noſtrum deſiderium ſentire: talem tibi deniquè licentiam noſtri eſſe cognoſcis; qualem Nos habere non probamur in cæteros: *vide* Comineum *lib. 10. de R. geſt. Ludov.* qui medico ſuo dedit ſtipendium menſtruum, decem aureorum millia: ut intra quintum menſem ille acciperet 54. millia, præter Epiſcoparum Ambianenſem, ejus nepoti, & munera publica eius propinquis, & amicis, donata: Philip. Camerar. *Meditation. Hiſtoriar. lib. 1. c. 4.* Fœminæ, à Medicinâ, arcendæ ſunt; Petr. Heig. *quæſt. 26. lib. 2.* Jul. Clar. *in pract. crim. §. homicidium. num. 17.*

11 An Medicus imperitus, & negligens, morte puniri poſsit? Neg. ſed extraordinariâ pœnâ punitur: Petrus Heig. *qu. 28. lib. 2.* Vincent. Carocius *in tracta. locati. p. 4. De culpa quæſt 3 n. 9.* Placa *in epitom. delictis c. 26. n 7.* Tiraquell. *de nobilitate. c. 31. n 56.* Coraſius *2. miſcell. c. 2. n. 116.* Franc Ripa *de peſte titu. de remed. contra peſtem n. 66.* A Carolo V. inter caſus arbitrarios ponitur *in conſtit. criminal. cap. 134.*

12 Medicorum inſcitia, quandò ab alijs peritis exploratur, non requiritur, ut periti ſint jurati: quià cum gradum doctoratûs aſſumpſerunt, jurarunt: Petr Heig. *quæſt. 28. num. 65.* Fulvius Pacian. *de probation. lib. 1. c. 47. nu. 21.* Rutger. Ruland. *de commiſſa lib. 4. c. 10. n. 1.* de dubiâ tamen qualitate vulneris jurati deponere debent: Johan, Garſias *de expenſ. c. 24. nu. 18.* Maſcard. *de probation. lib. 2. concl. 653. nu. 13.* Ordinatio Cameralis *p. 1. c. 85.*

MEDIUM.

1 MEdium tenendum: *l. Nec ſupina, ubi gl. not. ff. De jur. & fact. ign. pro hoc adduco tex. in l. Qui lancem, ff De aur. & arg. leg.* ¶ Media ſententia, & via, eligenda eſt: *ità facit JCtus in l. Adeò, §. cùm quis, ff. De acq. rer. dom. & Imperator, in §. cùm ex alienâ materiâ. Inſt. de rer. diviſ. & Inſt. per quas perſ. nob. acq. ibi, & hoc ità, & §. ideoq; ſancimus, eo. tit. & in l. fin. C. De contrah. empt. l. Sciendum, ff. De æd. edict. Inſtit. de ingen. §. 1. in fin. vide optimè.* Caval. *in tract. de Tranſact. q. 12. col. 3. ubi pulcrè loquitur* Et quandò media via eſt eligenda, & quandò non, *vide gloſſ. in §. fina. Inſtitut. quibus ex cauſ. manumit. non licet.*

Et quòd media via, & modus, ſit eligendus, *textus eſt in l. Continuus, §. itèm qui inſulam, ff. De verb. oblig. l. Si quid venditor, & l ſeq. ff. De Ædil. Edict. vide in verb. Doctor, ubi pulcra, &* Curt. *conſ. 10. fol. 81. col. 4.* Hinc dicit gl. Diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas: *gl. in l. Apud antiquos, C. De furt.* 2

Hinc dicimus, quòd meliùs eſt, cauſſas, per medium, dirimere: *l. Filio, ff. Ut legat. nom. cav.* Et hoc ſolent facere ruſtici, partes concordando. Quòd repræhenditur per gloſſ. *in l. Neſcimus. ff. De negot. geſt.* ¶ Tamen ſi controverſia eſt dura, & rigoroſa, idem nos facere debemus, & hoc ſuadet Imperator *in l. Congruentius, C. de patr. poteſt. vide* Dec. *conſ. 232. vol. 2. de quo vide ſuprà, in verb. Doctor, nec non & in verbo: Cauſſa, & in verb. Ruſtici.* ¶ Media præſumuntur, probatis extremis: *pulcrè* Fel. *in c. Sunt in 12, col. num 26.* ¶ Ad præmiſſa, quòd media via ſit amplectenda, *eſt optimus tex. in l. Solet. ff. De off. proconſ. quem ad hoc ibidem,* Zaſ. *in paratit. ff. not.* ubi dicit: Mediocritatis optimum eſſe temperamentum: proconſul enim Xenia, id eſt, munera hoſpitalia, nec ab omnibus, nec à nemine recipiet: Quòd hoc inhumanum, illud viliſſimum ſit: ſed intra modum ſe continebit. Ubi addit hoc eſſe, quòd apud Aulum Gellium dicitur: dimidium plus eſſe toto. 3

MELIORATIO.

DAs SachſenRecht ſagt/ *in Art. 53. li. 2.* LandRecht: Was ein Mann bawet auff frembdem Gute / da er Zinſe von gibt daß mag er wol wieder abbrechen. ob er von dannen zeucht/ vnd ſeine Erben nach ſeinem Tode/ mögen es auch thun: ohne das Thor/ vnd ohne den Zaun/ fornen vnd hinden/ vnd das Hauß/ ob er das gebawet hette, vnd den Miſt/ dann diß ſol der Herre löſen/ nach der gebawten Röhr: thut er das nicht/ dieſer mag wol eines mit dem andern weg führen. 1

Loquitur autem textus de bonæ fidei poſſeſſore, & de melioratione neceſſariâ, non voluptuosâ: & ſic concordat jus civile *in l. Domum, C. De rei vendi. & §. certè illud, Inſtitut. de rerum diviſ. l. Pro voluntarijs, ff. De impen. in rebus dotal. fact. facit ad hac text. in l. Si ſervos, ff. De pignor. actio.* Menochius *conſ. 64. volum. 1. nu. 31.* 2

Sed

3 Sed nota, ex textû juris Saxonici, quòd interdùm melioranſ teneatur accipere æſtimationem rei, quam ſine magno incommodo, & deformatione non poteſt tollere. ¶ Et attenditur tempus reſtitutionis fiendæ, quatenùs tùnc temporis meliorationes ex valere reperiuntur: *l. Domos. ff. De lega. 1.* Rolan. à Valle, *in conſ. 30. n. 6. lib. 1.*

4 Nota melioranſ rem emptam, ſed alij obligatam, ſi evincatur, liberatur præſtando primam æſtimationem: Corſ. *in ſing. ſuis, in verbo. Melioratio.* Sed an indiſtinctè procedat, remittit ad Bart. *in l. In his, quæ, C. De præd. & om. rebus navi. lib. 11.* ¶ Ob die nützliche Beſſerung vnd Gebewe / ſo in Lehngütern geſchehen / mit dem Grunde / dem Lehns Volger / zukommen vnd bleiben / Vide Weſen. §. *Actionum, de actio. ex conducto, in fin. Inſtitut. de Actio.* deciſum eſt, quòd ſic, ſecundum jus Saxonicum, *in Conſtit. Electo. Saxo. Artic 32. par. 3.*

5 Melioramenta, in rem obligatam, facta, quatenùs creditoribus æquè, atq; principali, ſint obligata, *(Si nimirùm ab ipſo debitore facta ſunt: ſecùs, ſi à tertio, ad quem res obligata pervenit.)* docuit diſtinguendo Geyl. *in obſerva. 25. num. 17. lib. 2.* ¶ Et quomodò meliorationum impenſæ debeantur, & retentionis remedio poſſint peti, conſuluit Decia. *in conſil. 18. volum. 2. num. 34.* plura, in quibus rebus habeat locum, & de multis alijs bonis, in iſtâ materiâ, conſuluit d. Dec. *in conſ. 29. vol. 2.*

6 De impenſis, & meliorationibus, quas fecit conductor, vel uſufructuarius, quis illas præſtare teneatur: an iſte conductor, locator, vel dominus? conſuluit benè Menochius *in conſ 64. vol. 1 per totum.* Schneid. *in tit. de actio §. actionum, de actione ex conducto. num 11.* ibi, expenſas, quas conductor à locatore repetat? De adiectis ſeu melioramentis tollendis, *ibidem nu. 22.* & ibi de melioramentis in feodis, quandò revertitur feudum ad dominum, quòd hæredibus ſolvere teneatur: *per c. Si Vaſallus, tit. hic finitur tex.* Reſpondet, non ſolum de meliorationibus, ſed etiam de alijs adjectionibus, & augmentis feudi, Julius Clarus, *in lib 4. ſenten. §. feudum, quæſt. 88.*

7 De melioratione empyreuſis quatenùs, ad Vaſallum, vel ejus hæredes, vel ad Dominũ directum pertineat, reſpondet Julius Clarus. *in lib. 4. ſent. §. emphyteuſis qu. 45.*

De meliorationibus, in rebus factis, æſtimandis, Menoc. *lib. 3. præſum. 32. Vide* Mol. *lib. 1. ſemeſtr. c. 30.* ¶ De meliorationibus rei hypothecæ, & pignori ſubjectæ, Covar. *pract. quæſt. c. 8. lib. 1.* ¶ De melioramentis reficiendis, Menoch. *lib. 2. centu. 3. cap. 258.* ¶ Melioramenta, ſoluta à Rectore Eccleſiæ, acquiruntur Eccleſiæ, & ſucceſſori, in beneficio, ſi ſimpliciter emta & ſoluta ſunt: ſecùs, ſi de bonis, proprijs Rectoris aut nomine proprio ſoluta ſiot: Caval. *dec 32. p. 2. in contr*

Melioramenta liquidata, & approbata, an debeant ſolvi, ante finem locationis: 8 Et an ſolvi debeant ſecundum æſtimationem, jam factam, vel fiendam, ſi eſſent deteriorata, *ibid.* Melioramenta quæ ſint: Et an poſſint abradi, & tolli, ſi non ſolvuntur à directo domino: *ibid.* debent potiùs vendi domino, quàm alij.

Quandò melioramenta non ſunt liquida, admittitur fidejuſſio, de ſolvendo melioramenta: aliàs, exiſtente pacto, cum clauſulâ; ſolutis tamen priùs expenſis, & melioramentis, non admittitur fidejuſſio: Sed realis requiritur ſolutio: Stephanus Gratianus *in addit decīſ. Marchiæ deciſ. 225.* Chart. *deciſ. Genuenſi 15. per totum* Jacobus Puteus *deciſ. 471. lib. 2.* Rota *diverſ deciſ. 659. num. 1. p. 1.* Rutgerus Ruland. *in theſauro Juris Emphyteut. quæſt. 25. numer. 23.* Caſtrenſis *conſil. 270. lib. 2.* 9

Non curatur quantum fuerit impenſum, ſed an ceſſerit in illius utilitatem: quià id ſolum dicitur pervenire ad eum, cui res reſtituitur, undè neceſſe eſt, quòd conſtet in tantum eſſe rem melioratam: Stephanus Gratianus *in d. addit.* Menoch. *lib. 3. præſump. 32.* Neguran. *de pignor. par. 5. mem. 4. num. 11.* Surdus *de aliment. titul. 61. quæſt. 7. num. 10. & quæſt. 11. eodem. titul. num. 41.* 10

Melioramenta nimis oneroſa, & magna, facta in re venditâ, per pactũ retrovenditionis, non ſunt ſolvenda: Quià præſumuntur facta in fraudem, ne vendi or redimere poſſit: Et non dicantur, utiles expenſæ, quæ adeò ſunt exceſſivæ, ut teneatur, quis habere rem, pro re derelictâ: ſed cautius eſt, ut venditor denunciet emptori, ne aliquas impenſas faciat, propter quas, ſpes redimendi, præſcinditur: Stephanus Gratianus *d. loco* Rutger. Ruland. *in theſau. juris Emphyteut. quæſt 25. num. 9.* Tiraquel. *de retract. convent. §. 7 gl. 1. num. 28.* Rebuff. *in l. unica num. 4. C. De ſentent. pro eo, quod intereſt.* Alber. *in l. intra util. §. 1. ff. De minor.* Menoch. *de recup. remed. 15. num. 523.* Bald. *conſ. 272. lib. 3.* 11

Meliorationes, in rebus, ſubjectis reſtitutioni, factæ, ad onus hæredis ſpectant, pro quartâ, & ad fideicommiſſarium, pro tribus partibus: Sed, ſuper fructibus perceptis, per hæredem, utrum compenſari debeant ſolutiones talium onerum? Pro parte negativâ fuit deciſum: Vincent. de Franch. *deciſ. 109. num. 4.* Franc. Cremenſ. *ſing. 106.* Johan. Trigon. *ſing. 12.* Rolād. à Valle *conſ. 28. num. 3.* Joſeph. Ludov. *deciſ. peruſ. 58. num. 12.* 12

Guid.

Guid. Papæ *quæſt.296.* Franc. Marc. *quæſt.161. par.* 1. *& quæſt. 623. p. 2.* Sed quoad pretium inſpicitur tempus reſtitutioois: Vincent. de Franch.. *deciſ.109.*

13 Expenſæ utiles, & neceſſariæ, ad perpetuam rei utilitatem, ſunt refundendæ, reſtituenti rem pupilli, malè alienatam: nec in eo caſu fructus veniunt computandi cum expenſis reparationum, per emptorem, in re minoris, ſine decreto, alienatâ, factarum: Afflict. *deciſ. 87. n. 6. vide l. 16. C. De præd. & alijs rebus minor.* tamen quòd minor recuperans rem alienatam, ſine ſolennitate, ſolùm teneatur ad melioramenta neceſſaria, utilia verò compenſentur cum fructibus, qui ſuperſunt, deductis melioramentis neceſſarijs; ſcribit Papon. *lib. 18. titulo 4. arr.14.*

14 Qui habet retentionem domûs, propter melioramenta, tenetur compenſare penſionem cum meliorameotis, exceptis penſionibus perceptis propter melioramenta: Jacob. Puteus *deciſ. 276. lib. 3.*

15 Fructus, percepri ex melioramentis, ſuot illius, qui fecit melioramenta, & non veniunt reſtituendi in reſtitutiooe bonorum: Borgn. Cavalcan. *deciſ. 32 num. 27. par. 2. de contract.*

16 De melioramentorum materiâ tractant exactè, Joſeph. Ludovic. *deciſ perus. 24, 34, 58.* Borgn. Cavalcan. *dec. 32. pag. 2. de contract.* Quandò quis fecit bonâ fide meliorationes, in re alienâ, excedentes valorem ipſius rei, tùnc non tenetur reſtituere ipſam rem, ſed ſolùm eius æſtimationem, deductis melioramentis: Vincent. de Fraoch. *deciſ. 38. & 112.*

17 Eccleſia, & Dominus directus, non tenentur ſolvere melioramenta Emphyteutæ, & conductori, ad longum tempus, etiam liquidata: niſi finitâ locatione: Borgn. Cavalcan. *deciſ 32. par. 2. de contract.*

18 Emphyteuta, ſi ob culpam emphyteuſin amittat, non recuperat melioramenta: Secùs ſi per generationem finitam: Andr. Gailius *lib. 2. obſer. 121. n. 14.* Decius *conſil. 518.* Guid. Papæ *quæſt. 438.* Borgn. Cavalcan. *dec. 32. de contr. par. 2.* Ang. Berous *qu. 69.* Clar. §. *emphyteuſis qu. 45.*

19 Civitas, quæ fecit expenſas, in reficiendo caſtro alicuius, ſui nobilis, ut ſe ab hoſtibus defenderet, illas non repetit. Franc. Cremenſ. *ſing. 26.*

20 Poſſeſſor, qui melioramenta fecit, poteſt rem melioratam retinere, donec ſibi ſit ſatisfactum pro melioramentis, etiam poſt ſententiam, quâ condemnatus ad rei reſtitutionem, ſi melioramenta fueriot oppoſita, & deducta, ante ſententiam: Secùs, ſi poſt: Sed an ſufficiat cautio, ut non retardetur executio? Reſpon. Quandò melioramenta non ſunt liquidata, tunc executio noo retardatur: Hieron Magon. *deciſ. Florent. 49. nu. 23. & deciſ. Lucenſ. 81.* Petr. Beointend. *deciſ. Bonon. 77.* Jacob. Puteus *471. lib. 2.* Vincent. de Franch. *deciſ 2.* Boer. *deciſ. 43. nu. 9.* Capic. *deciſ. 17. & 93. nu. 13.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Perus. 58. n. 13.* And. Gailius *obſer. 12. n. 6. lib. 2.* Ludov. Romao. *ſing. 177.* Papon *lib. 18. tit. 4. arr. 12.* Bart. *in l. In fundo. n. 16 ff De R. vind.* Borgn. Cavalcan. *deciſ. 28. de judic.*

De privilegio facientis melioramenta, & conventi hypothecariâ, & quaodò ille poſſit offerre: vide per Magon. *deciſ. Florent. 9* & quòd ſufficiat offerre æſtimationē, licèt æſtimatio eſſet minor debito: duo autem requiruntur, ut quis, propter melioramenta, habeat beoeficium offerendi: nempè, quod melioramenta ſint facta, in re, quæ retineri prætenditur: Et quòd is illa fecerit, quibus deficientibus, ceſſat jus offerendi. Hieron. Magon. *deciſ. Florent. 51.* 21

In melioramentis detrahendis habenda eſt tantùm ratio ad id, quod impenſum eſt; non autem ad id, quo res eſt effecta melior, & pretioſior, tempore reſtitutionis: quod procedit in eo, qui non erat dominus rei, ſed poſſeſſor tantùm: ſecùs, quandò ille, qui fecerat impenſas, erat dominus; ut eſt hæres gravatus, pendente conditione, qui proptereà detrahit omne id, quo res fuit facta pretioſior, tempore reſtitutionis: Rolandus à Valle *conſ. 28. & conſ. 30. vol. 7.* 22

Statur juramento partis, quandò agitur de modicâ impensâ; aliàs melioramenta ipſa debent probari facta, & non præſumuntur, cùm ſunt difficilis probationis, &, datâ varietate teſtium, id, quod minimum, inſpiciendum eſt: Guid. Pap. *deciſ. 614.* Borgn. Cavalcan. *deciſ. 28. in addit. de jud.* Magon. *deciſ. 49. rota Flor.* Joſeph. Ludov. *deciſ. peruſ. 23. & 58.* Jacob. Puteus *deciſ. 474. lib. 2.* 23

Melioramenta, quæ poſſeſſori dant rei, in quâ facta ſunt, retentionē, an idem jus tribuant adverſos anteriorem hypothecam habentem? Aff. Caſp. Anton. Teſſaur. *quæſt. forenſ. 71.* Johan. Garſias *de expenſ. & meliorat. c. 18. nu. 55.* *Didac.* Covarr. *var. reſolution. lib. 1. c. 8. nu. 2.* Corſetus *in ſuis ſingula. verb. Meliorationes.* 24

Melioramenta an repeti poſſint, quandò rei, ſuper quâ facta ſunt, ſequuta fuit reſtitutio? Reſpon. Regularitèr non repetuntur: diſtioguit tamen Caſpar. Antonius Teſſaurus *quæſtione forenſi 79.* 25

aut

conſensû, ſine publicâ teſtatione, contrahatur, *vide* Hotom. *Illuſt. quæſt. 25.* ¶ Ad quem pertineant Xenia, tempore nuptiarum ſponſis data, *vide* Barto. Alex. Iaſo. & Dd. *in l. Si*
5 *plures, §. in arrog. de vulg. & pupil. ſubſt.*

De probationibus fiendis, vel factis, in cauſis matrimonialibus, ſecundum teſtium depoſitiones, qualificationes; & de multis alijs utilibus, vide Geyl. *obſervatio. 94. lib. 2.* Alex. de Imol. *in conſi. 146. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. & 156. volum. 5.* Invenies valdè bona, præſertim quomodò, & per quæ verba intelligantur contracta ſponſalia, de præſenti, vel de futuro. ¶ Imò quòd ſola annuli impoſitio, ſi non jocosè facta fuerit, præſertim a ijs concurrentibus conjectu-
6 ris, probet matrimonium.

Sed quòd potiùs ſeriò eſſe factam impoſitionem præſumatur, tanquàm pro matrimonio, *conſuluit* Decianus *in conſi. 80. vol. 2.* ¶ Sed ſcias, matrimonium, cùm ſit unum de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, debet regi, ſeu regulari non jure Fori, ſed jure Poli: & non ſecundum leges civiles, ſed ſecundum
7 Canones, *ut habetur 2. q. 3. §. hinc colligitur.*

Et, in hoc casû ſpirituali, poteſt rectè intelligi illud, quod dicitur; leges civiles non dedignantur imitari ſacros Canones. *Ut habetur in c. 1. De novi ope. nunc. in c. pe. & fina. de ſecund. nup.* Hippo. de Marſi. *in repe. l. Unica, C. De raptû virgi. mihi n. 191. & in ſequentibus:* quòd etiam ejus cognitio ſpectet ad Epiſcopum, vel ad ejus vicarium. ¶ Sed an, ex conſuetudine, poſſit ſpectare ad judicem inferiorem, *vide* Corſet. *in ſingul. ſuis, in verbo matrimonium 3. dicit ibi rationes, quarè ad Epiſcopum ejus cognitio pertineat.*

8 Appellantur etiam cauſæ matrimoniales, cauſæ arduæ & graves: adeò, quòd in illis non defertur juramentum, in ſupplementum probationis, & æquiparantur cauſis criminalibus: *Refert* Anton. Blancus, *in l. fin. ff. De quæſt. num. 120.* Sed tamen, quandò juramentum ſuppletorium, vel aliud juramentum, poſſit deferri in causâ matrimoniali, *(Pro matrimonio admittuntur, non contra matrimonium.)* docuit Geyl. *in obſerv. 94. lib. 2. obſervatio. Camer. Imper. & ibi de teſtibus & probationibus, in iſtis cauſis fiendis. Vide, quid ſunt valdè bona* Petr. Heig. *quæſt. 16. lib. 2. ibi tradit.* ſi plus, quàm ſemiplenè, probatum ſit, ut per unum teſtem & famam, deferri poſſe juramentum.

Quatenùs autem in iſtis cauſis matrimonialibus ſimplicitèr, & de plano, ſine ſtrepitû & figurâ judicij ſit procedendum, & ut teneat proceſſus, *vide text. gloſſ. &* Dd. *in Clemen. diſpendioſam, de judicijs.* ¶ Et qualitèr, pendente proceſsû, ſequeſtranda ſit puella, *vide* Geyl. *in obſerv. 112. n. 15. lib. 1. & in obſerv. 45. in fin. lib. 2.*

De matrimonijs, metû *(Metus in conſtantiſſimum virum, vel puellam, cadens, impedit matrimonium: tamen fallit in metû reverentiali.)* 9
dolo, *(Dolo inductus ad contrahendum matrimoniû, ſi ille non fuerit de ſubſtantialibus matrimony, non poteſt reſilire,)* vel vi contractis, vide elegantiſſima, apud eundem Geyl. *in obſerva. 93. eodem. lib. 2.* Sed matrimonia debent eſſe liberrima: ideò neq; ſtatuto, neque pacto, neque pœnâ, vel jacturâ ſucceſſionis poſſunt prohiberi: Weſenb. *in conſi. 87. par. 2.*

Et tandèm, an nubens, contra voluntatem patris, vel teſtatoris præceptum, 10
proptereà exhæredari, vel dote privari poſſit, vide & nota quæ conſuluit Decianus. *in conſil. 13. volum. 1.* Ibi bona dixit de conſensû paterno, in matrimonijs contrahendis: & *nu. 9.* an ſtatutum valeat, ne contrahatur matrimonium ſine patris conſensû. De probationibus, per conjecturas ſaltèm, matrimonium eſſe contractum, conſuluit aliqua Menoch. *in conſil. 15. volum. 1 num. 11.*

Scire oportet, cauſas matrimoniales, ad Cameram, non pertinere: refert Geyl. *in obſervat. 112. lib. 1. in fine*, ipſum habere in memoriâ, in causâ quadam matrimoniali ad Cameram, eſſe appellatum, ſed appellationem non admiſſam fuiſſe.

Matrimonium quomodò probetur, Ca- 11
valc *de teſtibus, in indice, v. Matrimoniû* ¶ Annulus delatus, eſt ſignum matrimonij contrahendi, Vivius *deciſ. 353. lib. 2.* ¶ Matrimonia libera, nec alienæ voluntati, & arbitrio, ſuppoſita eſſe debent: & ideò legatum relictum alicui, ſi cum licentiâ Modeſti matrimonium contraxerit, debetur, etiamſi ſine conſensû Modeſti legatarius matrimonium contraxerit: Vivius *deciſ. 480. lib. 3.* ¶ Sedes hujus materiæ, vide in P. Greg. *li. 1. par. Jur. Can. ti 12. fol 81.* ¶ An amatoriæ pollicitationes adoleſcentis, nondùm viginti annos nati nobilis & opulenti, factæ paupercculæ puellæ, natû grandiori, per fraudem & inſidias matris puellæ, valere, pro juſto matrimonio, debeant. Hoto. *conſi. 108.* ¶ Parentibus & affinibus quandò fides adhibeatur, ſuper impedimento matrimonij, Menoch. *l. 2. cent. 5. cap. 455.*

De Clandeſtinis matrimonijs, & cur illa 12
ſint ſtatutis, etiam ſub pœnâ, prohibita: Et quandò eorum pœnam quis non incurrat, Plot. *§. 7. latiſſ. tr. de in lit. jur.* Soarez *in l. fori, fol. mihi 529.* Et quandò fiſcus agit ad pœnam dicti ſtatuti, quòd non adhibitus fuerit conſenſus expreſſorum in ſtatuto, fiſco hanc negativam probare incumbit: Plot. *d. lo. § 8.* ¶ Matrimonium non probatur per inſtrumentum

mentum dotale: Vivius *lib. 1. dec. 111.* neque per teſtes de auditû, niſi ſine omni exceptione majores: Vivius *dec. 288. lib. 2.* ¶ Contractus matrimonij probatur librô parochi. Et ſi hic ſit perditus, probatur teſtibus Virg. de Bocar. *de liter. remiſſ. c. 4. num. 5. & 6.*

13 De denunciationibus obſervandis in contractû matrimonij: Menoch. *lib. 2. cent. 5. c. 453.* ¶ Matrimonium quandò contractum præſumatur: Menoch. *lib. 3. præſ. 1. latiſſ.* ¶ Matrimonium an præſumatur contractum annuli traditione, vel immiſſione, vel geſtatione: Menoch. *lib. 3. præſcript. 2.* ¶ Matrimonium, vel ſponſalia, quibus verbis contractum præſumatur, *præſcript. 3.* ¶ Matrimonium, metû contractum, quandò præſumatur: & quandò metus præſumatur confirmatus, & quandò purgatus, *præſumpt. 4.* ¶ Quæ qualitates in impetratione diſpenſationis matrimonij debeant exprimi: Menoch. *lib. 2 cent. 2. c. 203.* ¶ Poſſeſſorij cauſa matrimonialis, an coram Laico judice, tractari poſſit, Theſſ. *dec. 157.*

14 Matrimonium, licèt cauſa favorabilis ſit: *c. fi. de re jud.* Ei tamen, ſicut & alijs cauſis favorabilibus, debitores ſumus, ne alijs injuſtitia fiat. *c. Ex tenore, de for. com. c. nup. de donat. inter vir. & uxor.* ¶ Matrimonium quadruplici jure; naturali ſcilicèt: Gentium; Divino; & Civili, introductum eſt: Jo. de Plat. *in §. Jus naturale, Inſt. de jur. nat. gent. & civ. vide pulcram gl. in Auth. de Nupt. in verb. amplioribus, c. 1. de vot. lib. 6.* ¶ Immortalitas humano generi, per matrimonium, comparatur: *Tex. eſt in Auth. de Nup. in pr.* ¶ An matrimonium, per quendam virum, inventum, de nocte, in domo cujuſdam mulieris, in lecto cum eo contractum, teneat, *vide* Alex. *conſ. 132. quod eſt ultimum, in 3. vol.* ¶ Matrimonium perfectum, ſed copulâ carnali nondum conſummatum, (ſine quâ firmari nequit,) per ingreſſum religionis, etiâ altero conjuge invito, diſſolvitur: ſecùs, ſi copula carnalis ſecuta fuerit: *c. Ex publico De converſ. conjug.*

15 In cauſâ matrimoniali, deficiente omni probatione, à reo juramentum non eſt exigendum: imò ſi mulier probaret intentionem ſuam per unum teſtem idoneum, adhuc non eſt deferendum juramentum, in defectum probationis, quantumcunq; perſona honeſta ſit: Quia agitur, quaſi de ſtatû hominis, cùm per hoc quaſi ſervitus in ipſo conſtituatur: *ità voluit gloſſ. in c. Mulieri, De jurejur. vide* Dec. *in conſ. 133. volu. 1.* Alex. *conſ. 192. colum. 2. vol. 5. Pro hoc ego allego tex. in c. fin. de procur. lib. 6.* & debet præmiſſo caſu reus purè abſolvi: *ità dixit* Abb. *in c. Quod nobis, De cland. deſponſ.* Quod videtur eſſe contra *Dd. in c. continebatur, & in c. Atteſtationes, De ſponſ.* Sed Abb. *in c. Quod nobis, reſpondet, quem vide omninò.*

In cauſâ matrimoniali quomodò diverſimodè judex Eccleſiaſticus, & ſecularis, de uſuris, cognoſcat, *vide* Bart. *in l. 2. in 3. col. de juriſdict. omnium jud. & clarius in l. Omni novatione. C. De Sacroſanct. Eccleſ. vide ſuprà, in verb. judex.* ¶ Specialia, in matrimonio, ſunt multa; ſeptem hic habes, præter reliqua. ¶ Primum, quòd, in cauſâ matrimoniali, unjus Doctoris opinio, pro matrimonio, prævalet communi, contra matrimonium: Hoſtienſ. *in c. Si vir de cog. Spir.* Fel. *in Rubr. de Sponſ. vide ſuprà in verb. Doctor. & in verb. Opinio.* ¶ Secundum, ſententia lata, in cauſâ matrimoniali, per errorem, non tranſit in rem judicatam, quò minùs, quandocunq; apparuerit, Eccleſiam fuiſſe deceptam, revocari poſſit: *c. fraternitatis, ubi gl. de frig. & malef. in verb. per errorem.* ¶ Tertium, contra matrimonium, non currit præſcriptio: *c. In præſentia, de ſponſal. not. in c. Lator. de re jud. in verb. per errorem.* ¶ Quartum, quòd contra contumacem, ad ſententiam, lite non conteſtatâ, liceat procedere. ¶ Quintum, quòd confeſſio, contra matrimonium, non præjudicat. ¶ Sextum, quòd pater & mater teſtificari poſſunt, tàm in conjungendo, quàm ſeparando. ¶ Septimum, quòd teſtibus non poteſt remitti juramentum: licèt in alijs cauſis: *De his eſt gl. in c. 1 ut lite non conteſt. in verb. ſervetur.* ¶ Hic tamen nota, quòd ſpecialia, & privilegia matrimonij, tantùm locum habeant, in caſibus, in jure, expreſſis: in alijs, non expreſſis, ſervatur regula juris communis: Bl. *in l. In fraudem. de teſt. milit.* Dec. *conſ. 225. volum. 2. nu 8.* 16

Parentes, & conſanguinei, in cauſâ matrimoniali, teſtes ſunt idonei: *c. Videtur, Ext. Qui matr. accuſ. poſſ.* ¶ Tàm pro matrimonio, quàm contra: *ut ibi, & in gl. in verb. ſervetur, in c. 1. Extr. ut lite non conteſt. vide* Innoc. *in c. conſtitutus. De Teſtib. &* Abb. *in c. Super eo De eo qui cog. conſang. uxor. ſuæ.* Ubi habes, quòd teſtis, in cauſâ matrimoniali, probare debet: *vide de hoc latè infrà in verb Teſtis.* 17

Matrimonium per abſentes, per nuncios, & epiſtolam, contrahi poteſt: *l. Sufficit. & l. fin. ff. De Sponſ. c. Nec illud. 27. q. 5. tex. eſt in c. ex parte, extra, de converſ. conjug.* ubi eſt caſus ad literam: *tex. eſt etiam in l. Mulierem. ff. De rit. nupt. nota text. in d. c. Ex parte,* quià eſt juris Canonici, quòd in matrimonijs plus attenditur. ¶ Sed quid dices, ſi aliquis conſenſum ſuum, de contrahendo, exprimat alicui fœminæ, per literas, & ante receptas literas ab ipsâ fœminâ eum pœniteat, licèt illa conſentiat poſteà, quià requiritur, ut duret voluntas prioris. Nam ibi requiritur mutuus conſenſus, licèt ſecùs in alijs contractibus: Nam licèt revocetur mandatû, altero ignorante, tamen contractus tenet: *l. Si mandaſſem* 18

ff. Mandat. itâ decidis gloſſ. notabilis. in d.c. Nec illud 30. q. 5. in verb. uxor, in fin. Quod nota. ¶ Et ſic nota ex præmiſſis, quòd, in matrimonio, ſimultaneus & mutuus, eodem tempore, conſenſus requiritur: Secùs eſt in alijs contractibus. ¶ Sic etiam matrimonium per procuratorem contrahi poteſt: *c. fi. Ext. De procur. lib. 6. gl. in l. Nuptias, ff. De R. J.* ¶ Matrimonium in mortis articulo poteſt contrahi: *vide* Alex. *latè in l. Gallus, in princ. ſuprà gl. fin. in 6. col. De lib. & poſthum.* ¶ Matrimonij bona tria, proles: fides: & Sacramentum: *c. Omnem, 27. quæſt. 2. & ſunt verba* Auguſtini.

19 Qualitèr ſolus conſenſus matrimonium conſtituat, *vide gloſſ. in c. Sufficiat, 27. q. 2.* Et conſenſus parentum, de honeſtate tantùm requiritur: *d. gl. & c. cum apud. De Sponſ.* Hoc eſt falſum, impium, & contra jura divina & Cæſarea. ¶ In veteri teſtamento licitum fuit contrahere inter conſanguineos: *c. 35. q. 1. ubi pulcra ex Biblijs.* ¶ Stante ſtatuto, quòd ad nuptias non poſſunt ultra duodecim invitari, accidit, patrem, & filium, ſimul nuptias celebrare, an poſſint viginti quatuor, an tantùm duodecim invitari, *vide* Bart. *in l. Inficiando, §. infans, in fin. ff. De furt.* ubi concludit, quòd tantùm duodecim ratione unionis: ubi dicit, hoc ſtatutum eſſe Piſis: *Multa pulcra in cauſsâ matrimoniali, vide per* Alex. *in conſ. 150. in 5. vol. & ſeqq.*

20 Dicens mulieri, tenebo te in uxorem, quonſq; mihi ponatur terra ſuper oculos: cauſa decipiendi eam non intelligitur contractum matrimonium, ſi de diſſenſû & dolo appareat: *itâ dixit* Alex. *poſt* Hoſtienſ. *in conſ. 152. vol. 5. col. 5. & ſeqq.* ¶ Per illa verba: Promitto, quòd tenebo te, pro legitimâ uxore, contrahitur matrimonium de præſenti: *c. Quemadmodum, ubi* Abb. *not. in 2. not. de jurejur. alleg. bonum tex. cùm ibi not. in c. Ex parte, extr. de Sponſ.* ¶ Verba contractûs matrimonij, habes in *c. Licet Extr. de Sponſ. duo. & in c. pen. de Sponſ. & matr.* ¶ Et de his verbis, per quæ matrimonium, tâm per verba, de præſenti, quàm per verba, de futuro, contrahitur, *vide pulcram gl. in Auth. de nupt. impub. in §. diſponat, in verb. affectus.* ¶ Matrimonium, in ebrietate, contractum an valeat, *vide* Dec. *conſ. 112.* ¶ In valentibus loqui matrimonium tacitè, ſine expreſſione verborum, non contrahitur: *not. in l. Cum notiſſimi, C. De præſcrip. 30. annorum, c. Tua. De Sponſ. Deciſio eſt* Baldi, *in c. 1. §. filia, de ſucceſſ. feud.*

An autem verba, in valentibus loqui, pro validitate actûs requirantur, *vide* Abb. *in c. cùm locum, de Sponſ. &* Jo. de Mont., Ferr. *in l. 1. in princ. 3. col. de verb. obl.* ubi determinat, Quòd, cùm aliquid eſt de formâ, per æquipollens fieri nequit: *vide ad hoc* Iaſ. *in l. Qui juraſſe, in fin. verb. ff. De jurejur.*

21 Pro matrimonio, quàm diù contrarium non probatur, ſubarrhationi per annulum ſtatur: *gl. in c. Tenor. De re jud. gl. in c. Fratrem. 3. q. 1.* ¶ Hæc verba: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: debent exponi, id eſt, thorum patris, & matris: quià nec cum patre, nec cum matre, debet filius contrahere. Nec debent intelligi ad literam: quià non tenetur quis relinquere cohabitationem patris & matris, propter uxorem ſuam: *ut not. Innoc. in c. Debitum, de leg. &* Abb. *in c. Literas, nu. 16. De reſt. ſpol. in 3. col. ſuprà gl. in verb. lege divina.* Sed hoc eſt fatuum & temerarium, & dici ei poteſt: Væ vobis, qui adeò miſerè laceratis ſcripturas, circa probationes, in cauſsâ matrimoniali: *vide multa per* Alex. *in conſ. 150. cum quinq; conſ. ſeqq. in 5. vol. incip In cauſſa & lite.*

22 Cum muliere, quæ prohibita erat matrimoniû contrahere, matrimoniû contractum tenet Bar *in §. unum ſiquidem, n. 2. in Aut. de reſtit. & ea quæ parit.* ¶ Matrimonia debent eſſe libera, nec poſſunt vinculo pœnæ conſtringi: *l. Titia, in princ. ff. De verb. oblig. l. fi. C. De Sponſ. gl. in l. 2. ff. Eo. Tit. & l. Titio, §. Titio, ff. De cond. & dem.* ¶ Et matrimonium, metû pœnæ contractum, eſt ipſo jure nullum: *l. Titia, in pr. ff. De v. obl. l. Si mulier, §. ſi dos metû. Quòd met. cauſſ. c. cum locum, de Sponſ.* Iaſ. *in l. Interpoſitas, C. De Tranſact. in 1. not.* Et, in hoc caſu, plus creditur duobus teſtibus, de metû deponentibus, quàm mille, de liberâ voluntate. *ſecundum* Innoc. *in c. Super. De Renunc. vide* Iaſ. *qui allegat deciſionem* Bald. *ubi ſuprà, in d. l. Interpoſitas, in 2. col.* ¶ Hic nota, quòd, quandò mulier prohibetur in teſtamento nisi nubere, non dicitur reſtringi libera facultas matrimonij, ex quo poteſt omnibus alijs nubere: *itâ probat. tex. not. in d. l. Titio centum, §. 1. De cond. & demonſt.* ſic etiam dictum eſt: Si ſtatutum prohibeat matrimonium relinquere uxori, per hoc non reſtringitur libera facultas teſtandi. Ex quo poteſt quemcunq; alium, quem vult, inſtituere, &, cui vult, relinquere: *ut probat tex. in d. l. Titio. vide* Franc. Curt. *conſ. 6. fol. 74. col. 2.*

23 Quibus conſequens eſt, Quòd, abſq; conſenſû patris, filius matrimonium contrahere poteſt. Nec valet ſtatutum in contrarium, vel quod imponit pœnam filiæ contrahenti, ſine conſenſû patris: nec propter hoc exhæredari, vel alimentis privari poteſt: *vide* Dec. *conſ. 231. vol. 2. viſo caſu, &* Alex. *in conſ. 18. vol. 6. col. 3. n. 4.*

24 Et ille patris conſenſus, in contrahendo non requiritur, de neceſſitate, ſed ſolùm de honeſtate: undè ſi filia, ſine patris voluntate, nup-

te, nupſerit, pater eam dotare cogitur: *vide* Bart. *in l. Obligamur. ff. De act. & oblig. & ibi Apoſt.* Paul. de Caſtr. *in l. Si ſocer. ff. Solut. matr.* Abb. *in conſ. 12. volum. 1. ubi plenè de hoc.* Vide etiam pulcrè, & latè, Dn. Philipp. Dec. *in d. conſ. 231. vol. 2. per totum.* Ubi etiam tractat, quid juris, ſi filia, contra voluntatem patris, nubat? Sed tu dic: quòd imò conſenſus patris, de neceſſitate, ad matrimonium contrahendum, requiritur, tàm de jure divino, juxta illud; Honora patrem, & matrem: quàm de jure Cæſareo, *Inſt. de Nupt. in princ. l. unic. C. De rapt. virg.* Ergò homines hoc tollere nequeunt: quià jura naturàlia, quale eſt divinum, immutabilia ſunt: § *fin. Inſt. De jur. nat. gent. & civ.* ¶ An, ſi ego promitto tibi pecuniam, ſi Bertam non duxero: valeat promiſſio ità, quòd ſi alteram duxero, habeas contra me actionem? dic, quòd non: *d. l. Titia, & l. Titio, §. 1. ff. De cond. & dem. vide plenè hanc materiam per* Bart. & Paul. *in d. l. Titia, & per* Abb. *in c. Gemma, ubi plenè examinat de Sponſalibus, in 3. col.* ubi diſtinguit: quòd aut pœna eſt appoſita per contrahentes, aut per parentes contrahentium, aut per extraneos.

25 Undè, ſi extraneus promitteret mihi pecuniam, ſi Bertam non duxero, valet promiſſio pecuniæ: *l. Cum tale. ff. De condit. & demonſt. & l. Cum ità, Eod. tit. Ità videtur eſſe deciſio* Paul. *in d. l. Titia*, & Abb. *in d. l. Gemma, quos vide, & pondera.* Quià, hoc caſû, ego invitor ad nuptias quaſcunq; alias, quàm cum Berta, ſpe præmij: quod licet: *l. Titio, §. 1. de cond. & dem.* Bart. *in d. l. Titia, in 3. opp.* ¶ Itèm, non metû pœnæ, ego invitor ad matrimonium: quià mihi eſt liberum contrahere cum Bertâ, vel cum aliâ, nec ullam pœnam timere habeo: ſecùs eſſet, ſi ego promitterem tibi pecuniam, ſi Bertam duxero, ubi non duxero, quià non valet: *ut per* Dd. *ubi ſuprà* ¶ Et ergo, præmiſſo caſû, quià libertas matrimonij non tollitur, valet illa promiſſio.

26 Nec obſtat, quòd, ſpe pecuniæ conſequendæ abs te, non contraherem cum Bertâ, quià, per hoc, non tollitur libertas matrimonij: *quæ conſideratur in d. l. Titia & c. Gemma.* Quià adhuc liberum eſt mihi cum eâ contrahere, ſi volo, abſq; metû alicuius pœnæ. Imò licet ſpe præmij invitari ad nuptias: *d. l. Titio, §. 1. De cond. & demonſt. ità etiam dixit* Hoſtienſ. & Abb. *in d. c. Gemma, in 2. col.* ¶ Quòd, propter lucrum, poteſt induci quis ad matrimonium contrahendum, *vide etiam* Bart. *in. l. Cum donationis, in fin. C. De Tranſact.* ¶ Hinc eſt, quòd legatum, mulieri factum, ſub conditione, ſi non nupſerit, purum eſt, & conditio rejicitur: ità, quòd ſivè nupſerit, ſivè non, legatum habebit: *vide ſuprà, in verb. Legatum.* ¶ In valentibus loqui, in matrimonio contrahẽdo, verba neceſſariò requiruntur: *ut ſuprà, eod. per c. Tuæ. ubi gloſſ. & Can. de Sponſ. gl. in l. Cum notiſſimi, C. De præſcrip. 30. ann.*

Hoc limita notabilitèr, quòd verba requiruntur de neceſſitate, ſolùm ex parte unius. Nam ex parte unius ſufficiunt verba, ex parte alterius ſignum. Undè ſi maſculus expreſſè conſentiret, dicens: Accipio te in meam uxorem: ſi mulier annuat capite, eſt contractum matrimonium: vel ſi porrigat manum, & patiatur ſe ſubarrhari per impoſitionem annuli: gl. eſt *not. in c. Si inter virum, in gl. 1. in fin. De Sponſ.* quam ibi not. multùm Abb. & dicit, per eam fuiſſe bis judicatum in contingentiâ facti. Quòd ſi mulier non proferat illa verba, prout facit maritus, dummodò alteri conſentiat, ex ſolis ſignis, valet matrimonium: *ità refert* Dn. Jaſ. *in l. Si ſtipuler. §. fin. ff. De verb. oblig.* ubi etiam hoc optimè probatur. ¶ Matrimonium ſic honeſtum eſt, ut humano generi videatur immortalitatem artificiosè introducere: *in Auth. de nupt. in princ. col. 4.* ¶ De clandeſtino matrimonio an valeat, & an filij, ex eo nati, ſint verè filij: an filij nati, ante matrimonium, ex concubinâ, per conſequens matrimonium efficiantur verè legitimi, ità quòd ſint capaces hæreditatis, & feudi paterni, *vide* Hier. Schurff. *conſ. 1. latè.* 27

Filia, cui pinguius legatum, ſeu dos, relata fuerit, in caſum matrimonij, quam in caſum ſpiritualis conjugij, an, ſi contra teſtatoris voluntatem, monaſterium ingreſſa fuerit, quod cauſa matrimonij relictum fuerit, conſequi poſſit? N. propter favorem ultimæ voluntatis: Caſp. Anton. Teſaur. *Quæſt. forenſ. 60. ubi communem aſſerit* Johan: Vand. *lib. 2. var. quæſtion. qu. 6.* Gualdenſis *cautel. 64. titu. de legat.* Johan. Gutierez *canonic. quæſt. c. 32.* Mantic. *de conject. ultimar. voluntat. lib. 11. titu. 18.* Ozaſcus *deciſ. 126.*

Quandò agitur de probando Matrimonio ſecundo, contra primum, liquida probatio requiritur Gomez. Leon. *deciſ. 1. in deciſ. diverſor. tomo 2.* ¶ Dos, & cætera omnia, amittuntur, & fiſco applicantur, ubi prohibitum matrimonium ſcientèr contrahitur: Vincent. de Franch. *deciſ. 52. nu. 10.* 28

Mulierem vilem, & vitæ turpitudine infamem, corpusquè ſuum turpitèr proſtituentem, ducere in uxorem, inter opera charitatis reputatur: Ozaſcus *deciſ. 154. nu. 7.* ¶ Fama impedimenti, quæ extabat tempore contractûs matrimonij, attenditur, ut proles dicatur legitima Jaco. Puteus *dec. 77. li. 3.* Diſpenſatio præſumitur inter conjuges, qui in gradû prohibito contraxerunt, ſi per decẽ annos, & ultra, in matrimonio vixerunt, & mortui ſunt. Paulus Æmil *dec. 269. p. 1.* 29

31 Filij, nati ex matrimonio putativo, reputantur legitimi, & faciunt deficere fideicommiſſum; Nam juris effectum, & ſuccedendi facultatem conſequitur filius, etiam ex putativo matrimonio editus (ut, quandò eſt contractum matrimonium inter affines ignorantes:) & fideicommiſſariam ſubſtitutionem excludit, ac ſi ex vero & legitimo matrimónio natus eſſet: ſecùs, quandò uterque conjugum ſciebat matrimonij impedimentum: Decius *conſil. 153. 154.* Rota Avenionenſ. *decis. 70.*

32 Licèt quis, metû pœnæ, non poſſit cogi, ad matrimonium contrahendum: poteſt tamen invitari, ſpe lucri, §. *incertu Inſtitu. de legat.* Nam licèt matrimonium debeat eſſe liberum, ratione pœnæ, non eſt tamen liberum, ab amiſſione Lucri: Capella Toloſanus. *quaſt. 92.* Afflict *decis. 350.*

33 Conditio, quæ inducit viduitatem, in omne tempus, reſpectû omnis perſonæ, & omnis loci, ſpernitur: ſecùs, ſi inducit tantùm viduitatem, reſpectû certæ perſonæ, vel loci, temporis: *l. 16. §. fin. cum ſeq. De condition. & demonſtrat.*

34 Conditio, ſi nupſerit, debet impleri infra terminum, poſt pùbertatem: Bartol *in l. 2. §. ad filiorum. C. Quandò & quibus quarta pars. lib. 10.* ¶ Ad probandum matrimonium, metû fuiſſe contractû, ſufficit unus teſtis: & creditur magis illi ſoli, quàm pluribus, deponentibus de voluntate: Guid. Papæ *ſing. 969.*

35 Licèt raptor, de Jure Canonico, poſſit ducere in uxorem raptam: tamen, ob id, non evitat confiſcationem bonorum, ratione raptûs Franc. Marc. *quaſt. 2.* ¶ Is, qui juravit, cum muliere contrahere matrimonium, propter ſupervenientem fornicationé, vel deformitatem, eam repellere poteſt: propter præcedentem, non ità: *c. 25. Extr. de jurejurando.* Multa enim impediunt matrimonium contrahendum: quæ non dirimunt jam contractum.

36 Inter Chriſtianos & Judæos matrimonium eſſe nequit: Azo *in L. Adverſus 4. C. De crim. expil. hereditat.* ¶ Clericus ſtatim, quòd contrahit matrimonium, perdit beneficium: Paul. Fuſc. *in ſingu. in verbo: clericus. Lit. C. n. 94.*

37 Matrimonium contrahens, cum conſanguineâ, punitur, quamvis nulliter contrahat, aut copula non ſecuta ſit: Stephanus Grati. *diſceptation. forenſ. 36. n. 61.* Mont. *dec. 46. num. 46.*

38 Valet legatum, quòd quis non nubat tali, cum non impediat libertatem matrimonij quoad alios: *l. Hoc modo. ff. De condition. & demonſtration.* Dummodò poſſit alteri commodè nubere; Nam libertas matrimonij, licèt non poſſit impediri, in totum: tamen poteſt modificari, ratione locorum, perſonarum, temporis, ità ut iſta diſpoſitio modificativa perſonarum ſit verificanda: tàm in primâ vice, quàm ſecundâ: ut in illâ conditione, quòd non nubat, niſi mercatoribus. Nam mortuo primo viro mercatore, etiam talis debet eſſe ſecundus: quicquid aliàs actus, benè perfectus, ſufficiat verificari in primo: Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. 5. num. 10.* Joh. Petr. Surdus *decis. 30. n. 27.* Coſtalius *in l. cum tali. §. ſi arbitratu. lim. 5. fol. 240. ff. De condition. & demonſtrat.* Mutius *ſuper conſuetud. panorm. c. 47. n. 96.* Aim. *conſ 10. n. 6.* Jaſon. *in l. ſi ſic ſtipulatus 2. n. 4. ff. De verb. obligation.*

Ex amore ſolo, non probatur matrimonium; neque indè ad matrimonium validè argumentamur. Petr. Heig. *qu. 16. n. 29.* Maſcard. *de probation. lib. 2. concl. 1032. nu. 5.* 39

Favorabile non minùs, contra legem Dei contractum matrimonium, diſſolvere, quàm legitimè contractum conſervare: Petr. Heig. *quaſt. 16. nu. 40. lib. 2.* ¶ Præſumptio illa, quæ, pro matrimonio, capienda vulgò dicitur, non procedit, quandò matrimonium tantùm eſt ſemiplenè probatum, aut clandeſtinè contractum, vel perſonarum intercedit inæqualitas: Joſeph. Maſcard. *lib. 2. de probation. concl. 1026. nu. 4.* 40

In cauſſis matrimonialibus, an tranſigere liceat? Reſp. Aff. ſi modò dubitetur, & incertum ſit, an matrimonium ſit contractum, vel non: Secùs, ſi conſtat de perfectione matrimonij: Petrus Heig. *qu. 16. lib. 2. per totum* Thom. Triviſan. *lib. 1. decis. 28.* Camill. Borell. *de compromiſſ. § 2 gl. 1. nu. 95.* Covarruv. *de ſponſal. par. 2. c 8. §. 12. nu. 2.* Nicol. Mozz. *de matr. titu. de natural. matrimo. n. 20. 21.* Joach. Beuſt. *de ſponſal. cap. 29.* Ludovic. Roman. *ſing. 614.* 41

An conſenſus parentum, etiam de jure canonico, ſit neceſſarius in nuptijs? Aff. *p. c. Aliter 30. qu. 5. per c. honorantur. qu. 5. c. ſi ſervum 31 qu. 2.* Franc. Duaren. *ad titu ff De ſol. matr.* Coraſius *lib. 1. miſcellan. c. 13.* Borch *C. de grad.* Bronchorſt. *centu. 3. aſſert. 1.* Hugo Donel. *lib. 13. comm. c. 20.* Herman. Vultejus *in inſtitu. de nupt. n 16. vide diſſent.* Anton. Contium *lib. 1. ſucciſivar. lection. c. 4.* Anton. Guibert. *lib. 1. quaſt. memorab. c. 12.* 42

An matris conſenſus ſit, de neceſſitate? In nuptijs filiæ, patre defuncto, neceſſariò requiritur: *l. 1. & l. 20. C. de nuptijs.* Franc. Hottoman. *illuſtr. quaſt. 9.* Jacob. Cujacius *lib. 3. obſervat 5.* Donellus *lib. 13. commentar. c. 20. pag. 206.* Borcholt. *de gradibus.* Bronch. *2 miſcell. aſſert. 10.* Alb. Gent. *cap. ult. lib. 4. de nupt.* 43

Utrùm is, qui vitiatam ab alio, ignorantèr duxit, eam retinere debeat? vide ſupra *titu. de divortijs.* ubi hæc quæſtio explana- 44

planatur: Negat. opin. tuentur. Nicol. Reuſn. *lib.1. conſultat. quæſt.5.n.78.* Wilhelmus Zepperus *de leg. forenſ. Moſaicis lib. 4. c. 20.* Chriſtoph. Sturtius *ad l.30 ff. De R.J.* Theod. Beza *de divortijs p.228.* Beuſt. *de matrimon. p.2. quæſt.* 34. Alber. Gental. *6. de nupt. 13.* vide diſſent, Kling. *deciſ. matrimon. p. 14.* Covarr. *in epito. par 2.c.3.§.7.* Weſenb. *in parati. de ritu nupt.* Bronch: *centur. 2. aſſer. 17.* Hartman. Hartman. *lib.1. obſ. de matrimon. c.3.* Gomez. Leon. *deciſ. 47. in deciſ. Diverſ. tom. 2.*

45 Etſi ſtrictâ ratione juris, matrimonium, ſine conſensù parentum, ſit nullum: ob utilitatem tamen publicam, æquiùs & ſatiùs eſt, ne, ſecutâ carnali copulà, reſcindatur *l.1. inf. de lib. exhib.* Petrus Heig. *inſt. de nupt. n.28.* Coraſ. *lib.1. miſcell. c.17. n. 6.* Schneidevin. *inſtit. de nupt. par. 2. n. 26.* Weſenb. *in paratit. de ritu nupt. numer. 8.* Beza *de divortiis.*

46 An aliquis, relictam viduam fratris defunctæ ſuæ uxoris, in conjugem ducere poſſit? Aff. Didac. Covarru. *de matrimon. c. 6. part. 2. n. 7.* Beuſt. *in ſecundâ parte de matr. cap. 55* Weſenb. *in par. De grad. n. 17.* Schneid. *in rubr. arbor affinitat. n. 13. diſſent.* Lamb. Daneus *lib. 2. Eth. Chriſt. c. 4.* Alb. Gent. *lib. 5. de nupt. c. 9.*

47 Computatio graduum canonica, non eſt catholica, neq; orthodoxa, maximè in collateralibus; ut elegantèr demonſtrat, Theo. Beza *de divortijs pag. 13.* Nam Canoniſtæ tantùm introduxerunt illam computationem, ut diſputando pecuniâ emungerent: Lamb. Daneus *lib. 2. Chriſt. Ethic. c. 14.* Hieronymus Zanch. *de matrimon.* Franc. Hottoman. *de caſtis inceſtis nupt. p. 1. c. 13.* Nicol. Reuſner. *in meth. nupt. th. 216.*

48 An filia, citra conſenſum patris, ſponſalia contrahens, & ex domo patris profugiens, officio judicis ſequeſtrari, aut patri reſtitui debeat, nec ne: vide Reuſner. *lib. 1. deciſ. 3.*

Metus reverentialis non obſtat matrimonio, niſi forſitàn metus facti interveniat: ut, ſi pater verberibus filium, coegiſſet: Sarmientus *2. ſelectar. interpretat. c. 11.* Menoch. *de arbitr. cent. 2. caſu 135.* Beuſt. *2. par. matri. c. 44.* Gail. *2. obſervat. 93.* Fach. *3. contro. 40.* Wormbſer. *1. obſer. Tit. 36.*

49 Mulier, ſecundum matrimonium contrahens, honeſtè vivere, voluntatemq; viri ſervare cenſetur, qui in teſtamento dixit, lego uxori meæ, ſi caſtè vixerit: ideò, ob id, non amittit legatum: Hyppol. *ſingula. 177.* vide tamen Johan. de Arnono *ſingul. 3.* ubi contrar. tenet, & Bart. *in l. 3. §. Sed quia: C. De ind. vidu. tollend.*

Unus teſtis, de morte prioris mariti, ſufficit, ut ſecundo mulier poſſit nubere: Et dux belli paritèr ſufficit: & tùnc, concurrente ſaltèm famâ, excuſatur mulier, quæ ſecundo nupſit, licèt poſteà revertatur marito: Gomez. Leon. *deciſ. 62. in deciſ. diverſor.* Roland. à Valle *conſ. 93. vol. 3.* Natta *conſ. 146. tom. 1. conſ. 308.* 50

Inter matrimonium verum, & putativum, cùm ſint multæ differentiæ: Si enunciatur matrimonium ſimplicitèr, non ſufficit figura matrimonij: Quià non ſemper eundem effectum operatur: ſecùs, ſi matrimonium enunciatur, ad unum effectum, qui ex utroq; pariformitèr reſultat: tùnc enim matrimonij figura ſufficit. Undè filius natus ex matrimonio putativo, legitimus dicitur, etiamſi unus parentum ignoraverit impedimentum tantum, ut ſubſtitutū excludat, cum teſtator dixerit, & ſi heres meus decesſerit, ſine filijs, ex legitimo matrimonio natis, ſubſtituo Cajum: & privilegia, in putativo matrimonio, etiam mulieribus dantur, latè Johan. Caſtil. *c. 11. controverſiar. juris per totum.* Tellus Ferdinand. *in l. 6. Tauri nu. 8. & ibi* Cerbantes *num. 9* & Avendanus *gl. 1. n. 6. & ſeq.* 51

MEDICUS.

MEdici ab honoribus excuſati ſunt: Weſenb. *de Vacat. & Excuſat. muner. nu. 4.* Schurff. *conſ. 44. cent. 1.* ¶ Inter Medici officia olim erat, & ſecandi, & caſtrandi peritia: *l. 4. in fine. ad l. Cornel. de ſica. l. 9. in fin. ad L. Aquil. Paul. 5. ſent. 22. §. 3. in fin.* ut & venas incidendi: Quod & Galenus ſe feciſſe ſcribit. 1

Quandò homo vulneratus eſt mortuus, tùm judex debet adhibere medicos, & chirurgos, pro contemplatione, & inſpectione, vulnerum, & illos conſulere: qui, conſideratâ qualitate vulnerum, ſecundum artem ſuam exponant, & referant: an, & quæ vulnera, ſint mortalia, nec ne; & an ex iſtis vulneribus mortalibus ſit mortuus. Et omnia ſcribantur & notentur: *l. fina. & l. Si ſemel. §. cauſa. C. De re mili. lib. 12. l. 1. § 2. l. 3. ff. De ven. inſpic. l. Cum ità, ff. De verbor. obliga.* Geyl. *in obſerva. 111. lib. 2.* Blancus, *in repe. l. fin. ff. De quæſt. mihi num. 20. verſi: & ideò.* Et iſte Blancus iſtam practicam, circa inſpectionem vulnerum, exiſtimat meliorem: Cùm medicus magis cognoſcat mortalia, à non mortalibus; & peritis, in arte ſua, cùm ſit credendum: *l. 1. ff. De ventre inſpicien. & ibi* Barto. *c. Propoſuiſti. De probatio. & ibi alij* Dd. & iſta relatio medici multū facit ad cogni- 2

 tionem

tionem cauſæ, in judicando, an quis teneatur de occiſo, & quis, maxmiè quo genere armorum: *l. fin. ff. Ad L. Cor. de Sica.*

3 Statur etiam judicio medicorum in caſu, quandò vulneratus, ex intervallo, eſt mortuus, an vulnera à principio fuerint lethalia, & an ex illis ſit mortuus: Barto. *in tractatu ſuo, de percuſſionibus*, Angelus *in tract. de maleſ. verſ. & ex intervallo dictus Titius, & de hac practicâ habe. in addi. latina, lit. e ad Art. 68. lib. 1.* Landrecht. ¶ Conſuetudo obſervat, das man ſir auch ſonderlichen darzu vorrydet: und ſeind gemeiniglichen die Gerichte/als Richter und Schöppen mit eim Notario, oder mehren/ darbey: Notarius notat, & recipit relationes.

4 Sic etiam per medicos de cicatricis menſurâ poteſt judicari: Angel. *in d. Tract. de maleſi. in verſ. cicatrix & ſignum.* ¶ Sed an medicus ad judicis arbitrium, vel ad electionem conſanguineorum mortui, adhibeatur, (*Si conſanguinei defuncti, & occiſoris, inter ſe, diſſideant, judex medicū eliget.*) *docet* Ang. *in d. tract. verſi. & ex intervallo, num 4.* tamen requiritur diligens apud judicem inquiſitio: alias enim ejus relatio non valet: *notat* Ant. Corſ. *in ſing. ſuis, in verb. medicus.* ¶ In Medico morū probitas, & artis peritia, requiritur: *l. 1. ff. De decr. ab ord. fac.*

5 Sed debet circa curationem, vel inſpectionem vulnerum, judex adhibere & credere ſaltèm medicis, qui ſunt periti totius artis, & ſcientiæ medicinæ: Et non ſufficit, quòd ſint ſaltèm Chirurgici: Ang. Areti. *in proœmio Inſtit. §. cumq; hoc, nu. 1.* ¶ Et quandò plures medici, & periti, in arte medicâ, non poſſunt haberi, ſtatur judicio, & dicto Unius: Hippo. de Marſi. *in repe. l. Si in rixa n. 67. ff. Ad L. Cor. de Sica.*

6 Et quòd medicis deponentibus, vulnus non fuiſſe mortale, magis credatur, quàm alijs teſtibus, contrarium aſſerentibus, dixit Anto. Corſe. *in ſing. ſuis, in verbo. teſtibus 9. n. 3.* & pulcherrima in iſtis, ubi cadit materia vulnerum & medicorum, docuit Geyl. *in obſerva. 111. lib. 2. obſerv. Cam. Impe.* & ibi in fine dicit, quomodò medicus ſe tutum faciat, etiam in foro conſcientiæ, quòd ſuâ culpâ infirmus vel vulneratus, non ſit mortuus. (*Si limites ſuæ profeſſionis non excedat: Si in arte ſuâ peritus ſit, ſi diligens circa curam infirmi: Et denique, ſi ægrotum de his, quæ contraria valetudini ſunt, edoceat.*)

Sed medico debetur ſuum ſalarium, etiam ab illo, quem invitum curavit: Ludov. Roma. *in ſing. ſuo 124. incip. Tu habes. per gloſ. ſingularem, in c. Providendum, Diſtinctio. 83.* Plura de medicis invenies, *in tract. de peſte, in fine,* Franciſ. Ripæ.

7 Medici non reſuſcitant mortuos, ſed ægris adſunt, quàm diù res eſt dubia: Ubi res patientis omninò abjectas vident, ſeſe ſubducunt: Sic jus non reſuſcitat lites mortuas, ſed cauſis tantiſper adeſt, donec dubiæ ſunt: Ubi autem cauſa eſt deſperata, advocatum cauſam deſerere jubet. *l. Rem novam, C. De Judic* Dauth. *de teſtam. fol. mihi 139. in addit. marginali.* Hier. Laurent. *deciſ. 21. ſub n. 2. gloſ. l. a. §. Divus, de var. & extraord. cognit.* ¶ Medici induſtrij, qui? Hier. Laur. *d. lo. n. 4. & 5.* ¶ Venditio ab infirmo facta medico, ſi læſio intervenerit, reſcinditur: Imò in totum non valet: Fachin. *lib. 2. controv. jur. c. 25. plura in hanc ſententiam, vide in vincent.* Carrarij *in tr. de Medico.*

Ad Medicos interdùm in jure confugimus: *vide* Bart. *in l. Contumacia, §. fi. ff. De re judic.* 8
¶ Medicorum appellatione veniunt obſtetrices, & qui certam tantùm partem corporis curare ſolent, ut, dolores dentium; auricularum: *l. 1. poſt princip. & ibi* Bart. *ff. De var. & extraord. cog. pulcrè* Alex. *in conſ. 15. prope fin. vol. 1. nec requiritur, quod ſit doctoratus, ut* Alex. *ibi probat.* ¶ Medici dicuntur circuitores, q. circumeuntes, ſanantes ægros: *l. Qui duas, §. gratia, de execut. tut.* Dicuntur etiam parabolani: *ut in dict. gloſ. l. Qui duas,* itèm dicuntur Archiatri: *l. fi. §. qui militibus, C. De inoff. teſtam.* ¶ Medicus adhibitus ægro, inprimis ægrotum ad confeſſionem debet inducere, & proviſionem Spiritualium: *c. Cum infirmitas. De pœnit. & remiſ.* ¶ Medici inſcientia non imputatur percuſſori: *l. Si ex plagis, ff. Ad L. Aquil.* ¶ Medicus imperitè ſanans, tenetur, vel ex locato, vel L. Aquilia: *l. Quâ actione, §. fin. ff. Ad L. Aq & ll. ſeqq.*

Inter medicum, & infirmum, non poteſt dici Locatio: nec inter clientulum, & advocatum: nec Doctorem, & Scholarem: Bart. *in l. 1. ff. Si menſ. falſ. mod. dix.* Sed contra hoc mihi videtur tex. *in l. Quâ actione. in fin. ff. Ad L. Aq.* ¶ Medico eventus mortalitatis imputari non debet: *l. Illicitas. §. ſicut medico, ff. De off. præſid.* Sed imperitia. ¶ Medicus non debet eſſe illiteratus: *gl. in Auth. de jud. in verb. qui ex ſe.* ¶ Medicus habere debet pecuniam ex publico: *l. Archiatri, C. De profeſſ. lib. 10.* ¶ Quod medicamenta morbis, hoc jura exhibent negotijs: *in Auth. hac conſtitutio, Imo. Conſt.* ¶ Morbis novis, nova antidota, convenit præparari: *c. Cæterum. De juram. calum.* ¶ Medici ſervi eſſe poſſunt: *vide* Jaſon. *in l. 1. ff. Quòd quiſq; juris* ¶ Medicus, qui podagram curavit, quæ demùm reverſa eſt, an debeat habere ſalarium *vide* Bar. *in l. Maritus ff. Locat. & cond.* ¶ Medicus mortale vulnus ſanare non poteſt: patronus verò peſſimam cauſſam poteſt facere videri bonam: *gloſ. in l. Quod ſi nolit,*

volit, §. ſi mancipium, in verb. medicum, ff. de Æd. Edict.

10 Medicus, ratione ſalarij, omnibus creditoribus præfertur: Petr. Heig. *qu. 28. lib. 2.*
2 *in fi.* Arnoldus Terron. *in conſuetud. Burdegal. lib. 1. titu. 4. de dote. §. 3.* Garſias *de expenſ. c. 8. n. 23.* Franc. Mantie. *de conjectur. ultim. volunta. lib. 12. c. 10. n. 3.* Natta *conſ. 448. nu. 14.*

Donatio, facta medico, ab infirmo ſtatim, per ſuam reconvaleſcentiam, revocatur: Paul. Fuſc. *in ſingulari. Donatio. num. 12t.* ¶ Medica ars imperatoribus imperat: Plinius. *lib. 24. c. 1.* undè Caſsiodorus *lib. 6. c. 19.* Theodoricum regem, archiatro ſuo, ità ſcribentem, introducit: Fas eſt tibi, Nos fatigare jejunijs: fas eſt contra noſtrum deſiderium ſentire: talem tibi deniquè licentiam noſtri eſſe cognoſcis; qualem Nos habere non probamur in cæteros: vide Comineum *lib. 10. de R. geſt. Ludov.* qui medico ſuo dedit ſtipendium menſtruum, decem aureorum millia: ut intra quintum menſem ille acciperet 54. millia, præter Epiſcopatum Ambianenſem, ejus nepoti, & munera publica eius propinquis, & amicis, donata: Philip. Camerar. *Meditation. Hiſtoriar. lib. 1. c. 4.* Fœminæ, à Medicinâ, arcendæ ſunt; Petr. Heig. *quæſt. 26. lib. 2.* Jul. Clar. *in pract. crim. §. homicidium. num. 17.*

11 An Medicus imperitus, & negligens, morte puniri poſsit? Neg. ſed extraordinariâ pœnâ punitur: Petrus Heig. *qu. 28. lib. 2.* Vincent. Carocius *in tracta. locati. p. 4. De culpa quæſt 3 n. 9.* Plæca *in epitom. delicti c. 26. n 7.* Tiraquell. *de nobilitate. c. 31. n 56.* Coraſius 2. *miſcell. c. 2. n. 116.* Franc Ripa *de peſte titu. de remed. contra peſtem n. 66.* A Carolo V. inter caſus arbitrarios ponitur *in conſtit. criminal. cap. 134.*

12 Medicorum inſcitia, quandò ab alijs peritis exploratur, non requiritur, ut periti ſint jurati: quià cum gradum doctoratûs aſſumpſerunt, jurarunt: Petr Heig. *quaſt. 28. num. 65.* Fulvius Pacian. *de probation. lib. 1. c. 47. nu. 21.* Rutger. Ruland. *de commiſſa lib. 4. c. 10. n. 1.* de dubiâ tamen qualitate vulneris jurati deponere debent: Johan, Garſias *de expenſ. c. 24. nu. 18.* Maſcard. *de probation. lib. 2. concl. 653. nu. 13.* Ordinario Cameralis *p. 1. c. 85.*

MEDIUM.

1 Medium tenendum: *l. Nec ſupina, ubi gl. not. ff. De jur. & fact. ign. pro hoc adduco tex. in l. Qui lancem, ff De aur. & arg. leg.* ¶ Media ſententia, & via, eligenda eſt: *ità facit JCtus in l. Adeò, §. cùm quis, ff. De acq. rer. dom. & Imperator, in §. cùm ex alienâ materiâ, Inſt. de rer. diviſ. & Inſt. per quas perſ. nob. acq. ibi, & hoc ità, & §. ideoq; ſancimus, eo. tit. & in l. fin. C. De contrah. empt. l. Sciendum, ff. De æd. edict. Inſtit. de ingen. §. 1. in fin. vide optimè.* Caval. *in tract. de Tranſact. q. 12. col. 5. ubi pulcrè loquitur* Et quandò media via eſt eligenda, & quandò non, *vide gloſſ. in §. fina. Inſtitut. quibus ex cauſ. manumit. non licet.*

Et quòd media via, & modus, ſit eligendus, *textus eſt in l. Continuus, §. itèm qui inſulam, ff. De verb. oblig. l. Si quid venditor, & l ſeq. ff. De Ædil. Edict. vide in verb. Doctor, ubi pulcra, &* Curt. *conſ. 10. fol. 81. col. 4.* Hinc dicit gl. Diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas: *gl. in l. Apud antiquos, C. De furt.* 2

Hinc dicimus, quòd meliùs eſt, cauſſas, per medium, dirimere: *l. Filio, ff. Ut legat. nom. cau.* Et hoc ſolent facere ruſtici, partes concordando. Quòd repræhenditur per gloſſ. *in l. Neſcimus. ff. De negot. geſt.* ¶ Tamen ſi controverſia eſt dura, & rigoroſa, idem nos facere debemus, & hoc ſuadet Imperator *in l. Congruentius, C. de patr. poteſt. vide* Dec. *conſ. 231. vol. 2. de quo vide ſuprà, in verb. Doctor, nec non & in verbo: Cauſſa, & in verb. Ruſtici.* ¶ Media præſumuntur, probatis extremis: *pulcrè* Fel. *in c. Sunt in 12. col. num. 26.* ¶ Ad præmiſſa, quòd media via ſit amplectenda, *eſt optimus tex. in l. Solet. ff. De off. proconſ. quem ad hoc ibidem,* Zaſ. *in paratit. ff. not.* ubi dicit: Mediocritatis optimum eſſe temperamentum: proconſul enim Xenia, id eſt, munera hoſpitalia, nec ab omnibus, nec à nemine recipiet: Quòd hoc inhumanum, illud viliſſimum ſit: ſed intra modum ſe continebit. Ubi addit hoc eſſe, quòd apud Aulum Gellum dicitur: dimidium plus eſſe toto. 3

MELIORATIO.

Das Sachſen Recht ſagt/ *in Art. 53. li. 2.* 1
Land Recht: Was ein Mann bawet auff frembdem Gute / da er Zinſe von gibt/ daß mag er wol wieder abbrechen ob er von dannen zeucht/vnd ſeine Erben nach ſeinem Tode/ mögen es auch thun: ohne das Thor/vnd ohne den Zaun/fornen vnd hinden/ vnd das Hauß/ ob er das gebawet hette, vnd den Miſt/ dann deß ſol der Herre löſen/ nach der gebaweten Köhr: thut er das nicht/ dieſer mag wol eines mit dem andern wegführen.

Loquitur autem textus de bonæ fidei poſſeſſore, & de melioratione neceſſariâ, non voluptuoſâ: & ſic concordat jus civile *in l. Domum, C. De rei vendi. & §. certè illud, Inſtitut. de rerum diviſ. l. Pro voluntarijs, ff. De impen. in rebus dotal. fact. Facit ad hæc text. in l. Si ſervos, ff. De pignor. actio.* Menochius *conſ. 64. volum. 1. nu. 31.* 2

Sed

Guid. Papæ *quæſt.296.* Franc.Marc. *quæſt.161. par.1.& quæſt. 623.p.2.* Sed quoad pretium inſpicitur tempus reſtitutionis: Vincent. de Franch.. *deciſ.109.*

13 Expenſæ utiles, & neceſſariæ, ad perpetuam rei utilitatem, ſunt refundendæ, reſtituenti rem pupilli, malè alienatam: nec in eo caſu fructus veniunt computandi cum expenſis reparationum, per emptorem, in re minoris, ſine decreto, alienatâ, factarum: Afflict. *deciſ. 87. n. 6. vide l.16. C.De præd.& alijs rebus minor.* tamen quòd minor recuperans rem alienatam, ſine ſolennitate, ſolum teneatur ad melioramenta neceſſaria, utilia verò compenſentur cum fructibus, qui ſuperſunt, deductis melioramentis neceſſarijs; ſcribit Papon. *lib. 18. titulo 4. arr.14.*

14 Qui habet retentionem domûs, propter melioramenta, tenetur compenſare penſionem cum melioramentis, exceptis penſionibus perceptis propter melioramenta: Jacob. Puteus *deciſ. 276. lib. 3.*

15 Fructus, percepti ex melioramentis, ſunt illius, qui fecit melioramenta, & non veniunt reſtituendi in reſtitutione bonorum: Borgn. Cavalcan. *deciſ.32. num. 27. par.2. de contract.*

16 De melioramentorum materiâ tractant exactè, Joſeph. Ludovic. *deciſ perus. 24, 34, 58.* Borgn. Cavalcan. *dec.32. pag.2. de contract.* Quandò quis fecit bonâ fide meliorationes, in re alienâ, excedentes valorem ipſius rei, tùnc non tenetur reſtituere ipſam rem, ſed ſolùm eius æſtimationem, deductis melioramentis: Vincent. de Franch. *deciſ. 38. & 112.*

17 Eccleſia, & Dominus directus, non tenentur ſolvere melioramenta Emphyteutæ, & conductori, ad longum tempus, etiam liquidata: niſi finitâ locatione: Borgn. Cavalcan. *deciſ 32. par.2. de contract.*

18 Emphyteuta, ſi ob culpam emphyteuſin amittat, non recuperat melioramenta: Secùs ſi per generationem finitam: Andr. Gailius *lib.2. obſer.121. n.14.* Decius *conſil. 518.* Guid. Papæ *quæſt. 438.* Borgn. Cavalcan. *dec. 32. de contr. par.2.* Ang. Berous *qu.69.* Clar. §. *emphyteuſis qu.45.*

19 Civitas, quæ fecit expenſas, in reficiendo caſtro alicuius, ſui nobilis, ut ſe ab hoſtibus defenderet, illas non repetit. Franc. Cremenſ. *ſing. 26.*

20 Poſſeſſor, qui melioramenta fecit, poteſt rem melioratam retinere, donec ſibi ſit ſatisfactum pro melioramentis, etiam poſt ſententiam, quâ condemnatus ad rei reſtitutionem, ſi melioramenta fuerint oppoſita, & deducta, ante ſententiam: Secùs, ſi poſt: Sed an ſufficiat cautio, ut non retardetur executio? Reſpon. Quandò melioramenta non ſunt liquidata, tunc executio non retardatur: Hieron Magon. *deciſ. Florent. 49. nu. 23. & deciſ. Lucenſ. 81.* Petr. Beointend. *deciſ. Bonon. 77.* Jacob. Puteus *471. lib.2.* Vincent. de Franch. *deciſ 2.2.* Boer. *deciſ. 43. nu.9.* Capic. *deciſ.17.& 93. nu.13.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Perus. 58. n.13.* And. Gailius *obſer.12. n. 6. lib. 2.* Ludov. Roman. *ſing.177.* Papon *lib.18. tit. 4. arr.12.* Bart. *in l. In fundo. n.16 ff De R. vind.* Borgn. Cavalcan. *deciſ.28. de judic.*

De privilegio facientis melioramenta, & conventi hypothecariâ, & quandò ille poſſit offerre: vide per Magon. *deciſ. Florent. 9* & quòd ſufficiat offerre æſtimationē, licèt æſtimatio eſſet minor debito: duo autem requiruntur, ut quis, propter melioramenta, habeat beneficium offerendi: nempè, quod melioramenta ſint facta, in re, quæ retineri prætenditur: Et quòd is illa fecerit, quibus deficientibus, ceſſat jus offerendi. Hieron. Magon. *deciſ. Florent. 51.* 21

In melioramentis detrahendis habenda eſt tantùm ratio ad id, quod impenſum eſt; non autem ad id, quo res eſt effecta melior, & pretioſior, tempore reſtitutionis: quod procedit in eo, qui non erat dominus rei, ſed poſſeſſor tantùm: ſecùs, quandò ille, qui fecerat impenſas, erat dominus; ut eſt hæres gravatus, pendente conditione, qui proptereà detrahit omne id, quo res fuit facta pretioſior, tempore reſtitutionis: Rolandus à Valle *conſ 28. & conſ.30. vol.7.* 22

Statur juramento partis, quandò agitur de modicâ impensâ; aliàs melioramenta ipſa debent probari facta, & non præſumuntur, cùm ſunt difficilis probationis, &, datâ varietate teſtium, id, quod minimum, inſpiciendum eſt: Guid. Pap. *deciſ. 614.* Borgn. Cavalcan. *deciſ.28. in addit. de jud.* Magon. *deciſ.49. rota Flor.* Joſeph. Ludov. *deciſ. peruſ.23. & 58.* Jacob. Puteus *deciſ.474. lib.2.* 23

Melioramenta, quæ poſſeſſori dant rei, in quâ facta ſunt, retentionē, an idem jus tribuant adverſus anteriorem hypothecam habentem? Aff. Caſp. Anton. Teſſaur. *quæſt. forenſ. 71.* Johan. Garſias *de expenſ. & meliorat. c.18. nu.55.* *Didac.* Covarr. *var. reſolution. lib. 1. c.8. nu. 2.* Corſetus *in ſuis ſingula. verb. Meliorationes.* 24

Melioramenta an repeti poſſint, quandò rei, ſuper quâ facta ſunt, ſequuta fuit reſtitutio? Reſpon. Regularitèr non repetuntur: diſtinguit tamen Caſpar. Antonius Teſſaurus *quæſtione forenſi 79.* 25

aut

aut melioramenta ſunt utilia,& poſt reſtitutionem etiam recuperari poſſunt: aut ſunt voluptuaria, & tùnc ſunt talia, quæ rem pretioſiorem reddunt,& illa etiam repeti poſſunt officio judicis: vel res pluris non æſtimatur, tùnc ceſſat repetitio: *l.Si me & Titium ff. ſi certum petatur.*

MEMBRUM.

1 QUid ſit membrũ, (*Quod eſt corporis pars, quæ in corpore noſtro propriam & diſtinctã operationem habet*)& quæ partes hominis, veniant membrorũ appellatione? Barba,(*Barba, pro pilis, accepta, non eſt membrum, ſin pro mento, ſimilitèr non eſt membrum inſtrumentale,*) dens, (*Negatur eſſe membrum,*) digitus, (*Idem in digito. quià iſta, quæ contineant membra, ut digitus, dens, mentum, propriè non appellantur membra, ſed officia membrorum, & ideò in ſtatutis appellatione membri, non veniunt: niſi alia appareat mens ſtatuentis, vel, niſi ex digiti debilitatione, tota manus inutilis redderetur,*) an ſint membra? Statutum dicens, amputetur ei membrum, non verificari in digito, ſed in manû, Angelus *de maleſi. in verſi. membrum prædictum remanet debilitatum,* quid de mamillis mulierum,(*Hæ veniunt appellatione membri, non autẽ mammillæ viri, quià in corpore virili ſeparatam operationem non habent, ut in mulieri.*)& de genitalibus,(*Affirmatur.*) & de alijs: vide Bal. *in l. Data opera, col 10. circa finem, C. Qui accuſ. non poſſ. & ibi dicit,* ubi lex facit mentionem de membro,& aliud non exprimitur, quod intelligatur de manû.

2 Wie zu Sechſen Recht / (*Si criminalitèr agatur, ob mutilationes,* lemnüß *vel etiam vulnera atrociora,* Kampffbare Wunden / *pœna eſt manûs amputatio, dum tamẽ actor priùs, reo, de mortis periculo, caveat. Sin civilitèr eo nomine agatur, dimidium Werigeldum præſtatur. Ob alias injurias reales, aut verbales, emenda præſtatur: Sicut & ob vulnera, quæ vulgo* Fleiſchwunden/ nem B. inſchrötige/wunden *vocantur. Quilibet tamen digitus, aut pedica, hoc eſt, digitus pedis emendatur, ſecundum quod ejus decima pars in Werigeldo eſt conſtituta,*) eine Lähmnüß eines jeglichen Glieds verbüſt werde / *habetur in tex gloſ. & addi. Art. 16. lib. 2.* Landtrecht. Ibidem, von verbüſſung eines Fingers/ Zehen / Zahns / Mund / Naſen / Ohren / vnd Augen *Et in gl. 5.* ſpecialitèr nota. Wer einen aus freuel/vnd vorſatz / lähmet / vnd es peinlich wird geklaget/man ſol dem Thäter die Hand abſchlagen: vide informationem ſeu conſilium, auff Ober: vnd Erbgerichte vnd von Brüchen/Straffen vnd Büſſen / darein gehörende verſi. ohne Fleiſch Wunden *poſt Specul. Saxo. fol. 565.* vnd daſelbſt auch von Haarauſreuffen. (Von harrauffen das ſchlecht iſt/verbüſſet man 30. Schillingpfenning.)

De jure communi expilans alicui capillos, vel Barbam, vel crines (non tamen ſanguis exijt) teneatur pœnâ 10. librarum parti, & 20. librarum fiſco: *tex. eſt in c. 1. §. ſi quis aliquem. De pace tenen. in uſib. feudo. notavit* Lud. Roman. *in ſingula. ſuo 569. incip expilans, & ibi declarat per alios.* Pignolius *in addit.* 3

De membri mutilatione, quòd in caſibus membrum mutiletur, habetur *in l. 3. & in gloſſa Authen ſed novo jure, C. De ſervis fugitivis, & ibi notant* Dd. ſed ſemper, quòd mutiletur manus, & illa, in quâ minus poteſt, docent Dd. *ad d. Authen. Sed novo jure.* Et Ange. de maleſi. *in verſi. quas non ſolverit,* amputetur ei manus dextra. Wie vnd wann einer (*Cum videlicit reus homicidium faſſus, defenſionem allegatam, & quodammodo præſumptam, docere non poteſt,*) in caſû homicidij, mit Handabhawen zuſtraffen / *vide in Conſtit. Electo. Sax. c. 8. part 4.* 4

Membrum propriè eſt, quod habet diviſum officium: ut manus, pes, lingua, &c. Bart. *in l. 2 De pub. jud.* ¶ Membrorum ſuorum nemo eſt Dominus: *l. Liber homo. ff. Ad L. Aq. l. 1. §. ſed cum liber homo. ff. De his qui deiec. vel effud. l. fin. eod. tit.* Ergò in corpus ſuum ſævire nemo poteſt: quià hoc eſt capitale: *l. Omne delictum, §. qui ſe vulneravit. ff. De re militari l. Si quis aliquid, §. final. de pœn. l. fin. §. ſi quis autem ff. De his, qui ſibi mortem conſciver. vide* Dd. *in §. juris præcepta. Inſtitut. de iuſt. & jur.* ¶ Membri abſciſſio, an ſit pœna capitalis, *vide* Bar. *in l 2. de pub. jud. & not. per me, in l. Imperium in gl. 1. ff. De jurisd. omn. jud.* 5

MEMORIA.

MEmoria hominis, uſq; ad centum annos, vel parùm minùs, poteſt durare, & extendi, ſicut ejus vita, Alex. de Imo. *in conſ. 16. col. 4. verſ. nec ad hoc vol. 5.* Et ibidem vide, qualitèr probetur memoria tanti temporis, cujus in contrarium non extat memoria: *notavi quædam infrà, in lit. P. verſ. de probatione per ſcripturas.* ¶ Memoria hominis eſt labilis: & omnium habere memoriam, & in nullo errare, potiùs eſt divinitatis, quàm humanitatis: *l. 2. §. ſi quid autem, C. De veteri jure enucl. l. Peregr. ff. De acquir poſſ. ſ.* Cravet. *conſ. 28. & conſ. 65. n. 10.* 1

Memoria eſt, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt recordationis ſuperioris vitæ: cuſtos ingenij: theſaurus rerum inventarum: Cic. *lib. 3. Ad Heren. §. Nunc ad. 35.* Quint. *lib. 11* Omnis diſciplina conſtat memoriâ, fruſtraq; docemur, ſi, quicquid 2

audi-

audimus, præter fluat: neq; immeritò hic theſaurus Eloquentiæ dicitur. Memoria excolendo, ſicùt alia omnia, augetur. Memoria, ex animi doloribus, non parùm obliteratur: *l. Hac conſultiſſima, & §. at cum humana, C. Qui teſt. fac. poſſ.* Ideò illi ſubveniendum eſt adminiculo, & nil potentius in memoriam penetrat, quàm quod viſum ſubit: facilè audita prætervolant, conſpectarum imagines rerum hærent etiam invitis: Franc. Petrarcha *de remed. utriuſq; for. dial. 30. fol. 126.* Quanquã ne quidèm omnium cotũ, quæ quis viderit, ſemper recordari poſſit: *Tiraquell. de retract. convent. §. 1. gl. 2. n. 53.* Undè inordinata, & fatua dicitur memoria, à Neviſano, *in ſylv. nupt. lib. 5. n. 18.* Imò ſæpè in oblivionem degenerat, vel ob Venerem, memoriæ peſtem nocentiſſimam: Tiraq *de tr. connu. lib. 15. n. 66.* vel ob infirmitatẽ: Corn *conſ. 254. n. 4. vol. 4.* vel ob ſenium, ut de Phil. Decio, ſcribit, Coraſ. *in arreſt. Tholoſano; annotat. 35.* vel ob animi anxietatem, & negotiorum multitudinẽ: *d. §. cùm humana,* vel ob lapſum longi temporis: *l. Si id, quod 25. l. 40. ff. De acquir. poſſ.* Hinc dici ſolet, eos, qui confidunt in memoriâ, facilè decipi in hac maledictâ legali ſcientiâ: quam eapropter martyrium, & tormentum nominat Boer. *dec. 155. n. 23.* Cagn. *in l. Nemo poteſt. ff. De R. J.*

3 De Memoriâ, & oblivione hominis, vide notatũ digna apud Vivium, *lib. 1. dec. 65.* ¶ Vinum inducit oblivionem: undè Juſtinianus quondàm non meminerat de quibusdam ll. quià nimiũ biberat: *ità Accurſ. l. fi. verb. quarere, ff. In quib. cauſ. reſt. in integr. nõ ſit neceſſ. vide infra. fol. 363.* ¶ Tempꝰ quod ſit, quo cauſatur oblivio, & quid judici, hac in re, obſervandũ, Menoch. *in arbitr. lib. 2. cent. 1. c. 26. Vide ſuprà verb. Ignorantia, fol. 260. verſ. & huc materia.*

4 Memoria hominum multùm labilis, & caduca eſt: *l. Peregre, ff. De acq. poſſ. l. Hac conſultiſſima, §. at cum humana, C. Qui teſt facere poſſ.* ¶ Et omniũ habere memoriã, plus eſt divinitatis, quàm humanitatis *l. 2. §. ſi quid autẽ C. De vet. jure enucl.* Bar. *in l. Edita, C. De Eden.* dicit, ſe de quadã quæſt dicturũ, *in l. 1. ff. Eod.* cùm tamen ibi nihil dicat; & promiſſi ſui ſit factus immemor: & idem Bar. *in l. Imperium, De juriſd. om. jud.* dicit ſe dicturũ: *in l. Mori, Eo. tit.* quomodò præſcribatur merũ imperiũ, & tamen ibi nihil dicit. ¶ De labilitate memoriæ, vide aliqua, in verb. Bartolꝰ. Bart. *in l. Is poteſt, in 3. col. in prin. De acq. hæred.* dicit ibi, in decretis probari, ſed non recordari, ubi dicatur. ¶ Ad oblivionem cauſandã interdùm requiritur ſpacium decem annorum: *gl. in §. pen. Inſt. de uſucap. & gl. 1. C. De ſerv. fug.* Joh. de Mon. Ferr. *in l. 1. §. 1. col. 4. ff. De v. obli.*

¶ Quandò dicatur, memoriam non extare: Et quale ſit tempus, de cujus initio non conſtat, de contrario, per memoriam hominum, *vide ſupr. in verb. fama. & infr. in verb: probatio, & in verb. Antiquum.*

MENDACIUM.

Mendacij pœna quæ ſit, *vide in l. De ætate, §. 3. ff. De interlo. in jur. fac.* ¶ Conventus rei vendicatione, negans ſe poſſidere, & convictus de mendacio: quià probatur, quòd poſſideat: debet in continenti, ab eo, auferri poſſeſſio, & in actorẽ transferri, etiamſi de jure ſuo nihil probaverit: *textus eſt in l. fin. ff. De rei vendica.* 1

Adverte tamen, ne decipiaris: non enim intelliges, quòd proprietas iſtius rei detur actori: ſed quòd transferatur tantùm poſſeſſio in eum, & reus efficitur petitor, undè non auditur amplius, niſi ſuper proprietate: hoc, & quæ requirantur, *ut d. l. fin.* habeat locum, notat & colligit Abbas, *in c. penul. cùm cauſam, col. 6. verſ. ſecundò dicit gl. ext. de juramcalum & ibi notatur per d.* Do. Abbatem, quòd ejuſmodi interrogationes debeant fieri officio judicis: an autem ſint in obſervantiâ, in qua parte judicij debeant fieri, & reus an teneatur ad illas reſpondere, vide ibidem Abbatem, *col. 6. verſ. tertio dicit, & notatur in gloſſa, in verbo, reſponſionibus.* Similitèr nominando Titium, quòd pro eo poſſideret, & convictus de mendacio, privandus eſt poſſeſſione, & ad petitorẽ eſt transferenda: *Specul. in tit. de primo & ſecundo decreto. §. reſtat, nu. 20. verſ. quid ſi nominans:* & hæc ſunt vera: niſi pœniteat ante litis conteſtationem, ſecundùm Aretinum *in §. omnium, num 71. Inſti. de actionib.* 2

Aliud emphyteuta negans rem eſſe emphyteuticam, & convictus de mendacio, privatur ſuo jure emphyteutico. Idem eſſe dicitur in Vaſallo, negante feudum, ſi convincatur de mendacio. Idem de creditore inficiante rem ſibi eſſe pignoratã: quià videtur repudiare jus pignoris: & de pluribus aliis negantibus, vide Jaſonem, *in l. 1. in penul. & ultima colu. C. De Tranſactio.* 3

Et de negante poſitionem, vel falſam aſſeverante, quòd non poſſit ſe juvare ex illis, dicit Specula. *in tit. De poſitio. §. octavo loco nu. 1. 2. & 3.*

Nota, quòd quis nominando aliquem mendacem, vel arguendo quem de mendacio, committat injuriam, & teneatur ad emendationem triginta ſolidorum, de Jure Saxonico, *textus eſt in Art. 16. lib. 2.* Land Recht. Et *facit additio ibidem in lit. M.* 4

5 Et quòd nominans mendacem, ad inſtar reputandus ſit, vide *c. Nemo peritorum 11. q. 3.* ſed per verbum, tu mentiris, quòd inducatur litis conteſtatio, tenuit Robert. Marant. *in ordine ſuo judicia. 6. de litis conteſt. num. 4.* ¶ Nota: mendax impetrator carcere debet impetratis, & de ſimilibus, vide & cogita. ¶ Et qualitèr ex mendacio formetur indicium ad torturam, notatur infrà, *in lit. T. verſ. de tortura.*

Quis mentiatur, & quot ſint genera mendacij, habetur in tex. *c. ne autem c. beatus Paulus, & in c. primum eſt 22. q. 2.* in quib. caſib. vel cauſis liceat mentiri vel non, habetur *in d. c. primum eſt, & in ſequentibus capitulis uſq; ad finem d. c. 22. q. 2.*

6 Mentiri, & celare veritatem, ob ſuam ſalutem, licet: Gram. *theor. 3. n. 4.* & hoc quidèm non de jure Poli, ſed Fori. Mendacium, ad evitandam mortem, dicere non licet: Seraph. *priv. 132. nu. 4. c. ne quis, & c. ſeq. 22. q. 2.* quià mendacium ſemper eſt peccatum, *ibid. d. nu. 4.* ¶ Tutor, ſi de mendacio fuerit convictus, ex hoc ſolo probatur, quòd ſemper fuerit in dolo, &, contra talem, poteſt jurari in litem: Plot. *de in lit jur. 8. §. 3. n. 13.* ¶ Depoſitarius, vel cuſtos, negans depoſitum, ſi convincatur mendacij, contra eum poteſt jurari in litem: Plot. *§. 10. num. 2. ubi declara.* ¶ Contra mendacem jurari poteſt in litem: Plot. §. 36. ¶ De mendacio vide *verb. veritas, & verb. fiudes*: Afflict. *decif. 18. limit. ut* Marſi. *d. verb. negante, nu. 15. 16.* ¶ De mentiente & negante: Marſi. *de bannit. v. negantur.*

7 De pœnis mendaciorum, *vide remiſſivè* Prateium *de R. J. li. 7. tit. 2. c. 1. fol. 833.* ¶ Propter mendacium, perdit quis privilegia & beneficia juris: Seraph. *priv. jur. 31. num. 41. & ſeqq. uſq; ad 49. ubi infer. & priv. 63. num. 22.* Marſi. *verb. negantur, u. 12.* 14. *& ſeqq.* ¶ Mendax perdit jus, quod in re habet, in pœnam mendacij, niſi illud ſpecialitèr lege exprimàtur: Theſſ. *dec. 50. num. 4.* Iaſ. *l. 1. num. 11. & 12 de tranſ. C.* Dec. *l. Nemo ex his. ff. De reg. jur.* Curt. *tr. de mend. circa poſſ nu. 16.* Theſ. *dec. 50. num.* 1. *&* 2. Mendacium proferre, etiam officium negando, vel occultando, ut à morte quis liberetur, an liceat, Vivius *decif. 196 num.* 11. *lib.* 1. ¶ Mentiri, & mendacium dicere, non eſſe diverſa, Baſius *in ſuis paradox.*

8 Multos caſus notabiles, *vide per* Iaſ. *in l. Quod ti, nu 11. col. ff. De reb. cred.* in quib9 quis propter mendacium, vel negationem, perdit beneficiũ, quod aliàs à lege habebat. ¶ Mendacium, & furtum, æquiparantur: *tex. in l. Hæreditatum, §. fi. ff. Ad L. Falcid. quem ego ad hoc pondero.* ¶ Mendacium an dicere liceat, ubi non eſt perniciosum alteri, & ſuæ ſalutis præſervativum, & multa pulcra, vide per Alex. *in l. Qui totam. ff. Ad Trebell.* ¶ Mendaciũ duplat pœnam: *l. Contra negatem, C. Ad L. Aq. l. fin. ff. De rei vend. l. 3 ff. Quod cum eo.* Iaſ. *in §. omnium, nu. 87. & in §. item ſi quis in fraudem, num. 79. Inſt. de Act.* ¶ Ex ſimplici mendacio non præſumitur doloſè dictum, nec actionem de dolo inducit: *l. Et eleganter, §. fi. ff. De Dolo.* ¶ Mendaciorum omnia genera, *vide 22. q. 2. per totum, & maximè c. 1. ubi enumerantur octo genera.*

An ſi dixero, Salvo honore tuó, mentiris, 9
poſſim conveniri injuriarum, & quid, ſi provocatus dixi, Mentiris: Barto. *in l. Si quis extraneus, per illum tex. ff. De acq. hæred.* Alex. *in l. turpia, de leg. 1 vide* Goz. *poſt* Moder *in l. fi. ff. Quod quiſq; jur.* ¶ Ei, qui dicit, te commiſiſſe crimen aliquod, licitè potes dicere, Tu mentiris: *l. Quæ omnia, §. 1 ff. De procur. ubi* Bar. licitum eſt enim in alium retorqueri: *l. Si quis in grávi, § utrum, ff. Ad Sill.* ¶ Pro ſalute alterius non licet mendacium dicere: *gloſſ. in c. Quod ait, 14. diſt. c. 2. 22. q. 2. & c. ne quis, & c. Super eo. ff. De uſur.* Ex quo dicto Goz. *in l. omnes popul. in 4. q. 1. q. priu.* infert, ad pulcram q. An liceat mulieribus uti fucatis coloribus, ut placeant maritis, ſtante ſtatuto Epiſcopi, quòd tales ſint excommunicandæ. ¶ Verſus hoſtes, & latrones, mentiri licet: *l. 1. §. Labeo. ff. De dolo, vide* Boniſ. de Virell. *in tract. crim. ti. de pœn. mu. ſibi no.* Contra mendacem datùr actio de Dolo: *vide tex in l. Et eleganter, §. fi. ff. De dolo.* ¶ Una pœna mẽdacij eſt, quòd ſibi poſteà non credatur, etiam dicenti veritatẽ: *Auth. contra qui propria, C. De non nu. pec. quem tex ibi ad hoc ponderat* Sal. *vide* Iaſ. *in § item ſi quis in fraudem, n. 79. Inſt. de Act.*

Martinus Lutherus, *ſuper Gen. cap. 26. fol.* 10
36. facit poſt Auguſtinum triplex mendacium. Primò perniciosum, quod fit, quandò ſtudio decipiendi dicitur falſum, in detrimentùm proximi, ſive rerum, ſive famæ, ſive animæ ipſius, & hoc peſſimum eſt. ¶ Alterum genus eſt officioſum, hoc eſt charitatis, & miſericordiæ: ut ſi, magiſtratus quæreret furem, ut raperet eum ad ſupplicium, & ego ſcirem, tamen negarem, me ſcire ubi eſſet: ibi mentior, non in perniciẽ, ſed ſalutem proximi: aut ſi viderem aliquem inſidiari pudicitiæ virginis, aut matronæ, & fingerem me neſcire eam: ibi mentirer in ſalutem, & honorem puellæ. Sic Michol mentitur patri, Davidem abijſſe, ſed in ſalutem ipſius. Licet igitur, ubi ſine damno Magiſtratûs, aut parentum, fieri poteſt, tegere & defendere eos, quos petunt, aut quærunt. ¶ Tertium genus eſt jocoſum, quandò quis cum aliquo jocatur ſalvâ tamen gravitate, pietate, & fide: qualis eſt ludus Rebeccæ, & Iſaac: aut cum maritus fallit, aut ludit uxorem, aut

filiolum

filiolum, quæ fallacia detecta movet eis riſum & hilaritatem: ibi deſinit mendacium, & nihil eſt præter riſum & ludum. Hoc etiam utile mendacium,eſt, præſertim inter conjunctos familiaritate, & benevolentiâ. *Ità Luther.ubi ſupr.*

An liceat mentiri, quandò nemini nocet mendacium, aut fratris juvandi cauſa? N. Lamb. Danæus *lib. 2. Eth. chr. c. 16.* Petr.Martyr *in lib.1.Samuel.21.& 2.Samuel.15. v.33.per pſal.5.v.7.* & ſacra ſcriptura non diſtinguit: nam patrum exempla non probant, quià non exemplis, ſed legibus,judicandum eſt.

11 Mendacium, non niſi caſibus, à jure expreſſis,puniri, ſcribit Menoch.*de arbitrar. lib.2. caſu 216. n 8.* Hartman. Hartman. *c. 12. in. miſcell.lib.1.*Roland.à Valle *conſ.88. vol.4.* M.Antonius Cuccus *in tract. de mentiendo circa poſſeſſion.*

Si reus neget, ſe rem poſſidere, & probetur contrarium, actor mittitur in poſſeſſionem ipſius rei,in odium mendacij:Guid. Pap. *ſing. 609.*

Mendax, in dubio, non præſumitur in dolo, niſi mendacium tendat ad ſuam utilitatem: Petr. de Raven.*ſing. 297.*

12 Qui dicit mendacium in uno, præſumitur idem dixiſſe quoad alia; Imò in caſibus, in quibus,reſpondens poſitionibus,eſſet convictus, de mendacio patitur etiam pœnam, ut contra ipſum in litem jurari poſſit: Stephan. Gratian. *diſceptat.forenſ. 109. n. 4.*Surdus *deciſ. 58.n.1.*Anchoran. *conſil.316.* Granatus ad Veſtr. *in praxi lib.5.c.14. nn. 25.* Maſcard. *de probation concl.1039.n. 7.* Cravet. *conſ.282. n. 9.* Natta *conſ.59. n. 16.*

13 Pœna mend. eij,non habet locum contrà negantem narrata, cum clauſulâ, prout narrantur: & negans narrata,prout narrantur, non amittit poſſeſſionem, licèt reverà poſſideat: quià negatio debet eſſe abſoluta, ut negans perdat beneficium, & privilegium, quod deſcedat ab illâ qualitate negatâ: Stephan. Gratian. *dictâ diſcept. 109. nu. 10.* Surdus de aliment: *tit. 1. quaeſt. 78. nu. 29.* Claudius ad Bertazol. *conſ.crimin. 470. lib.2.* Parif.*conſil.190 n.9.li.3* Padilla *ad l. Quaeſtion. n. 10.C. De fideicommiſ.* Herculan. *in Tit. ſicut autem §. 1. De re judicatâ.* idem obtinet in verbis; Non credo, prout ponitur: Nam illa verba æquiparantur illis verbis: Narrata prout narrantur: Maſquardus.*concl. 1147. nu. 44.* Butticell. *in l.1 §.Si ſtipulanti. n. 15.ff. De v.obligat.*Surd.*deciſ.58.in fin.n. 5.* Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ. 109.n.14.*

14 Convictus de mendacio,ſi pœniteat eum, an incurrat pœnas mendacij?Diſting.ſi eum pœniteat,ante litis conteſtationem: non tenetur: ſecùs ſi pòſt, modò contrarium probatum ſit: Nam,ante probationē,etiam poſt litis conteſtationem, pœnitere poteſt: Cuccus *de mentiente circa poſſeſſion. n. 99.* Surdus *de aliment.tit. 1. quaeſt. 78.n.30.* Affl. *in c. 1. §. Vaſallus illat. prim. ſi de feud. fuer controv.* Stephan. Grati. *alleg.diſcep.nn.26.per textum in l.de ætate §.fin.de interrogat.action.*Roland. *conſ.88.nu. 18.vol.4.* Et in his,quæ emergunt, in diſputando, ante litis conteſtation. ſi reus convincatur de mendacio,non ſibi præjudicat;ut,ſi in declinatoria fori,juriſdictione judicis,aut ſimilibus caſibus,ſi reus in poſitionibus convinceretur, negādo videlicèt, locum eſſe de territorio;vel dicendo ſe eſſe clericum, & convictus fuit de mendacio, non ſibi præjudicat, cum poſſit poſteà in conteſtatione litis,confiteri, & conſequi beneficium confeſſionis: Steph. Gratian.*n.31.* Caballi.*reſolut. crimin. centu.1.caſu 56. nu. 9.* Bald. *in l.4. n.13.C.De cond. indeb.*

Mendacij pœna habet locum in negante factum proprium: Secùs autem in eo, qui 15
negat factum auctoris, prout dicimus de negante hypothecam, aut aliquid deberi agenti. Non enim perdit beneficium cedendæ hypothecæ, ratione mendacij: Stephan. Grat.*n.32.*An minor contra mendacium,aut inficiationem, reſtituatur? Aff. Farinac. *quaeſt.81. n.358 & quaeſt.92. nn. 174.* Caldeſi. *de reſtitut.in integr. in verb. vel adverſarij dolo n.47.*Steph.Gratian.*nu.48.uſq; ad finem.*

MENDICUS.

Quid circa mendicantium perſonas, & eleemoſynarum dationes, ſit conſiderandum, docuerunt Bart.& Joan.de Platea, *in rubr.& nigro.l.Unica,& ibidem in additionib. C.De mendicant. validu,lib.11.* dicit, *hic,* Bart. quod conferat hæc doctrina de mendicantibus, inter alia: quandò in teſtamentis legantur bona pauperibus, vel mendicantibus diſtribuenda. Fratribus mendicantibus, quatenus poſſint legari bona immobilia prohibita alienari, notat Anton. Corſet. *in ſingula. ſuis in verbo. Mendicantes.* de Clericis mendicantibus, & ſucceſſionibus eorum, docuit Nicola: ab Ubaldis,*in ſuo tractatu de ſucceſſ. ab inteſta. clerico. regula. & ſecula. in prin.* 1

Nota:mendicantes validi,& robuſti,mendicare non debent,ne miſeris, vel verè debilibus,panem auferant. Imò juſtius feceris,ſi injuſtè petentem, correxeris, quàm ſi ei dederis: *dicit Rubr. in titu. C. De mendi. vali, lib.11.* 2

Mendicus quis dicatur, Dauth.*de teſt. tit. de mutandi teſtamenti poteſtate,num.73,fol.105.* ¶ Mendicus non eſt; qui petit & obtinet beneficium Eccleſiaſticum: nam neq; eſt 3

donum, neq; eleemoſina, cùm eoncedatur propter officium: Dauth. *ibid.* ¶ Mendicus non eſt, qui petit officium, aut feudum: ſiam gratis non datur: *ibid.* ¶ Ità Carol. 5. & Rex Galliarom, poſt mortem Maximiliani 1. petierunt dignitatem Imperial. ab Electorib. *ibid.* ¶ Mendicitas non eſt, ſi quis donet ob cauſam, vel remunerationem, *ibid.*

4 In Judæorum politiâ nolli ferebantur mendici: & una quæque tribus ſuos pauperes ſuſtinere cogebatur: *Levit. 25. v. 35 Deut. 15. v. 4. Sirach. c. 40. v. 28*

De pœnis validorum mendicantiom vide Petr. Heg. *q. 27. li. 2. ibi* dicit mendicantes, morbû ſimolantes, aut falſis literis utentes; fuſtigatione, & relegatione, puniri: Etiam Ægyptiorum: Athenienſium: Regum Chinæ: utiles leges recenſet, & quâ re, ſe alerent Aerod. *rer. judicatar lib. 6. tit. 2. c. 1.* Stephan. *de jurisd. Gracor. c. 15.*

MENSIS.

1 IN dubio, ut menſis repletus dicatur, requiruntur triginta dies natutales: Alex. *de* Imol. *in conſi. 1. volum. 5. verſi. nunc videndum.* Et ſi ſtatutum oon faciat mentionem, de nomine menſis, intelligitur de triginta diebus: *idem* Alex. *conſi. 114. circa finem eo. volum. 5.* (*Et hac dinumeratio communi quoq; Germania conſuetudine recepta eſt, teſte* Mynſin. *cent. 6. obſerva. 40. nu. 19.*) Et requiritur, menſis quòd ponatur in inſtrumento: notavi infrà, *in litera P. verſi. de probatione per inſtrumentũ.* Expedit ſcire numerum dierum, menſium, propter practicam: *l. Septimo menſe, ff. De ſtatu hom* & propter alia.

2 Menſis mentio quandò fit, in dubio intelligitur de menſe 30. dierum: *vide* Soci. *in reg. 260.* ¶ Punitus, ut certam rem, infra menſem, reſtituat, quot dies, pro ipſo menſe, cõputentur: *gl. in extrav: ſuſcepti regiminis, prope finẽ in verb. eo ipſo, ne ſede vac. in extr. com.* Bar. *in l. cum bis ſextus de verb. ſig.* Soc. *in reg. 260.*

MENSURA.

1 IN civitatibus, & alijs tettitorijs, debent eſſe menſuræ, & pondera publica, ad quæ publicus recurſus habeatur: quorum normam ſi quis exceſſerit, puniatur *vide* Joan. *de* platea, *in l. Modios, C. De ſuſcepto. prapo. & arca. lib. 10.* Pœna falſificantis menſuras, eſt, de jure civili, relegatio: *l. pe. § fin. ff. De falſis*: de Jure Saxonico, Staupſchläge mit Landßverweiſung. Quandò autem ipſe non falſificavit, ſed ſaltèm falsâ menſurâ utitur, tùne puniatur arbitrariè ſecundum majus & minus: *l. Si falſas, C. Ad l. Cor. de falſis, eſt tex. Art. 13. lib. 2.* Land Recht, *& ibi habetur in addit. latina, lit. G.* ¶ Hodiè *§. 1. ff. Ad L. Corn. de falſis*, oſtendit, ſoli principi licere menſuris quantitatem tribuere. Defendi tamen poteſt, ſubditis altam, ut vocant, juriſdictionem habentibus, ex longâ præſcriptione, in ſuo territorio, ſuarum menſurarum quantitatem, diverſam à principali, tueri licere: ut augeant, vel minuant, ſine autoritate principis. Hinc legimus modios æneos, vel lapideos, cum ſextarijs, per manſiones ſingularum civitatũ collocari: *l. 9. C. De ſuſceptorib.* Et quidèm in Ecclesiâ: cujus rei multa hodiè extant veſtigia in templis, Abbatum præſertim: *Novell. 128. c. 15.* Et ex ipſo uſû publicâ notâ ſignari: *V.* Guid. Pap. *quaſt. 49.*

Digitus: palmus: pes: milliariom: quid 2
ſint: & quomodò menſurentur, Vivius *dec.*
488. n. 10 lib. 3. Bart. *in l. 1. in fin. ff. Si quis cautio.*
judi. ſiſti non obt. dicit, quòd debet fieri men- 3
ſuratio milliaris, per viã, quę magis frequentatur: & hoc, quandò fit, propter terminum eundi & redeundi: Sed ſi fieret ob aliam cauſam, puta propter vicinitatem, vel propter cauſam fortè braxandi, vel coquendĩ cereviſiam: tùm debet fieri, per rectitudinẽ loci: & ſi non poteſt fieri per terram, fiat per aerem, de quo per Bart. *in l. 3. ff. De verb ſign. l. Continuus, §. cùm ita, ff. De verb. obl. pulcherrimum in iſta maneriâ habemus conſilium* Henni. Gödden, *conſ. 12 De menſura milliaris. Et facit conſ.* Alexand. de Imol. *22. inci. conſideratu verbis, vol. 4.*

Wie nach Sächſiſcher Art/ vnd Gewonheit/ habetur *in addi. lit. B. Art. 66. lib. 3.* Land-Recht. Welches wil/ das ſolch Meſſen ſol geſchehen nach der gemeinen Straſſen vnd Fahrwegen/ da man pflege auff zugehen vnd zu farẽ/ mit einem Rhade. welchs achthalb Ehlen ſolle im Circkel halten/ vnd nach Rhuten zahl: vide hæc & alia bona, *in d. additone:* De menſurâ, & menſore agrorum, vel finium, vide *titulũ, ff. Si menſor. fal. mod. dixerit.* ¶ Eine Meile ſol haben 60. Gewende / ein Gewende ſol haben 60. Ruten / eine Rute ſol haben achthalb Ellen. 4

5 Milliarium, mille paſſus faciunt: *gl. in l. 1. ff. Si quis cautio. l. Mille paſſus. ff. De verb. ſig. §. cujuſcunq;, Inſt. de excuſ. tut.* ¶ Et quomodò debet fieri menſoratio, & per quam viam, & ſi diætæ non ſunt integræ, *vide per* Bart. *in l. 1. Si quis cautio.* Et ſemper pro uno die debent computari 20. milliaria: *vide tex in l. Scire, §. alind, & §. pracedens, ff. De excuſ. tut. vide* Petr. *in Tit. Qual. feud. negl. deper. in fin.* Hoc intellige de milliaribus Italicis, quorum quatuor, vel quinq;, faciunt unum milliare Germanicum: non de Germanicis.

6 Menſura, quæ extabat tempore vendiſignis, attendi debet: Non ea, quæ

quæ tempore traditionis rei: Johan. Bacean. *ſing.1.* Menſura loci contractûs, & non loci, ubi res vendita erat ſita, eſt attendenda: Roland. *conſil.100.vol.3.* D. Sola *in conſtitut. antiq.* Saband *gl.1.ſuper.1.parte decr. tit. de cenſ. Solution. n.10.* Cevall. *quæſt.733.n.9.* Bertazol. *clau.20.gl.19.n.9.* Ozaſcus *deciſ.114.* Stephan. Gratian. *diſcepta. forenſ.11.n.20.*

7 Cenſus, & victualia menſurabilia, non exiguntur, niſi cum menſurâ loci, in quo debentur: D. Sola *in alleg. loco.* ¶ Menſura neceſſaria, pro diviſione, faciendâ, fit ſumptibus utriuſq; partis: licèt una tantùm requirat diviſionem: Papon. *lib.15.tit.7.arr.3.*

8 Præſcribitur poteſtas reclamandi, adverſus menſuræ defectum, de re venditâ, ſpacio 60. dierum: quandò fuit actum inter partes, ipſam rem menſutari debere: Secus, ſi nihil fuerit actum: quià hoc caſu requiruntur 30. anni: Natta *conſi.569.*

MERCATOR.

1 DE mercatoribus, & eorum libris, vide quæ notavi infrà, *in litera S. verſiqu. de ſocietate, & in litera P. verſi. de probatione per privatam ſcripturam. (Si mercator bona fama ſit, & veritatem ſcribere conſueverit: Si ſuâ manu rationes conſcripſerit: Si cauſa debiti expreſſa ſit: ſi liber contineat data accepta.)* probent plenè, vel ſaltèm ſemiplenè, *(Semiplenè probant, ut juramentum ſuppletorium proferenti deferri poſſit. Sanè in foro mercatorum, communib. requiſitis impoſitis, plenè probarent. Idem, ſi conſuetudine hoc inductum eſſet.)* & quòd in foro mercatorum judicetur ex æquo & bono, quodq; operetur in illis conſuetudo, docuit Gcyl. *in obſervat.20.lib.2* ibi autem, ubi ex æquo, & bonâ fide agitur, ibi apices juris non curantur: *l. Si fidejuſſor, §. quadam. ff. Manda. vel contra l. Et ſi cognitio, C. Si contra jus vel uti. pub.*

2 De mercatorum utilitate, laude, & nobilitate, dixit Menoch. *in conſi.9. lib.1. per totum.* Reſpondens ad quæſtionem, an pro mercibus, & negociationibus, ſint immunes à collectis & oneribus.

3 Mercator non dicitur, qui ſuos fructus ſuperfluos vendit: Laur. *dec.14. n.7.* ¶ Mercator quis non dicitur unico actû: Seb. Med. *de reg. jur. reg.4. num.76.* ¶ An liceat mercatori cariùs merces vendere pecuniâ creditâ, quàm ſtatim numeratâ vendidiſſet: Covar. *var. reſol. lib.2. c.3. num.6.* & an uſurarius cenſendus, qui rem vendiderit cariùs juſto pretio, ob dilatam ſolutionem, *nu.7.* ¶ Mercator an præſumatur ſolvendo, vel non: Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſump.59.* ¶ De mercatorum libris, *ibid. præſumpt.62. & 63.* ¶ Itèm ſignis, & nominibus, *præſ.64.*

4 Socius mercator, & debitor, qui, nullâ contradictione factâ, literas, ad ſe datas, accipiunt. an in eis ſcriptam obligationem, contractum, & debitum, approbaſſe præſumantur. Menoch. *d. lo. præſumt.65.* ¶ Mercator, ex cauſâ, poteſt prohiberi mercaturam exercere, ut puta, propter fugæ ſuſpicionem: *l. De pollicitationibus, ff. De pollicit.* vel ſi in negociationibus, ad mercaturam ſpectantibus, malè verſatus ſit: vel dolum quærat: *l. Moris, v. interdici, ff. De pæn. l. Annonam, ff. De extraord. crim.* Benev. Straccha. *in tr. de mercatura, in 3.p.n.33. & 34.* ¶ Mercator ſine perjurio vix eſſe poteſt, & ſine mendacio: Coler. *p.1.c.10.n.120. vide quædam in mercatores, in* Pet. Gre. Thol. *de Repub. li.3. c.6. n.48. & 49.*

In curijs mercatorum, ſolâ æquitate inſpectâ, proceditur: undè non poteſt opponi iſta exceptio: Non intervenit ſtipulatio, ſed pactum nudum: Bart. *not. in l. Quintus,* Mand. Bald. *in l. Si pro ea. col. fin. C. Mand.* Dec. *in conſi.7. in fin.2. colum.* Goz. *in l. omnes populi, in 2.q.1.q. princ. de Juſt. & jur. vide ſupr. in verb. jus. ibi JCtorum ſubtilitates, vide* Soc. *in Rubr. de verb. obl. nu.7. & ibi* Carol. *Lect.2. &* Alex. *in l. Si ità ſtipulatus, §. Chryſogonus, de verb. obl.* ¶ Et ergò quoad eos non differt pactum nudum à ſtipulatione: *ità dicit.* Bald. *in c. Si pro debilitate. ff. De off. deleg. De quo vide* Alex. *in l. jurisgentium. §. ſed cum nuda, in fin. de pact. vide* Carol. *in Rubr. ff. De verb. obl lect.2. De quo, ultra prædicto, vide* Soc. *in l. Singularia, in 5. col. ibi tertia concluſio, ſi certum pet. & eundem in Rubr. de verbo. obl. n.7.* ¶ Mercatorũ verba debent exponi impropriè, ut eorum ſcripturæ ſalventur. Bart. *in l.2. C. De his qui ex publ. rat. lib 10.* ¶ An liber Rationum faciat ſemiplenam probationem, etiam pro mercatore, *vide* Bar. *in l. admonendi, in 5. col de jureju.* ¶ Licèt libris mercatorũ adhibeatur fides: tamen hoc tantùm procedit: quandò ſunt bonæ conditionis, & famæ: ſecùs ſi viles: Quià tunc eis non creditur: *ut per* Bal. *in l. Cunctos populos, 38. col. verſ. quintum exemplum, C. De ſum Trin. vide* Goz. *l. Si quis nec cauſam, in prin. ſi cert. pet.* ¶ Unus mercator non poteſt alium prohibere eodem negociationis genere uti: *l. Quæro, ff. De jur. patron.*

Mercatori quis pecuniam dare poteſt, 6 ut indè honeſti lucri partem percipiat: *l. per veſtras, ff. De donat. inter vir. & uxor.* Bar. *in l. Divus Severus, ff. Ad L. Falcid.* ¶ Difficile eſt, inter ementes, & vendentes, non intervenire peccatum: *c. Qualitas. de pæn. diſt.5.* & ibi gloſ. dicit, Quòd contrahentib. licitũ eſt, ſe invicem decipere: *l. Item ſi pretio, §. ſi. Loc.* ubi Bar. limitando hoc, dicit: Niſi aliquis ultra dimidium pretij ſit deceptus, quià tunc agitur ſecundum famam: *l.2. C. De reſcind. ven l. & c. cũ dilecti, de emp. 88. diſt.* ¶ Mercatorum ſtatuta, contra ſtatuta generalia civitatis, vel

jus commune, non nocent alijs, quàm ipſis, & hæredibus eorum: & an talia ſtatuta egeant aliâ confirmatione Principis, & alias quæſtiones pulcras, vide per Jaſ. *in l. omnes populi, in 10. col. in princ. ff. De juſt. & jur.*

7 Statutum mercatorum ſi diſponit: Quòd filius teneatur pro patre, debet intelligi, quandò filius etiam erat mercator, & de illâ profeſſione patris: aliàs ſecùs: Quià illud ſtatutum non ligaret filium. Itèm debet intelligi, quandò pater contraxit in loco originis, ubi ſtatutum viget: ſi verò pater contraxit extrà, filius conveniri non poteſt, licèt pater: *ità not. voluit* Goz. *in d. l. omnes populi, in 2. quæſt. 1. qu. princ.* Bl. *in l. 1. C. Ne filius pro patre, & per ea, quæ voluit præceptor ſuus Senenſis, in l. Modeſt. ff. De except. ſacie, quæ voluit* Bart. *in l. fin. C. Ad Maced. & in l. 3. §. hoc edict. ff. De naut. caup. ſtab.* ¶ Potentiores, & nobiliores, debent ſe à negociationibus abſtinere, ut plebei faciliùs poſſint negotiari: *l. Nobiliores, C. De comm. & merc.*

8 Idem negociationis genus, in eâdem Coloniâ exercere, unus alium prohibere non poteſt: *l. Quæro, de jur. patr. qui in fortioribus terminis loquitur.* ¶ Exceptiones de apicibus juris non poſſunt opponi, in curiâ mercatorum, ubi de æquitate debet procedi: Bald. *in l. Si pro ea, in ult. colum. C. Mandat.* ¶ Exceptio procuratoria, & aliæ, non concernentes factum, dicuntur de apicibus juris: Bald. *ut ſupr.* ¶ De mercatoribus, quòd ipſi nunquàm poſſint Deo placere, & alia pulcra de negociationibus, vide tex. *in c. Ejiciens, 88. diſt.* ¶ Si mercator convenit cum Titio, quòd ſcribat Gaio, ut ſibi credat aliquas pecunias, pro emendis mercibus neceſſarijs: ſi Titius non ſcripſit, tenetur mercatori ad damna, & intereſſe, quæ paſſus eſt ex eo, quòd dictus Titius non ſcripſit: *vide* Alex. *in conſ. 52. vol. 6. viſo primo puncto.*

9 Civitas, habens privilegium faciendi nundinas, & per 10. annos non fecerit, privilegiũ amittit: Capyci: *dec. 134.* Franc. Marc. *q. 53.* And. Gail. *obſer. 60. lib. 2.* Felin. *conſ. 1. n. 20.*

10 Mercata, ſine licentiâ principis, niſi præſcriptio intervenerit, fieri non poſſunt: Teſſaur. *deciſ. 264.* ¶ Mercator non dicitur, qui uno actû mercatutam exercet: D. Frid. Pruchman. *conſ. 6. num. 94. lib. 2.* Knichen. *de ſublim. ſeu regio territor. jur. c. 3. num. 83.* Joh. Philip. Monſpel. *conſ. 31. n. 32. vol. 1.* Benev. Strach. *de Mercatur. p. 1. num. 6.* Paul. Fuſc. *in ſingul. Iuris, litera V. n. 36.* Caſſan. *in conſuet. Burg. titu. des droicts rub. 4. §. 1. gl. 11. num. 2.*

11 Nobilis, exercens mercalem artem, perdit nobilitatem: Hyppol. à Collibus *de nobil.* Caball. *milleloq. 794.* Rebuff. *de mercator. minut. vend. num. 21. tomo 2.* Marant. *in ſuo ſpecu. p. 4. diſt. 9. num. 56.* Hyppol. à Collibus autem diſtinguit inter nobiles Germaniæ, & Italiæ: illis mercatura eſt res ſordida: his non. Mynſing. *cent. 6. obſerv. 54.*

In negotijs mercatorum, veritas eſt attendenda, rejectâ omni ſolennitate juris, & ſubtilitate: Et volunt beneficium excuſſionis, non locum habere, inter mercatores, & dicto unius teſtis, cum alijs adminiculis, ſtandum eſt, intra mercatores, in quorum cauſis proceditur, uti in curiâ Eccleſiaſticâ, in quâ confeſſio extrajudicialis probat, etiam facta, parte abſente: Capel. Toloſan. *dec. 197.* Boer. *dec. 221.* Rota Genu. *dec. 3. 23.* Cabal. *mille eq. 792.* Maranta *in ſpeculo p. 4. diſtinct. 9. n. 49.* Dcei. *conſ. 169. vol. 2. nu. 54.* 12

Verba literarum mercatorum debent intelligi, ſecundum ſtylum mercatorum: Jacob. Puteus *deciſ 19. lib. 1.* ¶ Mercator accipiens literas præſentatas ſimpliciter, cenſetur illas ratificare, & ſe debitorem facere præſentantis; etiamſi ſcribentes poſteà decocti fuerint: & ceſſat beneficium excuſſionis, propter abundantem fidem, quæ inter mercatores eſſe debet: Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. 64. num. 7.* Parpal. *in l. 2. §. creditum nu. 16. ff ſi certum petatur.* Flami. Chartar. *deciſ. 168. num. 1.* liberatio tamen, reſpectu delegantis, non inducitur, per literas miſſas mercatori, aut campſori, ut alicui ſolvat; quamvis per eum acceptentur: & ſi ſequatur decoctio, ante ſolutionem, ceſſat periculo delegantis: Steph. Gratia. *diſc. 64. n. 5.* 13

Mercatori, ſine hærede decedenti, ſuccedit collegium mercatorum: Beneven. Strach. *de decoctor. nu. 17.* ¶ Mercatores falliti ceſſantes, & fugitivi, poſſunt torqueri, ut indicent pecunias, ipſis datas, ad mercandum, quas nùnc denegant habere, & mercatores fugitivi, pro confeſſis habentur: Beneven. Strac. *de decoctor. nu. 2.* 14

Mercatores Florentini, qui menſam numulariam, certo loco, exercent, tenentur ibidèm ſe defendere, in his, quæ ad menſæ rationem pertinent, nec excuſandi ſunt, ſi Florentiam rationum codices tranſmiſiſſe dicunt, quos afferri lex jubet ſumptibus & periculo eorum, & Mercatores Florentini, qui Anconæ habent inſtitores, ibi conveniri poſſunt: Benevent. Strach. *tract. quomodo in cauſa mercator. procedatur nu. 20.* 15

MERETRIX.

Acceſſus, ad meretricem publicam, non nuptam, eſt impunibilis: niſi ſit carcerata: ratio eſt, ne fiat injuria caſtitati carcerũ, & loco, qui eſt publicus: *l. 1. C. de offi. judicis.* Sic etiã bannitus, vel alius incarceratus, impunè non poteſt occidi: Hyppo. de Marſi. *in ſingula. ſuo 150. incip. acceſſus.* ¶ Simile poteſt dici de alio loco publico, pio, ſacroſancto, vel religioſo: quià eadẽ, vel major poteſt eſſe ratio. 1

Sed

2 Sed nota, quòd regularitèr puniatur talis acceſſus arbitrio judicis, propter publicam honeſtatem, quæ violatur, per illum ſcilicèt acceſſum. Notavi aliqua ſuprà, *in litra H. verſi. de honeſta.* videlicèr, quòd poſſit expelli de civitate: *& ſuprà in liter. D. verſi. de infectione.*

Meretricem rapere an ſit capitale, vide Hippo. de Marſi. *in repet. l. Unica, C. De raptu virgi. n. 19. &* Matth. de Mattheſila. *in ſingulari ſuo 101. incip. nota unum, &* Paul. Caſtrenſ. *in conſi. 106.* ¶ Meretrici, ad explendam libidinem, quod datur, repeti non poteſt: *l. Idem 4. §. ſed quid, ff. De cond. ob turp. ca. ubi* Duare. *c.* 4. quod verò illi, per ſtipulationē, promiſſum eſt, exigere non poteſt: *l. Generales 26. ff. De V. O.* Duaren. *d. loco*

3 Meretrix intelligitur, quæ non eſt nupta, & talem vitam agit: Capye. *deciſ. 44. num. 1. & 2.* ¶ Meretrix dici nequit, quæ propter amorem, non propter pecuniam, ſui copiam fecit: Menoch. *lib. 2. cent. 4. c. 328.* ¶ Meretrix, quæ publico lupanari ſe exhibet, & proſtituit, cogi poteſt, ob juſtam mercedem, quemcunq; admittere: Covarr. *V. R. lib. 3. c. 14. ſub num. 1. verſi. addit tamen idem Contr. ibid. num. 2.* ¶ Meretrix, licèr removeatur à muneribus & honoribus, tamen poteſt obtinere jus patronatûs: Vivius *lib. 1. deciſ. 134.* ¶ Meretrix publica, de bonis, turpitèr acquiſitis, teſtari poteſt: ſecùs, in meretrice occultâ cujus bona fiſco applicantur: Vivius *deciſ. 482.*

4 Meretrices poſſunt cogi ad portandum habitum diſtinctum, vel ſignum, ut ab aliis honeſtis mulieribus poſſint dignoſci: Paul. de Caſtr. *in l. Minimè. C. De Epiſcop. aud. idem in Judæis, vide ſupr. in verb. Judæus.* ¶ Meretrix, ſi venerit ad inhabitandùm viciniam, poſſunt vicini eam expellere, implorandò officium judicis, ne alias inficiat: Paul. de Caſtrenſ. *in l. Nullus C. De ſumm. Trin. & fid. Cath.* ¶ Meretrix eſt, quæ multorum libidini paret *c. vidua, 24. diſt. & repetit gloſſ. in c. inter opera, de ſponſ.* ¶ Meretrix, etſi ſit turpis perſona: *l. Pomponius. ff. Si à parente quis ma. fuer.* non tamen eſt infamis: *ſecundum gl. ibi*, niſi in adulterio deprehenſa fuerit. ¶ Meretrix publica infamis eſt: Alex. *in conſi. 11. volum. 1. in princ.* ¶ Meretrices non ſunt dignæ legum laqueis: *l. Quæ adulterium, C. De adult. gloſſ. in c. 1. de loc. & cond.* ¶ Meretrices, hiſtriones, gloſſ. *in c. ſi cupis, in fin. 16. q. 1.* Canes appellar: Quòd bona filiorum, id eſt, pauperum, à canibus abſumi non debent.

5 Mater meretrix filiam, propter meretriciam vitam, exhæredare non poteſt: *l. In arenam, ubi* Barto. Fulg. Iaſo. *C. De inoff. teſt.* Secùs tamen eſt, in patre: quià, licèt ſit meretricarius, filiam meretricem poteſt exhæredare: *ità limitat* Fulg. *& poſt eum* Iaſ. ¶ Mulier meretrix maritum habens, ſi filium pariat, præſumitur natus ex matrimonio: quià pater eſt, quem nuptiæ demonſtrant: *l. Quià ſemper ff. De in jus vocand. caſus eſt in l. Miles, §. ſexaginta, verſ. defuncto ff. Ad L. Jul. De adult. coerc.* ¶ An, cum meretrice nuptâ, committatur adulterium, *vide gloſſ. &* Bart. *in l. Quæ adulterium, C. De adult.* ¶ Aliud eſt eſſe meretricem, & aliud pro meretrice haberi: *vide* Bart. *in l. Si maritus, §. legis Juliæ. ff. Ad L. Jul. de adult. coerc.* ¶ Meretrici quòd datur, non repetitur: *l. idem & ſi ob ſtuprum, de cond. ob turp. cauſſ.* & meretrix quæſtum non turpitèr accipit.

6 Coitus, cum meretrice, jure civili, eſt impunitus: *l. 1. De concub.* Bart. *in l. verum, in pri. ff. De furt.* ¶ Meretrix principi, de tribu Juda, copulata eſt conjugio, de quâ poſteà Chriſtus naſci dignatus eſt: Andr. *in c. integritas, 3. q. 1.* ¶ Non ſolùm concubina, ſed & meretrix publica, ſuis conjunctis ſuccedere poteſt ab inteſtato: *ut not.* Ang. *per illum tex. in §. ſed & aliud, in Authen. quibus mod. nat. eff. legitim*, *vide* Dec. *in l. 1. in 2. colum C. Unde vir & uxor.* ¶ Meretrix, promiſſum ſibi ab aliquo, petere non poteſt: Bart. *in l. idem, de cond. ob turp. cauſſ. per l. generalitèr. ff. de verb. obl. & c. fin. De pact.* Bar. *tamen in d. l. idem. declinat in contrariam partem.* ¶ Meretrix, in causâ criminali, teſtis an eſſe poſſit: vel ſaltèm in crimine Læſæ Majeſtatis: vel ſaltèm ad torturam inferendam, *vide inf. in v. Teſtis.*

7 Licèr meretrix poſſit expelli, è viciniâ; tamen procedit in ſolutâ, non in eâ, quæ ſit nupta, & cum viro habitet, quæ, quamvis ſit meretrix, expelli non poteſt, ob favorem matrimonij, dummodò non faciat publicum quæſtum, nec habeat maritum lenonem, & infamem; quo caſû conjugium non eſſet conſiderabile, & tanquàm ſoluta debet tractari, prout etiam meretrix nupta, quæ de conſenſû viri meretricatur, poterit carcerari, quicquid aliàs non poſſit: Proſper Farin. *de carcerib. quæſt. 27. n. 56. & 58.* Caballin. *reſolution. criminal. c. 185. n. 9. caſu 184. n. 4.* Vincent. de Franch. *deciſ. 316.* Placa *in epitom. delictor. c. 34. nu. 10.* Capici. *deciſ. 44. n. 2.* Marſil. *in l. unica nu. 45. C. De rap. virg.* Steph. Gratia. *diſcept. forenſ. 135. n. 20.*

8 Meretrix, quæ matrimonio jungitur, inſtitui hæres poteſt, & fratrem excludit: Cardin. Thuſcus *concl. 454. n. 17.* Surdus *de aliment. tit. 7. quæſt. 5. n. 15.* Menoch. *conſ. 18. n. 12.* Turr. Crem. *c. 2. n. 3. quæſt. 1.* Covarr. *de ſponſal. p. 2. c. 8. §. 11. n. 4.* Stephan. Gratian. *alleg. loco nu. 17*

9 Meretrix nulla dici poteſt, niſi, quæ plures admiſit, & ſui corporis facit quæſtum; undè filia non poteſt exheredari, ſi uni

in Specul.Saxo.lib.3.Art.41.¶ Actio quòd metûs cauſſa oon competit,pro mioore ſummâ duorum aureorũ,ſicut actio de dolo, *vide ſuprà iu verb. Dolo, &* Jaſ.*in l. Cnm mota,in pen. col.C.De Tranſact.* ¶ Metus, cum ſit animi paſſio, juramento poteſt probati: Martin. Benckend.*iu tract priv.juram,* Seraph. de Seraph.*ad priv.110.n.fi.*Deciao.*conſ.30.n.18.li.4.* Decius *conſ.256.n.9*.Alexaod.*des conſ.19.lib.1.*

9 Læſio eſt certum ſignum metûs incuſſi: D.Bencken.*alleg.loco nu.17.*Herm.Vult.*lib.2. conſi.Marp.conſ.29.n.113.* Sehrader.*conſ.1.n.102* Surdus *dec.194.*Mandel.*couſ.77.n.21.* Hondedeus *conſ.29.u.42.lib.1.* Maſcardus *lib.2.de probat.concl.1054.* Bartol. Cellenbet. *de rennue. ſucceſſion.qu.42.u.26.* ¶ Proteſtatio de metû, licèt ſit legitimè interpoſita, metũ non probat: Bencken.*in alleg.loco.*Maſcard.*de probat. lib.3.concl.1054.nu.9.*Surdus *deciſ.194.*

10 Sola reveientia, quæ debetur perſonæ, non ſufficit, ad probandum metum, præſertim in contractibus,& renunciationibus filiorum;quicquid ſit, in uxore, contrahente ad utilitatem mariti, quæ habet facultatem reſcindendi, ex ſolâ reverentiâ,& metû præſumpto: volunt etiam DD in reounciationibus, per puellam, factis, ſufficere metum reverentialem, accedentibus minis: Cevall. *qu.727.n.21.*Mantic. *de conjectnr. ultimar. volunt.lib.2.titu.7.n.7.*Cravett.*couſil.115. num.3.* Stephan.Grat.*diſcept.foreuſ.108.n.50 cum ſeq.* D.Pruckmao.*conſ.1.n.544. vol.2.*¶ Metus reverentialis,erga maritũ,ſemper ſubeſſe cenſetur, quandò uxor binuba aliquid donat: D.Prueh.*conſ.1.n.418.vol.1.*Mande.*conſ.4.n.11.*

11 Jurameotum ſi actui,qui ex metû eſt celebratus, aeceſſit, actus omninò ſervaodus, & ad executionem eſt perducendus;ità non ſolùm juramento ſit ſatisſaciendum,ſed etiam juramentum facit,ut exceptio, de metû, elidator: Namq; actus, ex metû,factus, ipſo jure valet, licèt exceptione elidi poſſit, juramentum itaq; non primò actum validat,ſed ſolùm elidit exceptionem, atq; actus, vel contractus, qui per exceptionẽ elidi poteſt, ſi exceptio non fuerit oppoſita, ipſe actus, vel contractus, per ſe ſubſiſtit, & ad producendam actionem eſt efficax;niſi &juramentum, per metum, fuerit extortum. Nam juramentum, per metum, extortum, non eſt obligatoriũ; licèt quamplurimi velint,quod & illud jurameotum ſit ſervandum,cum ſine interitû animæ ſervari poſſit, ſi non abſolutio de eo impetratá fuerit: impetratâ autem abſolutione,â tali juramento,recedere licet: *c. Abbas.Extr.de his, qui metu et vi.*D. Martin. Bencken.*ad privileg.110 in annotation.tractat.* Seraph.de Seraphio. Modeſt. Piſtor.*conſ.26. n.11.lib.1.*Honded. *conſil. 29.n.18. lib.1.* Bartol. Cellenbetz *de renunc. ſucceſſion. qu. 42. nu.78.*

Jerem. Setzerus *de juram.lib.1.c.19.*Hieron.de Cevallos *in ſpeculo commun.opin. qu.104.*Mandel.*conſil.77.o.17.*Gilman.*deciſ.14.& 22. lib. 1. rerum judicatar. Camera Imperial.* Farinac. *in pract.crimin.p. 1. lib.1.tit. 4.qu.35.* Boer. *deciſ. 100.u.14.*

MEUM.

Quicquid ſit, in re meâ, poſſum propriâ 1
authoritate tollere, ſi etiam res ſit â me poſſeſſa: *l. Quemadmodum, §.1. ff. Ad l.Aq l. Si vitem,§.qui ad januam.ff. Quòd vi,aut clàm.* ¶ Secùs eſſet, ſi ego non poſſiderem: *vide de hoc latè* Dec.*in conſ.221.vol.2.num.5. non patitur.* ¶ Secùs etiam eſt, ſi quid ſupra meum pendet: quià tùnc debeo agere negatoriâ, ad illud removendum: *d.l.Quemadmodum, ubi gloſſ.bonus tex.in l.unica, C. ut nemini liceat ſine judicis authoritate, vide* Bart.*&* Moder.*in l.1. §.nuuciatio, ff. De oper.no.nunc.&* Jaſ. *in d l.unica, adde* Bart. *in l.Generali, C.De Decur.lib.10.*

Et deſtructiò illius rei, in meo ſolo, factæ, 2
eſt poſſeſtiooem defendere: *l. Si ſervus. C. Quod cum eo, ubi* Bart. *in d.l.unica.* ¶ Meum quod eſt, ex aliâ causâ meum fieri non poteſt: *c.Inter dilectos.ff.De fid.inſtrum.§.ſic itaq; Inſt.de Act.l.Poſſideri, §. ex plnribus,ff.de acq. poſſ.l. Sna res.ff. De contrab emp Inſt.de leg.§. ſed etſi legatarij.* ¶ Quod meum eſt, me invito, à me auferri nequit: *l. Id, quod noſtrum, ff.De R J l.fin.ff. De pact.*

Firmius illud habeo, quod eſt meum, 3
& quod acquiſitum habeo, ex meâ proviſiooe,quàm alterius,vel legis:*l.ſi filius,§.erit, ff. De fidejcommiſſ.libert.l.2.ff.De off.proconſ l. Quod principi,& l.Si Auguſta.ff.De leg.2.ità illa jura ad hoc allegat* Bart.*in l Si inſula,in 6.opp.1. part.de verb.oblig.* ¶ Sic & magis, & firmius, meum eſt, quod probitate meâ conſeqoor, quàm quod per meos anteceſſores acquiſitum eſt mihi: *gl.in l.Si quid in bello.ff.De capt. & poſtlim.reverſ.*¶ Quod nota, pro novis nobilibus: Qui ſuâ virtute nobilitatem à Cæſare acquiſiveront, qui meliores ſunt his, qui à parentibus ſucceſſione nobilitatem habent: de qua re diſputatum fuit &c, per præmiſſa, ità concluſum, addendo præmiſſis: Cùm omnis nobilitas hodiè ex imperatore fluit: *l. 1.ff. Ad L. Jul.de Amb.*ergò ille, qui immediatè ab Imperatore nobilitatem habet, melior eſt, vel ſaltem æquè nobilis, ſicut is, qui à patre nobilis naſcitur. Et melius eſt, ex fonte, quàm ex rivulo bibere. ¶ Meum, & tuum, verba, ſi de medio ſublata eſſent, quietiſsimè homines viverent: *c.Dilectiſſimis 72.q.1.*

Quod commune eſt, meum eſt: *l.illud,* 4
ubi gloſſ. de rit. nupt.l.Si quis in fundi,§.Labeo, ubi Bart. *de leg.1.*¶ Hoc tamen non eſt verum, proptiè loquendo; *ut per* Br. *in d. l. illud.*

Com-

Commune tamen meum eſt, quantum ad meæ partis diſpoſitionem: *ità* Batt. *not. ex l.1. C qui teſt. fac poſſ. ubi pulcrè* Jaſ. *& infert hoc ad multas qq. vide in verb. communis.* ¶ Sibi ipſi quis nec prohibere, nec imperare poteſt: *l. penult. ff. De Arb.* ¶ Poſſum in tuo facere, te invito, quod mihi prodeſt, & tibi non obeſt: *l.1. §. fin. ff. de Aq. pluv. arc.* ¶ Quis non poteſt in ſuo facere, quod alteri nocet, & ſibi non prodeſt: imò tenetur de Dolo, ſi animo nocendi faciat: *l.1. §. denique Marcellus, ubi jura in gl. de aq. pluv. arc. l. In fundo. ff. De rei vend.* ¶ Quis non poteſt in ſuo facere, quod alteri nocet, & ſibi non prodeſt, etiam ad utilitatem tertij: *l. utilis, §. ſed ſi adierit. ff. De leg. præſt.* ¶ Quis compellitur facere, quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet: dummodò contractus præceſſerit, ex quo poſſit agi ad hoc: *l. In creditore. ff. De evict. l.2. §. idem varijs, ff. De aq. plu. arc. de illis 4. reg. vide* Joh. Fab. *&* Ang. *Inſt. de l. Fuſ. Caunin. toll. vide de hoc* Soc. *in reg. 141. ubi limitat.*

4 An quis in ſuo facere poſſit, quod ſibi libeat, *vide* Petr. *in q. 403. & in q. 210.* ¶ De jure communi, in meo poſſum ædificare, quicquid volo: fallit, Wo mein Nachbar ſolches bawen gegen mir verjahret hett / vnd in ein gewonheit bracht / ſo kan / vnd mag ichs nicht thun: Idem dicendum eſt, von eigenen Fleiſchbäncken / Backöffen / Brewheuſern / vnd dergleichen / die einer wieder die Gemein / vor ſich ſonderlich / auffrichten wil. Sed pro ſe, & ſuis, unuſquiſque hoc liberè facere poteſt: *vide* Lehn Recht / *c.11. in gloſſ. in nova additione.* ¶ De molendino novo, quod quis vult in præjudicium prioris molendini ædificare, ego ità Puto dicendum, ut ſuprà. *Et hoc clarè deciditur, in gloſſ. d. c. 11.* Lehn Recht, *fol. 22. colum. 1 in fin. illius folij.*

5 Rei ſuæ unuſquiſq; eſt moderator, & adminiſtrator, prout ſibi videtur, etiam abutendo: *vide multa de hoc infrà, in verb. res*, ubi etiam habes, quæ res mea dicatur. ¶ Meum propriè non eſt, quod mihi debitum eſt: *ut per gloſſ. Inſt. de Act. in princ. in verb. debitor, vide* Dec. *conſ. 300. viſa petitione, vol. 2. n. 5.*

MILES.

1 Miles dicitur, qui armatæ militiæ deditus eſt, pro ſuorum, Principis, vel Reipublicæ tuitione, & defenſione: *toto titulo de militari teſtamen. C. & in ff.* ¶ Quot ſint genera militum, & qui gaudeant privilegijs eorum. ¶ Miles procedens ad bellum, ſi occidat aliquem, non eſt reus homicidij: quià legitimâ ſuperioris authoritate occidit: *c. Miles 23. q. 1.* ¶ An miles præferatur doctori, & econtrà, in incedendo, loquendo, & ſedendo, quæritur: & reſpondetur, quòd in actibus bellicis miles, in civilibus doctor: ſed in actibus promiſcuis, doctorem militi præferendum, tenet Caſſan. *de glor. mund. part. 9. conſid.* 1. Antonius Cajus, *in Apoſtilla ad Angelum Aretinum, in proœmio Inſtit, §. Imperatoriam, num. 2. verſi. quæro, quæ ſit differentia.* Et *ibi* Angelus in iſtâ reſidet ſententiâ, quòd doctor militi ſit præferendus: Sed vult intelligi de doctore, actû legente, in ſtudio publico, vel in ſcientiâ præcellente, vide ibidem. Rem emptam ex pecuniâ ſuâ, poteſt miles vindicare: Paul. Fuſc. *in ſingular in verbo, Res num. 37. per l. Si ut proponis. C. de Rei Vendic.*

Et miles, quæ acquiſivit in militiâ, regularitèr non tenetur conferre, neq; in legitimam imputare: Bald. *in l. omnimodò, §. imputari, C. de inoffi. teſtamen.* qui ibi facit quintuplicem militiam. ¶ Miles etiam, in dignitate poſitus, non poteſt torqueri, etiamſi urgeant contra ipſum indicia: niſi à militiâ ignominioſè ſit dimiſſus. Nec in cæteris ad torturam proceditur, niſi præcedentibus legitimis indicijs: *l. Milites, & ibi* Salice. *C. de quæſtionibus:* neq; pœnis plebejorum miles, in dignitate conſtitutus, ſubjiciatur, niſi ſit in crimine læſæ majeſtatis: *tex. & gloſſ. in d. l. Miles.* Vide ea, quæ notavi infrà, *in litera T. in verbo de tortura, verſi. quæ perſona poſſint torqueri.* 2

De militari teſtamento, (*Condi tantùm poteſt ab eo, qui in expeditione verſatur: nam militibus ſtationarijs ſolennitates teſtamentorum non remittuntur, licèt cætera privilegia militaria habeant.*) & multa bona de milite, docuit Geyl. *in obſervat. 118. lib. 2. obſervat.* Weſenb. *in conſ. 17. p. 1. de teſtamento militari, vide ibid.* 3

Militibus jura in multis ſuccurrunt: Seb. Med. *de conſ. poſſ. gloſſ. 2. p. 3. n. 202. & ſeqq.* ¶ Uxor militis an gaudeat privilegijs mariti militis, Capyc. *deciſ. 172.* ¶ Miles non convenitur, niſi coram magiſtro militum, & ſic gaudent etiam privilegio militari vigiles: Vivius *deciſ. 254. lib. 2.* ¶ De militibus Hieroſolymitanis, quædam habet Dauth. *tr. de teſtam. num. 178. fol. 224.* Vivius *deciſ. 446. lib. 3.*

Miles, qui pro pace excubat, alienas cauſſas deferre non poteſt: *l. Mulierem. ff. De Accuſ.* ¶ Sex requiruntur ad hoc, ut quis ſit miles: quæ enumerat gloſſ. *in l. pen. ff. ex quib. cauſ. major.* ¶ Militia non eſt dignitas: Joh. de Plat. *in l. 1. in 3. col. C De dignit. lib. 12.* ¶ De militibus, *vide pulcra. in tract. de debit. ſuſpect. fugit. in 5. q. princ.* Ubi etiam habes: An milites noſtri temporis gaudeant privilegijs militum? ¶ Militia triplex: Equeſtris: cœleſtis: & legalis: *l. Advocati. C. De advoc. diverſ. jud. vide gl. in l. Miles. ff. De re jud. & in l. pen. ff. De teſt. milit.* ¶ Et quòd Doctores ſint mili- 4

militeſ, dixit Bald. *in l. Huic. ſcriptura, ubi A-poſt ad L. Aquil.* Et quòd Clerici ſint milites, *vide ſuprà in verb. Clerici.* ¶ Remiges, & vigiles, milites ſunt: *gl. in l. pen. ff. De teſt. milit.*

5 Miles damnari debet, in quantum facere poteſt, & ei aema ſunt relinquenda: *l. Miles. ff. De re jud.* ¶ Milites potiùs arma, quàm leges, ſcire debent: *l. ſiu. in prin. C. De jur. delib. l. Milites, C. Loc. l. Si militem, C. De cond. ob cauſ. l. Milites, C. De re mil.* ¶ Hinc eſt, quòd etiam procurator eſſe non poteſt: *§. prætereà, Inſt. de Except.* Tamen ſi datus fuerit, & non repulſus, ante litem conteſtatam, poſteà repelli non poteſt: *l. filiusfamilias, §. veterani, ff. De procur. l. Ità demùm, C. De procur.*

6 Miles, ſi aliquam exceptionem omiſit, vel obligationem, quæ ſibi competebat, condemnatusque hanc ob rem fuerit, poteſt reſtitui in integrum: *l. 1. C. De jur. & fact. ignor.* Et bunc text. in jure unicum nota. ¶ Hoc tamen privilegium ceſſat in militibus legalis, & cœleſtis militiæ, ex quo ratio ceſſat: quià Clerici, & advocati, debent ſcire leges: *l. 2. §. servus. ff. De orig. jur. gl. in l. Repetita, C. De Epiſc. & Cler. gl. in c. Epiſcopia, 37. diſt. ſimiles caſus habes, in gl. in §. appellantur, Inſt. de Except.*

7 Militum ſtipendia, pro ratâ laboris, hæredibus deferuntur: quià illis non in annos ſtipendia conſtituuntur, ſed ut quiſque onus militiæ ſubierit: *l. His ſcholaribus; quibus laborum intuitû ibi* Cujacius *C. de erogat. milit. lib. 12.* And. Rauchbac. *quæſt. 25. n. 19. lib. 1.* ¶ Militum appellatione Impeeator continetur: Petrus Heig. *lib. 1. quæſt. 2. n. 11.*

8 An miles ſit præferendus doctori? N. quià eſt Toga Marte prior; calamus victricibus armis; quæ non arma queunt vincere, ſcripta queunt: D. Martin. Benckendorff. *ad l. 2. memb. 1. de regul. jur. n. 13.* And. Gail. *lib. 2. obſervat. 118. nu. 16.* Johan. à Breitenbach. *conſ. 31. nu 7. lib. 5.* Johan. Lauterbach. *in tractatû de armis & literis.* Lupus *in rubr. §. 37. num. 20. Extr. de donation. inter virum & uxor.* Bald. *l. Quod conſtitutum C. De teſtam. militar.* Jaſon *in l. ſi quis in conſcribendo num. 4. C. de pactis.*

9 Miles non poteſt eſſe procurator: valent tamen eius geſta, ſi non opponatur: Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. 123. num. 8.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. c. 7.* Stipendia militum non ſunt capienda, pro executione ſententiæ, niſi in ſubſidium: itèm non poteſt conveniri, niſi in quantum facere poteſt: *l. Stipendia C. de executione rei judicat. l. Miles ibi gloſſa ff. De re judicata.* Felin. *in cap. cum ex officij col. 1. de præſcription.* Joban. Lauterbach. *in tract. de armis & literis n. 123.*

10 An milites Limitanei, & præſidiarij, jure militari teſtari poſſint? Aff., quià occultum ſemper imminet periculum: Cujac. *conſult. 49.* Weſenb. *conſ. 17.* Obrechtus *in ſuis diſputat. p. 2. th. 822.* Nicola. Reuſner. *in l. 5. C. de teſtam.* Godefredus *ad l. pen. C. De teſta. militar. vide diſſentien.* Donell. *6. commentar. ultim.* Gail. *2. obſervat. 118.*

Noſtri temporis milites omninò veterum militum privilegijs fruuntur: Boceeus *de jure belli c. 28.* Vaudius *lib. 1. quæſt. 54.* Joh. Gœddeus *cap. 7. concl. 17. num. 300. De contr. ſtipulat.* Anton. de Gamma *deciſ. Luſitan. 365. num. 2.* ¶ Ad teſtamentum militis duo teſtes omninò requiruntur: Bronchorſt. *centu. 2. miſcellan. 22.* 11

Miles non poteſt eſſe fidejuſſor: procedit etiam in militibus noſtri temporis, actû militantibus: niſi in rem ſuam fidejubeat, aut Der ſeine Rotte / und Spießgeſellen: Anton. Hering. *de fidejuſſor. c. 7. nu. 160.* Anton. Gomez. *tomo 2. var. reſolution. c. 13. nu. 19. in fin.* Valent. Franc. *cap. 2. nu. 215. de fidejuſſor.* Johan. Gœddeus *de contr. ſtipul. c. 7. concl. 17. num. 300.* Schneid. *in § final. Inſt. de fidejuſſor.* 12

An miles, ſeu eques Hieroſolymitanus, admittatur ad ſucceſſionem feudi? Aff. Caſp. Anton. Teſſaur. *quæſt. for. 18.* 13

MINÆ.

Qui minatus eſt teſtibus, ne dicant veritatem, debet perdere cauſam: quià præſumitur fovere injuſtitiam: Ange. *in l. Satis apertè, C. De falſis.* Bald. *in l. Sub prætextû, col. 1. C. De tranſactio.* neque requiruntur minæ, quæ poſſunt in virum conſtantem cadere, ſicut in metû, ut annullet contractum: ſed ſufficiunt minæ quales quales: *ſic voluit* Hippo. de Marſi. *in repe. Rubrica, C. De probatio. num. 189. & in ſequenti.* 1

Minæ, an, & quandò; contra aliquem, conſideratâ qualitate minarum, qualitate perſonæ minantis: quià fortè ſolitus fuit minari, & nihil exequi: inſpectâ conditione eius, cui minæ ſunt factæ, faciunt indicium mali animi, & doli, notavit Anton. Blancus, *in repe. l. fina. ff. de quæſtio. mihi n. 179.* Et quatenùs faciant indicium, ad torturam, notavit idem Blanc. *in numero 183.* faciens diſtinctionem perſonæ minantis, & cui minæ ſunt factæ: Specula. *in tit. de præſump §. ſpecies, verſ. ſed pone.* Imò minæ, contra minatum, faciunt indicium, quòd ex propoſito interfecerit, ut ſe liberaret à timore incuſſo: *Ità* Blancus *ſecundum* Ange. *in l. Quemadmodum. ff. De inofficioſo teſta.* 2

Sed poteſt talis, cui minæ ſunt illatæ, minantem percutere, ſi ſentiat periculum eſſe in morâ: &, ſi exceſſerit modum, mitiùs, ſaltèm de exceſſû, & non de toto, erit puniendus: difficilimum enim eſt juſtum tempe- 3

rare

rare dolorem. Angelus *in tracta. De maleſi. verſi.& dictus t.ſe defendendo.num.27.* ibi quæritur, an ex totâ, & tenet Auguſtinus, *ibidem in addi.n.28.& 29.* Hipp.de Marſi. *in pract.ſuâ criminali, §. diligentèr, mihi.n.85.& in ſequen.* Et *ibidem num. 89.* refert, ſecundum Baldùm, quòd agi poſſit actione injuriarum, contra minantem.

4 De minis, quià faciunt minato juſtum timorem, inſpectâ qualitate perſonarum, proùt docuit, Blanc. Ange. & Hippo. *in prædictis locis*, poteſt minatus adire judicem, eum implorare, & mediante judice, minantem compellere, ut præſtet ſecuritatem, de non offendendo: *l, Denunciamus, & ibi* Barto: *C.De his qui ad Eccleſ. conſu.* etiamſi is fuerit primò minatus: Barto. *in l. Qui bona, §. ſi quis juxta, ff. De damno infecto.*

5 Itèm, qui timet offendi, poteſt petere à judice ſibi aſſociari familiam: *gloſſ. ſingula in l. fina. C. De eroga. mili. anno. lib. 12. per illam* Joan. de Arno. *in ſingula. ſuo 30. incip. vulgata concluſio.* Et poteſt impetrare mandata, de non offendendo, ſed non ſint minæ eluſoriæ, quæ non ſunt timendæ: Geyl. *in lib. 1. de pace pub. c. 2. num. 10.*

6 Minæ debentur concludentèr probari, per duos teſtes: non tamen requiruntur conteſtes, ſed ſufficiunt ſingulares: Si autem unus teſtis tantùm adſit, facit indicium ad inquirendum: Farinacius *de indicijs lib. 1. titu. 5 qu. 51* Petrus Anton. à Petra *in tractatû de fideicommiſſ. quæſt. 12. nu. 542.* Grammat. *deciſ. 5. n. 15.* Bertazol. *conſ. 116. n 18.*

7 In dubio, ſi minans eſt miles, vel juvenis bellicoſus, præſumitur in continenti velle minas exequi: Farinacius *de homicidio qu. 25. titu 14. n. 70. parte 4. praxis criminalis.*

8 Minantèm, ſeu jactantem, me occidere, percutere, aut vulnerare, aut etiam occidere, mihi licet, præcipuè ſi minans eſt potens, & magnam comitativam habet: proſper Farinac. *par. 4. praxis criminalis titu. 14. qu. 125. n. 67.* Maſcard. *de probation. lib. 3. concl. 1129. nu. 10.* Ayer. *tract. de homicidio neceſſar. par. 1. num. 50.* Tobias Nonius *conſ. 109.* Bertazol. *conſ. 433. lib. 2.*

9 Minæ faciunt regularitèr indicium, ad torturam: ſed qualitas perſonæ minantis conſideranda, an ſit potens, malæ vitæ, & qui facilè minas exequi ſolet: ſecùs, ſi vitæ levis & vilis perſona, aut homò verbis tumidus, re ipsâ autem timidus (2.) an ſtatim poſt minas delictû ſequatur, aut ex longò intervallo (3.) etiam conſiderandum, an minæ ſint adminiculatæ alijs præſumptionibus; ut odio, inimicitiâ, famâ: Proſper Farinacius *de indicijs tortura lib. 1. titu. 5. quæſt. 1.* Anton. Malvat. Galeat. *conſil. crimin. 110. inter conſilia crimin. diverſor. lib. 1.* Guid. de Suſarra. *tract. de indic. nu 33.* Ludouicus Peguera *deciſ. crimin. 17. n. 11.* Maſcard. *de probation. lib. 2. concluſ. 1057. nu. 1.* Claud. ad Bertazol. *in conſil. 103. lib. 1.* Franciſ. Caſon. *de indicijs & torturâ tract. 7. c. 1. n. 13. 17.* Petrus à Placha *in epitom. delictor. c. 14. num. 3.* Anton. Gomez. Variar. *reſolut. c. 12. tomo 3. nu. 25.*

MINIMUM.

NOta, minima non ſunt in conſideratione, neq; ſub ſtatuto comprehenduntur: per varia exempla pulchetrimè declarat Hippo. de Marſil. *in repe. l. Furem, à nume. 8. uſque ad num. 36 ff. Ad L. Cornel. de Sica.* Ludovi. Roma. *in ſingul. ſuo 234. incip. hodiè quidèm.* ¶ Et quòd, ex causâ levi, non præſumatur inimicitia: cùm modicum damnum ſit æquo animo ferendum, notat Blancus *in repe. l. fina. ff. De quæſtio. num. 130.* 1

Nota tamen, quòd pro re modicâ, actio ordinaria poſſit intentari: *l. Si proprietarius, in fine prin. ff. De damno infec.* ¶ Quæ autem res dicatur modica, vel exigui pretij, conſiſtit in arbitrio judicantis: *ſecundum* Bart. *in l, Omninò, ff. De impen. in reb. dota. factis,* Hippo. de Marſi. *in d. l. Furem, num. 8. tenet ſecundum* Alex. *quòd dici poſſit res vilis, à duobus aureis, infrà.* 2

In judicio Cameræ Imperialis, cauſæ, quæ non excedunt ſummam 50. florenorum, propter earum vilitatem, non recipiuntur. ¶ Notabiles hujus materiæ invenies declarationes, & reſtrictiones, apud Andræam Sicul. Barba. *in proœ. Clemen. colum. 4. & in ſequenti prima lectura:* latiùs autem *in 2. lectura, colum. 10. cum ſequentibus. Vide tractatum* Andr. Tiraq *de judi. in parvis cauſis feren. & aliqua apud* Petrum de Ravenna, *in ſuo Alphab. litera R verſi. res minima.* 3

Quòd actio furti detur, etiam pro re minimâ; itèm, quòd etiam, pro minimo gravamine, ſic poſſit appellari, atq; pro magno, notavit Petr. Gerar. de Petr. Sancta, *in ſingul. ſuo 19.* quod nota cum alijs pro limitatione. Adde Theoricam: parum, & nihil, æquiparantur, ſecundum Hippo. de Marſi. *in ſingula ſuo 276. incip. parum. & ibi quoq; benè declaravit.* 4

Minimum non curat lex: *latè* Sebaſt. Med. *de reg. Jur. reg. 5.* ubi egregiè diſtinguit hoc. ¶ Tenue quid dicatur, relinquitur judicis arbitrio: Seb. Med. *reg. 5. num. 200. fol. 212.* ¶ Modica cauſa, *vide verb cauſa magna.* ¶ In rebus modicis quæ probationes admittantur, Seb. Med. *reg. 5. num. 159. fol. 199.* ¶ Minimum, vel modicum, vel minima, vel modica cauſa, quot modis dicatur, Sebaſt Med. *d. reg. 5. præcipuè lim. 59 fol. 237. verſ. tamen pauam.* 5

De minimis non eſt curandum: *l. Scio. ff.* 6

De

de in integr. reſt. l. Quamvis, ff. De condit. & demonſt. Sed contra hoc faciunt multa, quę adducit latè D. Iaſ. *poſt.* Bart. *in Auth. qui rem, C. De S. S. Eccleſ.* ubi facit regulam: Quòd, propter omiſſam ſolutionem unius nummi, ſuccedit pœna legalis. Hanc reg. probat 12. fundamentis. De hac regulâ: An de minimis ſit curandum, vide Bart. diſtinguentem, *in l. Si proprietarius, in princ. ff. De damn. infect.* & Bart. *in l. Si prius, & ibi* Carol. *in 6. opp. ff. De oper. no. nunc. vide* Iaſ. *in l. Sancimus, in 3. col. C. De jud. adde aliqua per* Soc. *in reg. 81. &* Iaſ. *in l. Si quis id, in 7. col. ff. De jurisd. om. judic.* ¶ Sub Minus, Nihil continetur: *l. Minus, ff. De V. S. l. Illud, §. ſi cujus verb. minus. ff. De tribut. action.*

7 Per quem tex. Guilh. & Alb. decidunt, *q. Inter duos eſt conventum:* quòd, qui minùs cucurrerit ex eis, ſolveret Societati cœnam: & dùm in loco eſſent currendi, altero currente, alter firmius ſteterit, an is, qui non cucurrit, dicatur minùs cucurriſſe, ità quòd ad cœnam damnari debeat: Et dicunt, quòd ſic: quià, qui non currit, dicitur minùs currere: *vide* Iaſ. *de hoc in l. vinum, in 14. col. in 6. fall. Si cert. pet. gl. fi. in §. introduxit, Inſt. quòd cum eo.* ¶ In majori ineſt minus: *l. 1. §. ſi ſtipulanti, ubi latè* Bart. & Mod. *de verb. oblig.* Ubi deciditur q. Si petas à me centum, cùm deberem 90. tantùm, an poſſum negare totum: & quid, ſi debeo centum, ſub conditione, tu petas purè, vel econtrà: *ubi habes multas fallentias, relatas per* Alex. *& ibi* Moder.

8 De nihilo aliquid poteſt fieri: *gl. fin. in c. in aqua, de conſecr. Eccleſ. vel alt.* Quod eſt contra regulam: Quòd ab initio &c. Et princeps rei naturam mutare poteſt: *d. c. & l. unica, C. De rei uxor. act.* ¶ Parùm, & nihil, æquiparantur: *quamvis, de condit. & demonſt.* Moder. *in Auth. præterea, C. unde vir & uxor.* Iaſ. *in l. Si quis ante, in 5. col. de acq. poſſ. allegat l. 1. ff. De tribut. act. & l. Minus, ff. De verb. ſign.* ¶ Qui poteſt majus, poteſt & minùs: *l. Nec in eâ, De adult. c. non licet, ff. De R. J.* Hoc eſt verum in legis diſpoſitione, nō ſic in facto hominis: *l. Si pupillorū, §. ſi prætor. ff. De reb. eor. qui ſub tut.* Ubi, qui poteſt vendere, nō poteſt impignorare, quod eſt minus: *vide* Carol. *in l. 2. Lect. 16. de leg. 2.* ubi examinat: An, qui poſſit reſtari, poſſit & mortis cauſsâ donare. Cùm conceditur, quod plꝰ eſt, intelligitur etiam conceſſum, quod minus eſt: *l. Cui pacto, ff. De serv. expor. quem allegat* Franc. Curt. *in conſ. 4. fol. 64 in 1. col. in princ.* ¶ Cùm interdicitur minus, à fortiori majus eſt interdictum: *l. Relegatorum, §. ſolus, de Interd. vide* Iaſ. *in l. 2. in princ. de leg. 1.*

MINOR.

1 Platea, *in l. 1. nu. 1. C. De his, qui veniam ætat. lib. 10.* tradit: minores eſſe dociliores: difficile autem eſſe, veteranos reformare: *l. Præcipiunt. ff. De ædilit. edict. l. Un. C. De athlet.* ¶ De jure civili is dicitur minor, vel minorennis, qui eſt infra annum ætatis ſuæ 25. De jure Saxonico, qui nondum complevit annum viceſimum primum: *§. 1. Inſt. de curat. Art. 42. lib. 1.* Land Recht. ¶ Et minorennis, uſque ad annos majorennitatis, poteſt, ſub curâ curatorum, eſſe, ſi voluerit: *d. §. 1. Inſt. de curator. & d. Artic. 42. in prin. lib. 1.* ſed ad lites curatorem habere cogitur: *ut* Lehn Recht / *c. 26.*

Sed tempus, petendæ reſtitutionis in integrum, incipit currere minori, de Jure communi, ab anno decimo quarto, uſque ad annum viceſimum quintum: de Jure Saxonico ab anno duodecimo, uſque ad annum decimum octavum completum: quià tùnc quis adultus dicitur, & pro majore habetur: *l. Aurelio, §. Gajus, ff. De lib. lega.* ¶ Sed iſte minor adultus, hoc jus petendæ reſtitutionis in integrum, non tranſmittit ad hæredes ſuos: *l. Æmilius, ff. De minor.* (*Contrarium tenet* Mynſing. *obſ. 18. & 19. cent. 4.*) 2

In practicâ verò, licèt aliquis non complevit poſtremum annum perfectè: tamen ſi complevit 18. hebdomadas, judicatur pro majore, & bonorum ſuorum capace, & hoc zu Landrechte: zu Lehnrechte / incipit hoc tempus currere ab anno decimo tertio ætatis: hæc habentur *in addi. latina, litera c. d. Artic. 42. lib. 1.* Landrecht. ¶ Minori ut concedatur reſtitutio in integrum, duo requiruntur, quòd ſit minor, & quòd ſit læſus (*læſionem tùm probat, cùm ex ipſius actûs formâ ea non reſultat, aliàs ſecus, ut in præſcriptione, confeſſione delicti.*) *l. Minorib. 2. & l. fin. C. De in integ. reſtit. mino.* 3

Itèm, quòd ſit læſus dolo adverſarij, vel ſuâ facilitate: *l. verum, §. ſciendum, cum §. ſequen. ff. De mino.* Et de iſtis tribus requiſitis, addito quarto, (*hoc tamen per* Dd. *communitèr reprobatur, quià adverſus, qui excipit de lapſû temporis, probare debet.*) quòd probet minor ſe eſſe intra tempora petendæ reſtitutionis, & de alijs, docuit Mynſi. *in obſerv. 1. cent. 4* Menoch. *in conſi. 100. vol. 1. num 280. & in ſequentibus:* ibi minori hoc beneficium quandò competat, vel non, intra quæ tempora, & qualitèr, petendum. ¶ Sed fallit in mutuo: ibi enim non cogitur probare læſionem; ſed præſumitur læſio: niſi probatum fuerit, verſum eſſe in ejus utilitatem: tùm enim obligaretur, in quantum eſſet locupletior factus: *l. 1. l. 2. C. Si adverſus credito & per* Dd. *in l. Civitas, ff. Si cert. pet. a. l. 1. §. 1. in fin ff. De aucto. tuto.* quomodò autem probetur, eſſe verſum in ejus utilitatem, tradit Bald. *in l. 1. C. Si adverſ. credito.* 4

5 Sed iſta præſumptio læſionis, pro minore, tollitur, ſi minor erat induſtrioſus, & diligens: quià præſumitur pecuniam in proprias utilitates convertiſſe: *argument. l. fina. C. De pignor.* Barto. *in l. 1. col. 1. C. Qui, & adverſus quos.* ¶ Et notandum eſt, pro defendendo minore, in cauſá criminali, quòd ſi minor 25. annis confiteatur in judicio delictum, de quo alitèr non erat probatum: debet reſtitui in integrum, adverſus talem confeſsionem, absq; aliâ probatione erroris, quià ex hoc ſolo apparet eum eſſe læſum: *ità ſingula. tenet* Ange. *in l. Certum, § pupillo, ff. De confeſsis, allegat textum cum gl. 2. in c. 2. de in integ. reſtitu. in 6.* Et ſic (dicit) eſt intelligēda *l. Si ex cauſa, §. nunc videndū, ff. de mino.* & ſecundum illa hæc notavit Matthæus de Matheſi: *in ſingula. ſuo 58. incip. nota unum caſum. &c.* & concludit iſtud ſingulare dicendo, ſecundum Paridem de puteo, quòd mutuum factum minori 25 annis ludenti, &, ſi perdiderit, non poſsit repeti: *per l. Quòd ſi minor, §. pe. ff. De mino. l. 2. ff. Quarum rerum actio non detur.*

6 Nota, ad hanc materiam, regulam, quæ eſt: Minor, ſi ex formá ſtatuti contrahere non poteſt, ſine conſenſu conſanguineorū: ſi contrahat, talis contractus ipſo jure eſt nullus: *ita* Bald. *in l. Si quis mihi bona, § quid ſi mandata, ff. De acqui. hæredi.* Et iſtam regulam poſuit Socinus, *inter regulas fallentiarum 319.* cum novem limitationibus. Item ejuſdem Socini Regula facit *ſequēs 320.* Quòd minor, publicatis atteſtationibus, regularitèr reſtitui debeat, ut teſtes producere poſsit: *per* Bar. *in l. 1. §. Nunciatio, ff. De operis no. nun.* ſed docuit tres fallentias, de quibus ibi vide.

7 Et minor, petens ſe reſtitui, contra appellationem omiſſam, quid probare teneatur, ad reſtitutionem impetrandā: ſed quòd ſaltèm minorem ætatem probet, concluſivè docuit Mynſinge. *in obſervat. 17. centu. 4.*

¶ Item quòd minor, contra quaſcunq; ſententias, reſtituatur: modò cognitio læſionis præcedat, deq; eâ appareat. Sed an plenaria cognitio requiratur, vel ſaltèm ſummaria ſufficiat, (*Si principalitèr adverſus ſententiam imploretur reſtitutio, plenaria cognitio requiritur. ſi incidentèr ſummaria ſufficit.*) notavit idem Mynſinge. *in obſervat. 21 cent. 4.*

8 Sed minor, maiorem ſe aſſerens, an reſtituatur, quatuor concluſionibus expedivit D. Mynſinger. *in obſerv. 20. centu. 4.* (*Summa eſt: ſi ſolus minoris dolus in aſſertione illa intervenerit, reſtitutio non habeat locum: Cæteris caſibus omnibus habeat.*)

Adverſus ſolutionem in quantum reſtitui poſsit minor, vide eundem Socinum, *in regula 321. cum una fallentia.* ¶ An, & quatenus, frater minor, contra contractus & rationes fratris majoris, reſtituatur, vide Weſenb. *in conſi. 3. part. 1.*

Minor etiam viginti quinq; annis, per ſe, regularitèr non poteſt adire hæreditatem: *l. More, & l. Pupillus, ff. De acqui. hæredi. & l. Cùm quadam, C. De admi. tuto.*

9 Sed quomodò, & qualitèr, poſsit adire, plenius notat, & examinat, Rober. Maranta, *in repe. l. Is poteſt, ff. De acqui. hæredi. num. 144.* faciendo diſtinctionem ætatum, infantiæ videlicèt, impubertatis, vel adultæ ætatis: invenies ibi bona.

Ætas minoris non excuſat minorem delinquentem, licèt pœna minuatur: *l. 1. & l. Auxilium, & l. Si ex cauſa, §. nunc videndum, ff. De minoribus, l. In pœnis, C. De pœnis.* ¶ Et an ſtatutum, vel conſuetudo, comprehendat minorem, quæritur? reſpondetur, quòd ſic: *c. conſtitutus. de in integ. reſtitu. l. ſi ſve, §. Lucius, ff. de admi. tuto.* uno modo limita. *per* Ludovi. Roma *in ſingula. ſuo 816. incip. iu audiviſti, & ibi* Nicolaus Pigno. *in additione ad d. ſingul. adduxit fallentias ſex, in quibus ſtatutum non comprehendat minores, quem vide.*

10 De minorum læſione, *vide verb. læſio.* ¶ Pretium rei venditæ, à minore, an in eius utilitatem verſum præſumatur, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 84.* ¶ Quandò poteſt in criminalibus procedi, contra minorem, ſine curatore, & ſi confeſsio facta ſit, per minorem, faciat indiciū, & ſi poteſt puniri, & ſi minor poteſt donare, & quandò petit reſtit. in integrum, quid habeat allegare, & cui incumbat onus probandi, Vivius *lib. 1. deciſ. 86.*

11 Minor quis poteſt eſſe altero, & etiam maior, diverſo reſpectû. *gloſ. in c. quæritur 2. q. 7.* ¶ Minori, conſumpturo pecuniam, qui mutuavit, non repetit: *l. Quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. De minor.* ¶ Contra minorem, non currit præſcriptio: *l. Sicut, C. de præſcript. 30. ann. gl. in l. Auxilium, ff. De minor.* ¶ Minor, & Eccleſia, æquiparantur: *gl. in l. Si Reſpublica, C. Ex quib. cauſſ. mai. gl. in c. 1. de reſtit. in integr.* ¶ An contra minorem, majori ſuccedentem, ſi nihil eſt actum, cum minore, ſed cum majore, currit præſcriptio, & minor ignoret factum: & ſi currat, an reſtitui poſsit in integrum, *vide optimè* Bart. & Alex. *in l. cùm filius, §. in hac, de verb. oblig. &* Bart. *in l. 1. §. ſi quis autem, ff. De act. jur. priv.* ubi dicunt, Quòd ei ſuccurritur, non quià minor, ſed quià ignorabat: ut ſi minor hæres Emphyteutæ per ignorantiam non ſolvit canonem, cadat à jure ſuo: *vide ibi ſuprà* Bart. & Alex.

12 Si minori maior ſuccedat, an utatur privilegijs minoris, *vide* Bart. *in l. cùm filius, §. in hac ſtipulatione, de verb. oblig. vide in verb. privilegium,* ibi an, & quandò. ¶ Omnia contractus cum minore, etiam legitimè

ecle-

celebratus, ſcilicet authoritate tutorum, & judicis, poteſt reſcindi, per reſtitutionem: *l. In cauſſa, §. interdum. ff. De Minor. vide* Ferr. *in pract. in form. libell. in actione reali, in verb. veris* ¶ Et ſi judicis authoritas intervenerit, ſi eſt læſus, quòd reſtituatur: *tex. eſt in l. Si quidem, C. De præd. minor.* Cyn Alb. Fulg. Iaſ. *in l. Bonorum, in 3. col. C. Qui admitt.*

Minor an reſtituatur, ſi eſt in dolo: an & reſtitui poſſit, poſt teſtium publicationem, ut teſtes de novo producat, *vide* Socin. *in reg. 262. vide* Bart. *in l. 1. §. nunciatio, ff. De oper. no. nunc. in prin. colu. eundem in l. Si ex cauſa, §. nunc videndum ff. De minor.* ¶ Ubi quærit, quomodò minoribus, in delictis, ſubvenitur? Impubes furti tenetur: *l. Sed & ſi quemcunq., § ſed & ſi, ff. Ad L. Aq* Si doli capax eſt, *ut ibi dicitur, in gl. pul. tex. in §. pen. Inſt. de obl. quæ ex delict. De omni delicto. l. Impuberem, ff. De furt. ubi gl. l. ſi. ex cauſſa, § nunc videndû, ff. De minor.* ¶ Minor adverſus ſolutionem, ſibi factam, reſtituitur: *vide* Soc. *in reg. 263.* ¶ Talis tamen ætas impubertatis excuſationem meretur: Et an ſolùm in ſupplicio, an etiam in quæſtione: *vide pulcrum tex. in l 1. § impubes, ff. Ad Sill. vide* Dn. Phil. Dec. *in l. Pupillum, de R. J.* ubi pulcrè declarat. ¶ Quibus caſibus pupillus ex delicto teneatur: Et per eundem, *in l. Ferè in omnibus, ff. De R. J.* quomodò eidem ſuccuratur, & pœna mitigetur, *vide eum omninò.* ¶ Minor, ſi aliquam allegationem, vel exceptionem, vel Ll. omiſerit: Et ſi, contra eum, lata ſententia, contrà ſententiam reſtituitur, ut omiſſam allegationem, ſeu probationem iterùm inducat: *l. Minor 20 annis, omiſſam. ff. De minor.* Et idem in militibus: *vide ſuprà in verb. Miles* Secùs in majoribus, quià non reſtituuntur: *l. Peremptorias, C. ſent. reſcind. non poß.* Et idem in muliere: *vide ſuprà in verb: mulier, & in verb. filius.*

13 Si in contractibus minorum, & mulierum, debet intervenire conſenſus conſanguineorum, vel lege communi, vel ſtatuto, & authoritas judicis, an valeant contractus initi, per eos, per procuratores, *vide ſuprà in verb. mulier.* ¶ Itèm ſtante prædicto ſtatuto, ſi contrahat minor, ſinè conſensû conſanguineorum, an talis contractus ipſò jure ſit nullus? *De hoc, & 19. fall. vide per* Soc. *in reg. 261.* ¶ Cùm in aliquo actû gerendo objicitur alicui, quòd ſit minor, & ideò non debet admitti: An iſte debet ſe probare majorem, an adverſarius, eum eſſe minorem, *vide* Petr. *q. 22.* ¶ Minores, & mulieres, plerunq;, & ſæpè laborant, contrà propria commoda: *l. Si pater in fin. C. De Spon. quem tex. allegat* Panorm. *in conſ. 91. incip. quoad primum dubium, numquid ſtante ſtatuto, col. 3. in fi. vol. 1.* ¶ Ætas iſta juvenilis multis captionibus, & multorum inſidijs, expoſita eſt: *l. 1 ff. De minor.*

Interventus conſanguineorum tollit ſuſpicionem fraudis, in actionibus minorum: *arg. in l. Tranſactionem, C. De Tranſact.* ¶ Itèm, præſumptio eſt contra minorem, qui non vult acquieſcere conſilijs conſanguineorum: *arg. c. Ex ſtudys ſuis, Ext. de præſ. vide pulcrè* Abb. *in d. conſ. 91. vol. 1.* ¶ Minoris privilegia competunt ei, qui non omninò plenum habet intellectum, ut conſuluit Socin. de eo, qui, propter morbum Apoplexiæ, linguam ferè amiſerat, & in intellectû læſus fuerat: *per gl. in l. 2. C De cur. fur. ità dicit* Soc. *in l. 1. in prin. in 3. colu. de verb. oblig.* 14

Pueritia durat uſq; ad 17. annos: Bart. *in l. 1. §. initium de poſtuland. vide in verb. ætas.* ¶ Puer quis dicitur, à ſeptimo uſq; ad 14. annum: *gloß. in c. 2. de ætat. & qual.* ¶ Impubes furti tenetur, ſi eſt doli capax: *l. Sed ſi quacunq., §. ſed & ſi, ff. Ad L. Aq. §. pen Inſt. de oblig. ex delicto, vide ſuprà eod.* 15

Pubertas in mulieribus dicitur in 12. in viris 14. anno: rationem aſſignat gloſs. *in l. 2. de his, qui ven. ætat. impetr.* quià mala herba citò creſcit. ¶ Quandò quis dicatur pubertati proximus, vel infantiæ, *vide* Bart. *in l. 1. ff. De novat.*

Infantiæ ætas, quicquid videt, ignorat: *l. 1. in fin. C. De falſ. mon.* ¶ Infans dicitur infra 7. annos: *l. Si infanti, C. De jur. delib.* ubi Imp. hunc terminum exponit. ¶ Minor ſeptem annis, quicquid agit, juris præſumptione non intelligit: *l. In ſponſalibus 2. ff. De Sponſ. l. 1. C. De falſ. mon.* & de d. l. *in ſponſalibus,* D. Goza. ſæpius in lectionibus publicis gloriari ſolitus eſt, dicens: Se iſtum textum ad hoc primò allegaſſe, dum Scholaris erat. Et hoc dixit, multis audientib., dum Bononiæ legeret l. infantis, *C. Qui admitti ad bonor. poß. poſſint, & intra quod temp. De hoc vide* Dd. *in l. 1. in prin. de verb. obl. & in l. 1. §. adipiſcimur. ff. De acq. poß.* ¶ Infanti proximus quis dicatur, vel pubertati, tàm in viro, quàm in fœminâ *vide* Bart. *in l. 1. ff. De Nova.* ¶ Infans contrahere, & ſe obligare, nequit: Ferr. *in pract. in forma. lib. in act. reali, in verb. veris.* 16

Pupilli ſunt miſerabiles perſonæ *l. 1. C. Quando imp. inter pupill. & vid. gloſ. in c. ex tenore, de for. comp. & plenè in c. ſignificantibus, de off. deleg.* Alex. *in l. 1. de juriſd. omn. jud.* Ergò judex officium ſuum, non peritus, impartiri poteſt. ¶ Pupillus ad diviſionem regulariter alium provocare nequit: *vide* Soc. *in reg. 329.* ¶ An, & quandò, tutor, cum pupillo ſuo, contrahere poteſt, *vide in verb. tutor.* ¶ Pupillus obligatur in eo, in quo eſt factus locupletior, & rem communem alie- 17 18

mare non poteſt: Dec. *conſ.282.vol. 2.* ¶ An & quandò pupillus obligetur, ſine tutoris auctoritate, *vide gl.in l.1.C.de inut.ſtipul.* Bart. *in l. 1. de Nova.* ¶ Pupillus, ſine tutoris auctoritate, ſe obligare nequit, etiamſi lucraretur: nam in eo, quòd eſt obligatus, ejus conditio dicitur facta deterior: *De hoc vide pulcrè* Dominum Gozad. *in l. Certi conditio, §. quoniam, in ult. no. lect. 54. ff. Si cert. pet.* ¶ Pupillus utitur jure Communi, niſi in caſibus à jure expreſſis, ſicut dicimus in fiſco: *l.1. C. de petit. hered. gloſ. in l. item veniunt, §. in privatorum, ff. de petit. hered.* Joh. de Mont. *Ferr. in l.1. in princ. colu. 9. in princ. de verb. obl.* ¶ Nec pupilli favor eſt publicus: *vide ubi ſup.* ¶ Pupillus eſt vir, & ſenex: *l. ſervus, de leg. 3. Im dicit gl. 3. in § diſtribuimur, in verb. oſtendat, in Auth. de Nupt.*

18 Senex dicitur, modò aliquis, LX. modò LXX. modò LV. annorum: *ſecundum gl. in l. ſi paterfamilias, §. in arrogationibus, ff. de adopt. gloſ. in l. non aliter, de leg. 3. gloſ. in l. Heredis autem, ff. Ad L. Falcid. vide ſupr. in verb. fama, in verb. antiquum. in verb. probatio, in verb. Teſtis, infrà.* ¶ Seniores in teſtimonio, in dignitate junioribus anteponendi: *gloſ. in verb. Novum, ubi* Moder. *poſt.* Barto. *in l. Cum quid. ff. Si cert. poſt.* ¶ Senectus in civitate ſemper venerabilis fuit: *l. Semper ff. De jur. immun. gl. & ibi tex. in Auth. De quaſt. in §. Si verò aliqui.*

19 Confeſſio minoris, in delictis, illi, non habenti curatorem, non nocet, & adverſus confeſſionem delicti factam, autoritate curatoris, ipſe minor reſtituitur, ſi allegat, ſe læſum eſſe: Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſu 268.* Joſephus Ludov. *deciſ. Lucenſ.* 17. Franc. Marc. *quaſt. 792. par. 2.* Mynſing. *obſerv. 81. cent. 3.* Clarus *in ſua practica §. final. q. 55.*

Minor, petens pretium rei venditæ ſine ſolenitatibus, videtur renunciare nullitati: Stephan. Gratian. *in addit. dec. March. deciſ. 234.* Surdus *conſil. 104. num. 4.*

20 Reſtitutio in integrum non eſt concedenda, minori hæredi majoris, qui litem inchoaverit: quià minor, ſuccedens majori, non utitur jure ſuo, quod habet in reſtitutione in integrum, niſi aliquid in cauſâ eſſet factum, per ipſum minorem, vel omiſſum: Afflictis *deciſ. 212.* Cravet. *conſil. 3. pro genero. num. 11.*

21 Renunciatio, & concluſio, in cauſâ nihil obſtant, quò minus læſo minori ſecundum beneficium concedatur: Afflictis *deciſ. 114.*

22 Minor ità demùm reſtituitur, adverſus omiſſas probationes, quandò ipſe, per ſe, cum curatoris auctoritate litigavit: Secùs, ſi, per procuratorem, à ſe, cum juramento, conſtitutum: quià tùnc non reſtituitur, & judicium tenet. Sed hoc caſû, debet certiorari de beneficio reſtitutionis in integrum aliàs non amittat beneficium: Ozaſcus *deciſ. 158. num. 14.* Capella Toloſan. *quaſt. 45. in addition.* Capicius *deciſ. 109.* Natta *conſ. 343.* Puteus *deciſ. 193. lib. 2.* Guido Papæ *quaſt. 35.*

Quandò poſſibile eſt minorem poſſe lædi, tùnc perindè ille reſtituitur, ac ſi læſus eſſet: Ozaſcus *deciſ. 158. num. 12.* ¶ Minori conceditur reſtitutio in integrum, ad conficiendum inſtrumentum, nec, hoc caſu, tenetur ad expenſas litis contra eum factas, per creditorem, qui obtinuerat binas ſententias, ante reſtitutionē: Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ. 55. num. 18.* Natta *conſil. 16. & 17. tomo 1.* 23

Juramentum facit; ut major æquè, ut minor, ex ſuo contractû obligetur, & juramentum, ex minore, facit majorem, etiamſi non ſit certioratus de juramento, & licet ſit celebratus contractus, ſine tutoris, vel curatoris, autoritate: Juramentum enim minoris ſupplet defectû curatoris, vel tutoris, & alios defectus ex quibus, ratione ſolennium, actus minoris eſt invalidus: DD. *ad auth. Sacramenta puberum C. Si adverſus venditionem.* Martin. Benckendorff. *in addi. ad tract. Seraph. de Seraph. priv. 83.* Franc. de Caldas *in repetition. l. Si curatorem. verb. contractum feciſſi. num. 23. C. De reſtitut. minor. in integr.* Manein. *de juram. p. 4. effect. 1. quaſtion. 15.* Jerem. Setzerus *de juram. p. 1. c. 11. n. 1.* Proſper Farinaci. *in pract. crimin. lib. 1 tit. 2. qu. 15. limit. et. 1 nu. 33.* Hondedeus *conſil. 42. num. 10. lib. 1.* Scrader *conſil. 1. num. 117.* Gomez. *lib. 2. reſolution. c. 14.* Afean. Clement. *de patri. pot. c. 6 eff. 4. n. 46.* Mandell. *conſil. 11.* Covarr. *c. quamvis p 1. § 2. n. 46 circa finem de pactis in 6.* Vulteius *conſil. 15. nu. 302. lib. conſil. Marpurg.* Anton. Heeing. *de fidejuſſor. c. 10. num. 97.* Menoch. *conſil. 196. num. 55:* Mauritius *de reſtitut. c. 112. & 310.* Johan. Petr. Surd *conſil. 559. nu. 4. lib. 4.* Joſep. Ludov *deciſ. 54. nu. 31. limit. 1.* Borgn. Cavalc. *dec. 30. par. 1.* Arrius Pinellus *l. 2. par. 3. c 1 n. 10. C. De reſcind. vend.* And. Gailius *lib. 2. obſ. 41. n. 4.* Simoneell. *de der. in contract. minor. interpon. lib. 3. tit. 8. inſp. 18. ampl. 18.* 24

Pax, à minore, ſine curatoris autoritate, inita & juramento firmata, erit ſervanda: D. Martin. Benckendorff. *in allegat. loco nu. 7.* Proſper Farinaci. *in pract. crimen lib. 1. tit. 2. quaſt. 15 limit. 1. n 33.* Jerem. Setzerus *de juram. p. 1. c. 11. nu. 7.* Simoneell. *de decreto in contract. minor. interpon. lib. 2. tit. 6. inſpec. 16. n. 140.* Herculan. *de caution. de non offend. c. 38. n. 6.* 25

Juramentum minoris confirmat alienationem, à teſtatore, prohibitam, ſi prohibitio non concernit favorem tertij: Simoneell. 26

de decre-

de decreto in contract. minor. interpon. lib. 3. tit. 8. inſpect. 18. num. 219. Joh. Petr. Surd. *conſ. 559. nu. 5. lib. 4.* Vaſqu. *de ſucceſ. crea. lib. 3. §. 28. num. 28. verſ. quandò concluditur.*

27 Judicium, cum minore, ſine curatore, agitatum, eſt ipſo jure nullum; ſivè judicium ſit criminale; ſive civile, aut cauſa ſuerit Eccleſiaſtica, vel prophana; ſivè ſecunda inſtantia, ſivè prima: Si tamen minor venerit in judicium, ſine curatore, juret obſervare, quæ geruntur, in judicio. Judicium etiam cum minore, ſine curatore, ſuſceptum, eſt ipſo jure validum: Franc. de Caldas *l. Si curatorem in pr. nu. 35. C. De reſtitut. in integr.* Johan. Gutier. *de juram. confirmator. p. 3. c. 11. nu. 3* Boer. *deciſ. 92.* Martin. Benckend. *in addition. ad Seraph. privileg. 133.* Paul. Montan. *de jure tutelar. c. 32. reg. 9. num. 14. 60.* Sebaſt. Vant. *de nullitat. rubr. ex defect. mand. nu. 35.* Nevizan. *conſil. 17. nu. 80.* Lapus. *allegat. 123. Molin. de conſuetud. pariſ. §. 8. num. 55.*

28 Minor poteſt, in judicio, procurator alterius eſſe, quandò minor jurar, ſe non contraventurum proceſſui, nec ſententiæ, neq; alijs actis, à ſe, tanquàm à procuratore, geſtis: Johan. Gutierez *auth. Sacram. puber. nu. 27. C. Si adverſ. vendition. & tract. de juram. confirmator. p. 3. c. 11. nu. 2.* Benckendorff. *in pracitato loco nu. fin.* Petrus Montan. *de jure tutelar. c. 32. regul. 7. nu. 469.*

29 Minor, quandò juravit, non contra proceſſum contravenire, poteſt tamen appellare: Seraph. de Seraph. *priv. 133. num. 4. de jurament.*

Minoris pignus, ſi creditor vendiderit, minor habet reſtitutionem in integrum, &, oblato debito, pignos venditum recuperare poteſt: illud autem præcedit in pignore conventionali: aliud verò ſtatuendũ eſt, in pignore judiciali, prętorio, quod ex autoritate judicis, ſub haſtâ, venditur. Nã minor nõ reſtituitur adverſ⁹ venditioné, ſactã publicâ autoritate: quamvis probetur viliùs, aut minori pretio, eam rem, quam oportebat, diſtractam eſſe: Franc. Caldas *in rep. l. Si curator. verbo, vel adverſarij dolo nu. 3. C. De reſtitu. in integr.* Schwartzenthal *de pign. c. 37. num. 12. l. 6. C. De reſt. militum* Marrin. Benckendoff. *ad Seraphin. in addition. privileg. 45. num. 7.*

30 Minor non excuſatur, per ignorantiam joris Naturalis, aut in rebus, clàm factis, aut quandò agit de lucro captando: Martin. Benckendorff. *in addit. Seraph. priv. 4. num. 8.* Alciat *de praſumption reg. 3. praſumpt. 30.* Menoch. *lib. 2. de arbitrar. caſu 194.* Tiraquel. *de pœnis mitigand. num. 7. ibi plura clarè tradit.*

31 Minor non reſtituitur adverſus delictum, ſed benè ut à delicto ſe purget: niſi quatenùs miſeratio ætatis, ad mediocrem pœnam, judicem induxerit: Boerius *deciſ. 63. num. 6.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Luc. 17.* Franc. Marc. *74. par. 2.* Hieron. Magon. *deciſ. Lucenſ. 68. nu. 20.* Raudenſ. *de analog. c. 33. nu. 122.* Mattheſilan. *ſing. 164.*

Quandò Iſtrumentum probat, quem 32
eſſe minorem, fidem ſacit, non ſolùm inter contrahentes, ſed etiam quoad tertios: Joſeph. Ludov. *deciſ. peruſ. 55. n. 6.* ¶ Minor jure communi utitur regularitèr: Caball. *milleloqu. 397.*

Si actus ſe poteſt habere ad lucrum, & 33
damnum, minor non reſtituitur; ut in remiſſione fideicommiſsi Natta *conſ. 181. tom. 1. n. 9.* Caball. *milleloq. 772.* Statutis, & conſuetudinibus, minores comprehendi, certũ eſt: Sed reſtituuntur: Cabal. *mill. 852.* Raudenſ. *de Analog. c. 33. n. 30.*

Minor 25. annis, ſi per ſtatutum admit- 34
tatur, ut major, per hoc non videtur ei interdici in integrum reſtitutio, contra illum actum; idem, quandò ſtatutum dicit, quòd valeat contractus, ſactus cum minore 18. annor. Petrus de Ravenna *ſingul. 285. & 682.*

Minor læſus, omiſsâ diſcoſſione, contra 35
tutorem, vel curatorem, poteſt intentare, de directo, beneficium reſtitutionis, ſi velit, & datur cautela, quod minor litiget, per tutorem, vel curatorem: aliàs, ſi litigaret, per procuratorem, priùs eſſet diſcutiendus procurator: Hieron. Magon. *deciſ. Lucenſ. 68. num. 26.*

Quod dicitur, reſtitutionem iterato non eſſe concedendam, declaratur procedere, quandò ſemel ſuerit denegata; quià tùnc, ad illam petendam, minor, de novo, non admittitur: ſecùs verò, ſi ſemel conceſſa: quià tùnc illa iterùm peti poteſt, Magon. *deciſ 68. nu. 32.* Rebuff. *de reſtitut. art. 2. gl. ult. nu. 8. tom. 2.* Decins *conſ. 436.*

Quandò contractus, factus cum mino- 36
re, eſt nullus, defectũ ſolennitatis non ſervatę, adverſa tenetur probare pars, rem, de quâ fuit ſact⁹ contractus, eſſe verſam, in utilitaté minoris: ſecùs, ſi contractus non ſit nullus: licèt poſſet annullari, quià tùnc minor teoetur probare negativam Papon *li. 16. tit. 1. arr. 9.* Rolandus à Valle *conſ. 7. vol. 3. n. 8.*

Minor, ex capite læſionis, non poteſt 37
venire contra remiſſionem, ſactam in causâ criminali, ratione ſui intereſſe: Papon. *lib. 16. tit. 3. arr. 14.*

Læſio enormis facit, ut ſubveniatur minoribus, non obſtante eorum ſcientiâ, nempè licèt ſciverint valorem rei: Cravetta *conſ. 142. n. 24.* Roland. *conſ. 59. lib. 1.*

Minor, ſi contrahat abſq; ſolennitate 38
ſtatuti, & contractus ei utilis eſt, valet, nec

curatur de ſolennitate omiſsâ: Natta *conſ.*
681.nu.5.¶ Minor concluditur in ſtatuto ge-
neralitèr loquente,fallit,quandò ſtatutum,
vel conſuetudo, punit aliquid, quod de ju-
re communi non eſt punibile: ideò ſtatu-
tum, quod nemo poſſit extrahere bladum
de comitatu, n inorem non comprehendit:
Ludovic. Roman.*ſing.816.818.*

39 Lædi dicitur minor enormitèr, quan-
dò privatur ædibus,quæ fuerunt majorum
ſuorum: ideò datur reſtitutio in integrum,
adverſus alienationem domûs paternæ:
Vincent.de Franc. *deciſ.17.nu.18.* Joſeph.Lu-
dovic. *deciſ.52.nu.45.*

40 Minor reſtituitur in integrum adver-
ſus concordiam omiſſam, & ſibi utilitèr ob-
latam, & per ipſum inprudentèr repulſam:
Franc, Cremenſ. *ſing. 29.* Si minor emiſſet
molendinum, quod eſſet ſubjectum impe-
tui aquarum, & poſſet deperire, illi conce-
ditur reſtitutio: Petr. de Ravenna *ſing. 277.*

41 Minor habet electionem agendi, pro
ſuâ indemnitate,contra tutorem negligen-
tem, vel petere reſtitutionem, ex capite
minoris Aetatis: Roland.*vol. 3. conſ. 72. nn.*
47. Guido Papæ *ſingul. 70* Abbas *conſil. 77.*
par. 2.

42 Minor Contumax in delictis, non pot-
eſt dicere, de nullitate proceſsûs: licèt
contra eum fuit proceſſum, nullo ei dato
curatore, quandò, ex formâ ſtatuti, con-
tumax habetur, pro confeſſo: Natta
conſ.540.

43 Minor non dicitur venire contra com-
promiſſum, ut incidat in pœnam compro-
miſſi, quandò petit ſe reſtitui adverſus com-
promiſſum:Petr.de Raven. *ſing.285*

Minor non poteſt renunciare beneficio
reſtitutionis in integrum etiam cum jura-
mento, quod non nocet, obtentâ abſolutio-
ne: Capici *deciſ. 110.* Rebuff. *de reſtitution.*
artic.1.gl.1.nu.5.com 2. Bartol.*in l.3.ff. Rem*
ratam haberi.

44 Poſt tres ſententias minor poteſt petere
reſtitutioné in integrú,propter defenſionee
omiſſas: Capell.Toloſan. *quæſt.54.* Mynſin.
obſervat.83. cent.3. Rota Avenionenſ *deciſ. 2.*
in deciſ. diverſor. Minori alleganti,ſe læſum,
propter lapſum temporis, incumbit onus
probandi læſionem, licèt de lapsû temporis
conſtet: Ozaſcus *deciſ.158.num.9.*

45 Minor, licèt non teneatur, ex contractû
nullo,tamen poteſt eligere, an velit cogere
contrahentem,ad obſervantiam illius: ideò
datur cautela,quod emptor agat contra mi-
norem, ut contractus approbetur, vel re-
probetur: Stephan. Gratian. *diſceptaci fo-*
renſ. 31. num. 41. Surdus *de aliment. titul. 8.*
privileg. 56 num. 80. Guid. Papæ *quæſt. 115.*
Bartol. *in l. Julianus §. Si quis de action.*
empti.

Invecta, & illata, in domum con- 46
ductam, per minorem, ſunt tacitè obligata
pro penſione:quamvis non intercesſerit de-
cretû,aut ſolénitas: quià lex pro eo obligat,
neque dicitur minor ex obligatione neceſ-
ſariâ, & legali: Secùs eſt, in communione
bonorum, quæ fit inter conjuges, vigore
conſuetudinis. Nam, ſi minor matrimoniû
abſque ullo judicis decreto contrahit,bona
non communicantur: quià per communio-
nem fit alienatio: Stephan. Gratian. *diſcep-*
tat forenſi 27. num. fin. Caldes. *de reſtitut. in*
integr. in verbo, ſua facil. nn. 9. Ceval. *quæſt.*
132. Muti.*ſuper conſuet. Panormitan. c. 34. num.*
15. Surdus *de alimentis tit.9. quæſt.44.nu.15.&*
deciſ.287.num.25. Tiraquel. *leg.18. connub gl.*
8.nu.189.vide diſſent. Menoch. *de adip. remed.*
*poſſeſ. remed. 3. n. 66.& 82.*Soarez, *in tit. des*
las arras nn. 64.

Minorem,curatorem non habentem, 47
etiam volenti creditori, efficacitèr non ob-
ligari contra Cujacium *lib.19. obſ.33. l.puberes*
101. ff. De V. obligation. Herman. Vulteium
*diſcept 16.*Henri.à Suetin.*lection.41.*Borch.*de*
juramento cap.3. defendunt Antoni. Hering.
*de fidejuſſ. c.7. n.83.*Gœddeus *de contrah.ſtipu.*
c.7.concl.14. n.270. communis opinio ita di-
ſtinguit:ſi minor,curatorem habens,contra-
hat, ſine illo, quod contractus ſit, ipſo ju-
re, nullus: ſin autem non habeat,quod tum
contractus ſubſiſtat, licèt is reſtitutionis
beneficio ſublevetur: DD.*ad l.3.C. Reſt. in in-*
tegr. Johan. Sichard. *ibidem* Donell. Dua-
renus,Zaſius *ad l. puberes 101 ff. De V. oblig.*

Minorum teſtamenta valent, ſine cu- 48
ratorum autoritate: Secùs eſt, in teſtamen-
tis: And.Rauchbar. *quæſt. 32. lib. 1. num. 85.*
Franciſ. de Caldas *l. Si curatorem, nu. 22. C. De*
in integr reſtitut.

Minor, cum tutore, non poteſt, abſq;
decreto Magiſtratû, ſuum debitorem dele-
gare: Petrus Heig. *quæſtion. 5. num. 27.*
lib. 2.

Minoris prædium, cum decreto, & 49
ſolennitatibus, obligatum, à creditore, li-
citè, ſine aliâ ſolennitate, diſtrahi poteſt:
l. Si pupillus §. ſi pupillus, ff. De rebus eorum.
Hartman. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 15. num. 40.*
Gulielm. Redoanus *de alienat. rerum. Eccle-*
ſiaſtic. Octavian. Simonæl. *de decret. lib. 2.*
tit.5. num.38, 42, Petrus Heigi. *quæſt. 5.*
lib.2.nn.8.

Minor, an adverſus ſolutionem 10. 50
vel 20,annorum reſtituatur, adeò ut debitû,
contra ipſum, non præſumatur: Flores
Dieziv. *var. quæſtion. 2. numer. 23, 27.* Mi-
nor, an

nor, an adverſus ceſſionem, vel tranſactionem, reſtituatur: Caſpar Anton. Teſſaur. *quæſt. forenſ. 34. num. 20.* Conceſſio Veniæ ætatis pertinet ad regalia, & quæ requiruntur, in impetratione veniæ; vide Bocerum *c. 2. regalior. num. 131. & ſeq.* ¶ Minorum contractus nullus, quanto tempore præſcribatur: Jacob. Marchiſellus *quæſt. 47. numer. 6. 7.*

51 Minor, an adverſus minorem, reſtituatur, & quandò Garſ. Maſtril. *deciſ. 44. nu. 6.* Minor, an reſtituatur, ſi competit appellatio à ſententiâ, & an reſtitutio, cum ordinario beneficio, concurrere poſsit, Garſ. Maſtrill. *dict. deciſ. nu. 3.* ¶ Minor, etiam cum conſensû patris, non poteſt ſtare, in judicio, ſine conſensû: Garſ. Maſtrill. *deciſ. 82. num. 9.*

52 Minor renuncians hereditati paternæ, vel maternæ, acquiſitæ, vel acquirendæ, cum juramento, an poſsit ullo modo, contra pactum, venire, & quid, ſi poſt renunciationem factam, facultates creverint: Johan. Caſtill. *cap. 9. num. 16. & 3. controv. 2. num. 34.* De reſtitutione minoris, adverſus juramentum, vide pulcra apud Anton. Teſſaur. *deciſ. 165. numer. 4. & ib.* Petrum Teſſaur. *in addition.* Johan. Caſtill. *3. controv. c. 2. numer. 12. 16.*

53 An currat, contra minorem, præſcriptio, quæ contra prædeceſſorem incepit: Flores Diezi. *var. quæſtio. 5. num.* 1. Garſi. Maſtrill. *deciſ. 44.* Minor non redditur contumax, niſi in vero dolo: Proſper Farinaci. *quæſt. 41. nu. 27. de tortura.*

54 Minor non comprehenditur ſub ſtatutis pœnalibus exorbitantibus, & in casû; quo comprehenditur, mitiùs punitur Farinaci. *quæ. 15. de accuſation. in prin. crimin. n. 51.* Petr. à Placa. *in epitom. delict. c. 32. n. 9.* Joſeph. Ludov. *deciſ.* Lucenſ. 17. *num. 71.* Franc. Cremenſ. *ſing. 30.* Minor non reſtituitur adverſus pacem, etiamſi damnum remiſſum ſit: Farinac. *num. 28.* Stephan. Lamberteng. *de contract. gl. 1. num. 348.* Sforza Odd. *de reſtitut. in ea quæſt. an minor. reſtituat. adverſ. injur. remiß. & pac. par. 2. art. 7. num.* 41. Anton. Gomez. *de delict. c. 3. ſitu. de homicid. ſub num. 66.* Mynſing. *obſervat. 16. cent. 4.* Ozaſcus *deciſ. 158.*

55 Minor annis 25. modò ſit exphebus, id eſt, annorum 18. judex eſſe poteſt, *per l. 57. ff. De re judicat.* ſed arbiter minor 20. annis eſſe non poteſt: ratio diverſitatis eſt, quià gravius periculum ſubeſt, in ſententiâ arbitri compromiſſarij, quàm judicis, quià judicis ſententia varijs remedijs oppugnari poteſt: *l. 41. ff. De arbitr.* Anton. Govean. *ad l. 2. ff. De juriſd.* Franc. Duar. *ad l. 57. ff. De re judic.* Bronch. *centu. 1. aſſer. 65.*

Minor reſtituitur adverſus terminos, ſibi lapſos ad appellandum, & ſe præſentandum, & adverſus fatalia lapſa: & hæc reſtitutio petenda eſt, coram judice, à quo, ſi coram judice ad quem, pars adhuc ſe non præſentavit, in gradû appellationis, & tùnc, in hac reſtitutione concedendâ, non eſt neceſſaria probatio læſionis: *quod obtinet etiamſi procurator ſit ſolvendo & minor litigaverit per procuratorem* Flores Diezt de Mena *lib. 1. var. quæſtion. 5. num. 6. 7. 8. 9.* Acebed. *in l. 1. à num. 31. titu. 18. lib. 4. re compilation.* Johan. Garzias *de nobilitat. gl. 6. §. 1. n. 51.* Rebuffus *de reſtitution. in præfation. num. 16. 17.* Johan. Botta *conſ. 8. à nu. 30. & ſeq.* Octavian. Veſtrius *in prax. Roman. Curiæ lib. 8. c. 3. nu. 3.* Franc. Caldas *in l. 3. verbo, implorandum num. 17. C. de integr. reſtitut.* 56

Minor poteſt petere reſtitutionem, adverſus ſententiam, etiamſi appellaverit procurator: Floren. Diez. de Mena *d. quæſt. 5. num. 11. l. cum mandato ff. De minoribus.* 57

Contractus initus cum majore, non retractatur ex ſucceſsione minoris *l. 2. C. quibus ut indign. legatum auſertur.* ¶ Minor poteſt approbare contractum, non validum ſi vult, & ad reliquum pretium; contra adminiſtratores agere *l. 6. C. Arbitr. tutelæ.*

MISERABILIS perſona.

Miſerabiles perſonæ recenſentur, pupilli, viduæ, ægroti: & de ſimilibus poteſt arbitrari judex: *l. 1. & ibi* Bart. *C. Quandò imperat. inter pupil. & vidu. c. Ex tenore. De foro competen.* ¶ Sed quæ habeant beneficia, in jure, nempè quòd non poſsint trahi ad aliud judicium, quòd poſsint adire ſuperiorem judicem, (*Hoc in Camerâ non attendi,* Geyl. *notavit cùm cauſa viduarum, & pupillorum, à ſuis principibus, cognoſcuntur,*) per nudam ſupplicationem, quòd defendantur ab Eccleſiâ, notavit Oldendorp. *in ſuis operibus, de jure ſingula. verſi. de privilegijs miſera. perſo.* & ibi, *in fi.* dicit, quòd etiam hiſce privilegija non poſsit renunciari. *Et vide* Geyl. *in obſervat. c. numer. 40. lib. 1. obſervat. Cam. Imp.* 1

Caball. *milleloquio, 697. p. 2.* ubi recenſet, quæ perſonæ ſint miſerabiles: Menoch. *lib. 2. centu. 1. caſu 76.* Teſſaur. *deciſ. 177. numer. 1.* Perſonæ miſerabiles quæ dicantur, & quandò earum cauſæ ſpectent ad judicem Eccleſiaſticum: Capra *concluſione 30.* Aſin. *d. c. 107. num. 2. & cap. 108.* ¶ Vidua eſt perſona miſerabilis: ideò etiam adverſam partem immediatè, coram tribunali principis, ſiſtere poſſunt: Pruck. *l. In multis. ff. De ſtatu hom. p. 2. art. 1. ſol. 233. ubi ampl. & lim.* Covar. *in* 2

6 Probatur præthereà, quià, ratione unionis, immunitas uni, ex ſocijs, conceſſa, prodeſt alteri ſocio, cum quo habet communitatem. ¶ Itèm ſi unus fratrum, qui habent bona communia, fuit Clerius, alter Laicus: Laic⁹ reſpectû partis ſuæ, gaudet privilegio Clerici, ità quòd onus non poſſit imponi. ¶ Itèm ſi delictum eſt commiſſum à pluribus, inter quos unus fuit clericus, judex Eccleſiaſticus erit judex omnium: de illis pulcrè, & de hac regulâ: Quòd ex perſonâ alterius quis conſequitur jus, quod ex propriâ perſonâ non habet, *vide* Johan. de Mont. Ferr. *in l.1.in princ. colum.1. & 6. ff. De verb.obl.vide* Socin. *in conſi.12.vol.1.col.4.vide in verb. facere.*

7 Pro præmiſſâ etiam regulâ: Quòd ratione unionis, privilegium, uni tributum, alteri competat, *vide latiſſimè* Iaſ. *qui eam 8. fundamentis comprobat, in l. Imperiū, in 3. col. ff. De juriſd.omn.judic*

An ſi officia Capitanei, & poteſtatis, ſint unita, & data uni: an ille debeat ſalaria habere utriuſq;: Et an caſtrum, unitum civitati, debeat regi ſtatutis civitatis? *Et de multis alijs, vide* D. Alex. *in l.1. in 5.coln.De leg.1.* ¶ Itèm, ſi eſſet ſtatutum, quòd ad nuptias non poſſunt invitari, niſi ſolùm 12. Dominæ. Accidit, patrem, & filium ſimùl celebrare nuptias, an poſſint invitari 24. vel tantùm 12. Dominæ? *De hac quæſtione, vide* Bart. *in l.Inficiando, §.infans, in fin.ff.De furt.vide ſuprà in verb. matrimonium.*

MOLENDINUM.

1 MOlendinum novum an facere liceat in præjudicium antiqui, *vide* Joh.Fabr. *in Breviario ſuo, in l.Si manifeſti, ubi gl.C.de ſervi.* Bart. & Moder. *in l. Quo minus, ff. de flum.* vide hunc caſum clare deciſum, Lehn Recht / c. 11. *in gloſſ. fol. 22.in fin. 1. colum. vide ſuprà in verb. meum.* Licèt modò aqua primi molendini non minuatur Steph, Gratian. *diſcept.forenſ.89.* ¶ An, & quandò quis poſſit aquam Molendini divertere, & plura de materiâ illâ, vide per Dec, *conſ.244.volum 2.* in quæſtione propoſitâ, *vide multa, & pulcra in hac materiâ molendinorum, in ſecundâ parte indicis practici Papienſis, in v. ſervitus, col.169.*

2 Domini an poſſint facere, ut ſubditi non molant alibi, quàm in molendinis ipſorum? Dicendum, quòd non, ſi ordinatio reſpiceret eorum privatam utilitatem: Cum ſecùs eſt, quandò reſpiceret utilitatem publicam, ſeu fiſcalem cameram, vel niſi ſimus in principe ſuperiore, qui poteſt ſubditos cogere: Steph. Gratian. *diſcept.forenſ.89.n.15.* Riminaldus Junior *conſ. 370. n.4. lib.4.* Limita: niſi ſubditi prohibitioni acquieverint, & longum intervenerit tempus: tùnc cogi poſſunt, ut alibi non molant: Natta *conſ. 106.* Johan. Coppen. *in ſuis quæſt.* Rebuff. *de remed.poſſeſſ. in præfation. num. 180. fol.767.*

Conductori molendini, aquarum impetû deſtructi, remiſſio eſt facienda: ratio dubietatis eſt, quòd conductor ſciverit periculum aquarum: Ergò ſibi imputet, quòd conduxerit: Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ. 195.* Surd. *conſil. 197. nu. 16. lib. 2.* Pancirol. *conſil.147.nu 1.* Bald. *in l. 8. C. Locati.* 3

Quandò quis habet jus, quòd Omnes teneantur ire ad ſuum molendinum, molendino deſtructo, ſi poſteà illud re ædificetur, an poſſit denuò cogere ad molendū, in indicto ſuo molendino reædificato: Caſſan. *conſuetud. Burgund. tit. des foretz.rub. 13. §.2.gl. 1. num. 17.* 4

Licèt, ob conſtructionem alicujus molendini, alteri molendino præjudicium inferatur: tamen hęc non eſt juſta cauſa impediendi molendinum conſtruendum: Oraſc. *deciſ.Pedmont. 17. num. 3.* Boerius *deciſ. 125.* Afflictis *deciſ. 388.* ¶ Socius molendini communis, cui fuit conceſſa facultas ducendi aquam, de aquæductû communi, ad prædia ſua, ſine damno dicti molendini, poteſt in ſuo conſtruere novum molendinum, ſi aqua utrique ſufficiat: Caball. *milleloq.189.* 5

Si ex tribus, habentibus molendinum; duo velint locare, alius non, tertius tenetur ſtare locationi duorum: tamen ſi ipſe velit ibi molere, pro ſuâ tertiâ parte, poterit: Guid. Pap. *ſing. 639.* ¶ Aedificanti molendinum de novo, in riparia, opus novum poteſt nunciari, ab eo, qui ab antiquo, & ex principis privilegio, molendinum, ſub annuo cenſu, habet: Franc, Marc. *quæſt. 106. p. 2.* Sed quandò quis poſſet ædificare molendinum, non obſtante privilegio, alteri conceſſo: *vide* Dec. *conſ.373.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund.tit. des foretz.rubr. 13. §.9.gl.1.* 6

Molendinum, in flumine, cum altero domino, an ædificare liceat? And. Gail. *obſer. 69.lib.2.n.27.* 7

De molendinis, vide plura, per Barto. *in l. Quò minus ff. De fluminibus.* ¶ Conſuetudo continuādi non inducitur, etiamſi per 40. annos quis acceſſerit ad molendinum alienum, imò per mille annos niſi inhibitio proceſſerit, vel conventio, aut conſuetudo, aut privilegium: Afflict. *deciſ.388.* Marc. *qu. 123.* Boer. *deciſ.125.* Marc. *quæſt.584.par.2.*

Furnorum, & molendinorum, conſtructionem vaſallos ſuis ſubditis regularitèr prohibere non poteſt: Anton Teſſaur. *deciſ. 16. ibi vide limitation.* ¶ Legatum, de bonis exiſtentibus, in oppidis, comprehendit etiam molendina, quæ ſunt extra oppidum, quandò prẹſertim eſſet dictū de prẹdijs: Cùm molendina dicuntur prædia urbana, ſi in ſolo ædi- 8

ficata

ficata ſunt, & ſi, tabulis compactis, in flumine ſunt confecta, dicuntur eſſe ruſtica: Stephan. Gratian. *in addition. deciſ.96.* Menoch. *conſil.140.nu.24.* Tiraq. *de retr. conſangum. §.1. gl.7.nu.92.* Natta *conſ.505.nn.26.*

MONACHUS.

1 Qualitèr quis probetur Monachus, habetur *in Articul.22.lib.2.* LandRecht / & *ibidem in latina additio. litera E.* Und das ein Münch vor der Welt für Todt geachtet werde / dixit gloſſa 6 *in d. Articul. 22. habetur in Authen.de Sanctis Epiſc. & Deo amabi. Clem.§.Si qua mulier, colla. 6.& in c,1.20 q.3.* Et *in Artic. 25 lib.1.* LandRecht. Sagt der Text daß er vor der Welt todt ſey / zu Land: und LehnRechte / und ſein Lehn falle dem Herrn heim.

2 Idem dicendum eſt, de jure civili, prout habetur *in l. Deo nobis, C.De Epiſco & Cleri. & in tit.De Vaſall.milite qui arma belli depoſuit. Et in §.qui clericy, in tit.ſi de feudo contro.fuerit.* ¶ Sed tamen Monaſterium eſt loco hæredis, & illi in hæreditate ſuccedit: *per Authen Caſſa C De S.S Eccl.vide additionem latinæ primam ad dict.Articul.25.lib.1.* LandRecht / & ibidem gloſſa 3 facit Monachorum diſtinctionem, & ſecundum illam vult jura intelligi. De Monachâ, moniali, vel Abbatiſſa, diſponit *Art. 26. lib.1.* LandRecht.

3 Et pro intellectu illius textûs, vide glo. *c.30* LehnRecht / *in fine:* aliàs enim vix intelliges iſtum articulum, dicit additio 1. ¶ De Monacho, & Moniali, ſeſe transferente, ex uno monaſterio, in aliud, & multa bona in iſtâ materiâ, *vide per* Decianum, *in conſi. 20. volum.1.per totum.* ¶ De ſucceſsione monialis in dote matris, quòd admittatur ad illá: niſi ſucceſsioni renunciaverit, vel niſi ſit de ordine mendicantium, conſuluit idem Decian. *in conſi.94. volum.3.num.13.* ¶ Monachus ſi decedat ante aditam hæreditatem, non tranſmittit ad abbatem, vel monaſterium: Bartu. *in l.Si condicat.ff. De cond. furtivâ.*

4 Profeſsio facit monachum, & non habitus: & quomodò ſit facienda profeſsio, & quibus veſtibus uti debeant religioſi, Vivius *deciſ.345.lib.2.* ¶ De Monachis *vide quadam in* Capra, *reg. 83 84.85.* ¶ Religioſa bona quandò monaſterio acquirantur, Menoch. *lib.2.centur.5.c.436.* ¶ Pœna Monachi ſeditioſi, & tranquillitatis perturbatoris, *c.437.* ¶ Quæ dolo fiunt, nullâ lege tenent: ſecùs, quandò aliquis verbis blandis inducitur ad ſerviendum DEO: dummodò non
8 fiat eâ intentione, ut religioſi ſuccedant in bonis intrantis religionem: nam tùnc privatur ſucceſsione: Vivius *deciſ.160.lib.1.* ¶ Legatum, monaſterio relictum, an potiùs monialibus, quàm monachis, relictum cenſeatur: Prucku. *l.In multis ff.De ſtat.hom.pag.2. art.36.*

Monachus an æquiparetur filio, vel ſervo, quoad aditionem, vel repudiationem hæreditatis? & an, monacho repudiante, monaſterium adire poſſit? & an hæreditas dicatur principaliter monaſterio delata, monacho inſtituto? & multas alias quæſt. vide per Bart.& Modern. & *optimè ibi* Catol. *in l.1.de vulg.& pupill.&* Barto. *in l.1. §.ſi fructuar.no, de ſtipul.ſervor.* Barto. *in l Hos accuſare, §.omnium autem. de accuſ.* ¶ Itèm quoad acquiſitionem, an æquiparetur ſervo, vel filiofamilias, *vide* Jaſo. *in l.1.§.itèm acquirimus, de acquir.poſſeſſ.& in l.Quicquid filius, eod.tit. ubi videtur ſibi contrariari.* ¶ Monachus habetur pro mortuo, ſicut & ſervus: *§.ſervus, Inſt.de cap.dimin.l.Nobis, C. De Epiſcop.& cler. in Authen.ut nulli judici.§.ſi vero prædictum tempus, gloſ.in §.ſi qua mulier, in Authen.de Sanctiſſ. Epiſco. c.placuit.el.2.16.q.1.* Impregnant tamen interdum mulieres, *c. Sunt ex literarum, de hom gl.in Authen. idem eſt in his, C.De bon.qua lib.* ¶ Et ſicut vivens moritur: *l. Qui duos.de ma teſt.* ità Laicus ingreditur monaſterium, Barto. *in l.fin.in 3.colum.in princ.C. De pact.* 5

Hinc eſt, quòd monachus ſine monaſterio, ſicut piſcis, ſine aquâ, vitam habere non poteſt: *c.placuit 16.q.1.* ¶ Qualitèr autem monachus poſsit eſſe ſine monaſterio, docet Bar. *in l.Quod ſervus, de ſtip.ſervor.* ¶ Hinc eſt, quòd religionem ingreſſus, Dominus ſuarum rerum eſſe deſijt: *gloſſ.in c.Miles, de vaſal mil qui arma bell.depoſ.in uſibus feuder.* ¶ Et ergò nec habent velle, neque nolle. *c.fin.de Teſt.lib 6.c.fin.de ſepul.lib.6.* ¶ Imò, neq; in ſuâ capi à proprietatem habent: *gloſſ. in c.Non dicatis,12.q.1.* ¶ Unde videmus, quòd ſi quis ingreditur monaſterium, ſuorum bonorum dominium, ipſo jure, monaſterio acquirit: Barto. *in Authen. ingreſſa, C De S.S.Eccleſ.& DD.in l.fin.Eod.tit.* Et is eſt unus caſus, quo dominium, ipſo jure, ſine traditione, transfertur: *contra l. Traditionibus, C.De pact. alios vide per Goz. in l Certi conditio, §.fin lect.62.poſt Moder. Si certè pet.* 6

Quomodò autem monaſterium ingreſſuri, de bonis ſuis, diſponere debent, *text.eſt in c Quia ingredientibus, cum ſeq.19.q 3.* ¶ Monachi officium quale? Monachi officium eſt peccata aliorum, & ſua deflere, non docere, & populum paſcere: *c.hinc eſt,16 q.1.* ¶ Monachus, fugiens ex monaſterio, propriâ authoritate poteſt capi, ſicut uxor à viro: *per reg.sex.in l.1.C.ubi quis de Curia & c. vide* Jaſo. *in §.1.Inſt.de Act.* 7

Monachi quandoque ſunt Lupi rapaces: *gloſſ in l.Nos reddentes. in verb. Archimia, C.de ſumm.Trin.& fid cathol.* ¶ Monachum non habitus, ſed profeſsio facit: *c.Porrectum, de Regul.& Tranſeunt.* ¶ Vovens, & profeſsionem 8

nem faciens, in monaſterio ſemper manere cogitur, nec exire poteſt: *vide limit. per* Soc. *in reg. 445. quæ eſt ultima.*

8 Monachi, per crede mihi, jurare debent: *gl. in l. Quæ ſub conditione, in verb. ad ſuperſtitionem. ff. De condit. inſtit.* ¶ Monachi litigantes præſumuntur habere juſtam cauſam: *gloſ. in c. Expedit, in fin. 12. q. 1.* & præſumitur, quòd bono Zelo hoc faciant: *gloſ. in c. præſentium, 16. q. 1.* ¶ Bona monialis, delinquentis in uno monaſterio, translatæ deinde ad aliud monaſterium, debent manere primo monaſterio, non ſecundo: *gloſ. in c. Si quis inpuerit, 27. q. 1.*

9 Si monachus fuit hæres inſtitutus, & tranſivit ad aliud monaſterium, cui monaſterio acquiratur? *vide* Barto. *in l. Si ſub conditione, §. ſi ſervus, ff. De bonor. poſ. ſecund. tab. vide* Jaſ. *in l. 1. §. item acquirimo, ff. De acq. poſſ. & in l. Quicquid filius. eod. tit.* ¶ An monacho poſſit ita relinqui, vel hæres inſtitui, ut monaſterio, & Abbati, nihil acquiratur, *vide* Bart. *not. in l. Si aheuuxi, ff. De hæred. inſtit. & in Authen. Excipitur, C. De bon. qu. liber. Domu.* Carol. *in l. 1. §. ſi quis ità. chart. 48. ff. De verb. obl.* ¶ An, ſicut ſolus Abbas poteſt adire hæreditatem, delatâ monacho, abſq; ejus conſenſu, ſic etiam ſolus Abbas repudiare poſſit, *per l. Is poteſt, ff. De acq. hæred.* An requiratur conſenſus Capituli, vel conventûs. De hoc arduo dubio, apud Cano. & Legiſtas, *vide pulcrè Dom.* Jaſ. *in l. Stichum, qui meus, ff. De leg. 1.*

10 Si pater filium inſtituat: &, ſi ſine liberis, ex ſuo corpore natis, decedat, Gajum ſubſtituat: modò filius eſt ingreſſus monaſterium, antequàm habeat filios; an ad monaſterium ſpectent bona? Dic, quòd ſic: *vide* Barto. *ubi refert integ. conſ. ſuum, in l. Si quis ita, §. is cui, ff. De leg. 2.* Carol. *in l. 3. in princ. de leg. 1. vide ſupr. in verb. filius.* ¶ Monaſterium eſt loco filii: *Anthen. niſi rogati, ubi* Barto. *C. Ad Trebell.* qui texr. alibi non habetur ſecundum Bartol. nec in jure Civili, nec in jure Canonico. ¶ An vitiato ingreſſu, vitietur etiam bonorum dedicatio, facta monaſterio, vide puleram reſponſionem, cum diſtinctione, per D. Carol. *in l. 3, lect. 27. in fin. ff. de leg. 1.*

11 Si monachus, extra monaſterium, in habitu laicali vagans, inſtituatur à teſtatore, qui eum Laicum credens, tamen in veritate eſt monachus; valet inſtitutio, nec iſte error eam impedit, ſed acquiritur monaſterio: Paul. de Caſtro, *in l. Cum proponas, ubi* Jaſ. *refert. C. De hæred. inſtit.* ¶ Quandò colligitur ex verbis teſtatoris, quòd voluit excludere monaſterium, & an attendatur talis voluntas teſtatoris, de quâ conſtat, quòd voluerit ſubſtitutum monaſterium excludere, Dec. *conſ. 259. vol. 2. viſis his.*

Donatio, facta inter monachum & Abbatem, licèt non valeat, tamen ſi fuerit jurata, valet & tenet: Soc. *conſ. 19. volum. 1.* Goz. *in l. omnes populi*, ubi ſimilia habes, *in 2. q. 3. q princ in 11. lect. de Juſt. & Jur.* ¶ Monachus, ſi facit teſtamentum, monaſterium ingrediens, donec vivit, poteſt illud revocare: quod procedit in omnibus religioſis, exceptis Minoribus: *ita* Bart. *in l. Sed ſi nunc, ubi caſus, ff. De donat. inter vir & uxor.* ¶ Legatum, monacho factum, Abbas repudiare poteſt: Soc. *in l. Legatum ff. De leg. 1.* ¶ Monachus potiùs debet obedire Abbati, quam Epiſcopo: & uxor marito potiùs, quàm Deo: *c. Qui reſiſtit, 11. q. 3.* Hoc ità eſt reſtringendum: videlicèt quòd ante omnia Deo obediendum eſt. 12

Monachatus nobilitatem non extinguit: *vide verb. nobilitas.* ¶ Si vaſallus ingrediatur monaſterium, donec vivat ingreſſus, *vide* Felin. *in c. Quem Eccleſiarum, colum. 31. de conſtit.* ¶ Monaſterium ingreſſus, ſi aliqua bona ſibi reſervavit, an vitietur ingreſſus, vel ſola reſervatio bonorum, vide Alex. *in l. 1. §. ſed & ſi mihi. ff. de verb. obl. numer. 6.* Ubi dicitur, Quòd iſta reſervatio vitietur, *vide* Bar. *in Authen. ingreſſi, C. de S. S. Eccleſ. &* Goz. *in l. Certi conditio, §. quoniam, in 10. notab. ſi cert. petat.* 13

Monachus factus, eſt liberatus, per ingreſſum, ab omnibus debitis: ſi poſteà exit monaſterium, incidit rurſus in priſtinam obligationem, ac debita: *ità* Bart. *in l. Adulter, § nupta. ff. De adulter.* ¶ Abbati, vel monacho, filios, de Sacro fonte, ſuſcipere non licet, nec commatres habere, nec fœminas oſculari: *c. Non licet, cum ſequent. de conſ. diſt. 4.* ¶ Abbas, ſine culpâ ſuâ, depoſitus primum locum in choro & conventû obtinet poſt Abbatem, & memoriam priſtinæ qualitatis & dignitatis: Felin. *in c. Quæ in Eccleſiarum, col. 38. de conſtit. vide in verb. qualitas* ¶ Utens veſte monachali, ad illuſionem, vel injuriam punitur corporalitèr, & mittitur in exilium: *§. fin cum gloſ. in Authen. de ſanctiſ. Epiſcop. vide* Bonif. de Vitell. *in tit. quibus de cauſ. quis poſ. ad mortem condemn.* 14

Qui ſe fingit mulierem monacham, ut monacham corrumpat, gravitèr eſt puniendus: *gloſ. in c. tuarum, de privil. vide Specu. in tit. de ſtat. monach. verſ. 39.* Barto. Brixien. *in q. domi. q. 81.* ubi pulcrè arguit in utramquè partem, An talis debeat manere, in monaſterio? & Johan. de Platea. *in l. Quidam ignavia, C. De Donat lib. 10.* ¶ Diſpoſitio, in Monachis, & Abbatibus, extenditur ad abbatiſſas & moniales: *text. eſt in c. fin. ad fin. & ibi Abb. not. de ſtat. regul.* Quià maſculinum continet fœmininum: *l. Si quis id quod* 15

quod,ff. De juriſd. om. judic. ibi latè Iaſo.& Gozad.

16 Minores fratres, omnem rem, præter pecuniam nomeratam, aceipiunt: Bartol.*in l.1.ff.De condict.Trit.* ¶ Minores fratres, licèr non poſsint perere, quod eis relictum eſt: *Clem.exivi de Paradiſo, de verb.ſig.* Poſſunt tamen implorare officium judicis, ut hæredes compellat: *l.Hæreditas, in fin.ff.De pet.hæred.* Bart.*in l.Quintus, in princ.ff De Annuis leg. vide* Iaſ.*in l.1. in 4.colu C.Qui admitt.* Bart.*in l.Servus.ff.De alim.& cib.leg.*

17 An fratribus minoribus poſſit relinqui, & qoalitèr univerſalitèr, & qualiter particularitèr, *vide* Bartol. *& ibi* Mod. *in l.1.De legat.1. clarius* Bartol. *in tract. minor.* Bald. *in Authen, ingreſſi, C. De S. S. Eccleſ. & in l. Privilegia, Eod. titu.* Bartol. *in l.Servos, de alim. & cib.leg* Bart.*in l.Legatum.ff. De cap. dimin.* Angel. & Moder.*in l.Stichum, §. ſtipulatio, ff. De verb obl.* ¶ De fratribus tertij ordinis, S. Franciſci, an habeant immunitatem ab oneribus, *vide* Bart. *in l.Semper.§.quibusdam, de jur.immun.*

18 An fratres gaudentes, vel de tertio ordine S.Franciſci, ſint exempti à muneribus publicis? *vide* Br.*ubi proximè.&* Jo.de Plat.*in l.fin. C. De exact.trib.& in l.Quidam ignavia, C. De Decu.lib.10.* ¶ Monachi, & Clerici, qui noſtrâ tempeſtate, religionem aſſumptam egrediuntur, effieiuntur infames, & repelluntor ab aceuſando, & teſtimonio, & ſunt excommunicandi. Contrahere tamen non prohibentur, & diſponere de rebus ſuis, vendendo, donando, vel alio modo alienando: *vide practic.*Papienſ.*in form.lib. in act. real. fol. 11. colum. 4.in fin. in Apoſtata quid juris.*

19 Regula S. Benedicti, poteſt pro jure allegari: Felin. *in c. ex parte, in 22. colu. de Reſcript.per c. ſuper eo, de Regula.* Et de hac regulâ S.Benedicti, loquitur etiam text.*in c.1. de Cler.vel Moncab.* ¶ An monachi minores, & fratres ſervorum Mariæ, teſtes eſſe poſſint, & an in teſtamento? *vide* Iaſo. *in l. Hac conſultiſſima, in 2. col.C.De Teſtam.*

Immunitas clericorum eſt monachis communis: Anaſtaſ. German. *in Tract.de ſacrar.immunitat. lib.2. cap 3. num.24.& final.* Clerici officium eſt docere & paſcere populum, ut gregem ſibi commiſſum: monachi flere: Anaſtaſ.Germa.*in d.Tract.d.lib.2.d.cap.3.num.5.* ¶ Tranſeuntes ad ſolitudinem ſpecie monachatûs, ſed vitandorum publicorum munerum cauſa, per edicta Imperatorum revocati ſunt: Anaſtaſ. German. *in d. Tract.d.lib 2 de ſacrar.immunitat d.c.3. nu. 10.*

20 Monachus, translatus, & poſteà reverſus ad primom monaſterium, non recuperat primum locom: Stephan. Gratian. *diſceptat.forenſ.4.num.14.*

An bona ſubjecta fideicommiſſo debent reſtitui, poſt ingreſſum monaſterij; vel ſit expectanda mors naturalis? Affirmatur, quoad bona, quæ ingrediens poſsidebat, tempore ingreſsûs: nam ſecùs eſt, in illis, quæ priùs alienaverat: tùnc enim mors naturalis eſt expectanda, ut ab emptore revocari poſsint bona: Anton.Peregrin. *de jure fiſci* Surd.*conſil.90.n.9. lib.1.* Hondedeus *conſ.62.nu.33 & 46.lib.1.*Bald.*conſil.280. lib.1.*Alex.*conſil.13. lib.3.* 21

Monaſterium an debeat dare legitimam filijs, ſtatim, poſt ſecuram profeſsionem patris, etiam non expectatâ morte naturali? N. quià vivo patre non debetur liberis legitima: benè monaſteriũ alimenta ſuppeditare debet, etiã filio ſpurio; aut, ſi filius ingrediatur, patri inopi: quià monaſterium eſt loco hæredis, aut filij: Stephan. Gratian. *diſceptat.forenſ.102.*Gutier. *lib.2. quæſtion.Canonicar.c.1.n.77.*Hieron.Cevallos *q.342.*Surdus *de aliment.titu.1.q 29.n.7.*Decius *conſ.180.* 22

De Monachis, eorumq; officio, immunitate, & prærogativâ, ubi explicatur *l.Quidam 26.C.De decurion.*Anaſtaſ.German. *lib.2. De ſacrar.immunit cap.3.* ¶ Monachus otioſus latroni æquiparatur: Anaſtaſ.German. *d.lib.2.De ſacr.immunitat.cap.3.nu.9.* ¶ Teſtamenti factio, poſt Monachiſmum, non tenet, cum jam bona monachi, tacito jure, ad monaſterium, detractis detrahendis, tranſiverint, *per l.20.C.De Epiſcop. & cleric.Novel.5. & 123.*Anaſtaſ.German.*d.Tract.& lib.2.cap.3.nu.14.* ¶ Monachus, ex Novellâ Juſtiniani, poteſt teſtari, inter liberos, virili portione monaſterio relictâ: Anaſtaſ. German. *d. Tr. & lib.2.cap 3 num. 15.* 23

Monachus, de acquiſitis, poſt ingreſſum, ex Leonis Novellâ, teſtari poteſt, in aſſe, ſi monaſterio aliquid contulerit, in ingreſsu: ſin minùs, in biſſeni, ex tricore monaſterio inſtituto: Anaſtaſ.German. *d. Tract. d. lib.2. d cap.3.num.17.* ¶ Monachus habet, jus legitimarum hereditatum: *Idem ibid.nu. 18.per l.final.§.Hoc etiam, C.de Epiſcop & cleric.* Monachus iogrediens monaſterium, abſqoe conſenſû patris, non poteſt, ut ingratus, exheredari: *Idem, ibidem: num. 19.* 24

Monachi non poſſunt, niſi coram Epiſcopo, conveniri: Anaſtaſ.German.*ibid.n.20.* ¶ Judices, & execorores civiles, monachum, ad civile tribunal cogentes, ſeu vocantes, mulctantur: *ibid. num.22* ¶ Monachus illegitimus, nec prælativam, in ordine, nec Eccleſiaſticam dignitatem obtinet: Anaſtaſ. German.*lib.3.de ſacrar.immunitat. c.20.nu.34.* Epiſcopus, cogens monachum ad forum ſeculare, poteſt ſuo jure in cuſtodiam trudere: Anaſ.German.*in Tractat. de ſacr.immunitat. lib.2. cap.3.num. 23.* 25

MO

MONETA.

1 NOta: moneta ut valeat, requiruntur ſex: tria intrinſeca: & tria extrinſeca: intrinſeca ſunt, materia; forma; pondus. Materia, ut ſit de auro, vel argento, ſeu de ære & argento. Nam de puro ære non poteſt fieri moneta, ſed ponitur aliqua quantitas argenti: *ſic nota. l. 1. in verbo Materia, & in verbo ſubſtantia, ff. De Contrahend. empt. & l. 1. & 2. C. De ponde. & au. illa. lib. 10.* Formà, quià debet eſſe forma publica, vel effigies, ſeu nomen Imperatoris: *ut in l. Quintus, ff. De auro & argent. legato.* Pondus, quod eſt ex parte materiæ: *ut l. 4. ff. De tri. vi. & oleo leg.* Et de iſtis tribus fit mentio in textû. *l. 1. in princ. ff. De contrahen. emptio. & Extra, De jurejuran. c. Quanto, in gl. & docuit* Joan. de Plateà. *in l. 1. C. De vete. numiſma. poteſta. lib. 11.* Er quo ad tria iſta, tempus contractûs attenditur: *ut in l. 2. & in l. Cum quid mutuum, ff. Si cert. pet.*

2 Sed alia tria extrinſeca ſunt: ſcilicèt (1) Quòd ſit facta per principem, vel alium, qui ab eo habet poteſtatem: *l. 2. C. De falſa mone. & l. 2. C. De pondera. & auri illa. ſuper rubrica in gl. lib. 10.* (2.) Quòd iſta moneta non ſit reproba: *l. Et eleganter, §. qui reprobos, ff. De pignora. actio* (3.) Quòd ſit facta in loco publico: *l. unica, in fin. C. Nulli lice. in fre. lib. 11. in Authen. de armis in prin.* Et ſic habes 6. requiſita ad hoc, moneta ut valeat: quæ notavit Jacob. de Bellovi. *in practicâ ſua judicia. cap. de injurijs, verſ. falſarium, in numer. 21. & in ſequentibus.* Joannes de Platea. *in l. univerſos, C. De vete. numiſ. poteſt. lib. 11.*

Adde his, quòd pecunia, vel moneta, non tàm conſtituatur ex materiâ & ſubſtantiâ, quàm ex formâ, & ex valore publicè conſtituto: antequàm enim cudatur, non poteſt dici nummus, ſed ſaltèm maſſa, vel metallum: Arius Pinelius *in cap. 3. partis 1. Rubricæ, C. De reſcin. vend. num. 7.*

4 Et nota, quòd in cudendo, & fabricando, monetam, verſetur utilitas publica. Et ideò etiam poteſt Princeps vaſa argentea, vel aurea auferre ſubditorum, ut cudat & fabrificet monetam: quæ tamen ſunt intelligenda, prout docuit & declaravit d. Jacobus de Bellovi. *in d. c. De injurijs, verſic. falſarium, numer. 25. & in ſequent.* ubi vult, quòd tamen æſtimentur iſta vaſa argentea, vel aurea.

5 Sed fabricens, faciens, falſificans, ſeu expendens falſam monetam, quâ pœnâ ſit puniendus, vel etiam de fabrificante juſtam monetam, *vide* Hippo. de Marſil. *in l. Qui falſam monetam, numer. 60. ff. Ad L. Corne. de falſ. de habente falſam monetam, numer. 106.* De tondente bonam monetam, 108. De tingente monetam auro, vel argento, Idem Hippol. *numer. 110. Specula. in tit. de crim. falſi: vide conſtit.* Alberti Impera. nonam, poſt Lehn-Recht/ *incip.* Wir ſetzen/ *notavi aliqua ſupr. in litera F. verſ. de falſo: faciunt in jure Saxonico Articul. 26. ibidem addi. & gloſſa, lib. 2.* Land-Recht/ *& eſt pulcherrimus textus.*

Sed mutari quòd poſsit monetæ valor à Principe, ex causâ, ut ne fortè pecuniæ extra Regnum, Ducatum vel Principatum, ferantur, mentionem fecit Arius Pinelius, *in 3. capite prima partis Rubricæ, C. De reſcin. vend. numer. 8.* uſumq; & conſtitutiones: in valore pecuniæ, attendi debere, tradit Afflictis, *in deciſio. 90. & 194. num. 5.* ¶ Monetæ valor intelligitur inter contrahentes ſecundum conſuetudinem loci contractus: Natta *conſ. 192. to: 1.* 6

Imò quòd poſsit Princeps, ex causâ majorem pecuniæ valorem conſtituere, quàm valeat metallum, vel materia non ſignata ad pondus, non negat *gloſſa, & ibi notant* Dd. *in l. 1. ff. De contrahen. empt. in verbo, præbetur, tradit* Molineus *de comercijs quæſtio. 100. num. 298.* Arius Pinel. *in loco ſuperiùs citato, num. 8.*

Sed mutatio eiuſmodi, ſeu diminutio in valore, per dominum terræ, vel loci, facta, in cuius periculum debitoris, vel creditoris, an cedat, vide Hippol. de Marſil *remiſsioè in l. Qui falſam numer. 127. ff. Ad L. Corne. de falſis.* Er ſunt videnda ea, quæ notavit Bartol. *in l. Paulus reſpondet, ff. De ſolutio.* volens, quandò monetæ curſus totalitèr eſt reprobatus: puta propter antiquitatem, vel aliàs, debet ſolvi in æſtimatione, per aliam monetam: & ibi, quandò una moneta, pro aliâ, poſsit *(Etſi expreſsim, inter partes, actum ſit, de certâ monetâ ſolvendâ, tamen ſi amplius non extet, ſolutio in aliâ monetâ fieri poteſt, factâ tamen, æſtimatione ſecundum contractus tempus,* (ſolvi, tradidit Mynſinge. *in obſervatio. 1. centu. 4. & pulcherrimè* Geylius *in obſervatio. 73. lib. 2. (Ubi tradit, attendendũ eſſe valorem monetæ, qui fuerit tempore contractûs. Niſi debitor fuerit in morâ vel aliud inter partes convenerit, Item inſpiciendum tempus conditi teſtamenti, in legatis particularibus, &, in infligendis pœnis, tempus ſtatuti conditi. At Bonitate intrinſecâ monetâ mutatâ, præſtari debere æſtimationem monetæ prioris.) & vide conſiliũ 3. vol. 7.* Henning Göden, *de cenſibus, ſive redditibus, in quo decidit, in quâ monetâ cenſus ſint ſolvendi.* Arius Pinelius. *in 3. cap. 1. partis rubri. C. De reſciud. vend. numer. 9.* docet poſt alios, quòd ſufficiat ſolvere pecuniam, ad numerum ſaltèm ejuſdem valoris pecuniæ, publicè conſtituti, licèt minoris ponderis ſit, *probatur per* Bartol. Cynum & alios Dd. *per gl. l. Si quis argentum, C. De dona.* 7

Jus Saxonicum diſponit ſic: Wenn man die Pfenninge verbeut viertzen Nacht/ darnach mach man mit den alten Pfenningen wol ſchuldt 8

gelten / vnnd Pfand löſen: Wer aber damit keufft vber die rechte zeit / der Müntzer mag ſie jhm wol nehmen vnd zerbrechen / er ſol ſie jhm aber zu Hand wider geben: *dict. Articul. 26. lib. 2 in fin.*

9 Et tandèm, ſi valor alicujus monetæ decreſcit, vel creſcit, poſt tempus, quo mutuo data, vel accepta, eſt pecunia: in quâ monetâ tùnc fieri debeat ſolutio? *vide notata* Barba. *conſil. 9. in 4. vol. &* Fabian. de Monte, *in tract. De empti. in 5. quaſt. numer. 14. &* Dd. *in l. Paulus reſpondet, el. 1. ff. De ſolutio.* Mynſing. *dict. obſervatio. 1. centur. 4 &* Geyl. *in dict. obſervat 73. lib. 2. Et vide conſtit. Auguſti Elector. Saxon. in parte 2. cap. 28.* wenn die Müntze verendert.

Sed nota, quandò ſtatuentes diſponunt ſuper monetâ, quòd in dubio talis diſpoſitio intelligatur de moneta uſuali, & currente, in numero & æſtimatione valente in loco, ubi fit ſtatutum, ſeu diſpoſitio: Alex. *conſi. 104. in ulti. colu. volum. per cap. majores, de Baptiſ. & c. Ad audienciam, de decimis,* Hipp. de Marſi. *in repet. rubr. ff de fidejuſſ. n. 263. verſ. ego autem, &c. Et pulcherrimè docuit* Mynſing. *in obſervatio. 15. cent. 4.*

10 In caſû etiam, ſi fiat mentio, Von guten Gülden / non factâ mentione auri debentur floreni in monetâ uſuali: *notavit idem* Mynſing. *in obſervatio. 65. centur. 1. obſervat. Camer. Imper.* von den wörtern / Reiniſche Gülden. (*Idem, ſi fiat mentio* Reiniſcher Gülden / *quià tùnc quoq; 60. Cederi pro floreno debentur: ſecùs ſi aliud ex circumſtantijs ſcriptura appareat, putà,* vollwichtige Reiniſche Gülden / rc.) ¶ Item gute Gülden vollwichtige Reiniſche Gülden / wie vnd wann ſie auff Geldt / oder Müntze / zuverſtehen: *notatur in conſt. Auguſt. Elect. in Art. 29. parte 2.*

mnavit ad mortem, & non poſſet habere Carnificem, tùnc vilem perſonam ad ſuſpendendum cogere poteſt hominem condemnatum, pro utilitate publica; *vide* Alex.

& Jaſ.

& Iaſ. *C. Qui teſt. facer. poſ. in l. 2. vide etiam de hoc ultimo* Poreium, *& ibi* Iaſ. *§. fin. Inſt. de uſucap.* ¶ De hac materiâ, vide rex. *& ibi* Bart. & Alex. *in apoſtillis ad* Bartol. *& ibi Apoſtilla ad tex. in l. Is qui in reatû, ff. Ad L. Ju. Majeſtatis.* Tamen D. Alex. *in l. Exfacto, col. 8. de vulgar.* allegando Baldum qui dicit: mortuum corpus poteſt puniri, & dicit: quòd, qui condemnatus ſe occidit, eſt in arbitrio judicis, eum ſuſpendere: facit etiam, quod dixit Alex. in l. *Sororem, per illum text de his, quib. ut indig.* Et in l. 2. *C. Qui teſtam. facer poſſunt.* Quòd mortuo poteſt inferri injuria.

15 Et hoc, quod dixi: quòd cum morte ſimul pœna extinguatur: etiam intellige in pœnâ pecuniariâ, fiſco applicandâ, cum diſtinctione tamen: Aut pecunia eſt applicanda fiſco non ipſo jure, ſed per ſententiam, & morte crimen & pœna extinguitur: *ità ult.* Bart. *in l. 1. de priv. delict. ff. Et in l. Gaius, ff. Ad Sill. vide* Jo. de Mont. Ferr. *in l. 1. §. 1. col ibi quartus effectus, ff De verb. oblig. & de hoc. art. vide* Petr. *in q. 19. ubi plenè.* De hoc, quòd per mortem delinquentium, omnis pœna, & civilis, & criminalis, pereat, vide latiſſimè pulcrum conſilium Philipp. Corn. *in conſ. 145. vol. 2. incipiente, pro parte inquirentis Curia.*

16 Mors quomodò probetur, vide Bart. *in l. Quemadm. teſtam. aper. & ſecundum* Ang. *ibi &* Bart. *in l. Etſi certus, §. ſi unus, ff. Ad Sill. & in l. ſiquidem, ſolu. matr.* ubi teſtes probant mortem, ſi dicunt: Vidi eum morientem, vel laborantem in extremis: *vide* Goz. *in l. 2. §. creditum, ff. Si certum pet.* ¶ Et mors quomodo probetur, vide Iaſ. *in l. fin. C. De S. S. Eccleſ. in 7. notab.* Et quem eſſe mortuum à longinquis partibus, ſola fama probatur: *vide* Alvar. *in c. 1. quo tempore miles, in 4. col. ibi tertia concluſio, vide in indice meo practici Papienſis, in verb. Mors.*

Mors fit in inſtanti, & de duobus, qui ſimul moriuntur in naufragio, vel alio modo, quis dicatur, vel præſumatur primò mortuus, *vide* Bart. *in l. 2. §. creditum, num 13. ff. Si cert. pet. l. Qui duos, l. Quod de par. & l. ſeqq ff. De reb. dub. inter ſocerum, in princ. ff. De Pact. dotal.* Goz. tamen, *in d. § creditum,* tenet contra Bart. Quòd mors non fiat in inſtanti, ſed quòd habeat tractum ſucceſſivum: *vide ibi* Mod. *reliquos.*

17 Moriendo an quis dicatur velle, *vide* Bart. *in l. Centeſimus, §. fin. ff. verb. oblig. & ibi* Alex. *qui diſtinguit inter contractum & ultimã voluntatem.* ¶ Homo mortuus non eſt homo: Bart. *in l. promiſſor, ff. de Conſtit. pecun. c. in quibuſdam, de cel. miſſ.* Carol. *in Clem. 1. in 9. q. de homi. gl. in l. Si ſervo, §. bone, ff. De cond fur. vide* Carol. *in l Stipulationes non dividuntur, in 1. q. chart. 110. ff. De verb. obligat.* ¶ An appellatione animalis veniat mortuum, *vide* Bart. *in l. Qui decem, §. fin. De ſolut. & in l. Quod te in fin. Si cert. pet. vide in verb. Res. & in verb. animal.* item an mortua beſtia dicatur beſtia, *vide* Bart. *in l. cum dilationis, ff. De fund. inſtruct. vide ad hoc. ſupra in verb. Animal.*

Statutum eſt hominem ſemel mori oportere: *l. fin. C. De S. S. Eccleſ. l. Proponebatur, de judic. l. Heres meus, ff. De condit. & demonſtr. l. 1. Eo tit. l. Non moriturum, C. De contrah. ſtipul. l. An uſuſfructus, ff. De uſuſfruct. leg. gl. in c. poſſeſſioris, 16. q. 1. l. An uſuſfructus, De uſuſfruct. l. Si uſuſfructus, ff. Quib. mod. uſuſfr. amitt.* ¶ Morte nihil certius, die vero mortis nihil incertius: *l. 1. ff. De cond. & demonſt.* 18

Qui ſe fundat in morte alicujus, debet eam probare ſaltèm per famam: aliâs præſumeretur vivere in dubio: *l. Si quidem, & ibi not. ff. Solut. matr. l. 2. §. ſi dubitetur, Quemad. teſt. aper. vide* Iaſ. *in l. 2. col. 27. in princ. ibi, item contra determinationem, C. De jur. Emphyt. vide* Alvar. *in c. 1. quo tempore, in 3. col. ibi tertia concluſio, in uſib. feud.* 19

Quamdiù dubitatur, an aliquis vivus, an mortuus, ſuper ejus bonis non poſſunt fieri tranſactiones vel adjudicatio: *l. Nec nos, C. De capit. dimin. vide* Iaſ. *in l fin in quarta ampliatione, C. De pact.* ¶ In hac materiâ probationis mortis, obitèr hîc memorandum eſt, quem eſſe mortuum, Negativam & privativam eſſe, & ob id merito difficilem eſſe probationẽ: *l. Actor, C. De prob.* Hoc obſervavit Bar. *in l. 2. §. ſi dubitetur, ff. Quemadmod. teſt. aper.* 20

Ubi etiam plenè tractat mortis probationem in his quæ ſunt maximi præjudicij: ut quandò quis de homicidio accuſatur: tùnc enim mors verè probari debet, & hoc casû probatur per eos, qui viderunt eum mortuum, tetigerunt eum frigidum, non habentem pulſum, vide quòd viderunt eum habere ſigna mortui, vel viderunt eum ſepeliri, vel viderunt eum decapitari, vel ſimilia, per quæ mors neceſſariò concluditur. Tractat etiam ibi, mortis probationem in his, quæ non ſunt tàm maximi, ſed tamen magni præjudicij: ut puta, quando agitur de famâ, vel ſtatû alicujus: itèm quandò agitur de numero pecuniario, nec non & de his, quæ ſunt modici præjudicij. *De his omnibus, vide* Bart. *ibi ſuprà. Clarius enim, & cum diſtinctione, & forſan melius, quàm alibi offendes.* ¶ Viventis nulla eſt hæreditas: *l. 1. ff. De hæred. vend l. Neminem, l. Si quis, ff. De acq. hæred. & l. 1. ff. Pro hærede, & l. 2. § ſi dubitetur, ff. Quemadmod. teſtam. aper. vide gl. in d. l. Neminem, in verb. Labeo ait.*

Morte naturali ſpeciei ante moram commiſſam, liberatur is, qui ad ſpeciem dandam obligatus fuit: *l. Si ex legati cauſa, ff. De verb. ob-* 21

verb. obligat. ¶ Sic etiam liberatur fidejuſſor, de judicio ſiſti, mortuo principali, (quē ſiſtere debebat,) ante moram, etiam ex quo factum ſiſtendi eſt factum impoſsibile, ipſa obligatio extinguitur, & hoc eſt verum, tam de morte civili, quàm naturali: *textus eſt & ibi* Paul. de Caſtro, & Alex. *optimè declarant, in l. Si quis reo, qua eſt, l. 4. in pr. ff. Si quis caut. quos omninò vide: facit optimè tex. in l. Si deceſſerit, ff. Si quis, vide hoc ſupr. in verb. Creditor.*

Satis probatur mors ab hærede, ſi ille producat teſtamentum: hoc verum eſt, ſi agat poſſeſſorio, Caball *milleluꝰ 502.* Anton. Solæ *in antiq. conſtitution. Sabaudia gloſſ. ſuper decreto defunct. de eabell. num 7.* ¶ Mors alicuius dicitur ſufficienter probari, ex eo, quòd juvenis bellicoſus, per mundum, vagari cœpit, & ab eo tempore, quo de eius vita dubitari cœpit, lapſum erat quinquennium: Joſeph. Ludoviv. *deciſ. Peruſ. 30* ¶ Mors probatur ex ſana, quandò non eſt de recenti, & paritèr ubi quis, pro mortuo eſt habitus, per conjunctos, & conſanguineos, qui veſtes lugubres detulerunt, & per teſtes conſanguineos: *ſed quis in eo*, qui fuit abſens, per multos annos: Cravetta *conſ. 127.* Ant. Corſeius *in ſuis ſingular. ſub lit. M. Mora.* Pater & mater in dubio prius mortui præſumuntur, quàm filij: Ozaſcus *deciſ. 108. n. 4.* ¶ Filij Impuberes præſumuntur mortui, ante matrem, quandò mater, & ipſi ſimul igni perierunt: Bartol. *conſil. 179. vide l. 26. ff. De pactis dotalib.* ¶ Super vixiſſe, ex paritèr morientibus, aliquis non præſumitur, ſtipulationis committendæ cauſa: Ozaſcus *deciſ. 108.*

22 Supervixiſſe alterum, de duobus, quandò requiritur, non ſufficit, quòd ſimul deceſſerint: Ozaſcus *deciſ. 108. nu. 55.* ¶ Mortis ordo ubi ignoratur, an quis anterior, vel poſterior, mortuus ſit, accipienda eſt præſumptio, quæ favet poſſeſſori: Purpuratus *in cōſilio quodam inter deciſion. Pedemontanas fol. 195.*

23 Morti proximum non præſumi mentiri, nec eſſe immemorem ſalutis æternæ, & ob id exculpationem ſocij criminis, prodeſſe exculpato, licèt anteà eum inculpaſſet: tradunt Ozaſcus *deciſ. 79. nu. 20.* Grammat. *deciſ. 56.* Cepolla *conſ. 1. in fin.* Gramm. *vol. 3.* Craveta *conſ. 6. n. 61.* Clarus *in ſua pract. q. 52.* Baldus & Jaſon. *in l. 1. C. commun. de Legat.* Alexand. *in l. ſi quis §. ſi quis moriens. ff. Ad SCtum Syllan.*

24 Contractâ ſocietate, ſuper officio militiæ, inſtrumentò eſt cautum, quòd ſi, pecunias in ſocietate ponens, decederet morte naturali, officialis pecunias ipſas lucrifaceret: ſin autem moreretur, morte violentâ, ab homine, ferro, veneno, vel alitèr quomodolibet violentèr, contingenti, officialis pecunias reſtituere teneretur: Cùm ſocius æſtivo tempore ſe, in flumine, lavaret, in gurgitem incidens, aquis ſubmerſus eſt, quæritur an pecuniam reſtituere teneatur? Neg. Jacobus Marchiſellus *lib. 1. recollectar. quæſt. 4.* dicit enim mortuum ſua morte obijſſe, qui ab alio non interficitur & clauſula generalis, relativè ad alios ſimiles caſus ſpecificatos extenditur,

Ubi quis ſe fundat in vita, illam probare debet, ut non ſufficiat præſumptio illa vitæ, uſque ad centum annos: quià contrarium eſt verius; cùm omnia jura, de hoc loquentia, ſolùm dicant, quòd meta centum annorum eſt terminus longiſsimæ vitæ hominis, & non eſt præſumendum, quenquam vivere ultra illum, undè non infertur, quòd quis præſumatur vivere, uſque ad dictum tempus: Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. 78. nu. 4. 5. 6.* Gabriel. *concl. 16. num. 3. de præſumption.* 25

An licitum ſit, ſe exponere periculo mortis, pro alio, & illam oppetere? Aff. Si fiat amore virtutis, & ad aliorum exemplū: Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. 176. num. 19.* Gregor. de Valent. *de ord. charitat. quæſtio. 4. princ. 3. tomo 3.* Cicero *lib. 3. officior.* ibi tractat illam quæſtionem, ex duobus naufragis, an unus debeat cedere tabulam alteri? & decidit, quòd ille ſapientèr, honeſteq; facit, qui tabulam alteri cedit, quā magis intereſt Reipub. cauſâ vivere: Mich. Solon. *quæſt. 56. artieu. 5. controverſ. 1. argum. 5.* Navar. *de reſtitution. lib. 2. c. 3. n. 74.* 26

Quandò pro Republica, Eccleſia, parentibus, dominis, & ſimilibus, quis poſsit, aut debeat mortem oppetere, eleganter tractant Balthaſar Gomezius *in tract. de poteſtat. in ſemetipſum lib. 2. c. 3. 6. & cum ſeq.* Sordus *deciſ. 3. num. 21* Ferdin. Vaſq. *controverſiar. illuſtr. c. 11.* Ripa *de peſte tum. de remed. ad conſervand. ubertatem.* 27

Mors civilis, licèt ſub latiſsimâ verbi ſignificatione, appellatione mortis comprehendatur, non tamen regularitèr, nec propriè, ac duntaxat in caſibus, jure expreſſis: Johan. Caſtillo *de uſufr. c. 64.* Mieres *de majoratu par. 2. quæſt. 3. nu. 36.*

28 Si non conſtet aliquem ſibi manus intuliſſe, ſed ſolus alicubi mortuus reperiatur, aut de crimine adhuc non liqueat, non eſt præſumendum, aliquem ſibi vim intuliſſe: quin imò in carcere mortuus repertus, potiùs à cuſtodibus necatus, & in puteo inventus, iſtùc per impendentiam illapſus creditur, & non tantùm cuſtodes ſe purgare debent, ſed & fiſcum, de crimine, probare oportet; ità ùt hæredibus nihilominus defenſio innocentiæ defuncti ſemper pa-

treat: *arg. l.1.§.ſi ſibi manus 22.ff. De SCto* Syllan. Ærnd. *lib. 9. titu. 8. c. 6. rerùm judicatar.* Peregr. *de jure fiſci lib.4.c.4. num.2.* Menoch. *de præſumption.li.5.præſum.13.& de arbitr.lib.2. c.284 num.36.* Petr. Heigius *quæſt.36.lib.2.* Covarruv. *lib.2.reſolut.c.1.in fin.* Decius *in l.2.C. qui teſtament.facere poſſunt.* Petr. Caball. *caſu 137. reſolution. criminal.*

29 Bona feudalia ab heredibus, vel agnatis, defuncti, etiam ubi quis injuſtè ſe necidit, non auferuntur: Ludolph. Scradet. *de feud. par. 9. c. 3. num. 62.* Peregrin. *de jure fiſci c.4.num.12.* De his, qui ſibi mortem conſciverunt, plura, & lectu digna, tradit Petr. Heigius *quæſt. 36. lib. 2.*

30 Mortis appellatione, in diſpoſitione hominis, venit potiùs mors naturalis, quàm civilis: Proſper Farinac. *quæſt. 19. de delictis & pœnâ in praxi criminali.* quandò autem, de jure civili, fit mentio mortis, per impoſitionem pœnæ, intelligitur de civili: Farinac. *in allegato loco.* Flamin. Cartarius *de execution. ſentent. capto bannito c. fin. nu. 302.* Fabian. à monte Lenne *in prax. arbitrar. p. 4. quæſt. 7. nu. 12.* Crimen læſæ majeſtatis, & hæreſeos, morte non extinguitur: Proſper Farinac. *quæſt. 10. de pœnis nu. 37. 42.*

MULIER.

1 FOEmina proprie homo non eſt: *l. Si aliquis, §. qui abortionis, ff. De pœnis,* Cujac. *lib. 6. obſervat. 21.* Göddeus *de ver. ſig. n. 3. l. 152. l. Hominis, 152. ibid l. 3. §. 1. ff. De lib. hom. exhib.* Treutler. *par. 1. diſp. I. C. 2. the. 1. lit. C.* Bodin. *contr.* Wierium, *pag. 709.* Frider. Pruckm. *in repet. l. In multis, p. 1. pr. memb. 3. Articul. 1. de ſtat. hom.* ¶ Mulieres in opus ſalinarum damnari poſſunt: *l. 6. de captivis,* Cujac. *lib. 3. obſervat. 31.* ¶ Quâ pœnâ mulieres pocula amatoria præbibentes puniantur, vide *l. 38. §. 5. de pœnis, l. 3. §. 2. de Sicarijs, l. 15. in pr. & ibi* Gothofr. *ff. De injurijs.* ¶ Mulieres prægnantes puniri non debent: *l. 3. ff. De pœnis, l. Imperator, de ſtatu hom. Paul. 5. ſent. §. 5. l. 18. de pactis.*

2 Fœminæ ab omnibus officijs civilibus, vel publicis, remotæ ſunt, & ideò nec judices eſſe, nec ullum magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio intervenire, nec procuratrices exiſtere poſſunt: *l. Fœmina 2. ff. De regulis juris*: iſta omnia & plura utiliſſima addendo examinat Decius. Et iſta quinque in textû dicta tractat, *uſq. ad num. 17.* ¶ Deindè plures caſus addit, ubi mulier regularitèr non poſſit intervenire: & dicit, compromiſſum in mulierem fieri non poſſe: *allegat caſum in l. fin. C. De arbit.* removetur ab officio tutelæ: *per l. 1. C. Quandò mulier offi. tut. fun. poſſ.* Executoris officio fungi non poteſt, eo caſû, quo quid in judicio explicari debet: bonorum curatrix dari non poteſt: non poteſt conſtitui exactrix tributorum: ab officio argentarij repellitur: delatio in fiſcum mulieri prohibetur: actione populari agere non poteſt: *l. Mulieri, ff. de popula. actio.* prohibetur eſſe teſtis in teſtam. *l. Qui in teſtam. §. mulier. ff. De teſt.* prohibetur eſſe teſtis in privatâ ſcripturâ: non poteſt teſtificari in cauſâ criminali: *cap. Mulierem 33. q. 5.* prohibetur teſtificari in feudis: non debent mulieres intervenire, in legibus, vel ſtatutis condendis: non poteſt ordinari ad ordines Eccleſiaſticos: mulier etiamſi monialis ſit, ſacra vaſa, & res ſacras tamen tangere prohibetur: & incenſum, circa altaria, deferre non debet: *c. In ſacratas 23. diſtinct.* prohibetur ad altare accedere: & Presbytero miniſtrare non poteſt: neque poteſt prædicare, neque docere, licèt docta ſit & ſancta: *c. Nova, de pœnitent. & remiſſ.* Quià in fragilitate, deterioris ſunt conditionis, quàm maſculi: *l. ſi mulier. C. Ad SCtum velleja.*

3 Undè tortura debet inchoari à fœminâ, quià timidior videtur: *argumen. l. unius, ff. de quæſtio.* ¶ Si ſtatutum requirat conſenſum alicujus in contractû, non intelliguntur fœminæ: quandò concurrit mulier, in officio, cum maſculo prævalet maſculus: *l. 1. ff. de ſena,* tenetur lugere virû: *l. 1. & 8. C. de ſecun. nup.* non habet filios in poteſtate: *§. cæteri, Inſtitu. de hæred. qualit. & diffe.* Et alia plura, in quibus fœmina ſit deterioris conditionis maſculo, *vide per* Decium *in dict. l. Fœmina, à princip. uſq. ad num. 69.* Sed à *numer. 70. uſq. ad numer. 86.* invenies caſus cum declarationibus, in quibus fœminæ ſint melioris conditionis, quàm maſculi *vide plus & ſpecialitèr nota.*

4 Mulier non poteſt contrahere, neque adire hæreditatem, ſine curatore, vel propinquis: intelligitur de hæreditatibus damnoſis, non de utilibus: & an poſſit curator ſuam interponere auctoritatem, per nuncium, vel per Epiſtolam? *(Reſpondetur, quòd nô.) de iſtis vide* Joan. de Arno. *in ſingul. ſuis 14. 15. & 16. per* Baldum *in l. Neque, C. de contrahen. & commit. ſtipula.* debet in continenti intervenire: non enim ſufficit ex intervallo, vel ex poſtfacto eius interventus, vel ratificatio: Joan. de Arno. *in ſingula. ſuo 32.* Et dicit dict. Joan. de Arno. *in ſingula. ſuo 5.* quòd non ſufficiat conſtare de præſentiâ Mundualdi, ſed etiam debet apparere, quod intellexerit actum, ſuper quo eſt adhibitus: igitur *ibidem* docet, quomodò iſta clauſula, de Mundualdi interventû, ſit ponenda.

5 Nec donationem cauſa mortis mulier poteſt facere, ſine Mundualdo, licèt teſtamentum poſſit condere: quià magis accedit contractui

tractni, quàm ultimæ volútati: idem Joan. de Arno. in ſingul. ſuo 42 & in ſingul. ſequent. 43. ¶ Mulier an teneatur de uſurà, quandò contraxit uſurarium contractum, ſine Mundualdo, notat idem Joan. de Arno. in ſingul. 46. ¶ Sed an iſti contractus, ſine curatore, facti, per juramenti appoſitionem validentur, vide eundem Joan. de Arno. in ſingula. 59. incip. pone. ¶ Mulier in apodicticis judicijs teſtis eſſe poteſt: Bart. c. 10. de feud. numer. 41. ¶ Mulieres ſuâ ſponte ad avaritiam ſunt proclives: l. 33. §. uxor, ff. De donat. inter vir. & uxor. gloſſ. ad l. Neſ. de negot. geſtis, Weſenb. ad l. 9. C. De pact. nu 2.

6 Nota, mulier vel fœmina nunquàm quòd admittatur in judicio, ſed ſemper, in qualibet actione, tutores habere debeat: ubi verò juramentum ab eâ fieri debere decernatur, nec tutor, ſed perſona juret principalis. ¶ Veri etiam tutores guarandam, ſeu cautionem, pro eis promittere debent, & eandem, ſi neceſſe fuerit, recipere, & promiſſam adimplere: textus eſt in Articul. 46. lib. 1. Land-Recht. notavi hæc & alia, ſupr. in literam C. verſ. de curatorib. vide conſtit. Electo. Saxo. in Artic. 15. parte 2. Da wird geſagt / daß alle Weiber / zu ihren Sachen vnd Händeln / ſollen Vormünder haben / vnd do ſie keinen haben / jhnen von der Obrigkeit ſol geordent vnd zugegeben werden. ¶ Teſtamenta autem condere poſſunt ſine tutoribus: & quid de muliere mercatrice, vel negotiante, ibi in fine invenies.

7 Et fœmineum genus, licèt ſit avariſſimum, ut inquit gloſſa, in l. Neſennius, ff. de nego. geſt. tamen eſt fragile, & omnibus fallentijs, & fraudibus, eſt expoſitum, maximè quandò fœmina eſt minor: Decian. in conſ. 32. vol. 3, ubi in ſpecie arguit donationem, à fœminâ minore, factam, quòd facilè fuerit decepta, & ad illam inducta. Vide ibi in iſtâ materiâ de fœminę fragilitate multùm bona. ¶ Mulier ex duplice capite conſequitur Nobilitatem, à progenie ſuorum agnatorum, & à marito denominatur & honoratur, in quâ prævalet; notat Joan. de Platea, in l. 1. in princ. C. De dignita. lib. 12. Guido Papæ in conſ. 217. n. 5. & 6.

8 Quomodò in dignitate mariti conſtituatur, (Per matrimonium contractũ cum conſtituto in dignitate, cujus & forum domiciliũq; ſequatur,) ejus dignitatẽ retineat & amittat, (Si alij inferiori nupſerit: ſed & per impudicitiam domicilium viri, & omnia privilegia viduitatis perdit Geyl. 2. obſervatio. pract. 98. nu. 17.) & qualitèr forum ejus ſortiatur, & ſimilitèr amittat, vide textum, & ibi Joan. de Platea. in l. Mulieres, C. De dignita. lib. 12. & in l. Mulieres, C. De incolis. lib. 10. quatenùs, etiam ſecundo nubens, dicatur caſtè & honeſtè vivere, & ſic obtineat legatum; donec caſtè, & honeſtè vixerit, docuit Hipp. de Marſil. in repe. l. unica, C. De raptu virgi. num. 187. verſic. nota ulterius, & Abbas inc. quod à te: de Cleri. conjuga. Joan. de Arn. in ſing. ſuo 3.

Sed an perdat ob adulterium, vel etiam propter ſtuprum, in viduitate commiſſum, dotem, & de dote actionem, notavit dictus Hipp. in d. l. unica, C. De rapt. virg. à num. 48. uſq; ad num. 62. Et ibi vide bona. De hæredibus mariti dixi quædam ſuprà, in litera D. verſic. de dote; donatione propter Nuptias; & de dotalitio: & in hac litera, verſic. de marito. 9

Itèm mulier tranſiens ad ſecundas nuptias, quæ (Amittit proprietatem omnium, quæ titulo lucrativo à marito habet, ſolo uſufructu illi remanente,) amittat, vide Geyl. in obſer. 98. li. 2. obſervatio. & ibi quoq; docet, de pœnâ mariti, tranſientis ad ſecunda vota: & ibi multa bona vide, de ſecundis nuptijs. 10

Quomodò obligetur, ut teneatur pro viro, vel extraneo, & quòd judicialitèr cum curatore, etiam ſine juramento, exceptâ renunciatione dotis, & donationis propter nuptias, actum valeat, præſcribit conſtitut. Elect. Saxo. in Art. 16. parte 2. 11

Mulieri quandò jura, præ alijs, ſuccurrant, & cauſam reſtituant, Seb. Med. de conſerv. poſſ. gloſſ. 2. p. 3. num. 199. & ſeq. ¶ Mulierum genus avariſſimum; vide in hanc ſententiam Seraph privileg. 71. nu. 13. & 14. ¶ Magiſtratus non plùs crudelitatis debet habere, ac ſi leo eſſet, qui ubi ſævit, in viros plus fremit, quàm in fœminas: Raud. de analog. lib. 1. c. 33. numer. 118. ¶ Oſculans mulierem punitur arbitrio judicis, de jure communi: Vivius lib. 1. dec. 117. ¶ Per hoc, quòd mulier habeat lac in mammis, probatur ipſa prægnans: Menoch. præſumptio. lib. 1. quæſt. 3. num. 3. 12

Mulier ſi nubat, dicitur caſtè vivere, & honeſtè: l. Mulier, §. cum proponebatur, ff. ad Trebell. Bart. in l. fin. C. De ind. vid. toll. Ergò infert ibi Bart. in d. l. Mulier. ad q. Si quis legaret mulieri quid; donec caſtè vixerit, illa hoc legatum habebit, etiamſi ad ſecunda vota tranſierit. Contrarium voluit Petr. de Anc. & Imol. vide in Apoſt. & Fel. in proœm. decr. in 4. col. & Bart. in d. l. Si mulier, §. cum proponeretur, ff. Ad Trebell. 13

Maritorum radijs uxores coruſcant: l. fœminæ. ff. de Senat. tex. rotundus, in §. hoc itaq; in Aut. de conſul. col. 4. ¶ Conſilium, & authoritas, eſt virorum, non mulierum: l. Quidam decedens: §. Papi, ff. De adminiſt. tut. Quod Iaſ. in l. Si quis id, quod, ff. de juriſd. om. jud. infert ad ſtatutum, in 3. col. in t. limit. 14

Quidam maritus inſtituit filios, & uxori uſumfructum certi fundi, pro toto tempore vitæ, reliquit, ſi caſtè & honeſtè vixerit, & vitam vidualem ſervaverit, & poſt mor- 15

tem uxoris talem fundum reliquit Titio: talis uxor contrahit ſecundum matrimonium, numquid ille Titius ſtatim habere debet legatum, an expectare mortis tempus: ità quòd filij inſtituti, eum fundum interim ab inteſtato poſsideant? *vide de hoc* Iaſ. *latè in l. Si mater, C. de inſtit.* ¶ An autem mulier dicatur caſtè vivere, ſi ad ſecunda vota tranſierit, *vide* Bart. *in l. Si mulier, §. cum proponeretur, ff. Ad Trebell.*

62 Ducens mulierem, aliundè venientem monialem, quam putavit laicam, filij ſunt legitimi: ſicùt ſi mulier in aliâ terrâ habuerit virum, & tamen nupſerit propter errorem viri, illi filij ſunt legitimi: & ſi mulier nupſerit Clerico, quem putavit laicum, filij nati ſunt legitimi: nec mulier debet ullo modo puniri: *ità dixit ſing.* Bal. *in l. Qui contra, C. De inceſt. nupt. quem refert* Goz. *in l. Si quis id, quod, ff. de juriſdict. omn. judic.* Et deſponſans ſibi uxorem alterius ignorans, non debet puniri: *in l. Quicunq;, C. De ſerv. fugit.* Quià ignorans non peccat: *vide* Goz. *in l. omnes populi, in 5. q. princ. in princ. Lect. 17. de juſt. & jur.*

63 Sic etiam mulier, ſi invenerit aliquem in lecto ſuo, eùm virum credens, fuerit ab illo cognita, ab adulterio excuſatur, ratione ignorantiæ: *c. cum per Bellicam. & c. In lectū, 34. quæſt. 2. vide* Boniſac. de Vitell. *in tit. de Inſultu, in fin.* Sic, ſi Vaſallus ignorantèr cucurbitaverit Dominam, non amittit feudum: *vide* Bald. *in c. 1. in 5. col. quib. mod. feud.* ¶ An mulier poſt dicta teſtificata in integrum reſtitui poſsit, ut de novo teſtes producere poſsit, *vide* Bart. *in l. 1. §. nunciatio, in ultimà colum. ff. de oper. nov. nunc.* & ibi, quid in minore, & ruſtico.

64 Mulieribus non eſt plus conceſſum, quàm alijs: nec eis plus, quàm alijs, propter juris ignorantiam, ſubvenitur, niſi in caſibus, à jure expreſsis: *l. fin. C. De juris & fact. ignor.* ubi Gl. enumerat omnes caſus, in quib. mulieres ſunt privilegiatæ. ¶ Et idem in ruſtico: *vide* Iaſ. *in l. Si quis id, quod, poſt alios, ff. de juriſd. omn. jud. & in l. Juris ignorantia, C. Qui admitt, & in l. 3. C. De jur. & fact. ignor.* ¶ Idem in Eccleſiâ: *c. 1. de alien. feud. Gl. in c. Pervenit, de cenſib.* Iaſ. *in l. fin. in 2. col. ibi ſextò extendo, C. de Pact. vide ſuprà in verb. jus ignorare, vide etiam* Philip. Dec. *in l. Fœmina, in 12. colu. de R. J.* ¶ Ruſtico magis favetur, quàm mulieri, licèt alioquin regularitèr æquiparentur: Jaſ. *in l. Juris ignorantia, C. Qui admitt. 1. col.*

65 Mulier meretrix habens maritum, ſi pariat, præſumitur partus ex matrimonio natus. Quià pater eſt, quem nuptiæ demonſtrant: *l. Quia ſemper, ff. De in jus voc. caſus eſt in l. Miles, §. ſexaginta, ff. De adult.* ¶ Mulier quinq; pueros ſimul parere poteſt: *l. Si pater, ff. De ſolut. l. Antiqui, ff. Si pars hæred. pet.* ¶ Mulier decem menſes, & duos dies, puerum poteſt geſtare in utero, & non diutiùs: tamen eſt neceſſe, quòd diutiùs, quàm ſex menſibus geſtet: *gloſſ. eſt ord. in Auth. de reſt. & ea quæ part. in 11. menſe, col. 4. l. Septimo menſe, ff. de ſtatu hominum, vide de hoc* Alex. *in l. Gallus, in princ. in gl. fin. in 6. col. ff. de liber. & poſth.* ¶ Mulieribus, *ſecundum conſilium* Rotredi, *in tit. de bonor. poſſ. undè vir. & uxor.* in teſtamento nihil eſt relinquendum, à maritis, etiam cum concluſione, ſi thorum honeſtè ſervaverint: quià illa conditio ſecundum eum eſt impoſsibilis: vide ibi per eum alia pulcra, de mulierum fraudibus, & aſtutiâ.

Epiſcopus ſtatuere poteſt ſub pœnâ excommunicationis, quòd mulieres non utantur fucatis coloribus: etiam ut complaceant maritis, & eos ab adulterio retineant: *vide* Dom. Goz. *ubi alleg.* Joh. And. *in reg. Ea quæ, de R. J. in 6. in memorialibus. in l. Omnes populi, in 4. q. 1. q. princ. de juſt. & jur.* ¶ Mulier efficitur civis illius civitatis, cujus eſt vir: in alijs tamen, per quæ non removetur à ſervitio viri, retinet originem propriæ civitatis, & gaudet privilegijs aliorum civium ſuæ civitatis: & eam occidens punitur, ſicut ſi aliam civem occidiſſet. Et ſtatutum prohibens emere forenſem, non comprehendit eam, quin emere poſsit. *Adde ad hoc pulcram limitationem*, Fel. *in c. 1. in fin. de Sponſ. ità vide* Bt. *in l. fi. ff. ad Munic.* & Joh. de Plat. *in l. Origine, C. de mun. & orig. lib. 10.* ¶ Quid autem de viduâ, de Sponsâ, concubinâ & comitatenſi, *vide per* Joh. de Plat. *ibi, &* Bart. *in l. 1. per illum text. C. De nau. non excuſ. lib. 11.* Jaſ. *in l. 1. C. Ne lic. poten.* 66

Et talem mulierem occidens puniatur, tanquàm civem occidens: Bart. *in l. Imperatores, §. item reſcripſerunt, ff. Ad Mun. vide* Livium, *in §. interdum, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deſer. de his omnibus vide* Joh. de Plat. *in l. 1. C. De mulieribus, in quo loco munera, & honores agnoſcant, lib. 10.* ¶ Stante ſtatuto: Quòd Bannitus impunè occidi poſſit, & offendi, an huius vigore quis mulierem bannitam adulterari poſſit, *vide* Jaſ. *in l. Omnes populi, in 2. q. 3. q. princ. de juſt. & jur.* ¶ Si ſtatutum dicat: Quòd mulier luxurioſè vivens, ducatur ad locum publicum: iſtud ſtatutum generalitèr reſtringitur, quòd non procedat in nuptâ luxurioſè vivente: *ità dixit* Bal. *in l. Conſentaneum, C. Quom. & quand. judex.* Fel. *in c. Paſtoralis, in col. 3. de jud. vide* Goz. *in l. Omnes populi, in 6. q. princ. ibi, ſecundò quæro, lect. 24. de juſt. & jur. in princ.* 67

Mulieres aliquandò ex formâ ſtatuti, & minores ſine conſenſû conſanguineorum, 68

& ju-

& jndicis anthoritate, contrahere non poſſunt. An ſtante præmiſsâ prohibitione, per procuratorem, contrahere poſſint: de hoc ſubtili pnncto, *vide* Bart. *in l. Apud Julianum. §. ſi pupillus, ff. Ex quib. cauſ. in poſſ. ubi arguit, ſed non decidit, vide* Soc. *& ibi* Cat. *in l. 1. § item acquirimꝰ, de acq. poſſ. Eund.* Soc. *in l. ſi quis nec cauſam, ff. Si cert. pet.* ¶ An autem præſentia, & conſenſus conſanguineorum, & judicis præſentia præſumatur interveniſſe, ex diututnitate temporis *vide* Iaſ. *in l. 1. in 4. col C. Qui admitt.* ubi poſt Bl. coocludit, quòd oon, *vide ſuprà in verb. Judex.*

21 Itèm; ſtante dicto ſtatuto: Quòd mulier non poſſit contrahere, absque conſenſû conſanguineorũ; Pone, mulier conſenſum eorum requirit: ipſi verò; ſine cauſsâ, conſentire nolunt, ipſa ſola contrahere poteſt: *ità dicit* Br, *quem omnes ſequuntur, in l. Si cùm dotem. §. eo autem tempore, cum multis concord. traditu ibi per* Alex *ff. Sol. matr. vide* Iaſ. *præterea, in l 1. 7. col. circa mediũ, C. Qui admit. De hoc vide* Hypp. de Marſ. *in l. 1. §. præterea. n. 132. de qq.* ¶ Itèm, ſtante dicto ſtatuto, an etiam non poſſit dooare cauſsâ mortis, quæ donatio æquiparetur contractui, *vide de hoc latè* Iaſ. *poſt alios, in l. 2. ff. de leg. 1.* ¶ Itèm, an ſtanta dicto ſtatuto, filia poſſit contrahere, vel reounciare patri abſq; conſensû conſanguineorum: dic, quòd ſic: *de quo vide* Moder. *poſt* Bald. *in l. Pact. dot. in fin al. C. De collat.*

22 Stante prædicto ſtatuto: Si conſanguinei, noo poſſunt haberi, quià ſunt in longinquis partibus, poteſt mulier, ſine hac ſolennitate, contrahete, *vide* Matſi. *in l. 1 §. præterea, nu. 132. cum multis ſimilibus, ff. De quæſt.* ¶ Stante dicto ſtatuto: Quòd mulier, ſina certa ſolennitate, non poſſit alienare, hoc non habet locum, ſi in Eccleſiam alienet: Bal. *in l. ſi. per illum text. C. de S.S. Eccleſ.* Contrarium voluit Fel. *in l. Quæ Eccleſiarum, col. 30. de conſt. vide in verb. privilegium.* ¶ Uxor brevì reverſa, non dicitur divertiſſe: *l. Quicquid, de R. J.* ¶ Legatum, mulieri factum, ſub conditione, ſi non nupſerit: Hodiè conditio reijcitur, & mulier, ſivè nubat ſivè non, habebit legatum: *vidè ſuprà in verb. legatum.*

Si ſtatutum dicit, quòd ſi uxores artificum fuerint inventæ portare Perlas, puniantur in centum: ſi ſunt viſæ, per officiales tantùm, portare Perlas, & non actualitèr teprehenſæ, non tenentur pœnâ ſtatuti: Bal. *in l. item Lapilli. ad fi. ff. de ver. div. vide,* Jaſ. *in l 1. in 16. col. in 1. lect. latè de acq. poſſ. ad hoc ego adduco tex. in l Si Barſatorem, C. de fidejuſſ. & mandat.*

23 Si ſtatutum punit mulieres, portantes veſtes certi coloris, & aliqua fecit veſtem fieri, non tamen uſa fuerat, non incidit in pœnam ſtatuti: *ità dixit dom. in c. Auaritia. ult col. de Cler. lib. 6. per gl. ibi. vide* Fel. *in tr. conatus, in pen. col.* ¶ Sic ſtatutum prohibeos mulierem portare Perlas, non comprehendit mulierem portantem fictas: *ita* Bartol. *per illum textum, in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de Fonte.*

Quandò maritus ei, quem de uxore ſuſpectum habebat, denunciavit ter teſtato, ne de cætero cum eâ colloquatur: ſi eum poſteà cum eâ colloqui comprehenderit, impunè occidere poteſt; *tex. eſt in Auth. ut liceat matr. & au. §. his,* Bart. *in l. Generali, C. de Decur. lib. 10.* ¶ Ubi enumerat alios caſus novem, quibus licèt unicuiq; ſibi jus dicere, *quem vide, & nota contra reg. l. Nullus, C. de Judæis. Vide* Dd. *de hoc in l. 1. §. renunciatio, ff. de oper. no. nunc. vide* Soc. *in Reg. 34. vide ſuprà in verb. Jus.*

Ex mulieris cogitatione, tempore conceptionis, contingit partum alteri aſſimilari, quàm marito: *l. Contraheret aliquis, & ibi not. ff. de. V. S. & l. Non ſunt liberi, ff. de ſtat. hom.* Bart. *in l. Gallus, in princ ff. de lib. & poſthu.* ¶ Mulierem ſemel reprobatam quis reducere poteſt: *l. uxor, §. penult. ff. de adulter. gloſſ. in l. Pomponius, in verb. ſemel, ff. de negot. geſt.*

Stante ſtatuto; quòd qui cognoverit mulierem invitam, puniatur pœnâ mortis: Quidam iuvenis quandam mulierem, quæ primò noluit, poſtea pecuniâ motâ cognovit, is pœna mortis puniri debet: *ita dixit* Ang. *in §. ſi. in Auth. de Len. ſequitur & refert,* Dec. *in conſ. 170.* Quià aurum facit nolentem velle: *ſecundum* Iaſ. *in l. Non dubium, C. de Teſt. facit l. 1. § perſuadere, ff. de ſerv. corrup. & c. Pauper 19. q. 3.* ¶ Sed tamen dura eſt hæc deciſio Angeli: Nam ſi aurum facit nolentem velle, quomodò poſſibile eſt dicere, invitam cognitam, cùm etiam coacta voluntas ſit voluntas: *l. Si mulier, §. pen. Quod met cauſ.* Tamen pro hac deciſiooe optimè facit. *tex. in l. 4. §. ſi quis volentem, ff. de homine exhib. & l. 1. in fin. C. de rapt. virg. & l. Jtem apud Labeonẽ, §. ſi quis virgines, ff. de injurijs, & d. l. §. perſuadere, ff. De ſerv. corrup.* 24

Pœna impoſita nxori tranſeunti ad ſecunda vota, habet locum in viro: & lucrum, qnod debetur illo caſû filijs, prioris matrimonij, non debetur jure ſucceſſionis: Dec. *conſ. 87. volum. 1.* Et an in tali lucro concurrant filij fratris cum patruo? ¶ Mulier vidua propter commiſſum ſtuprum, perdit dotem applicandam agnatis dafuncti, ſicut ſi vivente marito, committat adulterium: vide Paul. de Caſtr. *in conſ. 147. vol. 2. ubi revocatur in dubium.* ¶ Maritus poteſt petere uſuras dotis, ſibi promiſſæ, & à die termini non traditæ: Alex. 25

 conſ. 31.

conſ. 31. volum. 6. ¶ Mulier habens amplum patrimonium, ſi dat omnia bona ſua marito in dotem, ſi ipſa eſt minor 25 annis & maritus non eſt dignus tantâ dote, ſibi datur beneficium reſtitutionis, vel etiam heredibus ipſius: Franc. Curt. *conſ. 6. fol. 77. col. 2.*

26 Mulieres, & minores, ſæpè laborant contra propria commoda: *tex. eſt in l. Si pater, in fin. C. de Sponſ. quem tex. allegat.* D. Abb. Panorm. *in conſ. 91. incip. quoad primum dubium, numquid ſtante ſtatuto, mihi colu. 3. in fin. volum. 1.* Stante ſtatuto: quòd mulier non poſſit ſe obligere in præjudicium dotis, an poſſit, non obſtante ſtatuto, donare cauſſa mortis: Dec. *conſ. 279. volu. 2. placet mihi.* ¶ Stante ſtatuto: quòd rapiens mulierem puniatur pœnâ capitis, & mortis, ut eſt cautum de jure communi: *l. 1. C. De rapt. virg. l. raptores, C. de Epiſc. & Cler.* ¶ Pone, quis per vim rapit quandam virginem, & eam proſtravit in terram, & ibi eam carnalitèr cognovit, an iſte ſit puniendus pœnâ mortis, & ſic pœnâ raptûs: dic, quòd non, quià iſte non rapuit. Raptus enim eſt, quando mulier rapitur per vim, & deducitur de loco ad locum: *ut d. l. unic.* Sed ille commiſit ſtuprum: *de hoc vide* Hypp. *in ſingul. 65.*

27 Poſt ſponſalia contracta, etiam jurata, propter ſupervenientem fornicationem, vir non tenetur ſponſam ducere uxorem: ſed & ſi mulier fieret leproſa, paralitica, vel naſum amitteret, vel oculos, vel quicquid turpius ei evenerit, eam ducere uxorem non tenetur, ſed jam ductam repellere non poteſt, *ita eſt caſus in c. Quemadmodum, de jurejur.* ¶ Mulierem, ut conjugem, tùnc maritus tractare dicitur, ſi eam tenet in menſâ, & in lecto: *vide* Dd. *& maximè* D. Anth. & Abb. *in c. illud, de præſump.* & dicit ibi Hoſtienſ. Quandò vir, & mulier, haberent loca ſeparata habitandi, & vir, quandò ſibi placet ad locum mulieris declinat, ipſa verò non ad locum viri tùnc non cenſetur vir & uxor, ſed cenſetur inter eos committi ſtuprum: *allegat id, quod habetur 30. q. 5. in c. Aliter, vide* Alex. *in conſ. 151. vol. 5. n. 12.*

28 Uxor, & maritus præcisè poſſunt compelli, ut in unum redeant, & ſimul cohabitent: nec præſtando intereſſe liberantur: *vide* Abb. *in c. 1. in ult. not. de Sponſ.* Quià obligantur ad cohabitationem ex lege divinâ, & humanâ: *allegat. notata per* Bartol. *in l. ſtipulationes non dividuntur, in §. q. vide* Iaſ. *in antepen. col. ff. de verb. obl.* ¶ Mulieris nuptias accelerare oportet, ne quid turpe committat, *gl. in l. oratione, ff. de rit. nupt.* ¶ Maritus corpore, ſubſtantia, & omni vita mulieris fungitur: & propter partus pericula, ipſam liberorum procreationem, & obſequia, quæ mariti præſtant, qui eis non miſerebitur? *l. Aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab. Ubi habet multa privilegia mulierum, & aurenm tex.* ¶ An mulier aliquo modo poſſit ſe obligare: *vide* Petr. *q. 34. ubi pulcra de SCto Vell.* ¶ Quandò mulier, mortuo marito, dicatur poſſidere bona mariti, pro juribus dotis ſuæ: & an donario valeat factam marito cum juramento, vel ſaltem confirmata ſit, propter ratificationem, Dec. *conſ. 232. vol. 2. dura admodum, & rigoroſa.*

Licèt donatio inter virum & uxorem juramento confirmetur, habet tamen tacitam conditionem, ſi uxor ſupervivat, Dec. *conſ. 240. vol. 2. Et diligentèr pro tenui* Et defectus inſinuationis purgatur etiam juramento: per eundem, *in conſ. 239. eod. vol.* ¶ Si ignobilis maritus nobilem, & ſenex juvenculam uxorem ducat, & eidem donet; valeat donatio, tanquàm ſi ſit facta in recompenſationem nobilitatis, vel adoleſcentiæ, & per conſequens ſit donatio remuneratoria, *vide* Fr. Curt. *conſ. 6. fol. 77. col. 3.* ¶ Donatio inter virum & uxorem, conſtante matrimonio, eſt prohibita: *tot. ti. ff. & C. De donat. inter vir. & uxor.* Hæc tamen morte confirmatur: *l. Si eum ſervum in fin. cum l. ſeqq. ff. eod. Ubi vide Apoſtillam ſcripta, ubi pulcrè de hoc* Alex. *in conſ. 7. vol. 6.* ¶ Sic eſt prohibitum donare alijs perſonis, quæ maritum contingunt jure patriæ poteſtatis, & per omnes alias interpoſitas perſonas: *l. 3. §. 1. ff. de Donat. inter vir. & uxor. l. Cum hic ſtatus. §. ſi nurus ſocero, eod. ti. & d. l. 3. §. non tantum, vide* Franciſ. Curt. *in conſ. 6. fol. 74. col. 3. in princ.* ¶ Hæc tamen donatio, inter virum & uxorem juramento confirmatur: vide Bar. *in l. Seius. ff. Ad l. Falc. & in l. ſi quis pro eo, ff. de fidejuſſ.* Dec. *conſ. 232 vol. 2. dura admodum.* ¶ *Limitationes alias vide per* Soc. *in reg. 140.* Et idem in donatione inter patrem & filium quæ pariter juramento confirmatur, *vide Apoſtill. in l. Donationes, quas parentes, C. de Donat. inter. vir. & uxor & ſupra in verb. filius & in verb. Donatio.*

Hinc tu nota: Quòd ſi conjuges faciant reciprocam donationem, ſi contingat alterum præmori, non dicitur Donatio prohibita, ſed valebit, & non indigebit confirmatione per mortem, &, etiam non interveniente traditione, poſt mortem poterunt bona peti: *ita dixit* Cyn. *& poſt eum* Paulus *in l. ſi pater puellæ, in fin. C. de inoff. teſt.* quod multùm ibi commendat Paul. *vide* Hypp. *in ſing. 150.* Mulieres, ut herba mala, citiùs creſcunt: *gl. in l. 2. C. de his, qui ven. æt. impetr.* ¶ Mulieres multæ gaudent de morte maritorum, maximè ſi ipſæ ſunt juvenes, & mariti ſenes: *gl. eſt, & ibi* Bart. *in l. pater, §. ſocerus, de cond. & dem.* Mulier omnis mala: ubi Bart. 30

bi Barr. *ex ſent.* Ray. *dicit*, omnes mulieres eſ-
ſe malas. ¶ An Velleiano mulier renuncia-
re poſſit, *vide de hoc Vellejano*, Petr. *q.34. ubi*
pulcrè de hoc. ¶ Si notarius in inſtrumento
dicat, ſe certioraſſe mulierem de Velleja-
no, ſi interrogetur, quid ſit Vellejanum, &
ſi neſciat, renunciatio non præjudicat: *ut*
not. Alb. *in l. fin. §. pen. ad Vell.* & Dec. *in l. 1. in*
gloſ. verb. varios, ff. Si cert. pet. Alexand.
hoc reprobat, *in l. Sciendum, ff. De verb. obligat.*

Et ſi primò mulier fidejuſſit pro alio,
31 quàm marito, & poſteà ſoluit, ignorans ſe
munitam beneficio Velleiani, ſolutum re-
petit condictione indebiti: *l. Quamvis, C. ad*
Velleia. ¶ Sed ſe obligare, pro marito fidè-
jubendo, nullo modo poteſt: etiamſi ſciens
renunciavit beneficio Velleiani: rationem
aſſignat Abb. *in d. c. Si deligenti, de for. comp. col.*
4. nu. 9. ¶ Et mulier quandoq; pro ma-
rito ſuo, ſe, & ſua, obligavit: *l. Senàtus, & l. Si*
ſive, C. ad Vell. quandoq; conſentit, quòd
maritus obliget bona ſua, ſcilicet mariti
ſibi mulieri obligata. Quià & hæc in-
terceſſio dicitur: *l. Vir uxori, §. 1. ff. Eod.* Et
quoad illa, mulier ſibi etiam non præ-
judicat. Nam omnia ſunt ipſo jure nulla,
tanquàm facta contra legis prohibitionem:
quæ eſt, quod pro marito non poſſit inter-
cedere, ſe, vel rem ſuam, obligando, pro ipſo,
vel patiendo obligari: Auth. *ſi qua mulier.*
C. eod. vide Bald. *in l. ſive voluntate mea, in prin.*
C. ad Vell. ubi dicit: Quòd ſi uxor conſentit
marito alienanti rem ipſius uxoris, & ſuum
conſenſum præſtat uxor: quià non audet
contradicere nimiâ reverentiâ, vel metû
mariti, an per hoc ſibi præjudicet uxor,
& concludit, quòd non, & idem vult Barr.
in l. Qua dotis, ff. Solu. matr. vide de hoc Iaſ. *in §.*
Quadrupli, n. 64. Inſt. de Action.

Quandoq; ſi mulier renunciaret d. Auth.
32 Quia hoc etiam facere non poteſt, *ſecun-*
dum Dd. *ibi.* Quià eſt jus prohibitorium.
Quià eadem facilitate cenſetur fuiſſe indu-
cta, ad renunciandum, qua fuit ad ſe obli-
gandum: *l. Doli, §. diverſum, de nova. & ibi* Bart.
vide Alex. *in conſ. 1. vol. 3. n. 19.*

Quandoq; intercederet mulier, ſi con-
fiteretur, pecuniam perceptam per virum,
fuiſſe converſam, vel convertendam in ſui
utilitatem: & hoc casû, etiam confeſſio non
præjudicat, nec valet: quià præſumitur eſ-
ſe facta in fraudem: *d. Auth. in fin. per l. Qui*
teſtamentū, ff. de probat. & hoc modo Nic. Ma. &
Bald. *in d. Auth. ſupra verb. manifeſtè probatur.*

Quandoq; mulier renunciat juri hypo-
33 thecæ, quod habebat in bonis viri, pro do-
tibus ſuis, & hoc videtur poſſe facere, quià
non cenſetur alienatio, nec ex hoc cenſe-
tur depauperati: *l. Etiam, l. jubemus, C. ad*
Vell. Si tamen mulier allegaret, & diceret:
Quòd tempore, quo renunciavit, non ex-
tabant alia bona, ex quibus poſſet ſibi ſa-
tisfieri de ſuis dotibus: adhuc illa renuncia-
tio non valeret: *ut not. per* Bart. *in d. l. jube-*
mus, & in l. Mevia, §. ſi fundum, ff. ſolut. matr.
& probatur in Auth. ſive A qua, C. Eod. & in c.
Pervenerit, de empt. & vend. 34

Et hoc videtur probari hoc ipſo, quòd
non probatur contrarium per id, quod ha-
betur per tex. *& gl. in l. Cum de lege, ff. de prob.*
& l. fin. §. licentia, C. de jur. delib. & per Bart.
in l. ſi conſtante, ff. ſolut. matr. in 1. q. princ. vide c.
ex reſcripto, ubi Doct. de jurejur. Alex. *in conſ. 42*
n. 7. vol. 1. In omnibus tamen præmiſſis caſib.
mulier per juramentum ſibi præjudicaret
ſponte præſtitum. Nam ex quo illud poteſt
per eam ſervari ſine peccato, & interitu ſa-
lutis æternæ: nec tendat in præjudicium al-
terius, quam jurantis: & non fuerit præſti-
tum vi, dolo, vel metû, debet ſervari: quan-
docunq; contractus fuerit, de ſui naturâ, ip-
ſo jure nullus: *ut patet in alienatione rei dota-*
lis, C. de rei uxor. act. §. cùm lex, & tot. tit. de
fund. dot. juncto cap. Cum contingat, de ju-
rejur.

Et, per ipſum, juramentum, videtur con- 35
firmare contractum, quaſi cum juramento
liceat contrahere, & ceſſat prohibitio le-
gis: *ut not. in Authen. Sacramenta puberum, in*
ult. gloſ. & per Bart. *in l. ſi quis pro eo, ff. De fide-*
juſſ. vel ſi non confirmaret, ſaltem tenere-
tur ſervare officio judicis Eccleſiaſtici: *c. Li-*
cèt mulieres, ff. de jurejur. lib. 6 de for. comp. c.
cum c. Laicus. Hac Paul. *conſi. 220. vide* Alex.
conſi. 14. volum. 6. colum. 6. viſis, & conſideratis,
& conſi. 367. vol. 2. viſa facti narratione. Vide de
hac materia Velleiani, multa per Felin. *in c. ſi di-*
ligenti, de for. comp.

Mulier Velleiano regulariter renuncia- 36
re non poteſt: *gloſſ. ubi* Dd. & Abb. *in c. ſi dili-*
genti. de for. comp. fallit, vide Socin. *reg. 274.*
Paul *in conſi. 220. &* Alex: *in conſi. 14. vol. 6. col.*
6. ¶ Mulier in teſtamento, chirographo,
& cauſa criminali, teſtis eſſe non poteſt:
l. Qui teſtamento, §. mulier, ff. De Teſtam.
vide lim. per Soc. *in reg. 419.* Quod in teſta-
mento, & codicillis, Dec. *in l. fœmina, de reg.*
jur. Quòd in cauſa capitali, *vide* Alex. *in conſi.*
11. vol. 1. in 2. col. ibi circa quartum dubium, &
an meretrix? *ibi in princ. conſi. vide infr. in verb.*
Teſtis.

Mortuo primo viro, in continenti, vel
infra paucos dies ſi, mulier tranſeat ad ſe-
cundas nuptias: & infra 10. menſes proximos
à morte viri, naſcatur ex eâ filius; an præſu-
matur primi viri, vel ſecundi, *vide* Alex. *in l.*
Gallus, in princ. in fin. de lib. & poſth. & ibi Bart.
pulcrè loquitur. ¶ Qui juravit aliquam ac-
cipere in uxorem, tacitè intelligitur, ſi do-
tem dederit: *vide* Dec. *in Authen. præterea, in t.*

not.1.unde vir & uxor. ¶ Mulieres olim in Grammatica & liberalibus artibus inſtruabantur: *l. Qui ſitiunt. & ibi gloß. ff. ubi pup. educ.vel mor.debeat.*

37 Mulieris appellatione quandò veniat puella, ſivè virgo: & quandò appellationa viri veniat puer, *vide* Barto.*in l. Servus.de rebus dub.l. Quaritur.ff.de Ædil.edict.* ¶ Et mulieris appellatione quandò veniat puella, ſivè virgo viripotens: *l. Mulieris. ff. De verb. ſign.* ubi gl. pulcra, quæ ponit triplicem ſignificationem illius termini, Mulier: *vide* Bart.*in l.Servis legatis, de leg.3. adde gloß. in c. mulier 32.q.2. vide* Barto. *in l. Servus, ff.de reb. dubys.* Ubi etiam, an appellatione viri veniat puer. ¶ Maritus uxorem alere non tenetur, ſi dos, ſibi promiſſa, non detur, & poteſt eam expellere. Hoc tamen fallit: *vide* Soc.*reg.258.* ¶ Materfamilias perſonaliter capi non poteſt, etiam ut ducatur ad judicium: *de hoc, & fall.pulcris, vide* Socin. *in reg.259.*

Uxor à viro fugiens, propriâ authoritate poteſt capi: Bald.*per illum tex.in l.1.C.ubi quis, de cur.vel quart.vide* Iaſ.*in* §.1. *Inſtitu. de Act.* ¶ Mulier quicquid in mattimonio acquirit, non acquirit viro, ſed ſibi, vel ei, in cuius aſt poteſtate: item non tenetur operari viro: *vide* Alex.*pulcrè, in conſi.131.vol.4.* verè crudelis potaſtas patria, & maritalis, quid ſit, *vide ibi n.14. Itèm ibi vide n.17.* ad quas operas teneatur, ſcilicet ad officiales, hoc eſt, obſequiales tantùm.

38 Mulier triplecia bona habet: dotalia; paraphernalia; nec dotalia, nec paraphernalia: Alex: *conſi.25. volum. 2. ſuper primo dubio, vide* D.Carol. *in l.1.fol.45.fa.2.ff.ſol mat.*

39 Etſi cicatrix, in corpore hominis liberi, non æſtimetur: attamen ſi fœmina, & inprimis ſi virgo aliqua, facti injuriâ afficiatur, ex quâ cicatrix, & deformitas remanſura eſt, habebitur cicatricis ratio, & ob eam injuria aggravabitur: carrum enim eſt, ob venuſtatem faciei, facilius virginem, cui nubat, repetruram, & ob deformitatem ſecùs fore: Gomez. *var.reſolut. lib.3.c.6.num.12.* Paris de Puteo *tr. Synd.* §. *quia plures num.3.* D.Frid. Pruchman *in l.in multis art. 10.par.2. ff.de ſtatu homin.* vida Arrium Pinellum *ad l.1.p.1.n.4.C.de bon. maternis.*

40 An fœmina honeſtè vivens *Legi. Egregias. ff.de jurejur.* renunciare poſsit, nempe privilegio illi, ut in loco judicij non deponere cogatur? N. Roman. *ſing.169. arg. c.2.ibi* Gomaz. *n. 45. De judicys lib.6.* Ferdin. Vaſq. *de ſucceß.creat.* §.*22 nu.83* Pruchman.*ar.12.par.2. in l. in multis. ff. de ſtatu homin.* ¶ Non dolus ſed ſimpliaitas, in muliera præſumitur: Maſcardus *de probatio.concl.1080.n.17.arg.l. in fine. ff. De edendo.* ¶ Fœmina non tenetur aius, cum quo contrahit, condionem exactè inveſtigare, ne diligentèr de aliquo inquirendo ſuſpecta fiat: Menoch. *tr.arb.jud.lib.2. cent.2.caſu 182. arg. l. ult. in f. ff. Qui pet.tutor.* D.Pruc.*in l.in multis ar.21.2.p.ff.de ſtatu homi.*

Mulieri, dotis favore, & ex ſingulari privilegio l. jubemus C.ad SCtum Vellejan. permittitur, ut bona mariti, in quibꝰ jus hypothecæ habet, rationē dotis, ſua voluntate alienata, à tertio poſſeſſore, qui cauſam non habet ab emptore, in cuius gratiam ipſa renunciavit, per hypothecariam avocare poſsit, quod alij creditori non permittitur, ſed hoc equidè non alitèr admiſerim, quàm in ſubſidium, ſi videlicèt ex alijs mariti bonis, dotem ſuam conſequi non poſsit: And. Rancbat.*quæſt.34.nu.32. lib.1.* 41

Si mulier, extra locum ſuæ originis, nupſerit, & ibi decedat, & tractetur de illius ſucceſsione, & de dote reſtituenda, quæ ſolùm in bonis mobilibus eſſet; & maximè in nominibus debitorum, & ſunt diverſa ſtatuta: tùnc attandendum aſt ſtatutum loci originis ipſius mulieris, non autem domicilij viri, ubi nupta fuit, ità decidit Ang. Berous *quæſt. 109.* 42

Statutum, ut muliar non contrahat, ſine licentia viri, non habet locum, ſi non fuit cognita, & traducta ad domum ipſius, Stephan. Gratianus *in addit. deciſ.230.* ¶ Mulieris nomen ſtrictè, de ea muliere, quæ corrupta eſt, quævè virum habet, intelligitur: D. Frid. Pruchmannus *in proœmio l.In multis nu.3.ff.de ſtatu hominum.* Gl. & Dd. *ad l.argumento* §. *muliebri ff.De auro & argento legat.* Borgn.Cavalc.*tr.de uſufr.molar.relicto arr.329* 43

An conſuetudine introduci poſsit, ut mulieres judicare poſsint? Diſting. inter muliares, regalem dignitatem habentas, & inter fœminas mediocris, aut minimæ, fortunæ: priori caſû, affirmatur; Nam illuſtribus mulieribus dedecus non eſt, ſi ſelectorum ſatellitum manû ſtipatæ, ad tribunal, ibi jus redditaræ, adeant: ſecùs eſt, in poſteriori caſû: quià fœminis mediocris, aut minimæ fortunæ dedecus eſt, una pediſſequa comitatis, in vulgus virorum ſeſe immiſcere: Abbas Panormitanus *in c.dilecti nu.4.ext. arbit.* D.Frider. Pruchmannus *in l. In multis 1.par.princip memb.1. artic.1. nu.31.* ¶ Mulier populari actione experiri non poteſt, niſi eius interſit, aut propenſa pietate ducta, agat: Decius *in l.2 n.25.ff.de R.J.* Bonifac.de Vital. *tract.de Maleſ.Rubr.de his qui accuſare non poſſunt n.1.l.mulier ff.De populari actione.* 44

Clericus habens rem cum muliere: qua pœna puniatur: Paul.Fuſc.*in ſingular. in verbo clericus nu.128.* ¶ Bannita mulier, quæ ſit nupta, non poteſt impunè adulterari, tametſi ex ſtatuto banniti poſſunt impunè offendi: Flam. de Rub.*l.in Tractat. de Adult. cap. 22.* 45

Mulier

Mulier delinquens cum clerico, ſortitur forum Eccleſiaſticum: Panorm. *in repertor. in verb. forum.* ¶ Res donata mulieri à parentibus mariti, ſoluto matrimonio per mortem viri, debet reſtitui hæredibus mariti, ſi verò à parentibus ſuis, ſibi omninò: Paul. Fuſe. *in ſingular. in verbo. Res, num. 34.*

46 Mulier, ſuccedens in Ducatû, aut feudo, regalem dignitatem annexam habente, jus dicere poteſt: Mynſing. *conſil. 32. num. 20.* Gomez. *var. reſolution. lib. 3. c. 1. nu. 56.* Vantius *de nullitate rubr. de null. ſentent. ex defect. jurisd. deleg. num. 73.*

Mulier poteſt eſſe arbitrix, quotiès ex æquo, & bono, proceditur, ut fit inter mercatores. Nam exceptio; Tu non potes eſſe arbitrix, quià fœmina es; eſt de apicibus juris: Sed in cauſis æquitatis, ſpiritualibus, & ſummarijs illa exceptio non attenditur: Ludov. Romanus *ſing. 684.* Cotta *in memorab. verb.* anima, & apices. D. Frid. Pruchm. *alleg. loco nn 14, & 15.*

47 Fœmina, & maſculus, ſi unà perierint caſû aliquo, fœmina priùs deceſſiſſe præſumitur, quæ tamen conclusio limitatur, ut procedat duntaxàt eo caſû, ſi per illam præſumptionem actus, vel contractus exitum ſortiretur: non verò habet locum, ſi præſumendo id, quòd mulier priùs in fata conceſſerit, potiùs actûs deſtructio, quàm ſtabilitio, conſequeretur: Alciatus *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 49. nu. 5.* Tr. Burſat. *conſil. 8. nu. 16. vol. 1. l. cum hic ſtatus §. ſi ambo ff. de donat. int. vir. & uxor.* Cremenſ. *ſing. 52.* Tiraquel. *l. 1. nu. 58. de L. L. connub.* Hyppol. de Marſil. *nu. 416. C. de probation.* Decius *ad l. 2. nu. 44. De R. J.* Pruchmannus *in alleg. lege.*

48 Gemellis editis, maſculo ſcilicèt, & fœmellâ, ſi dubitatur uter prior natus ſit, maſculus primo loco in hanc lucem exijſſe, fœmella deindè nata, præſumitur: Maſcard. *de probation. concl. 1087. arg. l. Qui duos §. cum in bello. ff. de reb dubijs.* Guido Papæ *de præſump. nn. 5. in f.* Tiraquel. *tr. primogen. quæſt. 17. op. 7. & 8. nu. 1.* Sais *in conſuetud. Turonenſ. rubr. de ſucceſſ. plebei in fine.* Pruchman. *In l. in multis ar. 36 memb. 3. 1. part. pr. ff. de ſtatû hom.* Bar. *l. Arethuſa. n. 2. ff. Eodem.* Decius *in l. 2. u. 44. ff. de R. Juris.*

49 Hæc conclusio, quòd fœmina non poſſit eſſe teſtis, in teſtamento, limitatur (1.) in codicillis, aut teſtamento, cui clauſula codicillaris fuit adjecta, (2.) in teſtamento piæ cauſæ, (3.) in teſtamento militis, (4.) tempore peſtis (5.) in teſtamento inter liberos condito: Bellonus *conſil. 14. num. 8.* Cephal. *conſ. 107. vol. 1.* Maſcard. *de probation. concl. 761. numer. 5. vol. 2. & conc. 308.* Vaſqu. *de ſucceſſ. creat. lib 12. §. 72. nu. 2.* Petr. Roizius *deciſ. Lituan. 3. nn. 558.* Covarru. *c. cum eſſes n. 14. extr. teſtam.* Julius Clarus *§. teſtam. quæſt. 55.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 7. §. 4. gloſſ. 5. nu. 10.* Tiraquel. *de L. L. Connu. l. 9. nu. 56* Vivius *commu. opin. lib. 1. opin. 382. lim. 1.* Alex. *conſ. 70. n. 16. vol. 2,* Decius *l. 2. num. 30. ff. De R. Juris.* Franc. Mantica *tr. conject. ultimar. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 5.* Olrad. *conſ. 297. nn. 7.* Card. Pariſ. *conſ. 46. nu. 30. vol. 3.* D. Frid. Pruchmannus *in d. l. In multis ar. 10. mem. 4. par. 1. ff. de ſtatu homin.*

Renunciatio SCti vellejani, à muliere facta, non eſt efficax, niſi uxor certiorata fuerit, aut juramentum acceſſerit, & ſufficit renunciatio generalis juramento firmata: D. Martin. Benckendorff. *in addition. privileg. 63. ad tractatum Seraph. un. 1. & ſequ.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. c. 7. nu. 508.* Gail. *lib. 2. obſerv. 77. nu. 10.* Cevall. *in ſpeculo commun. opinion. contra commun. quæſt. 515. & 723. nu. 7.* Hartman. Hartman. *lib. practicar. obſervatien. 29. de fidejuſſ. obſervat. 3.* Gœddeus *conſ. 24. nu. 181. lib. 1. conſ. Marpurgenſ.* Cellenbetz. *de renunciat. ſucceſſ. qu. 4. nn. 6.* Henric. Brænleus *de renunciat. filiar. cauſa 3. C. 8 num. 4.* Anton. de Padilla *l. Ne paſſim. n. 78. C. de juris & facti ignorant.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 222.* And. Clud. *de condiction. c. 3. nu. 45.* Frid. Pruchman. *in l. In multis p. 2. art. 15 nu. 12. ff. de ſtatu homin.* Gutierez *de juram. confirmator. c. 11. nu. 1.* Matth. Cuno *lib. 1. de pact. c. 10.* Laurent. Tennin. *caut. 80. nu. 13. caut. 230. nu. 4.* Dan. Moller. *in comment. ad conſtitut. Saxon. p. 2. conſtit. 16. num. 12,* Zanger. *de except. par. 3. c. 9. nu. 42.* 50

Notario teſtanti, de certioratione, in 51
renunciatione beneficiorum, à muliere, factâ, non credendum eſt, ſi ipſe non intelligat beneficia, de quibus teſtatur mulierem eſſe certioratâ, imò adhuc DD. inter ſe gladiantur, an inſtrumento notarij ſtandum ſit, quandò dicat mulierem fuiſſe certioratam: D Benckendorffius *in allegato loco, un. 6. 7.* Anton. Hering. *de fidejuſſor. c. 7. n. 485.* Pruchman. *in l. 2. p. 2. art. 10. limit. 2. un. 13. de ſtatu homin.* Vincent. Carocius. *deciſ. 122. num. 7.* Anton. de Padilla *l. finali C. de juris & facti. ignoran.* Vital. de Cambano *in tracta. clauſular. clauſula de errore notar.* Laurent. Tennin. *cautel. 230. nu. 2.*

Mulier, conſtante matrimonio, jus 52
hypothecæ, quod in bonis mariti, propter dotem, marito illatam, habet, ex lege Anaſtaſianâ marito remittere poteſt, quod verum eſt, quandò maritus, tempore remiſſæ hypothecæ, habet bona, quibus uxori dotem reſtituere poſſit: ea verò ſi non habet, renunciatio juris hypothecæ, quod uxor in bonis mariti, pro dote ſuâ, habet, de jure,
non

non eſt valida : plurimi tamen volunt, potius tempus reſtituendæ dotis, quàm remiſſæ hypothecæ, eſſe inſpiciendum, nùm maritus ſit ſolvendo, ità quandò non ſit ſolvendo, ut eo tempore contra tertios poſſeſſores bonorum mariti, uxori actio detur, ſi autem juramento illud jus remiſerit, tùnc non attenditur illa diſtinctio : D. Martin. Benckendorff. *in addition. privileg. 95. ad tractatum Seraphin. nu. 1. 41.* Daniel Moller. *lib. 1. ſemeſtr. c. 43. nu. 11.* Johan. Gutierez *de juram. confirmato p. 1. c. 1. nu. 17.* And. Rauchbar. *p. 1. quaeſt. 34.* Johan. Lopez *in rubr. §. 17. nu. 21. extr. de donation. inter vir. & uxor.* Neguſant. *de pign. 3. memb. 6. nu. 14.* Boer. *deciſ. 23.* Petr. Barboſa *l. 1 p. 5. nu. 60. ff. Solut. matrimon.* Maſcardus *lib. 3 de probation. concl. 1173. nu. 20.* Campeg. *de dote p. 4. quaeſt. 13.* Roland. à Valle *conſ. 70. lib. 2.* Afflict. *deciſ. 313. per l. 11. 21. C. ad SCtum. Vellejan. l. unica §. & cum lex C. De rei uxor. action.*

53 Mulier non habet beneficium Vellejani, quandò obligavit ſe ex causâ pietatis : Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. 108. num. 23.* Itèm obligatio mulieris ſubſiſtit, quotiès ſe obligat pro redimendo marito, aut quotiès agitur de honore & decore mariti: Calcan. *conſ. 13. col. 2.*

Mulier utrùm jure Saxonico, absque curatore, mortis causâ, donare poſſit : Aff. And. Rauchbar. *quaeſt. 31. lib. 1.*

54 Mulier, quæ defuncto marito, intra triceſimum, propriâ autoritate utenſilia, & res ad ſponſalitiam largitatem pertinentes, percepit, vel quæ poſt triceſimum plus earum rerum, quàm debuit, accepit, eaſdem hæredibus, vel per inventarium, vel per juramentum, patefacere tenetur: And. Rauchbar. *qu. 29. lib. 1.*

55 Mulier dotalitium habens non tenetur cautionem uſufructuariam præſtare : And. Rauchbar. *quaeſt. 30. nu. 8. lib. 1.* Inter mulierem, & fiſcum, temporis ordo ſervatur: And. Rauchbar. *quaeſt. 4. nu. 22. lib. 1.* ¶ Interceſſio mulieris, pro extraneo, poſt biennium repetita, obligat: ſecùs, ſi fiat pro marito, niſi jurato pro marito interceſſerit, aut niſi probetur rem in utilitatē uxoris verſam eſſe, ſed tùnc non ſufficit ſola confeſſio uxori, niſi in judicio facta fuerit, aut alijs adminiculis adiuvetur: And. Rauchbar. *qu. 34. lib. 1. n. 12. cum ſequent.* Martinus Benekend. *latè in repetitâ l. 2. de R. Jurn* Petr. Frider. *lib. 2. de mandat. ſine clauſul. c. 61. n. 4.* Hartman. Piſtor. *lib. 1. qu. 37. nu. 31.* Maſcard. *de probation. concl. 228. 616. 1160.* Johan. Sichardus *in rubr. ad SCtum Vellejan.*

56 Mulierum magis proprium eſt, decipi, quàm decipere: Cæſar Barzius *deciſ. 62. numer. 63.*

Mulierem in dubio voluiſſe donare, eſt maximè inveroſimile, declaratur ut locum habeat in donatione, erga extraneum, collatâ: Cæſar Barzius *dec. 103. n. 4. 8.*

Mulier, in eâ parte ſuorum bonorum, quæ ſtatuti vigore, vel alijs, relinquere tenetur, non proprietaria, ſed uſufructuaria cenſetur : Cæſar Barzius *deciſ. 83. numer. 26.* 58

Mulier, ob dotem, à ſucceſſione, excluſa à bonis dotantis tantùm, excluſa cenſetur: Cæſar Barzius *deciſ. 97. num. 26.* Vivius *deciſ. 187.* Riminal. Junior *conſ. 31. nu. 83.* Jacob. Marchiceli. *quaeſt. 134. nu. 2.*

Mulier honeſtæ conditionis, pro debito pecuniario, incarcerari non poteſt, neque ad perſonaliter comparendum, in judiciò cogi poteſt, quià audietur per procuratorem : Proſper Farinac. *quaeſt. 27. de carcerib. & carceratis* Petrus à Placha *in epit. delicto c. 34. nu. 11.* Menoch. *de arbitrar. qu. 88. num. 10. lib. 1. Authent. ſed hoc novo jure C. de offic. diverſor. judic. Auth. Hodiè novo jure C. De Cuſtod. reorum.* 57

Mulier obediendo ſuo viro in gravioribus delictis mitiùs punitur, in levioribus excuſatur: Proſp. Farinac. *quaeſt. 97. titul. de pœnis temperand. nu. 151.* Petr. à Placha *in epitom. delictor. c. 15. nu. 24. 26.* Anton. Gomezius *de delict. c. 3. rubr. de homicid. n. 42.* 58

Mulieres in ijs, quæ ſunt juris poſitivi magis per ſimplicitatem, quàm per dolum in fraudem legum, cenſentur deliquiſſe : Farinacius *quaeſt. 98. num. 13. de pœnis temperan. Cephal. conſ. 708. n. 78. lib. 5.*

MULTITUDO.

Multitudo eſt refrenanda: *c. cum cauſam, de Teſtib. c. cum in multis, de Reſcript. lib. 6. & ibi gloſ. allegat concordantias.* ¶ Cum multitudine minus agitur, quàm cum paucis : *c. Latores, de cle. exco. miniſt.* ¶ An propter multitudinem pœna exacerbari, an diminui debeat, *vide pulcrè* Bart. *in l. Aut facta. §. fin. de pœn.* ¶ Multitudo an excuſet à pœnâ temporali, *vide gloſ. in c. 2. de temp. ord. in verb. antiqua.* ¶ Multitudo ad negotium aliquod exequendum, magis eſt ad damnum, quàm commodum, quià confeſſionem inducit : *l. 3. §. apparet, de adminiſt. tut. l. cum collatores, §. 1. ubi pulchrè* Johan. de Plat. *in fi. not. C. De re milit. lib. 10.* 1

Res faciliùs per unum expeditur, quàm per plures: Bart. *poſt gl. in l. Si plures, §. quamvis, ff. de adminiſt. tut.* ¶ Multa dicuntur quatuor : *gloſ. eſt in l. 1. de leg. 1. ubi* Alex. *in 6. colum.*

lum. ¶ Ubi etiam quæritur: An tria dicantur multa, & multitudinem induceant: *Clarius per eundem, in l. licèt Imperator, in 2. col. cod. tit. de leg. 1.* ¶ Pluralis locutio duorum numero eſt contenta: *l. Ubi numer. 12. ff. de Teſtib. l. libertas, §. poſt annos ff de ma. teſt.* ¶ Pluralis locutio de pluribus facta, in dubio utilitèr intelligitur facta: *l. Reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis, in l. Paulo, la. 2. de ſolut. l. 1. C. ſi plures una ſentent.* ¶ Multis modis factum illud dicitur, quod bis ſolùm factum eſt, ſic etiam dictio Sæpè, verificatur in duobus actibus: *vide pulchrè* Alex. de Imol. *in l. ſæpè, in princ. num. 2. & 3. ff. De re jud. idem in dictione ſæpius.*

3 Sæpiſſimè autem dictio, importat ad minus trinum actum: *ibid. num. 4.* ¶ Plurium dictio, importat etiam ad minus trinum actum de proprio ſignificatu: Alex. *d. numer. 4.* ¶ Octo dicuntur pauca: Batt. *in l. ſcire oportet, 13. ff. de exc. tut.* ¶ Dies pauci dicuntur: *c. ſi qua fœmina, 143. diſt. 59.* ¶ Pluralis, locutio, verificatur in ſingulari, & econtrà *l. Falſa, §. fin. ff. de condit. & demonſt l. Divus in fin. ff. de pet. hared. l. Non eſt, & l. in uſu. ff. De verb. ſign. vide gl. in l 3. ff. De ſtat. hom. & Inſt. de jur. perſon. in princ.*

MUNUS.

1 AUrum, ſeu munera faciunt nolentem velle: ideò ſcribitur, Deuterono, *cap. 15.* quod munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum: & dicit textus, *in c. Qua rectè 11. q. 3.* quòd acceptio munerum prævaricatio veritatis ſit, & citò quod violetur juſtitia: Hippo. de Marſi. *in repe. l. unica, C. de raptu virg num. 16.*

2 Et quòd datio, & acceptio pecuniæ, inducat in aliquibus caſibus delictum, tradit Hippol. de Marſil. *in ſingul. ſuo 353. Incip. datio pecunia. Idem in ſingu. 190. incip. judices, & in repe. l. lege Corn. pr. ff ad L. Corn. de ſicar.* ubi docet, quòd judicibus baratria ſit prohibita: quomodò autem incurrat illam, & convincatur de illâ, vel ſententia propter baratriam ſit nulla, notavi ſuprà, *in litera A. verſ. de avaritia: vide pulcherrimam obſervatio.* Mynſing. *75: cent. 2.* Weſenb. *in paratitlis, ff. tit. de officio proconſulis* Xenia vel obſonia moroſè non repudianda, neq; avarè recipienda voluit.

3 Munera parva judici licet accipere: nam minima lex non curat: Seb. Med. *reg. 5. in ſpecie, num. 1. fol. 160.* nec munus parvum facit judicem corrumpi *nu. 128.*

4 Alia eſſe perſonalia, alia patrimonialia præſcribit textus: *l. 1. ff. de muneribus & hono. & in iſtâ materia, vide iſtum titulum per totum.* ¶ Sed quæ perſonæ, & ex quibus cauſis excuſentur, nempè doctores, conſiliarij principum, impetrantes vacationem: vel quià non ſunt de corpore decurionum: vel quià electus, ſeu vocatus, poſitus eſt in uno collegio, non eſt ad munus alterius collegij eligendus, vel quià prius officium, quod habuit, vel adhuc habet, fuit & ſit dignius: ſeu quià inimicitiæ gratia eſt vocatus: aut quià electus non ſufficit officio animo, corpore & facultatibus: conſuluit Weſenb. *in conſi. 40. part 1.* Et ibi de publicis munerib. & honoribus multa bona docuit.

Dominus ad quæ munera compellere poſſit vaſallos & ſubditos: Capyc. *dec. 118.* Et an ad excubias nocturnas: Petr. Greg. *in Syntag. jur. lib. 6. c. 3. num. 16. & 17. fol. 233.* 5

Si quis vocetur ad munera, in loco originis, & domicilij, præfertur locus originis: Gomez. Leon. *deciſ. 20. in deciſ. diverſor.* ¶ Si privilegiatus ſuccedat non privilegiato, non gaudet ſuo privilegio, pro oneribus impoſitis, ex causâ de præterito: Johan. Papon. *lib. 5. tit. 11. art. 3.* ¶ Onus Cuſtodiæ civitatis, quod eſt perſonale, forenſibus indici non poteſt, ratione bonorum, quæ poſſident in territorio: Natta *conſ. 447.* Onerum ſolutio, ubi non ſunt lapſi anni 30. præjudicant tantum quoad ſoluta, non autem quoad ſolvenda: Alexand. Raudenſ. *de Analog. c. 40. nu. 15.* 6

Appellare debent electi ad munera publica, & ſuam appellationem juſtam oſtendere, aliàs videntur conſentire: Bartol. *in l. 7. C. de appellation.* ¶ Pater videtur conſentire nominationi filij ad munus, ſi præſens fuerit, & non contradixerit electioni: ideò pro filio obligatur: *l. 2. ff. ad municip. de incolis.* 7

Incola, licèt, pro majori parte anni, reſideat in loco originis, & ibi ſubeat onera perſonalia, & realia; tamen adhùc poteſt cogi alibi ſubire munera ratione bonorum, in quibus aliquo tempore reſidebat: Rota Avenionenſ. *deciſ. 140. in deciſ. diverſor. tom. 3.* 8

MUTATIO.

VIam, quam quis eligit, hanc ſibi patere noleat: *l. ſi Mulier, fina. ff. Quod metus cauſa, declarat* Hippol. de Marſil. *in ſingul. ſuo 213. Incip viam.* ¶ Et dici ſolet: viam, quam elegiſti, hanc ambula: ſed in actibus judicialibus locum habere, uſque ad litis conteſtationem, vel de Jure Saxon. uſque ad Guarandæ præſtationem notavi *in ſuis locis, in verſ. de juramento, & in verſ. de libello, & de litis conteſtatione, & in verſ. de inconſtantia,* Ang. *in tit. Inſtit de oblig quæ ex delict. naſcunt. §. quædi fullone,* facit id eleganter, quod dicitur: 1

quod

quod potui volui, quod nolui adimplere, nequivi: Hyppo. de Marſi. *ſingul. ſuo 261. incip quod potui.*

2 De mutatione eius, qui intendit probare, & poſtcà velit deferre juramentum, vel velit deferri juramentum, Dec. *in conſi. 61. vol. 3 per totum.*

3 Viam unam ex duabus eligens, aſtringere ſe ad eius formam & qualitatem cenſetur: *l. Pomponius, §. ſi quis, & ibid. ff. de acq. poſſ.* Cavalc. *dec. 21. n. 23. fol. 85.* ¶ Mutatio variatio & revocatio non præſumitur: Seb. Med. *de nov. p. 1. q. 1. ubi illat. 14. egregiè* Men. *lib. 7. præſ. 36. fol. 463. latè.* ¶ De mutatione, & transformatione rei, quòd tollat omne jus, actionem, & obligationem: Medic. *de amitt. poſſ gl. 3. nu. 275. ubi amplius & limit.* ¶ Per mutationem perſonarum mutatur qualitas bonorum: *l. 97. §. 1. ff. de acq. heredit. l. 10. §. ſi plures §. 2 ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Petr. Heigius *quæſt. 24. n. 15. ubi.*

MUTUS.

1 Mutus, & ſurdus, ſi nullum habent intellectum, æquiparantur furioſo, & infanti: *Fulcinius, §. adeò, ff. Ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur.* ¶ Si autem aliqualem intellectum habeot, tunc pupillo: *l. Pupillus, ff. de acquir. hered.* ¶ Si autem perfectè intelligit, majori: *l. Mutum, ff. eo tit l. mutus, ff. de Jure dot.* ille eſt magis communis opinio modernorum, poſt Barto. *in l. 1. ff. De verbo. obligatio. per* Alexand. *in l. Mutum, ff. De acq. haeredi.*

2 Et mutus, & ſurdus, non poteſt confiteri homicidium, ut ratione confeſſionis poſſit damnari: *de quo per* Bald. *in l. Unicâ, in 6. col. C. de confeſſ. l. Humanitatis, in 13. colum. C. de impube. & alijs ſubſti.* ¶ Qualitèr tabellio mutus, & ſurdus, conficiat inſtrumentum, ponunt Dd. *in l. Mutum, ff. De acquir. hered.* Bald. *in l. Diſcretis, C. Qui teſt. fa poſſunt.* ¶ An poſſint donare, notat. gloſſ. *in l. Qui id quod, §. mutus, ff. de dona.*

3 Et an poſſit jurare? per modernos, *in l. 1. ff. De verbo. obl. notat* Petrus de Ravenna *in ſuo alphabeto, litera M. verſ. mutus.* ¶ Et quòd mutus à natura, qui etiam eſt ſurdus, nullum actum poſſit explicare, nec ſtipulando, nec aliquo alio modo: niſi fortè, quòd poſſit Matrimonium contrhere, ſi ſit aliqualis intellectus, & per ſigna, & per nutus conſenſus poſſit colligi, habetur *in c. tua, de ſponſalibus.* ¶ Sed mutus ab accidenti poteſt omnes actus legitimos explicare, excepta ſtipulatione, ad quam requiruntur verba, pro forma.

4 Tales etiam muti poſſunt retinere feuda, cum ſua diſtinctione: *ut in tit. An mutus vel. alias imperfectus: in uſibus feudo.* Et ſunt in communi commercio hominum. Videat autem Notasius, dicit Jaſo. *in l. 1 ff. De verb. obligat.* quòd ſit cautus in explicandis & deſcribendis ſignis, nutibus, & alijs, conſenſum deſignatibus: Zaſius *in dict. l. 1. ff. De verborum obligat. num.* 22. Schneidew. *in tit Inſtit. de inutilibus ſtipulatio. §. mutum.* In feudo concordant, enim jure communi, jura Saxonica. Dann ſo ſagt der Text: Wird auch ein Kind gebohren / Stum / oder Witzloß / oder ſonſten vnvollkömlich an ſeinem Leibe / das iſt wol Erbe zu LandRecht / aber nicht zu Lehn-Rechte: Hette aber ein Mann Lehn empfangen / ehe er alſo gebrechlich worden were / das verleuret er damit nicht. *Eſt tex. in Art. 4. lib. 1.* LandRecht.

Mutus & ſurdus cui æquiparentur, an infanti, an pupillo, an furioſo: an contrahere, & quomodò, poſſit: an jurare, & alia multa, per D. Alex. *poſt alios, in l. 1. in princ. in 2. & 3. col. ff. De verb obl.* 5

Mutus, & ſurdus, ſimul non poſſunt teſtari, vel aliam ultimam voluntatem condere: & quid in teſtamento, ad pias cauſas, itèm an poſſit contrahere matrimonium, an poſſit eſſe Læſus *vide* Jaſ. *in l. Diſcretus, C. Qui teſt facer. poſſ.* ¶ An mutus & ſurdus à naturâ, matrimonium contrahere poſſit? Dic, quòd ſic, *per text. in c. cum apud, de ſponſ.* Secundum, communem intellectum, Joan. Andr. & D Anthon. vide Alex. *in l. 1. in principio, nu. 10. ff. de verb. obl.*

In criminalibus, muti teſtimonium non recipitur etiamſi illius intentio poſſit ſignis, & nutû, ſignificari, niſi ſimus in caſu, in quo veritas aliter habere non poſſit: Proſper. Frarinaci. *de teſtib. quæſtion. 61. numer. 49.* 6

In recipiendo examen muti, ſurdi, per ſigna, & nutum deponentis, certa forma ſervari debet, nempè quòd notarius primò verba interrogantis, & deindè nutus muti, ſurdi plenè deſcribat, poſteà ſuper illis annotet interpretationem domeſticorum &, conſanguineorũ, qui talia ſigna cognoſcunt, & interpretaotur: Proſper Farin. *d. qu. 15. nu. 54.* 7

Mutus, & ſurdus, ex accidenti interrogatus tanquam reus de aliquo delicto, ad teſtificandũ, per ſcriptũ ſi ſcribere ſciat, cogi poteſt Farinae. *n. 52.* Maſcard. *de probat. lib. 3. concl. 1358. nu. 24.* Monticell. *in ſuo repertor. teſtium, verbo Mutus* Anton. Hering. *de fidejuſſor. c. 7 nu. 153.* Flaminius Chartar. *tract. de execut. ſentent. contumac. c. 2. num. 42.* Rulger. Ruland. *de commiſſar. p. 21. lib. 2. c. 15. & cap. 16.* 8

Dum hodiè jus ſtipulationum & pactorum, in foro, & quotidiano uſû, propemodum 9

modùm confuſum eſt, mutus ſcripturâ rectè obligatur, & fidejubere poteſt: Anton. Hering. *de fidejuſſor. c. 7. nu. 160.* Johan. Saixon. *in conſuetud. Turonenſ. tit. 1. §. 24. gloſ. 2. & 3.* Valent. Franc. de *fidejuſ. c. 2. nu. 26.*

MUTUUM.

1 MUtuum eſt contractus nominatus ſtricti juris, qui celebratur datione verâ, vel fictâ, rei cõſiſtentis in numero, pondere, vel menſurâ, cum ſpe recipiendi tantundem, in genere ſuo, eiuſdem bonitatis & qualitatis: *ſecundum* Bartol. *in l. 2. §. fina. in fine prin. ff. Si cert. peta.* & colligitur hæc definitio *ex principio titu. Inſtit. quibus mod. re contra. oblig. & ex l. 2. in princip. ff. ſi cert. petat.* explicationem iſtius definitionis, vide per Schneide. *in d. tit. Inſtit. quibus mod. re contrah. obligat. §. de mutuo nu. 8.* Quatuor docuit ibidem ſubſtantialia mutui, quorum (dicit) ſi unum ex his deficiat, non dici mutuum: ſecundum Paulum Caſtrenſ. *in d. l. 2. in princip. ff. ſi cert. peta. Et ſecundum gloſſam ſecundam principij, in verb. mutui*, addit quatuor mutui requiſita, quæ ibi declarat.

2 Et mutui diſtinctionem, quòd aliud ſit civile, aliud naturale, cum ſuis ſubdiviſionibus, invenies ibidem apud Schneide, §. *quotuplex mutuum, num. 22.* Et quid de unoquoq;, ibidem: & pulcherrimè explicat hanc mutui materiam, ſecundum verba Paul. *d. l. 2. ff. Si certum pet.* Oldendor, *in ſuis claſſib. actionum claſ. 4. act. 17.* de certi condictione ex mutuo, quæ actio, pro conſequendo mutuo detur ſed quo autore ſit introducta, quòd ſit directa, & utilis, cui, & adverſus quem competat; quid ſit de hæredibus, quid conſequatur: capitale videlicèt cum intereſſe: quòd ſit actio in ſimplum, ſpecialis; quandò, & quamdiù competat: quòd ſit ſtricti juris: De affinibus remedijs, practicam libellandi, & excipiendi, vide d. Oldendorpium, *in d. claſſe & actione, de certi condictione ex mutuo.*

3 Præſtantur autem in mutuo dolus, culpa lata, levis, & leviſſima, & caſus fortuitus: quamvis enim culpâ, vel quovis casû fortuito mutuum perierit, nihilominus tenebitur mutuans iſtud mutuum reddere: quià factus eſt dominus rei mutuatæ. *l. 2. §. appellata. ff. Si cert. pet. l. Pignus, C. de pign. act.* & ideò ſibi tanquàm domino perit: præterea eſt debitor generis, & illud perire non poteſt: *l. Incendium, C. Si cert. pet.* Iaſ. *in l. ſi quis nec cauſam, ff. Eo. tit.*

Sed de cautionibus, & inſtrumentis conficiendis, ſuper mutuo contrahendo, de renunciationibus, & alijs requiſitis, & utilibus in illis, ex quibus fundari poſſit certi condictio ex mutuo, notavit & docuit Specul. *in titul. de oblig. & ſolutio, §. 1. per totum.*

Singulare eſt in mutuo, quòd, licèt aliàs filiusfamilias ex omnibus contractib. efficacitèr obligari poſſit, tamen ex Senatuſconſulto Macedoniano prohibitum eſt ijs dare pecuniam mutuò, qui ſunt in poteſtate parentum: quod ideò inductum, ne filijfamiliàs ære alieno obruti, votum affectandæ mortis paternæ conciperent. *l. 1. & paſſim, ff. & C. ad SC. Macedoni. vide* Alexand. ab Alex. Ant. Gome. *tom. 2. variar. reſol. c. 6. n. 2.* Borch. *§. illud propriè ſervatur, Inſt. quod cum eo, qui in alie. pot.* ¶ Loquitur autem SC. de mutuo pecuniæ. undè ad alias res non pertinet: *l. 3. §. is autē, l. ſed ſi 9 §. 1. ff. ad SC. Maced.* ¶ Sicut nec ad ea, quæ ſtudiorum cauſa filius ſumſerit: *l. 5. C. Eod.* ¶ An exceptio SC. Macedoniani locum habeat, quandò filiusfamil. juramentum præſtitit, vide Caſtal. *ad l. 1. & l. tamen ſi, ff. ad SC. Macedon.* Zaſ. *lib. 2. ſing. reſp. c. 28.* Gome. *tom. 2. var. reſol. c. 6. nu. 2.* Sed ſtudiorum cauſa mutuum filiofamil. datur rectè: *l. 7. §. 13. ff. ad SC. Macedonia.* Si tamen probabilem modum non exceſſit, ſed quantum pater adminiſtrare ſolebat. 4

In nummis mutuò datis contractûs tempus ſpectandum eſt, ſi tempore creverint, vel decreverint; non ſolutionis: Cujac. *in l. 59. in ſ. n. ff. De V. O.* Geyl. *lib. 2. obſ. 73. vide ſupr. de moneta.* Myñſing. *cent. 4. obſerv. 1.* ¶ Invito creditori pro parte creditum ſolvi non poteſt: *l. Tutor, §. Lucius, ff. de uſuf.* Hotom. *qu. illuſt. 22 vide* Borch. *in c. un. quæ ſunt regalia, n. 63.* an aliud pro alio invito creditori ſolvi poſſit? Geyl. *2. obſervatio. 73. conſtitut. Electo.* Ang. *p. 2. conſt. 28.* Weſeub. *de pec. conſtituta. numer. 9.* 5

Numerationem enim debiti creditor regularitèr probare cogitur: *l. 1. C. de probatio.* ¶ Sed, quomodò probet iſtam debiti numerationem, quæritur? Reſpondetur. (1.) Quòd inſtrumentis, quià per illud fit plena probatio: *prout infrà in litera P. verſ. de probatione per inſtrumen.* ſit igitur cautus, ut faciat confici inſtrumenta, ſecundum formas à Speculatore traditas. (2.) Probatur per privatam ſcripturam confectam, *ſecundum l. ſcripturas, C. qui potio. in pign. habeantur, inf. in litera P. verſi. de probatione per privatam ſcripturam.* (3.) Probatur mutuum; per privatam ſcripturam, puta Apocham habentem ſigillum: quià appoſitio ſigilli multùm operatur, contra ſigillantem, atq; ſubſcriptio contra ſubſcribentem: *de quo* Ludo. Rom. *in conſ. 301. incip. hac ſcriptura priv. gloſ.* Bart. & Bald. *in l. 2. C. de reb. alienis non alienandis*, appoſitio enim ſigilli eſt ſignum ratificationis, & confirmationis: Bal. *in l. fraudē, ff. de teſt. mili.* 6

7 (4.) Probatur mutuum taciturnitate: *de quâ infrà, in litera P. verſ. de probatione per taciturnitatem.* (5.) Libro rationum, quę habentur per Barto. *in l. nuda, ff. de donationibus, & in l. Publica. §. fin. ff. depoſiti, infr. in verſ. de probatione, per ratione.* (6.) Per teſtes, qui debent deponere, quòd numerationi interfuerint, & eam fieri viderint: §. *ſi quis igitur. Auth. de inſtrumen. fide & cautio. c. teſtes 3. q. 9. l. Teſtium, C. de teſtibus.* (7.) Confeſſionè debitoris: puta, quòd ſit facta judicialitèr: *gloſ. in l. 1. §. fina. ff. de interroga. actio.* vel extrajudicialitèr cum causa, parte præſente acceptante, vel actis fuerit inſerta, vel etiam parte abſente, frequenter continuata, & totiès repetita, quòd tranſeat, quaſi in publicam vocem, & famam: vel ſi facta fuerit cum juramento: Hipp. de Marſi. *in repe. rubri. C. de proba. num. 67. 80. 81. 82. 89. 91. & 94.* (8.) Probatur per ſententiam, quæ res judicata eſt facta, quià res judicata pro veritate habetur: *l. Res judicatam, ff. de regulis juris.* Et tantum operatur ſententia ad probandom, quantum operantur teſtes & inſtrumenta: Bald. *in l. 1. in ult. colum. C. de falſa cauſa adiec. lega.* Nedum dicitur facere probationem, ſed etiam operari ultra eam: Inno. *in c. mulieri, de jurejur.*

8 (9.) Evidentia facti, *de quo infrà, litera P. verſ. de proba. per eviden. facti.* (10.) Ex præſumptione, & conjecturâ legis: vel cumulando plura indicia: ex Theorica, ubi non proſunt ſingula, multa ſimul juncta juvant: *l. Cum ſcimus, C. de agri. & cenſi. lib. 11.* Et dicitur illud evidentèr apparere, quod apparet ex conjecturis & præſumptionibus Bart. *in l. licet Imperator, ff. de leg. 1. in verb. evidens voluntas.* (11.) Creditor producat ſemiplenam probationem, & faciat ſibi deferri juramentum ſuppletorium: *de quo juramento notavi ſupr. in litera J. verſi. de juramentis judicialibus.*

9 (12.) Siquidèm autem non velit, ſeu non poſſit probare, deferat debitori juramentum litis deciſorium: *Articul. 6 lib. 1.* Land R. *& etiam notavi ſuprà, in dict. verſi. de juramentis judicialibus, habetur & in Artic. 22. lib. 2.* Land-Recht. (13.) Mutuum probatum cenſetur per ſimplicem ſolutionis objectionem: veluti ſi petatur mutuum, & reus ſimplicitèr dicat, ſe ſolviſſe, certè probatum eſt mutuum: Angel. Aret. *in tit. Inſti. de cap. diminu. §. ſervus, num. 3. ex gloſ. l. non utiq. ff. de excep. & ex gl. in l. Exceptionem, C. de probatio.* vide tamen diſtinctionem per Angelum & per Lanfr. de Orian. *in c. quoniam contra, de proba. in cap. de exceptionibus, nu. 5.*

10 Et his prædictis adde, quòd ex ſimplici datione, vel numeratione pecuniæ, præſumatur mutuum: *gl. 1. & ibi* Dd. *maximè moderniores poſt eam, in l. Cũ quid. ff. ſi certum peta.* Bald. *in conſi. 339. in c. pars dicens mutuum præſumi*, niſi qualitas verborum præcedentium aliud deſignet: Henniog. Göden, *in conſi. ſuo de præſcrip. pig. ad 5. quæſt. num. 83.* Et ſic habes aliqua in probatione mutui. ¶ Zeucht ein Mann ſein Gezeugnüß auff den Mann / auff den das Zeugnüß gehet / der ſoll durch Recht ſagen / waß jhm wiſſentlich drumb ſey / bey ſeinem Eyde / oder ſagen / daß er darumb nichts wiſſe: Et ſic relationi juramenti non eſt locus, ſecundum leges. Quià jus Saxonicum vult juramentum, ante guarandam præſtitam ab actore, reo referatur, quòd tùnc reus præciſè cogatur reſpondere.

Sed quæritur: induxit creditor teſtes, 11
qui interrogati non depoſuerunt de numeratione: ſed tantùm dixerunt, ſe interfuiſſe confeſſioni à debitore factæ, de mutuo ſibi facto: an ex iſtâ depoſitione debitor creditori ſit condemnandus? Reſpondetur, quòd non, *ſecundum Specula. in tit. de teſte. §. 1. numer. 66.* rationem dat, quià dicit, teſtes dixerunt extra intentionem: de numeratione enim interrogati, de illâ deponere debuiſſent: *l. teſtium, C. de teſtibus, l. ſi cautione, C. De non numer. pecu. l. 1 C. de ſolutio.* ¶ An tempore neceſſitatis, belli ſævientis, judex cives poſſit compellere ad pecunias Reip. mutuandas, docet Vaſq. *lib. 1. Illuſtr. contr. c. 6. nu. 7.*

Et formam libellandi in hac actione 12
condictionis certi ex mutuo, vide Specula. *in tit. de obliga. & ſolutio. § ſequitur videre numer. 4. & ibi bona in addi. litera B.* ¶ De exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ pertinet ad hanc materiam mutui, *vide quæ notavi ſuprà, in litera E, verſ. de exceptio. non num. pecu.* ¶ Et de exceptione ſolutionis, *in litera S. verſic. de ſolutione:* & referenda eſt huc materia de morâ: *de quâ in hac litera M. verſ. de morâ.* ¶ De mutuo pecuniæ publicæ, *vide conſil.* Weſenbe. *53. parte* 2. Petr. Greg. *in part. lib. 3. tit. 4.*

Pecunia ſi ab aliquo ſit recepta, non 13
autem appareat ex quâ causâ, ſi modò conſtet de receptione, mutuatio judicatur: Ant. de Butrio, *conſ. 65.* & mutuum datum, vel receptum, qualitèr veniat probandum. ¶ Mutuum ſtatim repeti non poteſt: Menoch. *lib. 2. cent. 1. c. 22.* Sed poſt tempus, boni viri arbitrio æſtimandum: Cov. *V. R. lib. 3. c. 15. nu. 61. in fi.* Fachin. *lib. 7. controv. juris c. 52.* ¶ Qui abſentis nomine alicui mutuò pecuniam dat, ipſi abſenti donare non præſumitur: Menoch. *lib. 3. præſ. 71.*

Vtrum agens ex mutuo, ne probans nu- 14
merationem factam, ſed tantùm confeſſionem receptæ pecuniæ, obtinere poſſit, Fach. *lib. Controv. Jur. c. 51.* ¶ Numquid mutuum plenè probatum eſſe dicatur, ſi unus teſtium de numeratione teſtificetur, alter verò de

rò de confeſſione, Fach. *d.c.51.* Si variè teſtificentur teſtes examinari, quià videlicèt unus affirmat centum mutuata, alter ſeptuaginta, alter quinquaginta: numquid mutuum ſufficientèr probatum dicatur, quòad quinquaginta: *d.c.51.*

15 Si quis dicat alicui: accipe hanc pecuniam: quiſnam inducatur contractus, an mutuum, donatio, vel depoſitum: Fach *lib.2. controv.c.53.* ¶ Subditi tempore naceſſitatis extremæ, ut puta belli, & ſimilis cauſæ, poſſunt à magiſtratû cogi ad mutunm dandum: & tùnc inculpatè poſſunt petere uſuras: Geyl. *lib.2.obſervat.5. num.17. & 18.*

Capitulum, Collegium, Univerſitas, ſi habet debita: debet inprimis, & ante omnia, illa de ſuis introitibus & bonis ſolvere, & poſteà reſiduum, introitus bonorum ſuorum communialium diſtribuere inter reſidentes per capita: ſi verò introitus non ſufficiunt, debent debita ſolvi per ſolidum & libram, & non per capita: & idem, quandò illa tenetur pro damno, & incendio dato: Cavalc. *deciſ.58. alias deciſ.21.p.2.*

16 Mutuaſti mihi in ſecreto centum, quæ tibi ſecretò reddidi: tamen poſteà iterum petas, aſſerèns te mihi mutuaſſe cum juramento, quid mihi faciendum hoc casû? vide Alex. *in l. Qui totam, in 2. colum.ff. Ad Trebell.* ¶ Mutuatam pecuniam probans, ſi de tempore non probat, non poteſt obtinere, ſi intentio fuit, ſe tali tempore mutuaſſe: Are. *in conſ.153.* Fel. *in c.2. nu 12. vol.13. col. de Reſcript.* Goz. *in l.1. lect.1.C. Qui admitt.* ¶ Mutuans pecuniam alicui, dicitur eidem præſtare favorem, opem & auxilium: Bart. *in l. Cujuſq.ff. Ad l. Jul. Majeſt.* ubi infert ad uſum forenſem. Multa de feudo & vaſallo: vide ſupr. *in v. Feud.*

17 Mutuavi tibi centum & apparet, item apparet quod promiſiſti centum ex causâ mutui, intelligitur de iiſdem centum, quæ mutuaſti Bartolus *in l.94. de V.O. & in l.9. de adimendis legatis.* Numerus quantitatis quandò reperitur in duabus diverſis diſpoſitionibus, factis inter eaſdem perſonas, intelligitur de diverſis quantitatibus, & non de unâ & eadem Bartolus *conſ.20. vol.2.*

18 Artifex accipiens pecuniam mutuò præſumitur occaſione artis ſuæ accepiſſe, idem obtinet in Scholari: Bartolus *in l. 7. C. ad SCtum Macedon.* ¶ In inſtrumento ſi quis confiteatur, ſe habuiſſe mutuo centum, intelligitur de præſenti, non de præterito Bartolus *in l. certi §. ſi nummos. ff. ſi certum petatur.*

19 Actio ex numeratione facta, alieno nomine quæſita, non datur illi, cuius nomine fit numeratio, niſi hoc exprimatur & agatur cum eo, cui numeratur: Bartolus *in l. 122. §. Chryſogonus ff. De V. oblig.* ¶ Exceptio non numeratæ pecuniæ an poſſit perpetuò opponi? N. quamvis de Canonicâ æquitate admittatur debitor ad dandam poſitionem creditori, quod pecuniam non numeravit, ſuper quâ creditor eſt cogendus jurare: Stephanus Gratianus *in addit. deciſ. March. deciſ. 164.* Cevall. *quaſt. 83. Parlador. rer. quotidi. c. final. p.5. §.10.*

Executio impeditur per exceptionem non numeratæ pecuniæ: Gomez. *variar. reſolution. tomo 2. c. 6. num. 3. Duenuas regul. 260. num. 6.* 20

Recognoſcens chyrographum non ſibi præjudicat, ut non poſſit opponere exceptionem; Non numeratæ pecuniæ: Stephan. Gratian. *in addit. deciſ. March. deciſ. 164.* Cevall. *quaſt. 39. num. 4.* Parlador. *rer. quotidian. lib. 2. c. fin. p. 1. §. 5. num. 12.* ¶ Solvens partem debiti confeſſati poteſt pro aliâ parte opponere exceptionem; Non numeratæ pecuniæ: Natta *conſ. 77. nu. 6.* Surdus *de aliment. tit. 8. pr. 22. num. 16.* Coſtal. *in l. ſi ex cautione. limit. 2. C. de non num. pecun.* Stephan. Gratian. *in addit. deciſ. March. deciſ. 146.* 21

Mutuo probato in genere, ſuper quantitate, poteſt deferri juramentum ſuppletivum: Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſin. 100. par. 2.* 22

Teſtator, ſi in teſtamento jurat, ſe centum ab uxore recepiſſe mutuo, debitum non probatur: Bartol. *in l. 29. §. quidam. ff. de liber. legat.* ¶ Confeſſio facta in inſtrumento ex aliâ causâ, quàm mutui, vel dotis, facit plenâ fidem: Aſſlictis *deciſ. 105.* Bald. *in l. cum aliquis C. De jure deliberandi.* ¶ An filiusfamilias SCto Macedoniano renunciare poſſit? N. quia illa exceptio tendit in utilitatem Reipub. And. Fachin. *lib. 2. controverſ. c. 61.* Bronchorſt. *centu. 1. miſcell. controverſ. aſſert. 62.* Gomez. *ſecundo var. reſolution. c. 6. num. 2.* 23

Notarius, ſi aſſerat in inſtrumento, pecuniam realitèr eſſe numeratam, nulla exceptio admittitur: Caball. *milleloqu. 679.* ¶ Utrùm creditori eadem ſpecies in mutuo reddi poſſit? Aff. Donell. *ad l. 2. n. 5. C. de R. C.* Strader. *inſtitu. de mutuo.* 24

Utrùm, pro frumento mutuo dato, reddi poſſit eius æſtimatio? N. Bronch. *cent. 2. aſſert. 20.* ¶ Mutuum factum ad rem aliquam emendam, an præferatur hypothecæ, vel datur ſolùm actio perſonalis? non præfertur, niſi expreſsè per hypothecam, in ra amptâ, Sibi proſpexerit: Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. 25. num. 8.* Murla. *titul. 9. de contrah. emption. in præmiſ. quaſt. 1. num. 100.* Bertazol. *clauſ. 34. gloſ. 3. num. 5.* Surd. *de aliment. titu. 8. priv. 48. num. 4. & 7.* 25

26 In mutuo civitatis Magiſtratus temporales non obligant civitatem, niſi probetur mutuum in utilitatem civitatis verſam fuiſſe: ſecùs eſt, ſi mutuum, civitatis gratia, à Magiſtratû perpetuo accipitur, quià illi Magiſtratus repræſentant totam civitatem, & dominorum quaſi loco habentur, neque opus eſt probatione verſionis in utilitatem civitatis: Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. 197.* Colerus *de proceſſ. executi. p. 2. c. 3. num. 36. per l. 1. C. De ſolution. & liberator. debit. civitat. lib. 11.* Bartol. *in l. præſes 12. C. De Tranſaction.* Bald. *in l. 5. numer. 15. C. de execution. rei judicat.*

N

NATIO.

1 Nationum diverſitas, non nobilitatem, vel ignobilitatem, inducit: *l. fin. C. De temp. in integr. reſt. arg. contra, in l. Quòd ſi nolit, §. qui mancipia, ff. De Ædil. Edict.* Secundum diverſarum nationum mores vive, ſi non ſunt contra bonos mores: *c. Illa autem. 12. diſt.* *præter. pulcer. textus in l. Lege 12. tab. C. De legit. hæred.* ¶ Da naturâ naturante, & naturâ naturatâ, vide gloſſ. *in §. conditiones, Inſt. de verb. oblig.*

NATURA.

1 Natura hominis ab adoleſcentiâ, prona eſt ad malum: *textus eſt in c. omnis ætas, 12. q. 1. c. alma, in verb. propter facilitatem hominis, de ſenten. excom. in 6.* ¶ Sed ibi adoleſcentia accipitur pro pueritiâ, vel uſq; ad ſeptennium, quandò homo incipit eſſe doli capax: *ſic* Andreas Sicul. Barba. *in proœmio Clemen. in 2. lectura, §. quondam nulla, colum. 38.* & dicit Baldus *in l. fin. C. Quib. ad liber. procla. non li.* quòd natura ſervorum ſit furari, igitur cum alijs, puta cum fuga, poteſt contra illos formari indicium ad torturam: Blan. *in repe. l. ſi. ff. de quæſtio. mihi nu. 424.*

2 De jure naturali, habetur *in titulo 2. Inſtitutionum lib. 1. ſed naturalia ſunt immutabilia §. fin. d. tit. Inſtit. de jure natura. gent. & civi. & ibi vide doctores.* Et ex eo dicit juriſconſultus jura ſanguinis, jure civili dirimi poſſunt nullo: *ff. de regulis juris.* ſed tamen circumſtantiæ poſſunt mutari, vel modificari: declarat Decius *ibi* in materia educationis liberorum, & in materiâ tollendæ, vel minuendæ legitimæ liberis jure naturæ debitæ: vide, quià ſunt notabilia. ¶ In quibus caſibus, & quandò poſsit ex ratione naturali ſufficiens formari probatio, *notavi infrà in litera P. verſi. de probatione, per rationem naturalem.*

3 Naturam rei princeps mutare poteſt. *l. 1. C. De rei uxor. act. §. aqua. ubi gl. de conſec. Eccleſ. vel alt.* ¶ Naturæ accuſatores eſſe non debemus: *l. Maximum vitium. C. De lib.*

NAUFRAGIUM.

Nota, ſi aliqua navis, propter naufragium, deducta fuerit ad littus, vel terram, quòd fiſcus nihil debet occupare vel lucri facere: quià ex alienâ calamitate non debet compendium ſperare: nec eſt addenda afflicto afflictio: *l. Divus, ff. De offi. præ. textus eſt, & notant ibi* Dd. *in titu. de ſtatu. & conſue. contra liber. Eccleſ. tollendis, in uſibus feudo. §. navigia.* Franc. Pfeil. *conſ. 59. centu. 1.* 1

Und das iſt wieder die / ſo ſich der Grund-Thür auff den Waſſern wollen gebrauchen / Joann. de Platea *in l. 1. C. De naufra. lib. 11.* Pleniùs colligendo conſuetudines & ſtatuta in contrarium facientia, docuit Geyl. *in obſervat. 18 lib. 1. obſervatio. Cam. Impe. (ubi docet contra hujuſmodi conſuetudines poſſe decerni mandata ſine clauſulâ: & teſtes, qui naufragio interfuerunt poſſe recipi alterâ parte non citatâ.)* 2

Sed nota, quòd cauſa evitandi naufragij poſſit quis res alienas projicere in mare, ut ſuas ſalvas faciat: dummodò ceſſet dolus: Joan. de Plat. *in Rubr. C. de naufra. lib. 11. & in d. l. 1. in finalib. verbis, ſecundum* Barto. format caſum, quòd ſi navis tempeſtate delata fuerit in aliquem portum, quòd non debeat ſolvere gabellam, vigore ſtatuti diſponentis, quòd de mercantijs delatis in portum ſolvatur gabella: quià debet intelligi de ſponte delatis, non ex cauſâ urgenti, & violentâ neceſsitate: *l. Cæſar, & l. fina. §. ſi per neceſſitatem, ff. De publica.* 3

Sed navicularius, qui dicit ſe ſuſtinuiſſe naufragium, debet hoc probare coram judice illius loci: & ſi opus fuerit, infra annum præfecto illius loci, ſeu diœceſis, nunciare, 4

ciate, poſteà verò perit inſtantia: Joan. de Platea *in l. ſi quis navicularius, C. de naufr. lib. 11.*

5 Sed ſecundum verum iotellectum Barto. dictæ legis, dic, quòd navicularius non agebat contra aliquem, oec res, in naufragio amiſſas, petebat, ſed oavicularius ad ſuam defenſionem, peo ſpeciebus, ſibi aſſigoatis, naufragio peremtis, volebat peobare caſum naufragij, & amiſſioois ſpecierum: quod probare debet per teſtes, & infra annum, corā judiee loci, obi caſus naufragij oecurrit, & probationes illas probare debet ad præfectum, & dictas ſpeeies aſſigoare, poſt annū autem noo audietur: & ſic nota, quòd ſecundum intellectumBar. nòn tantùm pereat inſtantia, ſed etiam jus: & valet talis probatio de naufragio, etiamſi pars adverſa, de cuius præjudicio agitur, oon ſit eitata, propter longinquitatem itineris: Joan. de Pla. *in d. l. Si quis navicularius. C. De naufra. lib. 11. per l. ſcire oportet. §. ſufficit, ff. de excuſa. tut. & ſecundum iſtam l. notavit.* Hipp. de Marſi. *in ſing. ſuo 24. incip. Clarum eſt.*

6 Et poteſt accommodari ad ſimiles probatiooes, quæ in longinquis partibus fieri debent. Et eſt una bona limitatio *ad l. de uno quoq; ff. de re judica.* probet autem navicularius, vel is, qui allegat naufragium, per duos, vel tres teſtes de nave, qui meliùs ſcire debeot veritatem, quibus deficientibus deveoitur ad alios: *l. quotiens, d. tit. C. de naufra. lib. 11.* Et ſufficiunt in ſubſidium teſtes conjuocti, vel domeſtici, io iſto caſû, ſecundum Joan. de Platea, *in d. l. quoties*; quandoq; etiam ſecundum qualitatem, & conditiooē perſonarum poteſt probari per ſolom juramentum: Joa. de Platea. *l. 2. C. de naufra. lib. 11.* Sed cauſa naufragij ſummatim examioetur levato velo: ſed quomodò intelligatur, declaravit d. Joao. de Platea, *in l. De ſubmerſis, C. de naufra. lib. 11.* & ibi videbis libellum, quatenùs iſto caſû ſit oeceſſarius, & teneatur navicularius de dolo, culpâ, & negligentiâ. *l. ſuper naufragiorum, & ibi* Platea, *in tit. C. de naufra.* & dieit, culpâ naufragij oceiſi poteſt eſſe, ſi non congruo vel adverſo tempore, vel nave fragili, oavigaverit.

7 Navigatio autem facienda eſt, à Caleodis Aprilis uſq; ad Calendas Octobris: *in d. l. quoties, C. hoc titu.* ſtetur tamen potiſſimè in hujuſmodi caſû conſuetudioi regionis: *dicit in d. l. Quotiens*, Bartolus: *invenies aliqua in tit. ff. de incendio, ruina, & naufra. & in tit. nauta caupo. & ſtabula.*

8 Vnd wie die Sächſiſche Rechte auff die Grundthür/den gemeinen Rechtē gleich ordenen/ auch daß die Güter/ſo einem durch Waſſersnoth entworden / vnd einem andern zugefloſſen /ſollen auffgebotten / vnd ſechs Wochen vnverthan gehalten / wider gegeben werden / vnd einer mit Rechte ſich darzu ziehen ſolle/der ſie aber verleugne/oder vorenthalte/das der ſey eim Diebe zuvorgleichen/ *habetur in tex. additione & gloſſis. Art. 29. lib. 2.* Land Recht: doch ſol er den Vnkoſten wider gelten/welchē jener darauff gewendet hat. *Vide* Alvaro. *in tit. de ſtatu. & conſue. contra liberta. Eccle. tollen. §. navigia. notavi quadam ſuprà, in litera D. verſ. de Dominio, ibi de alluvione: de navigijs, vide aliqua notata per* Geyl. *in obſerv. 64. lib. 2. in fine.*

Naufragorum booa auferri non poſſunt, ſed eis ſemper manent integra quocunquè locorum perveneriot: *Auth. navigia. C. de furt. c. excommunicamus, de Rapt.* 9

NECESSITAS.

NEceſſitas non habet legem, ſed ipſa legem facit, & facit licitum, quod aliàs eſt illicitum: ſed oeceſſe eſt, quòd ſit aliqua approbans auctoritas, id ex neceſſitate debuiſſe, vel ſaltèm potuiſſe, fieri, & duraote oeceſſitate, ſecùs ceſſaote eâ: *l. Qua propter & ibidem notata* Decij *cum apoſtillis, ff. De regulis juris.* 1

Tempòre neceſſitatis omoia ſunt communia: poſſumus confiteri laico: fit Baptiſmus extra Eccleſiam. Exercentes artes viles in defectum, propter neceſſitatem admittuntur ad hooores & alios neceſſitatis effectus, vide per Petrum de Ravenoa. *in ſuo Alphab. litera N. verſi. Neceſſitas.* Judex etiam, immioente neceſſitate, poteſt tranſgredi ſtatuta, etiamſi ſecundum illa judicare juraverit Joa. de Arno *in ſing. ſuo 8.* in ſedando tumultum populi poſſuot etiam ea fieri, quæ aliàs oon permitterentur. Hippo. de Marſi. *in l. qui eadem, ff. ad l. Corn. de Sica. & vide bona per eund. in l. ſi in rixà ff. eo. ti. à n. 67. uſq; ad fin. elegans eſt ſingul. 100.* Petri Ger. de Petr. Sanct. *ubi caſus multi enumerantur, qui in caſû neceſſitatis conceduntur, aliàs autē non concederentur. Et declar. aliqua* Jacob. de Bellov. *in prac. ſuâ crim. tit. de injurijs. verſi. falſarium. mihi nu. 43. & in ſeq.* 2

Sic etiam oeceſſitate impeditus quo minùs potuerit venire ad judicium, debet probare iſtam neceſſitatem emanendi, & excuſatur à contumaciâ: *Art. 7. & ibidem gloſſa, lib. 2.* Land Recht. *Et notavi ſuprà in litera J. verſ. de impedito, & in verſ. de contumaciâ vide* Corſ. *in ſing. ſuis in verbo, Neceſſitas inevitabilis.*

De Neceſſitate, & ejus importantiâ, refert Carol. Tapia. *l. ſi. de conſt. prin. p. 2. c. 9. n. 44.* Petr. Gerar. *ſing. ult.* Dec. & Cagnol. *in l. qua propter neceſſitatem, de R. J.* Aod. Tiraq. *de pen. leg. temperan. Cauſſa 33.* & de retractû conſanguineorum: *§. 26. gl. 1. n. 13. & ſeqq.* Covar. *lib. 3. Var. reſol. c. 14. n. 4.* Alex. Raud. *de analog. lib. 1. c. 28. n. 169. & ſeqq. & quæ ibi remiſſ. &* Medic. *de* 3

dic. *de R. J. reg. 1. n. 71. & reg. 2. n. 80.* ¶ An ex neceſsitate famis licita ſit fornicatio, vel mulieri meretricari liceat, Peccius *c. Peccatum, n. 8. de R. J. in 6.*

4 Neceſsitas facit licitum, quod eſt illicitum: *Infer ut* Cachoram. *in ſua diſp. poſt deciſ. n. 2. ubi exempla ſacra.* Pruck *in l. In multis, ff. De ſtatu hom. p. 1. n. 3. art. 3. n. 11 fol. 103.* & quod aliàs improbatum eſt, probabile facit: *n. 12.* & eſt exlex, nec legum præceptis ſubjacet: *n. 13.* Pruck. §. *venatio, c. 4. n. 88. & 91. &* §. *ſoluta poteſtat, eff. 6. nat. contract. n. 134 fol. 534. & n. 135.* hoc procedit in jure expreſsis caſibus. ¶ *Vide remiſſ.* Valent Franc. *de fidejuſſ. c. 2. n. 237. & 238. ubi* Rom. *ret. 38.* Caſus *in l. ſi verò, §. de viro, in fall. 54 ff. Sol. matrim.* Petr. Greg. *de Repub. lib. 3. c. 7. n. 31. & 24. 32. 33. 34.* ¶ Utilitas magna neceſsitati exæquanda: Pruckm. §. *Venatio, c. 5. n. 3. &* §. *ſoluta poteſtas, eff. 1. n. 41.* ¶ Verba per ſe neceſsitatem importantia, nihilominùs materiâ ſubjectâ ità ſuadente, de honeſtate, intelligi poſſe: Pruck. *l. §. ſoluta poteſtas, eff. 5. ratione legum.* ¶ Actus neceſsitate factú conſenſum non infert: Menoch: *de præſ. lib. 2. præſ. 19. n. 8.* ¶ Exempla urgentiſsimæ neceſsitatis non conſtituunt regulam, ſed potiùs exceptionem regulæ: P. Greg. *lib. 3. de Repub. c. 7. nu. 46.*

5 Neceſsitas legem non habet: *l. Unic. ff. de off. proconſ. ubi gl. in verb. expedire, allegat jura l. ut gradatim. de mun. & hon. l. 1 ff. de fund. dot. ubi gl. Petr. in q. 10. in princ. l. alienationes. ff. Famil. erciſc.* ¶ Neceſsitas alia præciſa, alia honeſtatis: Bt. *in l. Imperium. ff. de juriſd. omn. jud.* ¶ Neceſsitas alia præciſa, alia cauſativa ſcilicèt, quòd tale quid eſt neceſſe, ſi volueris hoc fieri: *de qua per* Bart. *in l. Gallus, in princ. 2. col. ff. De liber. & poſthum. gl. in §. poſthumorum, Inſt. de exhær. liberor.* ¶ Neceſsitas & impoſſibilitas regulas juris tollit. ¶ Cartuſienſis graviter laborans, ſi abſq; periculo vitæ convaleſcere alitèr nequit, medici conſenſu carnes poteſt comedere, non obſtante regulâ ſuâ: Abb. *in c. Si verò. ff. de jurejur* ¶ neceſsitas à furto excuſat: *vide in verb. furtum, vide* Goza. *in l. 1. ff. De off. eius, in verb. non alitèr, ubi multis ſimilibus hanc regulam exornat.*

6 Hinc eſt, quòd neceſsitas delictum facit probabile & excuſabile, quod aliàs non eſſet: *l. Qui potuerint, 27. De manum. teſtam.* Jo. de Plat. *in §. jus autem gentium, in 3. col. Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* ¶ Hinc eſt, quòd laicus in mortis articulo abſolvere poteſt: *gl. in c. paſtoralis, de off. ordin. vide* Goz. *in l. 1. ff. de off. eius, in gl. in verb. non aliter,* ubi multa ſimilia adducit, quibus oſtenditur, neceſsitatem excuſare & legem non habere. ¶ De hac regulâ: quòd impoſsibilitas & neceſsitas regulas juris tollat, & impoſsibilitatis multos & mirabiles effectus, vide latè per Hipp. *in l. 1. §. præterea, n. 120. per 4. col. ff. De quæſt.*

An difficultas impediat obligationem vel moram, *vide* Bart. *in l. Quod te, ff. Si cert. pet. in 3. col.* ¶ Difficultas à perjurio excuſat. *c. brevi, De jurejur.* Abb. *in c. Gemma in 3. col. ibi ad unum tamen, de Sponſ* ¶ Difficultas impedit pœnæ commiſsionem: *l. Si vehenda, in fin. ff. Ad L. Rhod. de jact. l. 2. Si quis cautio &* Abb. *in d. c. Gemma, de Sponſ infert ad quæſt. 1* ¶ Si extraneus promittit ſub pœnâ, quòd Titia mulier contrahat matrimonium cum Sempronio: ſi facit quantum in ſe eſt, non incurrit pœnam. 7

NEGATIVA.

Negativa regulariter directè non poteſt probari: *c. Quoniam contra, ex. de probatio.* Sed Lanfrancus de Oriano, *in repe. d. c. nu. 4. fol. 4.* optimam fecit diſtinctionem, quòd ſit negativa, aut facti, aut juris, aut qualitatis: alia aut ſit pura, & ſimplex; alia verò coarctata loco, & tempore, vel aliâ ratione: & ſecundum illas diſtinctiones docet *ibidem*, quæ & qualitèr quælibet ſit probabilis, probanda, vel non, & cui incumbat eius probatio, vide: *Item notat.* Pet. de Raven. *in Aureo ſuo Alphabe. lit. N. verſ. negativa.* Negativa coarctata ad certam ſcripturam, eſt probabilis: Ale. de Imo. *in conſ. 123. verſ. præterea confirmo. vol. 4.* 1

An autem teſtis deponens ſuper negativâ, præſumatur falſarius, vide Alexan. de Imo. *in conſ. 136. volu. 1.* & an reddatur ſuſpectus, eundem *in conſi. 104. in 3. volu.* & qualitèr deponere debeat ſuper illa, vide eundem *in conſi. 136. in 2. volum.* 2

Sed duobus teſtibus affirmantibus plus creditur, quam multis negantibus: *gloſſ in l. Dum proferre, §. ſi plures, ff. De arbi.* limita, niſi eſſent pro reo, quià eis plus creditur, ut reus abſolvatur: Rober. Maran. *in l. Is poteſt. ff. De acquiren. hæredita. num. 329.* ¶ Pleniùs de iſtâ materiâ probandæ, vel probatæ negativæ, quis ſcilicèt teneatur illam probare, & quibus modis probetur, vide tractatus duos Franciſci Herculani & Martini de Fano, *de proba. negativa*, in quibus ea, quæ ad hanc materiam ſpectant, exactiſsimè & abſolutiſſime tractantur & explicantur. 3

Nota: duæ negationes faciunt unam affirmativam: *l. Ex duobus, ff. De verbo. ſigni.* ſed tres negationes faciunt negativam: unde datur regula: quòd negationes in numero pari inducant affirmationē, in numero impari negationem: *l. 1. ff. de ſervo. fugiti.* ¶ Itèm negativa, quandò præcedit actum poteſtativum, inducit neceſsitatem præciſam: *gloſſ. in c. 1. De regu. juris, in 6.* Hippo. de Marſi. *in pract. crimina. § ſequitur, num. 15. & 18.* Vivius *deciſ. 392. nu. 5. lib. 2.* 4

De probādâ negativâ, Fr. Herc. *in ſuo tr.* Gabr. *lib. 1. conc. 6. de prob.* Joſe. Lud. *concl. 24. illic 35.* 5

¶ Ne-

¶ Negatio habens pro ſe præſumtioné non venit illicò probanda: Cav. *dec. 23. p. 2. n. 13.* ſed detrudit probationem in partem adverſam. ¶ Negatio reddit rem dubiam: *ibid. deciſ. 47. n. 59. l. ab eâ parte, l. ſi Chirograph. ff. de prob. l. ſivè poſſidetu, C. eod.* Mynſ. *obſer. 68 cent. 5.* ¶ De negatione, & negaribus, multa Marſi. *tr. de bannit. verb. negantur, ibid. de ment.* ¶ Negatio quandò licita, etiam cum juramento, Aſin. *de execut. §. 3. c. 58. n. 2. & 3.* ¶ Negans pignus, rem Emphyteuticam vel feudalem, ea privatur: Aſin. *de execut. §. 7. c. 24. lim. ibid.*

Notario atteſtanti inſtrumento, de factâ renunciatione excuſſionis, an credendum: Geyl. *lib.2. obſ.27.n. 24.* ¶ In Notarios procuratores, *vide* Caval. *de teſtib.p. 1.n.52.* ¶ Aſſertio Notarij cancellantis præfactum contractum, non probat ſolutionem & cancellationem de voluntate creditoris: Vivius *lib.1.dec.17.n. 5.* 10

Notarij ſcripturæ, ſine teſtibus, non creditur: Alex. *in conſi.13.col.3.vol.1.* ¶ Notarius, qui nunquàm fuit creatus Tabellio, & facit inſtrumenta tanquàm tabellio, debet puniri pœnâ mortis: Iaſ. *in l.Præſcriptione, C. ſi contra jus & utilit.publ.* ¶ Notarius non poteſt errorem ſuum corrigere, poſt publicam atteſtationem, niſi in Grammaticâ: propter quam malam grammaticam inſtrumentum non vitiatur: Bar. *per gl. & tex. in l. Imperator, ff. de ſta. hom.* Bar. *in conſ.208. ex facto propoſito.* ¶ Notarius requiſitus inſtrumentum facere compellitur: Bart. *in l. Munerum, §. judicandi, de muner. & honor.* ¶ Notarij in inſtrumentis, per unam literam habentem multos ramos,

mos, nomen ſuum denotant: *ita dicit gloſ. in l. Sed cum patrono in verb. notis, ff. De bon. poſ.*

11 Tabularius in ſua cauſa, & facto proprio, inſtrumentum facere non poteſt, quia ipſe æquiparatur teſti: *l. Dominus de Teſtib.* Sed nemo in ſua cauſa teſtis eſſe poteſt: *l. nullus, ff. de Teſtib. vide* Bar. *in l. ſi conſ. ff. de adopt & Joan.* de Plat. *in §. cũq; hoc in proœ. Inſt.* ¶ Tabellio ſervus eſſe poteſt: *l. generali, C. de Tab. li. 10.* ¶ In notarij inſtrumento contenta, omnia ſolenniter eſſe acta præſumuntur: *§. fi. Inſt. de fidejuſſ. l. ſciendũ, ff. de v. obl.* ¶ Notarius habet onus ſine honore, & eſt vilis homo: *l. univerſos, ubi* Bar. *C. de Dec. li. 10. vide ibi* Joa. de Plat. & tabellionatus non eſt dignitas ſed munus publicum: *vide eundem in l. infamia, C. de Decur. lib. 10* an infamis poſſit eſſe tabellio ¶ Notarius quòd totam ſcripturam ſcribat, vel ſe ſubſcribat, paria ſunt: *l. ſi quis ex argentarijs, §. 1. ff. de Edend. Inſt. de empt. vend. in prin. ibi ſubſcriptas,* Abb. *in c. inter dilectos, de fid. inſtr. l. ſcripturas, C. Qui potior. in pig. habeant.* Bar. *in l. ſi teſtamentum, ff. de teſtam. & Inſtit. in proœm. inſtitut. adde* Alexand. *in conſi. 14. vol. 6. col. 4.*

12 Notarius manû ſuâ ſcribere debet inſtrumentum: Alex. *in conſi. 14. vol. 6.* ¶ Notarius, & teſtis rogari debent: Alex. *eod. conſ.* ¶ Fides & officium tabellionis fundatur in juramento, & decreto ſuperioris: *ubi ſup.* Alex. ¶ Error notarij quomodò probetur? *in eod. conſ. col. 5.* ¶ Stylus & conſuetudo notarij attendendus: *ibi col. antepen. vide ibi etiã alia multa de Inſtr.* ¶ Statutum, quòd notarius non poſſit inſtrumenta conficere non immatriculatus, non videtur annullare inſtrumenta, ſi ultra non procedit: Dec *conſ. 17. volum.*

13 Notario dicta teſtium ſcribenti creditur: Curt. *in tract. de teſtib. concl. 42.* ¶ Si teſtes, in inſtrumento, à notario deſcripti, dicunt ſe actui non interfuiſſe, ſed alitèr rem actam eſſe, quàm ſcriptum eſt à notario: *De hoc vide* Bart. *in l. 1. §. ſi quis neget, ff. Quemad. teſt. aper.* Innoc. *in c. cum Ioan. de fid. inſtr. ubi pleniſſimè hoc tract. vide* Lanfr. *in c. quoniam contra, ext. de probat. in verb. teſtium. col. 5. ubi allegat.* Bart. *ſed corruptè.*

14 An credatur ſumpto notarij mortui, habito de ejus libro, ubi non eſt ſubſcriptio notarij, ſed intitulatio tantum ipſius notarij, (*Conſuluit, quod ſic,*) Bar. *in conſ. 163. incip. quæritur vol. 1.* Et ibi vide de imbreviaturis, quomodò per intitulationes declarentur. Cancellatio, in protocollo, per notarium facta, inventa, quatenùs valeat: nampè ſi coram teſtibus facta fuerit, dixit Hippo. de Marſi. *in ſing. ſuo 466.*

15 De præſumptione pro notario ejus peritiâ, arte, officio, fidelitate & ejus inſtrumento: quòd præſumantur omnia in ſolenni inſtrumento partibus publicato & lecto, de conſenſu partium eſſe in illo poſita, conſuluit pulcherrimè Men. *in conſ. 37. per totum, vol. 1.* de notarij ignorantiâ ibi, quòd non noceat parti, *nu. 138.*

De notariorum imperitiâ, Bal. *in conſ. 5. vol. 2.* ſic conqueritur, notariorum imperitiam mundum deſtruere, & bonorum virorum conſcientias in periculũ ponere. Hinc Ang. *conſ. 250.* dicebat, quòd cum notarij neſciant quod ſcribunt, teſtatorum voluntates pervertant: *refert* Ripa, *in l. centurio 15. n. 83. de ſub: vulga. & ſecundum illos* Menoch. *in conſ. 62. vol. 1. in principio, & in conſ. 37. eo. vol. 1. nu. 136.* 16

Notarius debet ſubſcribere inſtrumento, aliàs non probat, quamvis ſcripſerit: quia hic agitur de jure tertij, & requiritur ſubſcriptio, ut falſitas excuſetur: Mandos. *ad Roman. conſ. 303.* Stephan. Gratian. *in addit. deciſ. 211.* ¶ Notarius principalis debet ſubſcribere juramento, non ejus ſubſtitutus, quamvis etiam ſit tabellio: Stephan. Gratian. *in addition. deciſ. March. deciſ. 167.* 17

Signum notarij eſt de ſubſtantiâ, de conſuetudine, non de jure: Ceval. *quæſt. 32.* Bertrand. *conſi. 133. lib. 2.* Roland. *conſil. 44. nu. 40. lib. 1.* ¶ Notariatus præſumitur ex decennali poſſeſſione, in quâ quis tanquam notarius ſtetit, & actus fecit Notario convenientas, licet titulũ non alleget, ſed hæc præſumptio dupliciter accipitur: (1.) quãdò præſumptio cedit in commodũ tertij, & cum eo negotiantium, & ob bonum publicum, & non favorem ipſius tabellionis, ne detur anſa falſum fabricandi: (2.) quandò cum dicta quaſi poſſeſſione longa Notariatûs concurrent fama & indicia tituli amiſſi; Nam tùnc etiam in ſui favorem operaretur: alijs ijs non concurrentibus puniretur de falſo: Florez. Dietz *lib. 2. var. quæſtion. quæſt. 23. nu. 85.* Burgos de Paz *in l. tertia Tauri par. 2. concluſ. 5. nu. 1077.* Cerbantes *in l. 3. Taur. nu. 180.* Menoch. *lib. 2. præſumption. 78. num. 9. & 13.* Cavalcan. *deciſ. 45. nu. 29.* Aviles. *in cap. prætor. nu. 22. c. 1. gl. verbo Nueſtros.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucan.* 115. Covarrau. *in practic. c. 19. nu. 9.* Maſcard. *de probat. 2. par. concluſ. 198. nu. 18.* Jaſon. *in l. Barbarius nu. 55. ff. de offic. prætoris.* 18

Notarius deputatur ad libitum, ſeu beneplacitum poteſt ne revocari, ſine cauſa? N. ſi appareat de malitia, aut dolo removentis. Beneplacitum enim intelligitur de voluntate juſtificata: Guterus *lib. 3. prabic. quæſt. qu. 11. nu. 2.* Gonzal. *ad regul. 8. cancell. gloſ. 5. §. 6. nu. 41.* Corn. *conſil. 92. lib. 2. nu. 11.* Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. 167. nu. 15.* 19

Digitized by Google

& judex non poteſt mutare Notarium ſemel electum, ſine cauſâ, uſque ad finem cauſæ; imò duobus tabellionibus electis, ſi unus cœperit acta ſcribere, àlius non poteſt ſe intromittere, niſi impedito primo: Steph. Gratianus *dict. diſcept.* Alexand. *conſ. 137. lib. 2.* Boerius *deciſ. 258.*

20 Statutum, ut nullus notarius poſſit conficere inſtrumenta, niſi ſit de collegio, an valeat? Aff. niſi ſimus in notario forenſi, Creato à Papâ, ſeu imperatore: quià in iſtis eſt ſpeciala, ut poſſint ubiq; inſtrumenta conficere: neque enim illud ſtatutum illos ligat: Stephan. Gratianus *in addit. 238. deciſ. March.* Rolandus *conſ. 24. num. 17. lib. 3.* Caſtrenſ. *conſ. 226. lib. 2.* Surdus *conſ. 257. n. 13.*

21 Notarius non debet atteſtari, niſi de his, quæ corporis ſensû percipit, & verbum, numeravit, intelligitur de actuali numeratione, & excludit confeſſionem, neq; ſufficit pecuniam adfuiſſe in ſacculo: Stephanus Gratian. *in addit. deciſ. March. deciſ. 228.* Suedus *deciſ. 284.* Natta *conſil. 362.* Jaſon. *in l. ſingularia nu. 46. ff. Si certum petatur.* ¶ Notario debetur merces, pro extractione inſtrumenti, reſpectû totius ſummæ, non pro eâ parte, quâ quis vellet uti: ſed legatarius non tenetur dare mercedem notario, pro totâ hæreditate: ſed ſolùm pro legato: Surdus *conſ. 66. num. 8. & 10. lib. 1.* Becc. *conſil. 47. num. 32.* Stephan. Gratianus *in addit. deciſ. March. dec. 226.*

22 An Advocatus ſuadere poſſit clienti, criminaliter Vexato, ut ſiſciteтur à Notario ſecreta proceſſus nondum publicati: Joan. Petr. Ala *in Tract. de Advocato Quæſt. 72.* De Advocato hortante Notarium, ne deferat juramentum teſtibus examinandis: Ioan. Petr. Ala *in d. Tract. de Advocato Quæſt. 75.* De confidento peccante, in diſtribuẽdis cauſis, inter Notarios ſuos: Ioan. Petr. Ala *in d. Tr. de Advoc. Quæſt. 94.* ¶ Vecturales & muliones dantes damnum, & notarij omittentes ſcribera acta cauſæ, inſtrumenta vel imbreviaturas, an teneantur ad damnum: Bonofac. de Vitalium *Tract. de Maleſic. Rubr. de damno dato num. 34.*

23 Donatio facta abſenti, per Notarium, qualiter procedat: Paul. Fuſc. *in ſingular. in Verbo Donatio num. 115.* ¶ Notarius manifeſtans dicta teſtium, ante factam publicationem, tenetur pœnâ falſi: Carol. de Graſs. *in Tract. Exception. Except. 24. num. 82.* ¶ Notarius in cauſa, in quâ intervenit ſcribendo, repellitur à teſtificando: Ioan. Campeg. *in Tract. Teſt. Reg. 64.*

24 Notarij Imbreviatura recipit ſupplementum ab eodem notario renunciationũ, & aliarum clauſularum, à jure, & à conſuetudine: ſecùs ſi alius ſit notarius, niſi intercedat mandatum judicis: Petrus Gerardus *ſing. 41.*

Notarius tenetur clauſulas conſuetas extendere, ſtante præſertim dictione illâ Et cæt. cuius virtute an poſsit extendere verbum, legavit filiæ ſuæ & cæt. & ponere verbum inſtituit ad hoc, ut teſtamentum ſuſtineatur: Teſſaurus *dec. 58.*

Notarius virtute Clauſulæ Et cæt. non poteſt extendere cauſas in appellatione, ab interlocutoriâ, quæ non ſunt expreſſæ, neq; debent inſeri: Petrus Gerardus *ſing. 41.* ¶ Suſpitio Notarij probatur Solo Juramento, & notarius ſuſpectus in totum removetur, nec poteſt ei dari adjunctus; licèt aliud ſit in judice: Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. 100. nu. 53. 58. 60.* 25

Præſumitur notarius ſcripſiſſe omnia, de mandato partium, non ex ſtylo notariorum: Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. 116. nu. 24.* ¶ Notarius revelans dicta teſtium, ante publicationem, tenetur de falſo: Steph. Gratianus *diſcept. for. 100. num. 55.* 26

Notarius non facit fidem de reſcripto, quamvis dicat ſe vidiſſe, niſi regiſtraverit: aliàs ſententia eſt nulla, licèt poſteà præſentetur: Steph. Gratianus *diſcept. forenſ. 170. n. 17.* Notarius an poſſit uti officio extra metas juriſdictionis eius, qui illum creavit? Diſt. Notarij creati à Papâ, & Imperatore, poſſunt in quacunq; parte orbis officium ſuum exercere: ab inferioribus autem creati poſſunt uti officio tantùm intra metas juriſdictionis eorum, qui illos conſtituerunt, non ultra: Stephanus Gratianus *diſcept. for. 167. num. 55.* Surdus *conſ. 257. lib. 2.* Vital. *in clem. dudum §. ad honorem nu. 72. de ſepult.* Roland. *conſ. 91. lib. 3.* Boer. *dec. 242.* 27

Notarius negans rogaſſe inſtrumentum, & poſteà convictus de mendacio, punitur de falſo: excuſatur tamen ex juſtâ oblivione propter factum antiquum, maximè non notabile, propter ſenectutem, negotiorum multiplicitatem, & alias cauſas, & an oblivione vel dolo negaverit iudex arbitratur: Petr. Caball. *reſolution. criminal. c. 24. nu. 1. & ſeq.* Per decennium præſumitur oblivio. 28

Notarius, condemnatus de aliquo crimine famoſo, poteſt exercere officium tabellionatûs, & idem ſi contraxit infamiam ipſo facto ut quià eſt leno; vel ex genere pœnæ, ut, quià fuit fuſtigatur pro furto: nam propter hoc non eſt depoſitus ab officio: ſed tamen eſt illo privandus per aliam ſententiam: quià tanquàm infamis illud exercere non poteſt: Petrus Caball. *reſolution. crimin. caſ. 429. num. 8.* 29

Notarius ſcribens in inſtrumento pecuniam actualiter fuiſſe exburſatâ, & numera- 30

[illegible] tam,

tam, quæ tamen verè non fuit exburſata, aut numerata; ſed tantùm in ſacculo oſtenſa, incidit in falſum: quod etiam procedit, ſi pars, cui dicitur pecunia numerata, ſummam in ſacculo contentam tantùm eſſe fateretur: ſit igitur cautus notarius: Petrus Caball. *reſolution. criminal. caſ. 130. pertotum*.

31 Notarius ſignum eſt de ſubſtantialibus inſtrumenti: Jacob. Marchiſellus *recollectar. qu. 138. nu. 1.* Conſuetudo notarij defuncti probatur ex inſpectione aliorum ipſius protocollorum. ¶ Specialis, & individua mentio de interlinearibus verbis fieri debet, in corpore, ut abſit ſuſpicio, quandò diverſâ manu additio, in margine vel interlineatio deſcripta eſt, vel de hoc dubitatur, vel temporis diverſitas ex diverſitate literarum apparet: alioquin ſi in dubium non vocatur, additionem vel interlineationem manû ejuſdem notarij eſſe factam, cujus eſt principalis rogitus tùne præſumuntur additionalia vel interlinearia verba, de voluntate partium, ſcripta: Jacob. Marchiſel. *dict. qu. 138. nu. 1. 3.*

32 Notarij protocollo magis creditur, quam inſtrumento: Marchiſell. *in fine.* ¶ Quandò in inſtrumento adjicitur à notario, majorem partem Collegij adfuiſſe, non ſtatur eius aſſertioni, quià notarius de eo non fuit rogatus: Cæſar Barzius *deciſ. 118. in fine.* ¶ Notarij ſucceſſor mandato judicis id, quod omiſſum eſt in inſtrumento, ſupplere poteſt quandò omiſſio non eſt voluntatis, ſed ſolennitatis: Cæſar Barzius *deciſ. 39. nu. 48.* ¶ Notarius eſt ſervus publicus, & poteſt pro alio ſtipulari: Cæſar Barzius *deciſ. 26. nu. 9.* ¶ Notario, de productione jurium aſſerenti, creditur: Cæſar Barzius *deciſ. 43. nu 23.*

33 Notario atteſtanti de aſſertione partium, non autem de proprio viſû, & auditû an credatur? vide Oſaſc. *deciſ. 173. nu. 11.* Afflict. *deciſ. 317.* Jacob. Puteus *deciſ. 475. lib. 2.*

Notario, an teſtibus credatur, ſi teſtes dicant non depoſuiſſe, quod ſcriptum eſt, per Notarium, & contra quem tùne debet inquiſitio informari? Si duo tantum teſtes ſint, Notario magis creditur: quià duos teſtes Notarius repræſentat: quod tamen in civilibus, non autem criminalibus, procedit: Secùs, quandò plures, quam duo teſtes contrarium aſſerunt: Caſp. Anton. Teſſaur *quæſt. forenſ. 31.* Guid. Papæ *quæſt. 540.* Joſeph. Maſcard. *deciſ. de probation. concl. 1099. nu. 7. 9.* Rolandus à Valle *conſ. 38. lib. 1.* Menoch. *de præſumption. lib. 2. præſump. 79.* Didac. Covarr. *variar. reſolut. lib. 2. c. 13. nu. 10.* Natta *conſ. 392. lib. 2.* Clarus *in §. falſum qu. 53.* Cravetta *conſ. 74.* Capicius *deciſ. 61. & 94.* Grammat. *voto 26. Recenſet* Caſp. Anton. Teſſaur. *in Gallia obſervari ut partes & teſtes omnes actus ſubſcribant, & quandò contrarietas intervenit in criminalibus neutri eſſe credendum.*

Notariatus non præſumitur, niſi probetur: quià Notariatus conſiſtit in facto: hoc verùm ſi fuerit oppoſitum, tamen probatur ex eo, quod recepit quatuor inſtrumenta: Boer. *dec. 36.* Cravett. *conſ. 72. & 150.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ. 115.* Franc. Marc. *quæſt. 51.* Cravett. *conſ. 72.* Bartol. *l. 10. ff. de decurion.* ¶ Notarius non poteſt facere inſtrumentum niſi de his, quæ coram eo geſta ſunt: Afflict. *deciſ. 245.* Jacobus Puteus *deciſ. 5. lib. 3.* Cravet. *conſ. 240.* 34

Notarius ſimulatum inſtrumentum conficiens, pœnâ amputationis manûs, & perpetuæ infamiæ plecti debet: Myſing. *cent. 6. obſer. 65.* Hyppol. *ſing. 563.* ¶ Notarius, licet de falſo commiſſo extra officium, condemnatus, tabellionatûs tamen officium exercere poteſt: Franc. Marc. *quæſt. 300. par 2.* 35

Notarius ſimpliciter rogatus intelligitur rogatus cum clauſulis conſuetis ideò illas poteſt apponere, ſine conſenſû partium & ſi non apponat habentur pro appoſitis: Capic. *deciſ. 159. nu. 39.* Franc. Marc. *quæſt. 289.* Cravet. *conſ. 75.* Menoch. *conſ. 37. vol. 1.* Hypp. *ſing. 123.* Bartol. *in l. 17. §. Plantius ff. de aqu. plu. arcend.* 36

Notarius non requiſitus, per partem, Inſtrumentum ſumere non poteſt: nam requiritur quod ſit rogatus: tamen Notario aſſerenti, ſe rogatum, ſtandum eſt: imò licet hoc non dixerit in inſtrumento tamen præſumitur rogatus: Capel. Toloſan. *qu. 183.* Boer. *deciſ. 35.* Thom. Fauſt. *deciſ. 2. Canon.* Franc. Marc. *de conjectur. ultimar. volunt. lib. 2. tit. 12.* Afflictus *deciſ. 245. deciſ. 317.* Bartol. *in l. 1. C. de uſur. nu. 12.* ¶ Error præſumitur, & non falſitas, quandò repertur aliud ſcriptum à Notario, quàm fuerit à partibus dictum Joſeph. Ludov. *deciſ. 13. Lucenſ. num. 7.* Bartol. *in l. 9. §. ſed etſi ff. de hæred. inſtituend.* 37

Notarius Apoſtolicus, aut Imperialis, an in Galliâ poſſit inſtrumentum facere, & contrà: & per conſequens extra territoriû illius, à quo creatus eſt? Negat Boerius *deciſ. 242. vide tamen* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ. 115. nu. 24* Papon. *lib. 4. tit. 14. arreſt. 2.* Rebuff. *in conſtitut. reg. tracta de litera obligat. art. 2. gl. 1. nu. 44.* ¶ Notarius omittens adhibere debitas ſolenitates, tenetur parti ad intereſſe: Joſeph. Ludov. *dec. 13.* 38

Quandò duo Notarij rogantur recipere inſtrumenta, an cenſeantur rogati in ſolidum, & tùnc an ab uno ſolo edi poſſit 39

 vide

vide Teſſaur. *deciſ.145.* Jacob Puteum *deciſ.6. lib.1.* Alexaod. Rau●enſ. *de Analog.c.32.*

Prorocolli, ſeu actorum cuſtodia, ad Notarij pertinet officium, io tantum quod ad intereſſe pnſsit agi, contra Notarium, non edensem: item ſi culpâ Notarij amittantur ſcripturæ: Franc. Marc. *quæſt.193.par.2.*

40 Vir Tabellio poteſt, pro uxore, ioſtrumentum recipere: Bartol. *in l.18 ff. Ad L.Cornel. de falſ.*

Practica eſt, quandò inſtrumentum eſt interlineatum, vel raſum, ut Notarius inſtrumentum ſcribens de boc faciat mentionem: vide Bartol. *in l.12. C. de teſtam. num.3. & in l.6.ff.Eod.* Abb. *conſil.34.par.2.* ¶ Notario non creditur ſine teſtibus, niſi in actis judicij, ex quo habemus, Notarium non poſſe recipere inſtrumentum, ſine teſtibus: *gloſ. in l.31.C.de donation.* Bartol. *in authent. ut præponatur nomen Imperialis* Caſſan. *titu. des droichs rub.4.§.19.gl.6.*

41 Notarius recuſans recipere inſtrumenta, ſi eſt rogatus, debet privari officio: tabellio enim recipere inſtrumentum, recuſare non poteſt: niſi legitimè impeditus fuit: Caſſanius *in conſuetud.Burgund tit. des Juſtic. rubr.1.§.6.gl.2.num.45.* Ludovi. Roman. *ſing.163.* Menoch. *de arbitrar. lib.2 caſu 369.* Aoton. Sola *in antiq.conſtitut.* Saband. *ſup.3.partes decreti maliciis gl.1.titu.de donation.*

42 Notarius non habet neceſſe ſcribere omnia verba, & actus contrahentium: ſed ſufficit, quod ſcribat effectum juris: Bartol. *in l.5.ff.De acqu. hæreditate.* ¶ Præſentia poteſt eſſe, ſine intelligentiâ: ideò Notarius non debent apponere in inſtrumenro præſentibus talibus, ſed etiam intelligeotibus: Bartol. *in l.31.§.coram de recept. arbitr.*

43 Teſtamentum, non ſolemne, præſumitur falſum, quoad pœnam Notarij non quoad alios: *vide* Franc. Mantic. *de conject. ultim.voluntat.lib.2. titu.13.* ¶ Notarius, qui incipit acta ſcribere, noo poteſt mutari: *l.45.§.quoties.ff.De jure fiſci.*

44 Notarius non poteſt facere inſtrumentum, niſi de his, quæ coram eo geſta ſunt: Jacob. Puteus *deciſ.5.lib.3.* Cravett *.conſ.240.* Afflictis *deciſ.245.* ¶ In inſtrumanto antiquiſſimo non eſt neceſſaria probatio Notariatûs: Afflict. *deciſ.245.& deciſ.251.* Franc. Marc. *quæſt.488.* Cravett. *conſ.274.*

45 Notarius an puniatur de falſo, ob mutatam inſtitutionem in ſubſtitutionem? Ut Notarius rogatus de teſtamento ſcripſit, quod Titius inſtituit Caium, univerſalem hæredem: itâ tamen, quod nou poſſit diſponere: Niſi de 200. florenis, & indè ſobſtituit Caij liberos, oppoſitum fuit, iſtam particulam teſtameoti falſam eſſe, ex eo, quòd omoes teſtes daponebant, teſtatorem alitèr dixiſſe, nempè, Inſtituo Canem hæredem, ità quòd non poſſit diſponere, niſi de libris duceniium; in reliquo inſtituo ipſius Caij liberos, & ſic loco inſtitotionis poſuit ſubſtitutiooem, quoad filios, Dubitatum foit, an de falſo ſit damnandos Notarius? Negativ. decidit Caſp.Anton. Teſſaur. *quæſt. forenſi 36.* ut potios erroe, quàm falſitas præſumatur.

NOVATIO.

1 HAbemus titulos *in ff.& C. de nova.* ſed novatio fit dupliciter; aut expreſsè; aut tacitè. Expreſsè, qoandò promitto ſecundo, cum expreſſione; qoòd faciam animo novandi: *de qua in l.fina.C.De nova.* Spec. *in tit.de obl.& ſolut.§.1.n.23.verſ.conſequenter de novatione.* Tacitè fit, quandocuoq; poſterior vel ſecunda promiſſio habet aliquid plus, quàm prima: tùnc præſumitur prioe ſublata, & manet poſterior: *habetur in l. Si pupillus,§.qui accius, ff.De nova.* Jaſo. *in l. Quib. idem, ff.De v. obl.* & ſalvatur ſic gl *l.fina.C.De nova.* quæ dicit, quandò mercatores in nundinis ſæpè idē promittunt, tùoc ultima promiſſio præfertur: addit Iaſon, ſi ultima promiſſio habeat plus tempore, vel modo, vel conditione, quàm priores promiſſiones habuère: quandò autem non eſt pinguior, remanet efficax utraq; *vide* Zaſium *in d. l. Qui bis idem, ff. De v. obl. num.28.& 29.gl. eſt in l.fina. C. De nova.*

2 Et ibi, in finalibus verbis gloſſæ, ponitur alia diſtioctio, qoòd quædam novatio ſit voluntaria, quædam neceſſaria: de quâ remittit. *ad l.1.C.De jud.* Et facit mentionem Spec. *in d.titu.de obl.§.1.n.23.* Et objicitur iſta novatio in modum exceptionis: *gl.in d. l.fina. C.De nova.* Bart. *in l. Pecuniam, ff. Si certũ peta. & vide* Oldeod. *in enchiridio exceptionum, verſi.de exceptione novationis, habetur bonus textus, & ibi ſummè notant* Dd. *Inſt. quibus modis tollitur obl.§. præterea.* vide & de novatione probandâ Decian. *in conſil. 11. numer. 68. vol.1.*

3 De qoæſtione, an fidejuſſor accedens primæ obligationi, per novationem, *(Utiq; Modò novationis expreſſa facta ſit mentio, aut de eâ ex certis conjecturis conſtet. Nam extra hos caſus jure noviſſimo, nec exceptionis quidèm ope inducitur novatio: quæ ſententia communis eſt, & à Camerâ approbata,)* vel termini prorogationẽ, *(Si tempus limitandæ obligationis, nõ ſolutionis tantùm cauſa adjectum ſit, prorogatione fidejuſſor liberatur: ſecùs, ſi ſimpliciter fidejuſſerit, & ſine aliquâ circumſcriptione. Conſentit.* Coler. *de proceſſ.exec.p.1.c.10.n.302.& ſeqq.)* inter creditorem & debitorem factam ſit liberatus fidejuſſor? diſputavit pro & contra, & diſtinguendo reſpondet Hip. de Marſi. *in repe. Rubr.ff.De* fide-

fidejuſſ. mihi nu. 89 in 6. quæſtione princip. 1. Itèm Geyl. *in obſer. 30 lib. 2. qui ibi in hac materiâ elegantiſſima docuit. Et conſuluit* Dacia *in conſ. 72. vel. 2.*

4 Novatio eſt nnius obligationis in aliam transfnſin: Cæſar Barzius *decıſ. 20.* Garſias Maſtrill *decıſ. 40. n. 1* Novatio in dubio non præſumitur *nu. 14.* & niſi ſpecialitèr & expreſsè hodiè fit, non præſumitur fieri: niſi urgentes conjecturæ ad ſint: imò novatio non fit, quandò contrectus ſe invicem compatiuntur: Cæſar Barzius *dict. decıſ. 20.*

5 Novatio eſt imaginatıa ſolutin: Iacob. Marchiſell. *quæſt. 2. num. 5. lib recollectar.* Novatio non fit per ſententiam: Garſ. Maſtrill. *decıſ. 89. nu. 16.* Thob. Novius *conſ. 82.* & ideò prima actio manet cum eadem qualitata: Vincent: da Franch *decıſ. 155.*

6 Licèt novatio nnnquàm præſumatur, niſi inter partes fuerit ità aonventum: tamen quandò in ſacundâ nbligationa plus continetur, quàm in primâ, tacitè novatum videtur, & prima nbligatio tollitur: Hieron. de Monte *quæſt. 20.* Borgn. Cavalean. *decıſ. 20. de judicijs vide l. Qui uſumfructum 28. ff. De V. oblig.*

7 Tranſactione nnvatur prima obligatio, & navatio facta cum uno, ex correis, alios liberat: Petr. Bemintend. *decıſ. 81. nu. 22.* ¶ Dabiti novario an videatur facta, quandò fidejuſſor da judiaato ſolvendo debitum in ſe aſſnmit, cum ſponſiona, ne in pnſternm debitorem creditor convaniat: *vide* Franc. Marc. *quæſt. 1062.*

8 Non dicitur novatio legitimè facta, ut libaretur fidejuſſor, niſi debitum præcedens in aliam perſonam transforatur: Guid. Pap. *ſing. 717.* ¶ Ubi fnrmitèr nnn eſt ſarvatum manda:um, per debitoram dalegatum, delegans non eſt liberatus à ſuo creditore: Rota Genuenſ. *decıſ. 1. nu. 18.*

9 Pœna in dubin non cenſetur appoſitâ animo nnvandi Gaſp. Gaball. *milleleg. 276.* ¶ Pignora, in novationa repetitû, ratinent privilegium tamparis: And. Gail. *obſer. 30. lib. 2. nu. 10.*

10 Omnas illi modi, quibus antiquitat indncebatur novatio, quamvis hodiè non inducatur, niſi expreſsè agatur, induannt exceptionem, non autem actionem, & per cnnſequens, ubi olim præſumebatur novatio ipſo jura, hodiè præſnmitur, ut fiat ope exceptionis: Bartol. *in l. 36. n. 4. ff. Si certum petatur.*

NOVITAS.

1 RErum novarum ſtudioſos, eſſe valda ll. ſuſpactos, & ob id malè de eis præſumi, multis id explicat Men. *lib. 5. præſ. 34.* & novitas omnis ſuſpecta. ¶ Novum quid dicitur infrà annum, & non poſt: Seraph. *priv. 4. n. 178. & 185.* hina civis novellus dicitur intra annum: *nu. 179.* profeſſus religinne:n novitins eſt infra annum: *num. 180.* & uxor: *181.* ſervus: *182.* nova tutela: *184.*

Novitas vitanda, & ipſa diſcordias parit, & ſemper mala præſumitur: *l. 2. de conſt. princ. c. Quod dilectio, in fin. de conſang. & affin. c. cum conſuetudini, de conſuet. c. Quis neſciat, in ſ. 11. diſt.* Qnod nota contra tantantes innovare bona Regimina civitatum: *ſecundū* Bald. *in d. l. 2. de conſt. princ.* ¶ Quæ de nnvo fiunt, & emergunt, auxilio agent: *l. De ætate, §. ex cauſa. ff. De interr. act. l. 1. in princ. ff. De ventr. inſpic. a. cæterum, de juramen. calum. l. plenè, ff. Ut in poſſeſ. leg. glo. &* Bart. *in l. Si de arbitrio. ff. Qui ſatiſdar. cog.* ¶ Nnvum dicitur, quod non eſt de jure ſcriptum, val conſuetudine roboratum: *l. 1. ubi gl. C. Quod quiſq. jur.* ¶ Novum item dicitur, qnod nondùm excedit annum: *gloſſ. in c. Literis, de pœnit. diſt. 3.* vatus, quod annum excedit: *ut ibi.* ¶ Ius novum dicitur omna jus, quod aſt poſt *leg. 12. tab. ut not.* Bart. *per illum tex. in ſ. in l. veluti, ff. De petit. hæred.* ¶ Nnva civi parendum eſt, ſi ignoravit ſtatuta civitatis: undè novo tyroni in magiſtratû, tanqnàm minùs exparto, parendum eſt faciliùs: *l. Qui cum unc, 4. ad fin. in verbis:* ſed ignoranti adhua diſciplinam, ignoſcitur: & *l. Qui cum meatui, ad fin ibi:* tyroni in hoc crimine facilius parcitur: *ff. De re milit.* De novello, & novitin, vide ſuprà de civitate.

2

3

NOVI OPERIS NUNCIATIO.

1 EX hoc edicto competnnt duæ actiones nuncianti novum opus: *ut in l. 1. ſ. hoc tit.* quo conſtant anctora; ex quâ cauſâ proficiſcantur? ſcilicèt ex protarviâ ædificaotis, & temaritata, vel inſolentiâ eius, qui non permittit ædificare ad cautinnem indemnitatis, val impadit, quò minùs illa cautio fiat.

2 Cui, & advarſus quam dantur hæ actiones: quid de hæradibus ſit: qnid perſequamur: quandò & quandiù exarcaantur: de adfinibns remedijs, de modò libellendi & axcipiandi, *vide* Oldandorp. *in claſſibus ſuis actionum, claſſe 1. actio 7. de actionibus nunciationis novi operis:* & aonſuluit Schurff. *in conſ. 9. num. 15. uſq. ad finem centu. 1.* concludens, quòd ædifiaans, ſpretâ novi oparis nunciatione, mediante judica, factâ, præciſè teneatur ædificium tollere vel removere, nec admittatur antè ad allegandum quid de jure ſuo: *l. 1. §. ſed & ſi is, ff. hoc titu.*

Quòd autem novi operis nunciatio tantùm trahatur ad futura, non etiam ad præterita: ſed ſolùm de præteritis agatur actione, quòd vi aut clàm: quæ intra annum tantùm

Digitized by Google

tum dari, conſuluit Weſenbe. *in conſ. 34. part.1.num.50. & 62.*

De remiſsione autem facta vel fienda, & quòd poſt eam liceat ædificare, *habetur in l 1.ff.hoc titu & in l. unica. ff.De remiſsio.*

4 De jure communi nuncians novum opus, intra trium menſium ſpacium, de jure ſuo docere debet, quibus præteritis ædificans oblata ſatisdatione de opere demoliendo, incepto opere pergere poreſt: Andr. Gail. *lib.1.obſervat. 16.num.17.* Creſcent, *deciſ. 1.alias 266.titu.de Novi operis nunciat.* Gomez. Leon. *deciſ.7 tomo 2. in deciſ. diverſor.* ¶ Ædificans contra prohibitionem judicis, ſi poſteà vincat, non debet ei reſaciri damnum demolitionis: Vincent. de Fr. *deciſ.311.n.ſi.par.2.*

5 Nunciatio novi operis tollitur præſtitâ cautione de demoliendo: Johan. Papon. *lib.8.tit.4.arr.8.* debet tamen ædificator expectare ad tres menſes, ut juris ſui præjudicium probare poſsit nunciator Anton. Teſſa. *deciſ.204.* Jacob. Puteus *deciſ. 129. lib. 2.* Edictum novi operis habet locũ opere incepto, & non completo quo casû nempè illo impleto, concurrit interdictum, quod vi & clam & ædificarum poſt denunciationem deſtruitur: Franc. Marc. *qu.588.*

6 Uſufructuarius non poteſt novum opus nunciare Caſp. Caballin. *milleloqu.1.num.11.* ¶ In juſtè novum opus denuncians tenetur injuriarum And. Gailius *obſerv. 16. lib. 1.* ¶ Ædificans poſt denunciationem ſibi factam, licèt in ſuo ædificaſſet, & nuncians nullum jus habuiſſet; debet demolliri totum illud, quod ſuper ædificavit, ſuis expenſis, quæ demolitionis pœna adeò procedit, ut, etſi poſteà conſtet nunciatum, juſtè ædificaſſe, non debeat illi damnum per nunciantem reſarciri: quià ſpretâ judicis auctoritate ædificando quaſi vim facit: Hieron. Magon. *deciſ.Lucenſ.29.* Borgnin. Cavalcan. *deciſ. 23.num.15.* Andr. Gailius *obſervat. 16.lib.1.*

7 Nunciatio novi operis, etiam iniquè facta, valet & timenda eſt: Sed dictum limitatur primò, quando compertum eſt nunciantem jus nunciandi non habere: (2) quandò dilatio periculum, vel grave damnum, ædificare nolenti allatura eſt (3.) quandò nunciatio fit ſeparatim ab ipſo opere: (4) quandò præceptum eſt nullum maximè parte opponente: And. Gail. *dict. obſerv. 16.* Borgn. Cavalcan. *d.deciſ.23.* Auguſt. Berous *quaſt.3.* Bartol. *conſ. 64. vol.1.* ¶ Triplex eſt nunciandi forma, prima verbis fit, ſecunda per jactum lapilli. Tertia per Prætorem, in hoc edicto novi operis in camerâ imperiali mandata pœnalia abſque clauſulâ juſtificativâ decernuntur Gailius *obſervat.16.num.11. lib.1.*

NOX.

1 Quæro, quandò dicatur nox? dic, quandò ſol non eſt ſuper terram: *l. Hac verba, ff. De verbo. ſign.* vel dicitur privatio lucis, *ut in c. conſuluit, de off. delega.* interdùm habetur pro nocte incivitatibus, quandò pulſata eſt campana: vnd was dann geſchicht/ mag gerichtet werden/ als daß bey Nachtſchlaffender zeit geſchehen: ità ut poſſit in delictis & pœnis verificari ſtatutum.

2 In Kriegſzeiten ſagt man nach beſagter Wacht. Manè, vel ſerò, an dicantur nox vel dies, *(Nox eſt de ſerò vel de manè, quando ſol nondum eſt ſuper terram: dies dicitur ab aurorâ, ſeu quandò albeſcit cœlum uſq; ad occaſum Solis;)* & de ſerò, & nocte, quomodo intelligantur, vide Angelum *in tract. ſuo de maleſi. & ibi* Auguſtinum *in addi.verſ.de nocte, ut mandatum exequi valeret.* & quatenùs judicetur delictis de die vel nocte eſſe comiſſum, notat Gandi. *de maleſi. in tit. de pœnis reorum, n.42, verſ. prætereà pone.*

3 Prodeſt tibi illa materia in casû, quandò interfeciſti fortè furem, an fuerit nocturno, ut ſic poſſis evadere pœnam occiſoris: de quo Angelus, *in tract. de maleſi. in verſi. comparent. d. inquiſi.* & quilibet eorum in termino defenſionis, *nu. 17. & 18.* poteſt etiam formari defenſio, maleficiũ eſt commiſſum de nocte, & luna non lucebat: quià licèt conſtet maleficiam eſſe factum, tamen non apparet per quem fuerit commiſſum: Angel. *de maleſi. in d. verſi n.32.* & in pluribus alijs caſibus poteſt tibi deſervire hujus materiæ noticia, etiam circa conductiones mercenariorum, vel aliorum laborare uſq; ad noctem debentium.

4 Itèm nota: de nocte non licèt ire per civitatem, vel per domos alienas: *probatur juncta gl per* Paul. Caſt. *in l. inter, ff. communia prædio.* & ideò etiam, quandò habeo jus aquam hauriendi eundo per domũ vicini, non poſſum haurire aquam de nocte: & ſic etiam intelligitur actus, ut poſſim uti de die, non de nocte: Bar. *in d. l. Inter, ff. commu. prædio.* imò ſic utendo perdo jus: *l. commu. §. ſi is, ff. Quemad. ſervi. amitt.* Roma. *in ſing. ſuo 819. incip. habeo ſervitutem:* rationem ibi poſuit Pign. *in addi.* Menoch. *in comment. de retinendâ poſſeſſione, in 8. remedio, n.16*

5 Nox aggravat delictum & eius ſuſpicionem: *Novel. tr. cauſ. crim. n. 67. 68.* Marſi. *de bannit. v. nocturno tempore, n.1.* ¶ Illa quę fiunt de nocte, non requirunt omnimodam ſolennitatem: Marſi *de ban. v. villis, num. 23. 24.* & hinc in his quæ fiunt de nocte, leviores probationes admittuntur: *ibid.* ¶ Nocturnum tempus eſt ſuſpectum: Marſi. *de ver. nocturno tempore, ubi decla. & ibi plura de nocte.*

N U L L I T A S.

1 Diſpoſitio de primo actu intellecta, non conſumitur per actum invalidum: Thomas Minad. *deciſ. fin n. 15.* Statutum prohibens opponi exceptiones contra inſtrumentum non tollit nullitates: Bartol. *conſ. 45. vol. 2.* Vincent. de Franch. *deciſ. 232. par. 2.* ¶ Nullitas, ſi à ſtatuto prohibetur, non cenſetur prohibita ea, quæ cauſatur ex defectu juriſdictionis: Anton. Corſetus *in ſuis ſing. tit. 5. ſing. ſtatutum.*

2 Actus, factus contra prohibitionem ſtatuti & illum prohibentis cum pœnâ, eſt nullus Bartol. *conſ. 206. vol. 1.* ¶ Contra ſententiam Principis non poteſt quis venire per viam nullitatis, quandò talis nullitas eſt de jure poſitivo: Caſp. Caball. *milleſo. 758.*

3 Quandò ſtatutum aliquid fieri mandat certo modo, non prohibens aliter fieri, aut ulterius non progreditur annullando actum, actus, non redditur nullus, licèt aliquid de modo omittatur: Anton. Sola *in conſtitu. antiq.* Seband. *gloſſ. ſuper par. 1. decr. tit. de minor.* Natta *conſ. 19. tomo 1.*

4 Statuto non poteſt renunciari per partes, quandò illud habet clauſulam annullativam, & decreti irritantis; Borgn. Cavalcan. *deciſ. 22. nu. 66. de judicij.* ¶ Nullitas ineptitudinis libelli non comprehenditur ſub ſtatuto nullitaté tollente, quod eſt intelligendũ de ineptitudine, quæ expreſsè apparet: Andr. Gailius *obſer. 66. lib. 1. num. 5.* ¶ Præſumitur pro validitate actorum, ut acta potiùs valeant, quam pereant: Ægid. Bellam. *concl. 135.* Veral *deciſ. 149. par. 1.*

5 Sententia nulla reformari poteſt, per judicem appellationis quandò videt aliàs eſſe juſtã, & ſi de novo eſſet ferenda juſtitiâ exigente, ſic pronunciaretur, quod procedit quandò nullitas non reſpicit omnia acta uniformiter, ſed ſolum actũ ſententiæ: Hiero. Magon. *deciſ. Lucenſ. 25. nu. 46. deciſ. 92. nu. fin.* Cravet. *conſ. 179. nu. 7.* Roland. à Valls *conſ. 41. volu. 1.*

6 Si ſit appellatum à ſententiâ nullâ, & judex appellationis pronunciet appellationem iniuſtam, & male appellatum, non ob id confirmabitur ſententia nulla: Albas *conſ. 3. nu. 7. par. 2.* ¶ Nullitas proponi non poteſt per eum, cujus non intereſt Cravet. *conſ. 179. nu. 5.*

7 Actus, qui ſine aliquâ ſolennitate expediri poterit, non vitiatur, ſi illa ſolennitas inutiliter intervenerit: Maranta *de ordin. judici. p. 4. diſtinct. 9. judici. num. 210.* ¶ In judicialibus actus nullus ſuſtinetur, & valebit parte non opponente: quià imputatur ei, cur non opponat: nam tacendo ratum habere videtur, cum actus nullus in favorem alterius ratificari poteſt: nam quandò aliquid non debet fieri, factum tenet, ſi non opponatur: Rebuffus *ac reſcrip. in præfat. nu. 97.* Decius *conſ. 84.*

Omiſſio ordinis judicij ante Litis con- 8
teſtationem non vitiat proceſſum, quià adhuc non dicitur judicium & omiſſio ordinis non attenditur, ſi de meritis cauſæ conſtet Jaff. Lanf. Balb. *deciſ. 215.* Mynſing. *cent. 4. obſer. 26.*

Si ordinarius procedat, ut Delegatus, vel contrà, per errorem, & partes pariter errent, proceſſus erit nullus: quià error in ſubſtantiâ, exercitio, vel usû juriſdictionis vitiat proceſſum: Jaffr. Lanfr. Balb. *deciſ. 106. deciſ. 113.*

Exceptio, per quam perſona actoris, 9
vel rei, excluditur à proceſsû, ſemper impedit proceſſum: Jaffre. Lanfranc. Balb. *deciſ. 170.*

Super nullitate notoriâ pronunciatur in cauſa appellationis etiam parte non petente, nec lite conteſtata: Mynſing. *cent. 2. obſer. 20.*

Licèt proceſſus ſit nullus, ſi tamen 10
reus confiteatur crimen in forma judicijs, per talem confeſſionem, purgatur nullitas & fieri poteſt condemnatio: Mynſing. *cent. 5. obſer. 77.*

Nullitas actus termini lapſu non excluditur, ad defenſionem, contra ipſum actum nullum: Nam & bannitus poſt banni terminum lapſum nullitatem proponere poteſt: Hyppolitus Marſilianus *ſing. 592.*

Licèt ſententia ſit nulla, tamen ſi li- 11
tigantes illam approbaverint, ipſi ſententiæ ſtandum erit: verum conſenſus privatorum non poteſt facere, ut nullitas ſententiæ ex juris diſpoſitione valeat: Hartman. Hartman. *c. 9. tit. de ſent. lib. 1.* Abb. Panorm. *conſ. 92. par. 1.* ¶ Sententia, ob intermiſſam publicationem atteſtationum, non eſt ipſo jure nulla: Mynſing. *centu. 4. obſer. 52.*

In principis conſiſtorio nullitates non 12
attenduntur, in quo debet procedi ſola facti veritate inſpecta: quod tamen limita, quandò nullitas toto proceſsû vagabilis, inſanabilis eſt: Andr. Gaili. *lib. 1. obſer. 42.* Hieron. Magon. *deciſ. Luc. 28. in fin. idem deciſ. flor. 220.* Cravet. *conſ. 137. nu. 9.* Franc. Marc. *qu. 473. par. 2.*

Nullitas proceſsûs non attenditur, 13
ubi jus redditur per notarios, & non Juris peritos, idem quandò proceditur ſummariè, & ſine figura judicij Borgn. Cavalcan. *deciſ. 19. num. 10. 11.* ¶ Nullitas potentiùs operatur à principio ad impediendam, quàm ex poſt facto ad reſoluendam poſſeſſionem: Ozaſc. *deciſ. 35.*

Tenuta

14 Tenuta data de facto an debeat confirmari, vel de novo concedi, ſi conſtiterit poſteà de bono jure? Aff. Hieron. Magon. *deciſ. Lucenſ. 87. num. 16.* Benintend. *deciſ. 53.* Jaaob. Puteus *lib. 1. deciſ. 183.* ¶ Lsgi renunciari non poteſt, etiam cum juramento, ubicunque illa formam dat, & procedit annullando Ozaſcus *deciſ. pedimontan. 172. n. 22.* Actus quandò propter inhabilitatem perſonæ eſt nullus, licèt ſit remota inhabilitas; non, ex hoc, actus reconvaleſcit: ſed opus eſt novo proceſſu, & quod in actu effectus reitsretur: Decius *conſ. 661. nu. 15.*

NUNCIUS.

1 NUncii s principum non creditur ſine literis: *l. Probibitum, C. De jur: fiſc. vide in v. Legatus.* ¶ Differentiam inter nuncium, & oratorem, vide per Goz. *in l. 1. gloß. in verb. poſſeſſionẽ, & ibi remiſſio. ff. De juriſdict. om. judic gl. in l. Multum, C. Si quis alteri vel ſibi, de hoc pulcrè* Pett *q. 55.* ¶ Nuncius acquirit actionem directè Domino abſq; aliâ ceſſione Domino fiendâ: Quià verba concipir io perſonam Domini ſui, & eſt ſicut Pica, & organum: *Tex. eſt ſingularis ad hoc, ſecundũ* Bald *in l. Qui autem, §. fin. juncta l. ſeq. ff. De conſt. pec.* ¶ Nuncijs publicis creditur: *vide infr. in verb. officium.* ¶ Nuncio referenti ſe aliquẽ citaſſe, creditur: *vide* Curt. *in tract. de Teſtib. concl. 42.* ¶ Per nuncium matrimonium contrahitur, *vide ſupr. in verb. matrimonium.*

2 Nuncij facultatem Apoſtolicam, in ſuâ provinciâ tantùm, exercent: Anaſtaſ. German. *in Tract. de Indult. Cardinal. §. Ac irritum num. 24.* ¶ Nuncij beneficia non conferunt, niſi ex gratiâ apoſtolicâ: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. de Indult. Cardinal d. §. Ac irritum. num. 25.* ¶ Nuncij ex conſuetudine beneficiâ 24. Ducatorum Valorem non excedentia conferunt: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. §. Ac irritum. num. 16.*

3 Proviſio autem nuncio imponit onus probandi Valorem beneficij collati, adverſus proviſum à ſummo Pontifice Anaſtaſ. German, *in d. Tract. d. §. Ac irritum. num. 27.* ¶ Circa Valorem beneficiorum nuncio non creditur, propter fraudes, quæ fiunt: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. §. Ac irritum, n. 29.* ¶ Facultas conferendi nuncijs data, juri commoni detrahit: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. §. Ac irritum. num. 36.*

4 Nuncius beneficia, in menſibus ordinarij vacantia, ex indulto licitè confert: Anaſtaſ. German *in d. Tract. d. §. Ac irritum., num. 42.* ¶ Facultas nuncij ſeu legati ad reſervata non extenditur Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. §. Ac irritum. num. 44.*

5 Proviſio nuncij Apoſtolici non tribuit titulum coloratum, niſi de facultate tribuendi aliàs conſtat: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. §. Ac irritum. num. 53* ¶ Collatio nuncij revocati valet, ſi facta ſit ante notitiam revocationis: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. §. Ac irritum. num. 54.*

6 Conſtitutio de probabili ſcientiâ nuncij, quòd ſit revocatus, collatio non tenet: ſecùs ſi non conſtet, quamvis eius facultas per decretum irritans revocata ſit: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. de indult. Cardinal. d. §. Ac irritum. num. 55.*

7 Nuncio, ſe nihil in bonis principalis reperiſſe, referenti creditur, ſeu ſaltèm ſatis eſt eius dictum ad docendum, de debitoris paupertate: Cæſar Barzios *deciſ. 20. num. 42.*

8 Beroarij, ſeu lictoris unius, dicto tantùm ſtare nimis periculoſum eſt, niſi tot circumſtantiæ concurrant, ut judex inducatur ad credulitatem, ideò ad executiones faciendas plures mittuntur; & non unus tantùm: Petr. Caball. *caſu 127. num. 11. 14. reſolution. criminal.*

9 An fides ſit præſtanda Beroarijs, nuncijs, famulis curiæ, vel alijs miniſtris juſtitiæ, de injuriâ ipſis illatâ, vel de impedimento eis facto circa executionem eorum officij? Regulariter non creditur illis, in his, quæ non ſpectant ad eorum officium, niſi aliæ urgentes conjecturæ concurrant, tùnc committitur arbitrio judicis, qui æſtimat qualitates perſonarum, utrum Beroarius ſit vilis perſona, accuſatus honeſtæ conditionis: Petrus Caball. *caſu 127. reſolution. criminal.*

10 Nuncio falſo pignus remittens an dicatur in culpâ, ità ut de furto per nuncium facto teneatur? Caſp. Anton. Teſſaur. ità diſtinguit *qu. forenſ 61.* aut communis opinio non eſt pro, nec contra nuncium, ex aliquâ conjecturâ ab extrinſecò provenienrè, ſed pro eo eſt ſolùm illa præſumptiò generalis, quâ quiſque bonus præſumitur, & tùnc aut mittens eſt debitor, ex contractu, in quo veniebat leviſsima culpa, & eo caſu creditor non excuſatur, quià negari non poteſt, quin culpam commiſerit, conditionem nuncij diligentiùs non explorando, aut eſt debitor ex contractu, in quo venit ſolùm lata culpa, & tùnc creditor excuſatur, aut in contractu venit levis culpa, ut quandò utriuſque utilitas verſatur, tùnc arbitrio judicis committitur, qui circumſtantias æſtimet.

NUNDINÆ.

1 NUndinæ à nono die dictæ ſunt, quaſi novendinæ: Inſtitutæ autem eo conſilio perhibentur, ut ruſtici octo diebus in agris eſſent, & nono die repeterent urbem, ad mercatum, legum arripiendarum cauſſa: & ut Scita atq; Conſulta frequentiore populo refer-

referrentur: & trinundino propoſita à ſingulis atq; univerſis facilè noſcerentur: unde etiam mos tractus, ut leges trinundino die apud Athenienſes promulgarentur: Maranta *par.4.diſt.9. n.51.*

2 Nota: nundinæ publicæ à principe ſunt impetrandæ: *l.1.ff. de nundinis, argumen.l.3. ff.de operibus publicis*; ſecùs in privatis: *C.de ædifi. priva.*

Amittuntur per non uſum decennij: *tex. in d.l. 1. ff. hoc tit.ſed declarat gl ibidem & Dd.quos vide.* Jur. Saxon. annis demum 31. Weſenbe. *num. 4.* ¶ Quòd nundinæ ſint civitatibus utiles, habetur *in l. 2. ff. hoc titu.*

3 Quòd venientes ad nundinas tempore nundinarum, non poſſint cauſa privati debiti arreſtari, nec bona eorum ſequeſtrari, nec aliàs gravari: debent enim eſſe liberi in acceſſu, morâ, & receſſu: eſt textus *in l.unica, & ibi notat* Baldus, *C.eo.tit. de nundinis, vult Conſtitu.Elect.Saxoniæ, in Arti.30.* Wir wollen. *parte 2. vide quæ notavi ſupra in litera F.verſi.de foro. vide* Cujac *in par.C.lit.* Land Recht. *lib.2. art 68.Item lib.2.art.26.*

De foro rerum venaliũ Pet. Greg. *de Repub.lib.2 c.8.* ¶ Nundinarum privilegio renunciari poteſt: Pet.Pec. *de jure ſiſtendi, c.12.n.2.* Med. *de conſ poſſeſ.n.404.fol.mihi 542.* adeò ut licèt ſit prohibitiva in hoc caſu Electoralis conſtitutio, attamen privilegio huic rectè renunciatur: Daniel Mol. *lib. ſemeſtr.1. c.12.* ¶ Renunciatio autem nundinarum non valet, niſi ſit ſpecialis & expreſſa: Pace. *d. c. 12.n 2.* ¶ Jus nundinarum Princeps dare & auferre poteſt: Theſſ. *deciſ.264.* 4

OBLATIO.

1 OBlatio debiti, & conſignatio, ac depoſitio, tempore, & loco congruo, facta, curſum uſurarum impedit, à periculo caſus fortuiti liberat debitorem, pignora diſſolvit; hypothecariæ obſtat; creditori autem parit actionem contra depoſitarium, & quemlibet alium detentatorem: Sed ſi debitor depoſitum recuperavit, in veterem obligationem reincidit: Bald. *in l. Acceptum, C. De uſuris.*

Sed nota ex hoc textũ, quòd poſt oblationem, depoſitio cum conſignatione fiat in publico, vel ubi judex competens aditus deponi eas diſpoſuerit.

2 Sed oblatio ad hoc, ut valeat, & operetur vires obligationis, debet realitèr, & non verbalitèr fieri, cum pecunijs in manibus: *ſecundum Bart. in l. ait prætor, § ſi quis paratus, ff. de novi oper.nuncia*: Hipp. de Marſ. *in l. qui falſam monetam, ff.ad l Corne. de falſ. numer. 55.* Petrus da Ravenna, *in ſuo Alphabeto, in litera O.verſ.oblatio,* tenet etiam, quòd verbalis oblatio regulariter non valeat: *per l. Qui decem, ff de ſolutio.* Sed iſtius aſſertionis, *ibidẽ, 6.* deduxit fallentias, quas vide: Hippo. de Marſi. *in ſingul.ſuo 479.incip. oblatio*, docuit unam fallentiam, dicens, quòd in pacto de retrovendendo ſatis ſit offerre pretium, ſine aliquâ depoſitione, vel pecuniæ demonſtratione: quód notandum dicit: requiritur, quòd non tantùm habeat in oblatione marſupium, cum pecuniâ in manibus, ſed etiam debet in præſentiâ teſtium eſſe numerata, & tunc cenſetur oblatio in marſupio facta, *&* Petrus de Ravenna *in d verſic.oblatio, circa finem: Et* Hippo. de Marſi. *in d.ſingula.479. in medio.*

Nota in caſû quandò totum debitum deponendum non eſt liquidum, vel ex alia cauſa quis non vult totum deponere: debet ſecum ducere fidejuſſores, & dicere; ſi apparebit me teneri in pluri, ecce fidejuſſores conſtituo pro reſiduo liquidando: conſuluit *per* Dd. Alexand. de Imo. *in conſ.24.colu.3. volum.4.*

Et quæ oblatio inducat liberationem, quæ requirantur ad illam, *(in re mobili, ut plena liberatio ſequatur, requiritur etiã conſignatio & depoſitio. Item requiritur, ut res præſens ſit, ſi offeratur ad conſequendam actionem, vel excludendam vel purgandam moram, &c.)* quæ res poſſint conſignari & deponi, in quibus caſibus poſſit fieri, & quos producat affectus: vide elegantèr declarata per Martha. de Mathesila. *in ſingula.ſuis 227. & 228.* invenies in iſtâ materiâ oblationis bona. De probatione oblationis à debitore fiendâ, & qualitèr ut ſufficiat, vide Ludov. Roma. *in ſingul. ſuo 205 incip. pone, & ibi* Pignolium *in additio.* 3

Condemnato, etiam poſt ſententiam in hypothecariâ actione, jus offerendi pecuniâ competit. Sicut hoc jus competit cuilibet poſſeſſori: Capy. *deciſ. Neap. 41. ubi lim. 5.* Schneid. *§. item Servium, nu.83. Inſtit.de action.* 4

¶ Jus offerendi, etiã pendente appellatione, competit: Capyc. *dec. 202.* ibid. notatu digna de oblatione rei debitæ. ¶ De oblatione rationum. *vide verb. mora.*

5 Utrùm volens redimere rem ex pacto, pretium offerre tantùm debeat, an verò etiam deponere, Fachin. *lib. 2. contro. Jur. c. 42. vide in arg.* Ant. Gabriel Romao. *lib. 3. conclus. de ſolut 8.* ¶ De oblationibus, & anniverſarijs, quatenùs ad Vicarios Eccl. pertineant, Alvar. Valaſcus *conſult. 14.*

6 Ad commiſſum vitandum oblatio realis ſufficit, etiam per tertium facta, dummodò realis ſit: Sed non ſufficit verbalis; niſi dominus expreſsè recuſet: tòne enim non neceſſe eſt ulterius offerre: Caballi. *milleloq. 229.*

7 Oblatio facta per aliquem, dum vult evitare moram vel quid ſimile, debet eſſe integra, & offerre illud totum, quod liquidum eſt, & debet etiam eſſe pura: Vetal. *deciſ. 268. par. 2.* ¶ In pacto legis Commiſſoriæ oblatio pretij debet eſſet realis, præſente pecuniâ numeratâ, & depoſitâ, nec verbalis ſufficit: idem eſt in quovis debitore, debente ſolvere certâ die Gomez. Leon. *deciſ. 52. in dict. dubr.*

8 Oblatio debiti illiquidi qualitèr fieri debeat (vide Affict. *deciſ. 205.* Cravet. *conſ. 1. pro gene. nu. 207. & 209.* ¶ Quando tractatus de evitandâ pœnâ, vel morâ, aut de alio damno vitando, ſufficit verbalis oblatio: Benintend. *deciſ. 77. nu. 7. &* Petr. Gerard. *ſing. 92.*

9 Ubicunque apparet creditorem pecuniam non acceptaturum eſſe, non tenatur debitor realitèr offerre, & numerare: Hier. Magon. *deciſ. 118.* Florent. Jaffr. Lanf. Balbus *deciſ. 359.* Joſeph. Ludov. *deciſ. peruſ. 105. nu. 7.* Petr. Gerard. *ſing. 92.* Capic. *deciſ. 19.* Cravet. *conſ. 1. pro genero n. 208.*

10 Jura, quæ volunt actorem non eſſe audiendũ niſi oblato pretio, intelligũtur parte opponente: Ozaſc. *deciſ. 160. nu. 16. 17.* ¶ Oblatio invalida dicitur, quæ non ſit congruo loco & tempore Osaſc. *deciſ. 135. n. 10.*

11 Creditor privati debitum ſibi congruo tempore oblatum accipere recuſans illud petendi jus non amittit, ſecus in creditore repub. eſt: Ludov. Roman. *ſing 703.* ¶ Oblatio in contractibus innominatis non impedit pœnitentiam & non habetur pro implemento, ut competat actio ei qui obtulit, niſi facta conſignatione & depoſitione: Petr. de Raven. *ſing. 465.*

12 Oblatio pretij, ad quam tenatur ſecundus creditor pro evincenda re debitoris vendita, non facta in prima inſtantia, poteſt in cauſa appellationis fieri: Affict. *deciſ. 16.*

Duplex eſt jus offerendi materia pignorum, unum quod competit poſſeſſori convento hypothecario, & iſtud etiam competit poſſeſſori malæfidei & injuſto, & hoc jus offerendi competens poſſeſſori ſolum, durat uſque ad Litis contestationem in cauſa executionis judicati: Alterum eſt jus offerendi competens creditori non ratione poſſeſſionis, ſed ratione hypothecæ, puta, ſi debitor priori creditori pignus vendiderit, aut in ſolutum dederit, nam poteſt ſecundus creditor pignus avocare à priori creditore offerendo debitum: Cravetta *conſ. 298.*

Jus offerendi non habet locum inter creditores poſt rem judicatam, ut ſi primus creditor ex re judicata jus quæſitum in pignore habeat, & prior in poſſeſsione pignoris auctore prætore immiſſus ſit, tunc enim ceſſat jus offerendi And. Gail. *obſervat. 18. n. fin. lib. 2.* 13

Jus offerendi non datur contra emptorem, qui emit rem ſub haſta, dum vendebatur jure creditoris, fallit, quando emptor etiam erat creditor, nam tunc etiamſi emerit jure creditoris, poteſt ei offerri pretium per ſecundum creditorem idem eſt in fidejuſſore emente: Vincent. de Franch. *deciſ. 67.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 157. vide tamen:* Johan. Papon. *lib. 18. arr 3.* 14

Licet regulariter poſterior creditor offerens debitum priori creditori non poſſit cogere eum ut ſibi cedat actiones ſeu pignus ſuum, tamen fallit quando poſterior creditor habet inſtrumentum liquidatum: Robert Marant. *in ſpecu. par. 6. titu. de productt. inſtrum. nu. 16.* 15

Secundus creditor ſolvens priori, confirmat ſibi pignus tamen ſi creditor ſecundus offerat, primo utrum ſuccedat in jus primi tam in perſonali quam reali actione, vide Bartol. *in l. 3. quæ res pignor. vel hypoth. oblig. poſſunt.*

Secundus creditor confirmat ſibi pignus ſolvendo primum debitum, quod præcedit nec tenetur offerre debitum, quod poſtea eſt ſequutum cum in eo non ſit poſterior *l. 21. ff. qui potiores.*

Juri offerendi an præſcribi poſſit per creditorem quæſtio eſt ingens inter Dd. vide Ozaſc. *deciſ. pedim. 115.* Ceſp. Caball. *milleloq. 317.* Crav. *conſ. 71.* Dec. *conſ. 164.* Guid. Pap. *ſing. 966.* Bartol. *in l. 7. C. de præſcript. long. tempor. & in l. ſi finita §. Julius ff. de dam infect. gl. in l. 4. & 7. §. eodem jure C. de præſcript. 30. annor.* Teſſar *deciſ. 157.* Hartm. Hartman. *1. titu. de præſcript. lib. 21.* Sed pro parte negativa fuit judicatum in Camera imperiali And. Gail. *obſ. 18. lib. 2.* Mynſi. *cent. 1. obſ. 16.* Menoch. *tam. conſ. 201. nu. 61. lib. 3. multis probat præſcribi poſſe* 16

Cre-

37 Creditor ſecundus habet jus offerendi primo creditori & contra primus creditor poſſeſſor habet jus offerendi ſecundo volens retinere pignus oblato debito Afflict. *deciſ. 259. Grammat. deciſ. 51.* ¶ Secundus creditor etiam in cauſa evictionis non revocat rem à primo creditore alienatam, niſi offerat creditum cum intereſſe primi creditoris, qui rem à debitore in ſolutũ habuit tamen ſi antiquior creditor vendiderit auctoritate legis vel pacti bona ipſius debitoris ſecurus eſt emptor ut non poſſit conveniri à ſecundo creditore offerente pretium debitũ, ſecùs ſi debitor dederit in ſolutũ vel vendiderit primo creditori quià tunc competit jus offerendi Vinc. de Franch. *deciſ. 134.* Afflict. *deciſ. 15, 16. l. 3. ff. de diſtracti. pignor.* ¶ Etiamſi poſſeſſor injuſtus ſit, habet jus offerendi: Afflict. *deciſ. 259.* Capic. *deciſ. 99.* Grammat. *deciſ. 51.* Franc. Marc. *qu. 363*

OBLIGATIO.

1 OBligationis definitionem, diviſiones, qualiter contrahatur, per quas perſonas & quomodo diſſoluatur, & quid in qualibet juris ſit, *vide titulos ſequentes in Inſtit. tit. de obligationib. Quibus modis re contrahitur obligatio. De verb. oblig. de literarum obligatio. De obligatio. ex conſenſu. De obligationibus quæ ex quaſi contractu naſcuntur. Per quas perſonas nobis obligatio adquiritur. Quibus modis tollitur. De obligationib. quæ ex delicto naſcuntur. Et de obligationib. quæ quaſi ex delicto naſcuntur. Adde his titulos, C. & ff. de actionibus & obligatio. & de verborum obligationibus & plures alios, qui in toto corpore juris ſparſim inveniuntur. Notavi ſupra & infrà in plurib. verſiculis de emptione & venditione, de locatione, de ſocietate, de fidejuſſoribus, de injurijs, & in alijs, prout quælibet materia ſeſe tractanda obtulit.*

2 Obligatio antidoralis, eſt ex jure naturæ, & habet 18. effectus: *Mannt. in Spec. aur. part. 3. n. 4. & 40. in fi.* ¶ Obligatio nec ad res nec ad actiones pertinet, ſed ad perſonas earumq; jus. Hoc enim omninò requirit natura & proprietas obligationum, quæ perſonæ ligantur ad ſolvendum, non Res. Quod ipſum etiam confirmat definitio obligationis, à *Juſtiniano propoſita, in pr. Inſt. de oblig.* quæ dicitur eſſe Juris vinculum, quo neceſſitate aſtringuntur alicujus rei ſolvendæ: *vide* Vultejum, *lib. 1. diſcept. ſchol. cap. 16. fol. 177.*

3 Nota: obligatus ad dandum, præcisè cogitur dare, adeò etiam, quòd transferat dominium quoquo modo, nec liberabitur ſolvendo intereſſe: *l. ubi autem, §. fina. ff. de verb. obliga. Zaſius ſic tenuit, ibi in dicto §.* ſed quatuor modis illam Theoricam limitavit: ſecus in obligatione fieri vel præſtandi: *vide* Joa. Bernardi Diaz *in regulis fallentia. in regula 505. cum 8. limitationibus remiſſivè, & in regula ſequenti 506. cum 4. limitatio. ſecundum gloſſam ibidem. in verbo certum eſſe.*

Sed, ut obligatio valeat, requiritur, quòd ſit facta cum cauſa: ſine cauſa enim regulariter non valet: *notatur in l. cùm de indebito, § fina. ff. de proba.* licèt autem non probet plenè tamẽ ſemiplenè: Hipp. de Marſi *in ſingul. ſuo 249. incip. obligatio, cum una ampliatione & declarationibus*: facta tamen ex certa ſcientia, vel ſub conditione, tenet: quia ſucceduot loco cauſæ: Hippo. *in ſingula. 482. incipien. nedum dolis*: vel niſi facta fuerit in judicio: quia propter judicij valorem nihilominus valet: *idem* Hipp. *in repe. Rubri. C. de probation. num 81. cum ſequentibus*: & ibi addit de juramenti appoſitione: item de eo, quod factum eſt in mortis articulo: vide: & tandem obligatio facta ſine cauſa vel ex falſa cauſa, quatenus teneat vel non, notat Zaſius *in l. ſi divortio, ff. de verbo. obliga.* 4

De obligationa, quò ad vixero, vel uſq; ad calendas, iſta obligatio eſt quidem perpetua, & confeſtim ex illa poteſt peti: ſed hæredes removentur exceptione pacti, poſt mortem obligati: *dicit textus cum* Bartol. *in l. cum qui, §. quoties, ff. de verbo. obligat.* quòd confeſtim poſſit peti, dicit rationem Zaſius, *in l. qui hoc anno, ff. de verbo. obligat.* probatur etiam per illum Zaſium, *in d. §. quoties.* Quòd ab obligato ad certum terminum, poſt terminum non poſſit peti: ſed *in d. §. quoties, num. 9.* vide per Zaſium unam fallentiam. Et quòd ſic obligatus ſingulis annis, & pluribus vicibus teneatur præſtare, non autem unica ſolutione liberetur, notavit d. Zaſius *in d. §. qui ita* declarando utilitates, & quid in dubio ex qualitatibus ſtatuendum: *à principio uſq; ad num 9. vide omninò Zaſium, Jaſonem & alios Dd. ad tit. ff. de verbo. obligationibus*, & habebis cum alijs materiam obligationum benè tractatam. 5

Nota: favorabilior obligatio eſt inducta ex ultima voluntate, quàm ex contractu: dicit Joan. de Platea, *in l. 2. C. de debito. civita. lib. 11. per l. in teſtamentis, ff. de reg. juris.* Obligatio ſub pœna obſtagij, bey einleiſtung/ (*Non valet ex noviſſimis Imperij receſſibus.*) aut carceris, (*Valet.*) an valeat, vide Geylium, *in obſerva. 45. lib. 2. obſerva. Camer. Imper*, dicit, iſtas obligationes ad obſtagia, in Camera ſæpiſſimè eſſe approbatas. 6

Item obligationes ad carcerem per modum arreſti, vel ſequeſtrationis. In Churfürſtlichen genaden zu Sachſen conſtitutions 7

iſt das einreiten vnd einleiſtung in den Herbergen/ gentzlich verbotten vnd auffgehoben. Dagegen aber in des Bürgen vnd ſelbſtſchüldigen Güter/ſchleunige gebührliche vnd förderlichſte hülffe ergehen vnd fürgenommen werden ſol: *in conſtit. Elect. Art. 22.* Wir wollen auch/ *part.2.*

8 Nota: in obligatione generali non veniunt ea, quæ quis in ſpecie non eſſet obligaturus veriſimiliter: *text. eſt in l. in obligatione generali, ff. de pig.* limitat pulcherrimè Petrus Gerhard. de pet. Sanct. *in ſingula.ſuo 35.vide eo.* laborent. quòd maximè obligatio ſuſtineatur & operetur.

9 Cautio ſine cauſa non efficaciter obligat, niſi is, qui cautionem ſine cauſa expoſuit, agnoſcendo fidem cautionis partem aliquam ſoluit: *Eu an.Coſta.l.ſi ex cautione, fall.7 n.3.C.de non num.pec. fol. 471.* Et in dubio ſi quis ſcripſerit:ſe debere Titio centum, quæ ab eo accepit: nec debendi cauſam ſpecialiter deſignarit, in re dubia credimus ſubeſſe mutui cauſam: *Caſta.d. loc. declar.2. num.2.fol.429.* ¶ Obligatio generalis non compræhendit bona hypothecari prohibita per teſtatorem, ſub pœna privationis: *Theſſ. dec.195.*& plura de obligatione generali, vide in addit. Schultz. *ad quaſt. Modeſt.piſt,p.3. quaſt.122.n 22.& ſeqq.*

10 Obligationum initium & originem, *vide per* Modern.Senen.*melius, quàm alibi, in Rubr ff.de verb.obl. & quòd ego allegi, in l.petens,C.de pactis inevidentiabilibus.*¶ Obligationem tempus non inducit: *l.obligationum,§. placet, de Act.& obl.* ¶ Obligatio oſſibus inhæret, quæ à nobis ſeparari nequit, & nobis imprimitur, ſicut character animæ: Bart.*in l.non ſolet, in 3.col.ibi, venio ad ſecundam partem,de leg.1.* ¶ Ubicunque quis obligatus eſt ad aliquid: non tenetur ſe offerre, ſed ſatis eſt, quòd interpellatus moram non faciat: *l.2.§.1.quo lega. vide Soc. in Reg. 299. in princ.*

11 Obligatus ad Factum intelligitur de primo, idem in eo qui promiſit fructus, ideò qui reficere tenetur rem ex pacto, ſi eam ſemel refecit, ſi caſu poſtea corruat non amplius tenetur reficere. Rota Genuenſis *decif. 81. numer. 7.* Franc. Cremenſis *ſingul.147.* ¶ Quando unum eſt in obligatione, alterum in ſolutione, quorum unum prohibetur de jure, alterum permittitur, ſpectatur eventus ſolutionis utrum valeat vel ne: Bartolus *conſ. 70. vol.1.*

12 Obligans ſe ſolvere pretium frumenti, quando creditor ab eo petierit, non tenetur debitor ſolvere tempore caritatis, quia non præſumptio eſt debitorem de eo caſu cogitaſſe: Felinus *conſ.50.num.4.* ¶ Obligatio principalis & acceſſoria ſi concurrunt in perſona eiuſdem, occultatur acceſſoria: Bartolus *qu.15. num.16.*

Obligatio ſine cauſa nulla eſt: Papon. *lib.10.titu 2. arreſto.1. idem in pacto obtinet* Jaſon.*in l.Creditori,C.de pactis.* ¶ Obligatio facta ex cauſa quam quis gratis facere tenebatur, dicitur facta ob turpem cauſam, ideò non valet, veluti ſi tutor fecerit ſibi obligari maritum pupillæ in aliqua ſumma, ut conſentiret matrimonio ipſius pupillò licet fuerit ſcripta in inſtrumento alia cauſa non vera: Natta *conſ.76.tom.1.& conſ.77.* 13

Exceptio obligationis ſine cauſa non cenſetur rejecta à ſtatuto excludente omnes exceptiones, tunc enim inſtrumentum non valet tanquam ſine cauſa, licet aliud ſit in mercatoribus, in quibus valet ſcriptura ſine cauſa & obligat. & in debitore ſe obligante ex certa ſcientia, cuius obligatio valet etiam ſine cauſa in vim donationis: Stephan.Gratianus *in addition decif. March.137.* Carol. de Graſſ.*de except.c.40. num. 12.* Seraph.*de privileg.juramentor.77.num. 67.* Cephal.*conſ.103.in princip.lib.1.*Marſilijs *in rubr. de probation.nu. 159.*Ruinus *conſ. 144. lib. 4.* Bartol.*in l.ſi dari ff.De V. O.* 14

Obligatio, Antidoralis, licet ex ſua natura non ſit potens ad agendum, attamen quando eſt facta promiſſio ex cauſa remunerationis tunc parit actionem: Ozaſc.*dec.196. num. 12.* ¶ Sola diuturna præſtatio abſque cauſa & ſine obligatione introducta non obligat ſolventem, quia actus noſtri voluntarij non extenduntur niſi quatenus de neceſſitate inferunt, tamen ex diuturna præſtatione, in dubio præſumitur animus ſe obligandi, & favore religionis ipſa diuturna præſtatio inducit obligationem *l. Si certis C. de pactis, l privilegia C. de SS. Eccleſiis* Caſtan. *in conſuetud.Burgund titu.des cenſes rub. 11.§.2. gl.1.*Capic. *decif 52.Rebuff. de remed poſſeſ.in præfation. num. 169.* ¶ Obligatio ex ſpacio decem annorum præſumitur: Capic.*decif.52.* 15

In alternativa utrumque eſt in obligatione Rota Genuenſ. *decif. 113.* ¶ Obligatio facti eſt individua, E.in totum debet adimpleti: Rota Genuenſ. *decif.156 nu.12.* ¶ Regulariter in obligatione facti ſuccedit obligatio ad intereſſe poſt moram, niſi fuerit adjecta pœna quæ ſuccedit in locum eius quod intereſt Marc. de Mantua *ſing. 90.* Cravett. *conſ.1.pro genero num. 280.* 16

OBLIVIO.

Vinum inducit oblivionem: Acc.*in l. ſi. in quib.reſt,integ. non eſt neceſſ.* ¶ Oblivionem 1

nè quandoq; præſumi, Menoch. *lib.6.præſ.32. fol.448.* præſumi facilè oblivionem, Seraph. *44.ubi ampl. & lim.* Menoch. *lib.2. c. 26. & c. 308.in fin.* Medi. *de caſu fort.q.2.p.5.n.55. In l. ſi & me & Titium.ff. Si cert.pet.1.C.in quæſt.* difficeli reſpondit ſubſiſto, id eſt, dubito. ¶ Oblivio quid ſit, unde proveniat, & quandò excuſet: Seb.Med. *de caſ.fort.p.2.q.5.n.48.ſeqq. multis*, & quando præſumatur, Hieron.Laur. *deciſ.5.nu.3.*

OBREPTIO.

1 OBreptitiè impetrata non debent valere, nec impetranti prodeſſe, nec concedenti vel tertiæ perſonæ obeſſe: ſic Alex. de Imo. *in conſ. 123. circa finem, vol. 4. & ibi:* quis dicatur obreptitiè impetraſſe, nempe qui tacita veritate cauſæ etiã impulſivæ, impetraverit: facit id quod dicitur, mendax impetrator debet carere impetratis: *de quo ſuprà in literaM.verſ.de mendace.* Et iſta exceptio obreptionis ſolet opponi reſcriptis, quia non valent: *l.de curionib.C. de ſilentia. l. 1. C. quando impe. inter pupill. & vidu.ca. cum ordinẽ de reſcriptis.*

2 Et ideò etiam tacitè ſemper ineſt iſta clauſula, ſi preces veritate nitantur: *l.fin. C. diver.reſcrip.c.ex parte Conventrenſis de reſcriptis, de iſtis notavi ſuprà in lit.C.verſ.de clauſula, ſi preces veritate nitantur.* De hac materia obreptionis ſup. *in litera C.verſi.de confirmatione, & infrà in litera P.verſi.de privilegijs:* quia regulariter per obreptionem impetrata non valent: *vide* Hippo. de Marſi. *in l.ſi quis obrepſerit, ff. ad l.Corne.de falſis.* Decianus optimè conſuluit, *in conſ.117.vol.3. nu. 53.* Menoch. *in conſ.109.vol.2. nu.24.& in ſequentibus ibi*, vitiari legitimationem propter obreptionem conſuluit.

3 Falſa narratio reddit gratiam beneficij ſurreptitiam, Limita ſi Papa pariter conceſſiſſet ſi falſa fuiſſent pro vera expreſſa: Johan. Mohed. *deciſ.8.* Ægid.Bellam. *conſ.543.* Puteus *deciſ.350.lib. 1.*

4 Surreptio quantumcunq; minima vitiat gratiam in beneficialibus Puteus *deciſ. 131.lib.1. ipſo jure Vera. deciſ. 7.par.1. deciſ. 39. par. 2.*

5 Exceptio quod quis eſſet in anno duodecimo, cum eſſet in anno decimo reddit gratiam ſurreptitiam Puteus *deciſ.181.lib.1.*

6 Proviſio nova à Spurio ſeu illegitimo impetrata, non facta mentione defectus natalium dicitur ſurreptitia, ſufficit tamen ſi virtualiter expreſſio ſit facta Puteus *deciſ. 278. lib.1.*

7 Pendente lite ſuper ſurreptione an quis ſit manutenendus in quaſi poſſeſſione vide Puteum *deciſ.283.lib.2.*

8 Gratia beneficij dicitur ſurreptitia, ſi impetrans non fecerit mentionem de loco ſuæ originis: Anton. Corſetus *in ſuis ſing. l.5.* ¶ Obreptio non opponi poteſt contra gratiam Papæ, quando in gratia eſt poſita clauſula, quod de ſurreptione opponi non poſſit Veral. *deciſ. 218.par.3.* ¶ Subreptio bullæ, niſi probetur, doloſa non præſumitur, & allegant incumbit probatio Veral. *deciſ. 220. par. 2.* ¶ Surreptio ut evitetur ſufficit quod Papæ per æquipollens qualitates ſint expreſſæ Veral. *deciſ.222.par. 3.* ¶ Surreptitia non dicitur gratia, ſi de qualitate non à jure conſiderata, non fiat mentio: *Idem deciſ.224. par.3.*

OCCASIO.

OCcaſio ſignificat cauſam remotam: *c. ſolitæ, de major & obed.c.poſt tranſlationem de renunc.ubi Dd.* Jaſ. *in Rubr. C.qui admitt.* & ibi Decius, qui dicit ſignificare eam cauſam, quæ ad effectum non eſt ordinata. 2

ODIUM.

ODia regulariter ſunt reſtringenda, & ideò lex vel ſtatutũ pœnale non debet extendi ſed potiùs reſtringi: *ut in regu.odia, de regul.juris, in 6.* tamen ubi extenſio tendit ad favorem reipublicæ, ita debemus legem vel ſtatutum odioſum extendere, ſicut legem ſeu ſtatutum favorabile: *notavit* Hipp. de Marſi. *in l. qui falſam, §.accuſ.ff.ad l.* Corn. *de falſ.nu.10.verſi quod licet lex, & ibi multa jura inducit.* 1

OFFICIUM.

PRocurans habere officium, ex quo deveniunt ſibi immunitates, non habeat tales immunitates: *Rom.in l.3.§.ſubvenitur ff. ad Syllani.* ¶ Sic etiam habens officium, & acceptans aliud contra ſtatuti prohibitionẽ patiatur pœnam: ſic, quòd careat acceptato, & privetur beneficijs & ſalario primi: *notavit* Lud.Roman. *in ſingul.ſuo 393.allegat text. ſingularem in l.quiſquis, C.de cohortu lib. 12. & ibi* Bar.limita, niſi diſpenſetur contra ſtatutum: *Pign.in addi.ibidem.* 1

Nota: remotus ab officio propter delictum non poteſt amplius promoveri ad aliud officium: & ideò dicit Bal. *in l.2.in fin.C. de liber. & eorum liber.* Quòd Doctor propter delictum privatus doctoratu, non poteſt iterũ doctorari: intelligendũ ſemper, ſalva auctoritate principis. ¶ Qui electus eſt ad officium, licet ſe præpararet, & deceſſit antequam ingrederetur, non debet habere ſala-

rium Bar. *in l. diem functo, ff. de offi. aſſeſſo.* quia commoda officij poſt adminiſtrationem incipiunt deberi Bal. *in c. 1. Quis dicatur dux, in uſibus feudo.*

2 Remotus ab officio, ratione culpæ: non perdit ſalarium, pro præterito tempore, ſed pro futuro: Bar. *in d. l. diem functo, notavi infrà in litera S verſi. de ſalarijs.* Nota theoricá: Officium ſuum, quod quis ſuſcepit, nemini debet eſſe damnoſum vel nocivum: *l. Si ſervus. communis, §. quòd verò, ff. de furtis.*

Qui ſunt in officijs, debent eſſe puris manibus: notavi ſuprà *in litera A. verſic. de Avaritia, & litera M. de Muneribus.*

Sed originarij quòd extraneis præferantur in officijs, docuit Mynſing. *in obſerv. 30. cent.* 4. intellige, ſi ſint habiles & idonei, vel niſi obſtet alia cauſa.

3 Officium gerentem præſumi rectè illud adminiſtrare, Men. *li. 2. præſ. 85.* ¶ Officialem electum, præſumi dignum aptum & idoneum, *præſ. 86.* ¶ Officiales de levioribus non Syndicantur: Grach *poſt. clarum in conſ. materia Syndicata, nu. 44. & 310.* neq; contra eos curandum eſt de apicibus Juris: *n. 45.* & tenentur tantùm de dolo, non de lata culpa: *nu. 46.* & pro ijs præſumi & contra eos ſerupuloſa inquiſitio reijcitur: *nu. 74.* & ratio, *ibid.* item contra eos non ſufficiunt præſumtiones, ſed probationes luce meridiana clariores: *n. 107. & 351*, item contra eos duo teſtes non ſufficiunt: *nu. 101.* ¶ Promovendum ad officium & dignitatem, quilibet de populo impugnare poteſt: etſi contra promotum non admittatur, niſi ille, cujus intereſt: Aſin. *de exec. §. 3. c. 293. nu. 4.* ¶ Si quis privetur propter delictum officio vel dignitate, cauſa dicitur civilis, non criminalis Maran. *p. 4. diſt. 1. nu. 32. lim.* niſi ſtatuto pœna privationis eſſet impoſita: *ibid.* Ab ordine motio ob delictû, importat infamiam: M. Frelc. *de exiſt. lib. 3. c. 4. nu. 6.* ¶ Judex pro ſuo arbitrio an poſſit aliquê loco vel magiſtratu vel officio amovere, Men. *li. 1. q. 55.* ¶ De clerici degradatione & depoſit. Men. *c. 419.* ob delictum: Geyl *lib. 1. de pac. pub. c. 1. nu. 20. uſq; ad 28.* item de degrad. militum, Doctorum, *ibid. nu. 206.* ¶ De officij privatione, vide Clar. *q. 73. praxi crim.* ¶ Remotus ex Senatu, non eſt Judex: Vand. *de null. ex def. juriſd. deleg. nu. 44. fol. 312.*

4 De officijs mutuis mariti & uxoris Bod. *de Repub. lib. 1. c. 3.* ¶ Officium nemini abſq; cauſa poteſt auferri: adhibe Capyc. *deciſ. 178.* Præſertim conceſſum à principe in utramvis: Caro. Tapia *l. f. de conſt. Princ. p. 2. c. 9. n. 73. cont. ibid.* Imò ſi aufertur cum cauſa, audiendus tamen eſt cum ſuis defenſionib. *n. 74.* Et non auferendum: Cùm quod ſemel probatur, abſq; cauſa reprobari non poſſit: *nu. 77.* & ſi hac ratione injuria inferatur à Principe, quam hic inferre non debet: cùm injuria naſci non debeat, unde jura oriuntur: *l. meminerint, C. unde vi:* & remotus præſumatur remotus ob delictum culpam & malam adminiſtrationem: Tap. *nu. 78.* & maximum dedecus ſit, & pœna removeri ab officio quaſi de eo dominus non confidat: *num. 79. per expreſſ. gloſ. l. teſtam. cent. 1.* imò habeatur pro mortuo: Tapia. *num. 80. alleg.* Plot. *l. 1. nu. 6. de primicer. lib. 12.*

5 Imò non eſt principi permiſſum, honorem alicujus auferre: Tap. *n. 81.* allegans Andr. de Jſer. *c. 1. nu. 29. de cap.* Corrad. cùm honor cuicunq; commodo pecuniario ſit præferendus Tap. *num. 83.* allegans dd. *plures & l.* Jul. *in prin. ſi quis omiſſa cauſa teſt.* Ideò cauſa honoris ardua, *ib. num. 84.* vitæq; æquiparatur honor, *num. 85.* imò præponitur, *ibid.* Hinc nec pontifex Epiſcopatum vel beneficium ab aliquo poteſt auferre: *nu. 86.* nec Cardinalem abſq; Cardinalium conſilio deponere: *nu. 87.* propterea quòd nec Princeps nec Papa aſcenſum ſemel præſtitum poſſit amplius infringere: *nu. 88. & ſeqq. 6. uſq; ad 94.* Et quod plus eſt, ſicut non debet officium alicujus minui: ita nemo ad minorem dignitatem ſuſcipiendam poteſt compelli: multò minùs totum, quòd erat conceſſum, auferri: *nu. 94.* ¶ *Vide huc non incommodè in argu.* Per. Greg. Tholoſ. *lib 3. c. 30.* ¶ Vide præcepta duo Platonis in eligendis officialibus: *in Reg. de poteſt. rubr. 1. §. 6. nu. 16.* & Taſſaram de error. notar. *c. 1.* ¶ Officialis delinquens quomodo puniendus, Capyc. *deciſ. 121. num. 17. & ſeqq.* ¶ De electione perſonarum ad officia, vide *verb. Electio.* ¶ Officij publici ratione qui ad id præſtandum cogi poſſint, Aſin. *de exec. §. 6. c. 2.* ¶ Officium, in quo quis deliquit, exercere non poteſt: Br. *l. fi. aliquid, c. de ſuſcept. prapoſ. & arc. lib. 11.* ¶ Ad acceptandum officium quis cogi poteſt: Vivius *deciſ. 144. lib. 1.* ¶ Qui in officio fraudulenter verſatur, furti tenetur. Weſenbec. *in paratit ff. de furt. nu. 11.*

6 Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum: *l. ſed ſi quis ex ſignatoribus, de temp. appell.* ¶ Transgrediens officium ſuum videtur ſe ſponte obligare: *l. cùm poteſt, ff. de adm. tutor.* ¶ Officium pietatis eſt reducere diſcordantes ad concordiam: Abb. *in c. Quintavallis 5. col. verſ ſexta differentia. de jurejurand. allegat. c. injuſtum 11. q. 3.* ¶ Officialibus aſſerentibus ſe impeditos, vel aliquid aliud eorum officium concernens, creditur: Alex. *in l. 1. in 16. col. ibi, ſed juxta hoc quaritur, ff. de off. ejus vide ſuprà in verb. magiſtratus.* ¶ Officiali non creditur in grave præjudicium alterius: Bar. *in l. Divus, ff. de cuſtod. reor. col. 2.* Alex. *conſ. 75. vol. 5. col. ſi videtur* Dec.

conſ. 94.

conſ.94. vol.1.colum. 2.in caſu. ¶ An officialis cum pecunijs publicis lucrari poſſit, *vide* Dec.*conſ.6.vol.1.* ¶ Et quando ſcriptura officialis probet: & officialis, qui rationes reddidit, habet fundatam intentionem, licèt contrarium probari poſſit, Dec.*conſ 94. vol.1.* ¶ Officiales Gabellarom & ſimiles, tenentur tantùm de levi non leviſſima culpa: *vide pulcrum conſ.* Curt.*in conſ.19.ubi conſuluit pro quodam officiali.* ¶ Officium morte finitur: *l.1.ubi* Bald.*not.C. ſiquis ignorans rem minoris, allegat etiam l. cujus bonis, ff.de curat.fur.*

7 Officiales deputati uſq; ad beneplacitum non poſſunt revocari ſine juſta cauſa, cum etiam officium datum ad beneplacitum daret poſt mortem concedentis, etenim beneplacitum ſignificat arbitrium boni viri, qui ſine juſta cauſa non aufert conceſſionẽ. In habente vero poteſtatem ſupremam ſatis eſſet ad removendum cauſa motiva: Stephanus Gratianus *diſcept.forenſ 167.num.46.* Menoch. *de arbitrar.q.55.num 21.*Capicius *deciſ. 116.num.4.* Rebuffus *in anth. habita num. 262. C.ne filius pro patre* Boerius *deciſ.149.* Ruinus *conſil.230 lib.1.*

8 Officium conceſſum per contractum non poteſt tolli per principem, imò officium datum ex mera gratia ad certom tempus, non poteſt auferri ante illud tempus abſque juſta cauſa, qui enim ſemel approbatus, non debet reprobari niſi juſta ſuperveniente cauſa, tunc admittitur reprobatio, ut in medico exemplum eſt, cuius reprobatio admittitur propter ſanitatem & utilitatem hominum: Stephan. Gratianus *d.diſceptat.num.40. & 41.*Menoch.*de arbitrar quaſt 55.*Romanus *conſil.467.* Olradus *conſ 18* Boerius *deciſ.149.*

9 Officij continuatione prohibita per ſtatutum filius non poteſt immediatè eligi poſt mortem patris ad officium paternum Bartol. *in l placet C. de SS Eccleſ.num.26.in repetit.* ¶ Licet ſtatuto caveatur, quod poteſtas non poſſit reformari in officio, tamen familia eius reformari poteſt Franc. Cremenſ.*ſing.63.* ¶ Officiales & eas injurias cognoſcent ac puniant quæ vel ipſis, vel alicui ex ipſorum familia ſeu in eorum officij opprobrium, ſeu ſaltem illorum officij *ca*tione illatæ ſunt, alias verò neutiquam: Emanuel Zoarez *in Theſau. commun. opinion. lit. O.* Jol, Clarus *in pract.§.ult.quaſt.68.ver. officialis* Bertrandus *conſil.115. num.8. lib.2.*

OMNE.

1 OMne dicens, nihil excludit: *c. ſolita, de maior. & obed.l.fin.de pec.leg l.Julianus, de leg. 3.& 19.diſt. c. ſi Romanorum. vide* Dec. *conſ.69.vol.1.in 3.col.*Alex.*poſt* Bald.*in l.1.in 4. col.de leg.1.gl. in l. à procuratore, C. Mandat.* ¶ Et dicendo eſſe argentum, intelligitur non ſolum de eo, quod in præſenti habeo, ſed & de futuro: *l. filiam, de aur.& arg.leg.* ¶ Et dicendo lumen, de quolibet lumen intelligitur: *ff.de ſervit.urb.præd.l.ſi Servitus,* Specul.*in tit.de Proc.§.ratione autem formæ, fol.24. col. 2.*

Univerſalis dictio Omnis adddita verbo futuri temporis continentis extenſionem actus jam conceſſi, non recipit limitationem de habilitate *vide l 4.C.de tutelis.* 2

Dictio omnis in ſingulari eſt diſtributiva, in plurali collectiva: Bartolus *in l.47. ff. de jure fiſci.* ¶ Dictio omnis recipit limitationem de habilitate Bartol.*in l.3.ff.de operis novi nunciat.* 3

Univerſalis oratio negativa non poteſt dici falſa, antequam in quolibet particulari ſit poſſibilis, & oratio univerſalis, ſi in uno eſt falſa, in toto dicitur falſa, tamen Oratio diſtributiva verificatur in quolibet particulari diſtributorum, & inde finita æquipollet univerſali: *l.8.§.ſi annua ff.de pign. actione.* 4

OPERA.

DE operis libertorum, & diſtinctione inter eas, quas liberti patronis debent, *vide gl.in l.ſi non ſortem,§.libertus, ff.à condit. indeb.* ¶ Operæ duobus promiſſæ, illi ſunt præſtandæ, cui primo promiſſæ ſunt: *l. in operis, ff. locati.* 1

An alimenta petere poſſit, qui ex operis ſuis ſe alere poſſit D. alimenta ſi ex diſpoſitione legis & judicis debentur peti non poſſunt, ſecus ſi ex diſpoſitione hominis & jure actionis Bartolus *ad l.5 ff.de liber.agnoſcendis* Rolandus à Valle *conſ.55. lib.2.* 2

Operæ cuius ſumptibus ſunt præſtandæ D. aut præſtantur ex liberalitate tunc ſumptibus domini præſtari debentur, aut ex neceſſitate tunc ſumptibus ſubditi. Cabal. *milleq.575.*Caſſan *in conſuet.* Burgun. *des morte maius Rub.9.§.18.gloſ.2.num.26.* 3

Operas ſuas in perpetuum nemo non jure locat: Didacus à Covarru. *de ſponſal.2. par.cap.7.num.5.* 4

Operis ſervi legatis nihil ultra ipſas operas legatarius conſequitur, ſed uſufructu ſervi relicto, non ſolum ex operis ſed aliunde uſufructuarius acquirit: operæ ſervi legatæ capitis diminutione, morte, vel non utendo non amittuntur, uſusfructus autem omninò ſervo uſucapto legatum operatum, extinguitur, ſed uſusfructus legatum ſervo uſucapto non perimitur, operarum legatum mortuo eo cui legatæ ſunt operæ, ad heredem tranſmittitur, ſecus in uſufructu operarum. Johan. Caſtillo *latè in tract. de uſufructu c.50.*Anton. Goveanus *lib.1.c.7.variar.* 5

OPINIONES.

QUando caſus occurrens nec à canonibus, nec à legibus eſt deciſus, tunc ſe- 2

quenda eſt doctorum ſententia ſeu opinio: *c.2.de praeb.non Baptiſan.& ibi Dd.pacrum ſententiam teneas,& in l.Si idem cum co,ff.de juriſdict.omn.judi.* per quam ibi Ang.dixit, quòd ad deciſionem cauſæ poſſint allegari auctoritates majorum: tenet Corne. *in conſi. 186. in prin. in 3.vol.* ubi ſic in deciſivis: Non eſt recedendum à communi opinione: & quòd in judicando ſit tenenda, voluit etiam Rapha. *in conſ.36. poſt prin.*

2 Et quòd conſulendo tenenda, licèt altera placeat in ſcholis, idem *conſi. 86. in pr.* maximè ſuffulta bonis auctoritatibus, idem Rapha. *conſ.147.in medio*, Bal. *in l. obſervare, §.proficiſci.ff.de offi.proconſ.& legati*: textus allegatur, *in l.1.ff. de offi quaeſt.* Abbas *in c. fina. de ſecund. nup.* notabiliter tamen limita, niſi communis opinio de aperto errore poſſit convinci: Joan.And. *in c.1.de conſt.* Abb *in c. capellanus,de ferijs,&* Abbas *in conſ 1.in 1.volu.* dixit, quòd non ſit ſequenda opinio, quæ falſa dicatur: *gl.in c.ad noſtrum,de conſue.* nam minori quandoq; revelatum eſt, quod non majori.

3 Et ideo dixit Paul.de Caſtr. *in conſil.185.* quòd ſit recedendum à doctore, propter bonas rationes, Et dicit Archidia. *in c. nolite.11. q. 3.* quòd etiam magno commentatori non teneamur credere, niſi probet: limita etiam, niſi ſingularis vel minoris partis opinio eſſet pro matrimonio: quia illis ſtatetur contra communem opinionem, ſecundùm *Hoſtien.in c.Si vir.de cogna.ſpiri.& ibi* Abbas. *hac refert.* Pet. de Raven. *in aureo ſuo* Alph. *lit.O.verſi.opinio communis.*

4 Sed ubi communis opinio prævalet rationibus, eſt tenenda: quia præſumitur vera: *ut eſt gl.in c.fin.de pœnis diſtinct.1.* Et judicans contra illam, litem facit ſuam, nec excuſatur in ſyndicatu: Bart. & Ang. *in l. fina. C.de pœna judi.qui malè judica.* Abbas *in c.prudentiam,in pr de offi.delega.* ¶ Et *in d. l. fin.*

5 tenuit Angelus, quòd nimium ſit ignorans, qui contra communum opinionem judicat.

6 Dicitur autem communis opinio, quá plures gravioresq; accipiunt: *c. in canonicis. 19.diſtinct.& ibi ſcriben.* Petr.de Ravenna. *in d. verſi.in fin.* Bald. *& omnes in d.l.fin.C.de pœna judi.*

7 Et quòd opinio Dd.præferatur, qui numero & auctoritate prævalent, notat Bald. *in l.1.ff.de offi.quaeſt.* Alexand.de Imo. *in conſil.*
8 *7. volu. 4.* ¶ Item & qui ſunt graviores vel majores, Angel. *in l.ſi.idem,§. fina. ff. de juris. omn.jud.*
9 ¶ Hic notandum venit, quanta ſit auctoritas Joan. Andreæ, & Bar. Bal. enim *in c olim.de re judica.* dixit, quòd opinio Joan. Andr. ſit ſequenda, quia fuit fax juris canonici. Et Abbas *in c.de quarta,de praeſcrip.* refert quòd ſi Joan. Andr. voluiſſet decidere, non fuiſſet opus, quòd multi ſcripſiſſent.

Et Bartol. ab Angel. lucerna juris dicitur, *in conſi.15.* Et excelſus vir ac præceptor 10 eius, *in conſi.35.*, cujus etiam opinionem tenendam Raphael dixit, *in conſ. 176. in fin. 2. col.& in medio, 3. col.* & Oldradus Doctor egregius fertur, qui multo tempore in curia Romana practicavit, ſecundum Raph. Fulgo. *in conſi. 22.* inter gloſſatores feudiſtorum Jacob Columbi principatum tenuiſſe: inter ſummiſtas Jacobum Ardizoni: inter commentatores Jacobum de Belviſo, atteſtatur Jacobus Alvorotus, *in proœmio ad uſu. feudo colum. 5. circa finem, verſi. inter nos.* & hoc ideo notavi, quia in dubio eorum opiniones videntur debere præferri.

Tertiò præfertur illa opinio, quæ ſubtilioribus rationibus eſt fulcita: prout *ſupr. modo* dictum eſt: & habetur de illa, *in c.capella. de ferijs,& in l.2. C.de veteri jure enucle.notavit domi.de ſancto Gem. c. 1. colum. 1. de ſum. trinit. in 6.* 11

Quartò opinio Canoniſtarum præfertur 12 opinionibus legiſtarum, præſertim in caſu quando vertitur vel incidit periculum animæ: *Inno. in c.1.de novi opc.nuncia.ubi alij quoq;,* Lanfr. de Orai. *in c.quoniam contra,verſi.teſtes & verſi.quæro nunquid in caſu de probatio* & præcipuè antiquorum qui non fuerunt fatui neq; dementes: Bal. *in conſ.392. in 1. volu.* Imò cæteris paribus, quòd ſtandum ſit opinioni antiquorum, voluit Dominicus, *in c. de quibus,20. diſtinct.*

Quintò illa opinio tutiùs eſt tenenda, & 13 præferenda, per quam conſervatur unicuiq; ſuum, & evitatur peccatum: *clemen.exivi,de verbo.ſignifi.& in c. iuvenis, de ſponſalibus*, per quæ jura conſuevit dici, quòd opinio tutior pro anima attendi debeat: ut inter cætera voluit Cardina. *in d.clemen.exivi,tenet gl.ſi. c. 1.de ſcruti in ordine faciendis.*

Sextò opinio illa eſt tenenda, quæ eſt 14 magis deliberatè ſcripta: & eſt ultima, æqua & fundata melioribus rationibus, & fundamentis roborata: & potiſſimè ultima comprobata novis rationibus: Joan. Andr. *in c. 1. de pœnis, 6. & in c. 1. de ſent. excomm. eo. lib.6.*

Septimò prævalet illa opinio, quæ juva- 15 tur conſuetudine: Joan.And. Abbas, *& alij in c.conqueſtus,ex.de uſuris,Dd. in l.minimè, ff. de legibus.* eſt enim optima legum interpres: *l. ſi de interpretatione,ff. de legib.* & conſuetudo diſponens illud quod jus commune, addit vinculum ſpecialius & fortius: *c. 2. de prob. in 6.& ibi colligit Domi.de ſanc.Geminia.* Bar. *in l. non impoſſibile,ff.de pactis,cum ſimilibus*, vide

pro hac

pro hac materia, Aut.Corſet. *in ſing. ſuis. in verbo opinio 1. & in verbo opinio 2.*

16 Adde huic materiæ ea quæ cõſuluit Deci.
in conſ.52.vol.2. docens, quòd illa ſententia
& opinio erit tenenda, quæ pro ſe habet
conſuetudinem, & ab illa juvatur. 2. putat
amplectendam illam, quæ æquitate nititur.
Et ibi commendat, eam in judicando obſervandam,
& rigori juris præferendam. 3. ſervet
judex eam, quæ practica & communi
uſu juvatur: Cyn. *in l.ulti. in fi.C. de acq.poſſeß.*
& conſideret judex eam, quæ habet plurimum
honeſtatis, & convenit opinioni vulgi,
vel quæ ſit ultima. 4 ſervanda eſt illa opinio,
quæ ſtat pro ultima voluntate, & pro
teſtamento: *notatur in l ſi pars ff. de inoffi.teſt.*
5. in dubio pro reis opinio tenenda erit. 6
illa erit amplectenda, quæ militat pro poſſeſſore:
declarat per exempla, Decian.
ibi in d.c.ſin.52.volum. 2. nu. 22. & ibi invenies bona.

17 Et nota unum notandum: quando Doctor
ſibi eſt contrarius, quòd tunc tenenda
eſt illa opinio, quam conſulendo eſt ſequutus,
potiùs quàm illa, quam ſequitur legendo
vel interpretando: Decian *in conſil. 5.
num. 80. volu.1.* Imò varians in opinione, illam
approbare dicitur, quæ in conſilijs eſt
conformata: non quæ in lectionibus, etiamſi
lectura ſit poſterior: Deci. *in conſi.9. nu. 44.
volum.2.*

18 Opinio communis eſt ſervanda, *vide in
ver. Doctor, ſupr.* ¶ Unius tamen interdum
opinio, multorum prævalet: *l 2. §. ſed neq; ex
multitudine, C. de vet jur.enucl.* Abb. *in c.Capellanus,
de ferijs*, Paul. Apoſtil. *in d.l 2. vide* Ni-
19 col. Everh. *in locis leg. loc. à contr. ſenſ.* ¶ Ad inducendam
communem opinionem vel famam,
non requiritur conſenſus omnium,
ſed illorum tantùm, qui veriſimiliter ſcire
poſſunt: *vide* Alex. *in l.cùm quidam, §. quod di-*
20 *citur, de acq hær. in penult. col.* ¶ Quæ ſit communis
opinio, puta, quam plures graviores
accipiunt, & an ſemper ſecundùm eam ſit
judicandum, *vide Fel. in c.1. num. 49. & 5. &*
21 *ſeq. de conſt.* ¶ Quæ dicatur opinio communis
hoc declarat etiam pulcrè Jaſo. *in l. ſi is
qui pro emptore, col. 6. in princ. th. 158. de uſucap.*
22 ¶ Quandocunq; ſunt variæ opiniones circa
aliquem articulum non clare deciſum, tunc
ille qui ſequitur opinionem unius Doctoris
in tam probabili dubio, excuſatur in conſcientia;
etiam quòd poſtea opinio Doctoris
illius per Papam clarè reprobetur, & contraria
verior judicatur. Aurea eſt doctrina
Abb. *in c. Capellanus, de Ferijs ubi plura allegat.
& in c.2. venerabilis, de conſuet. Vide de hoc notabiliter
& pulcrè loquentem* Jo. de Canal *tract.
de Tranſact. q.12. col.2.*

ORATIO.

Quid ſit oratio, quotuplex ſit, per quem
debeat fieri oratio; an Deus exaudiat
peccatores, ad quid, qualiter debeamus orare,
quæ requirantur ad orationem, an debeat
eſſe vocalis, ubi debeat fieri oratio, quis
ſint effectus orationis, *de his omnibus, vide gl.*
Joan. And. *in clem. unica, in verbo Orationes, de
reliquijs & vene. ſancto.*

ORDO.

Ordo eſt cujuslibet rei ſuo loco concinna
digeſtio. Ubi non eſt ordo, ibi con- 1
fuſio, *§. ſi quis verſ. inordinatum ubi gl. in Novel.
conſt. 1. à hæred. & falc.* veriſſimum eſt illud
Baldi, *in tractat. ſchiſmatis.* Quòd ordo ſit modus
agendi, ſine quo nihil rectè agitur: & ea,
quæ ordinatè traduntur, non ſolùm perſpicua
& facilia redduntur, quò dilucidius intelligantur,
ut dicitur *in l.1. ff. de dol. exception.*
ſed etiam faciliùs memoriæ, (quæ aliàs
labilis eſt: *l. peregrè. ff. de acq. poſſ.*) inhærent.
¶ Ordo in omnibus maximè in
jure eſt commendabilis: Ordinis commendatio,
eſt apud Borch. *proœm. comment.
feudal.*

Ordo juris, & forma legis eſt obſervanda:
aliàs actus factus non valet, & eſt ipſo 2
jure nullus: *l. inter cæteræ, ff. de libe. & poſthu.
l. cum hi, §. ſi prætor. ff. de tranſac.* ¶ Imò nihil
operantur, etiam de conſenſu partium: cùm 3
formæ legis, & ordini juris non poſſit renunciari:
*gl. in c. diſpendia, & in c ſtatutum, de
reſcrip. in 6.* Niſi forma legis eſſet inducta ob
certam cauſam, quæ nunc ceſſat, & poteſt
ſibi renunciari: *d.l. cum hi, § cum autem, ff. de
tranſac.* vel ſi eſſet inducta in favorem partis,
tantum etiam poſſet: *l 1 ff. de ferijs, c. de cauſis,
de offi. delegatio.* dicta ergo gloſſ. *in c. diſpendia,
& in c. ſtatutum, de reſcrip. in 6.* intelligatur
de forma legis, non tantùm in partis, ſed
etiam in favorem publicæ utilitatis, inducta:
notavit Pet. Gerar. de Pet. Sanct. *in ſingul.
ſuo 4. incip. notant Dd.*

Ubi non eſt ordo juris, ibi deficit ſub-
ſtantia; dicit Hipp. de Maril. *in ſingu. ſuo 342.* 4
Incip. quando teſtis. Imò omiſſio qualis
qualis ordinis in extra ordinarijs judicijs,
vitiat ipſum judicium: *idem in ſing. 256. incip.
eadem ratio.* Judex procedens extra ordinem,
dicitur procedere de facto: & non præſumitur
pro judice, quando non ſervavit juris
ordinem: Imò cognoſcere juris ordine
non ſervato, eſt jus alteri auferre: Hipp. *in
ſing. 354. incip. in dubio.*

Sed omiſſio ordinis judiciarij, in Came- 5
ra Imperiali non attenditur, ſi de meritis
cauſæ conſtet: Mynſ. *in nova. in obſer. 62. cent.
4. & in obſer. 27. cent.1.*

Ordo

6 Ordo, an & quando debeat attendi in ſcriptura, facit tex. & ibi Bart. *in l. nec enim, ff. de ſolutio. dixit.* Pet. de Ravenna *in ſuo Alphabet. litera O. verſ. ordo an & quando.* Et vide Rober. Maran. *in tractatu ſuo, de ordi. judi. parte 3. nu. 107. incip. Aſſumo igitur. Et ibidem in locis allegatis* docet quomodo ducantur Argumenta ab ordine.

7 De ordine cognitionum eſt *Rubr. C. de ordi. cogni.* & de ordine judiciorum, quoqua aſt *Rubri. in C. de ordi. judicio.* id eſt, de quæſtionibus ordinandis in judicijs: puta, ſi concurrant duo judicia, inter eaſdem perſonas: principaliter vel incidenter, quale præcedere debeat, & ſequi: & quando ſuper exceptione ſit pronunciandum, notavit Petr. de Ravenna. *in ſuo Alphabeth. litera O. verſic. ordo cognitio. & ordo judiciorum, l. quintum, quæ eſt fin. C. de ord. jud.* ubi dicitur, quod prius de criminali eſt pronunciandum, quàm de civili cauſa cognoſcatur. Iſta l. intelligitur, quando civilis intentatur ab uno, & criminalis ab alio, tunc civilis ceſſat, donec criminali finis imponatur: & iſte eſt communis intellectus, *ut per Dec. ad l. edim. num. 65. ubi eland. ſciſ. num. 68. C. de edend. Fab. Aleomimbo, ad l. naturaliter, §. nihil commune, num. 108. ff. de acq. poſſeſ. Et pulcherrimè commentatus eſt Klingius, ad c. intelleximus, in c. Cum dilectus, c. eum, & in c. ſuper, ex. de ordine cogni.* faciunt ad hæc, ea quæ notavit Robert. Maranta. *ſuo tracta. ordi. judi 4. part. in 6. diſtinctione principali,* ubi tractat de judicio conventionali, & reconventionali: *& vide Art. 12. lib. 3.* Land-Recht, ubi vult tex. ut præcedat omnino judicium conventionale, & ſequatur demum reconventionale: igitur ſuo ordine ſunt tractanda.

8 Ordo in ll. explicatione obſervandus: Blarer. *in l. diffamari, in pr. C. de ingenuis man.*

9 Ubi non tenetur modus ordinatus, ibi non poteſt quis adipiſci finem: Quia deſtructo modo, deſtruitur ordo, & inordinatum nil valet: *§. inordinatum, Auth. de hæred. & Falcid.* Raud. *de analog. lib. 1. cap. 18. numer. 100.*

10 Ordo ſi obſervetur, quantæ utilitatis, *Conſt. Roger. de proteſt. in pr.*

11 Da ordine multa, Marant. *in Spec. in proœ. & p. 3. nu. 107. & ſeqq. & 113. & 114. 115.*

12 Digniora ſunt præfatenda: Daut. *reromiſſ. in tr. de teſtam. num. 5. fol. 33. ibid. multæ remiſſive de præcedentia, vel principum prærogativa.*

13 Ordo in judicijs duplex, ordo ſubſtantialis, ſine quo nullum judicium ſubſiſtit, & ordo juſtitiæ: ille ſi non obſervetur, vitiat actum hic non item: Dauth. *de teſtam. tit. qui teſtam. fac. poſſ. nu. 136. cum addit. fol. 183.* Leopold. Dick. *in ſuo proceſſu, claſſe 2. tit. de Judic. ord. n. 239.*

14 De ordinis præpoſteratione, item prætermiſſione, Dauth. *d. l. præpoſteri vel errore prætermiſſionis, &* Hiaron. Lauren. *decis. 15 num. 17.*

15 In dubio is actus præceſſiſſe præſumitur, per quem uterq; actus ſuſtinetur: Schrad. *l. admonendi ſub n. 289. verſ. octavo, ſi reperiantur, de jurejur.*

16 Ab ordine quomodo & quot modis argumentum in jure ſumatur, & an ordinis perverſio actum & diſpoſitionem annullet, & vitiet, & materiam ordinis pleniſſimè, & quicquid in ea ferè dici poteſt, vide pulcrè, & multa eleganter cumulata & deducta, per Nicol. Euerh. *in aureo libro, cui titulum fecit, Topicorum ſeu Locorum Legalium opus, in Loco primo, vide aliqua inſr. in v. ſcriptura.*

17 Omiſſio ordinis judicij ante Lit. conteſtationem non vitiat proceſſum, quia adhuc non dicitur judicium, & omiſſio ordinis non attenditur, ſi de meritis cauſa conſtet. Jaffr. Lanfr. Bald. *decis. 213.* Mynſing. *cent. 4. obſervat. 26.*

18 Cauſa civilis non impeditur per criminalem accuſationem, uſq; ad concluſionem, licet condemnatio differatur. Afflict. *decis. 103.* Capic. *decis. 5.*

19 Pendente cauſa criminali coram uno judice, non poteſt per eundem coram alio judice intentari civilia reſpectu ejuſdem facti. Jacob Puteus *decis. 275. lib. 1.*

20 Pendente judicio, ſuper raptu coram judice ſeculari, non poteſt judex Eccleſiaſticus pronunciare ſuper cauſa matrimoniali. Papon *lib. 22. tit. 6. arr. 2.*

21 Carceratus inquiſitus de delicto reſiſtentiæ factæ contra officialem eum capientem, allegans per modũ exceptionis malam capturam, prætendenſq; ſe nulliter captum, eſt audiendus, & interim eſt ſuperſedendum in cauſa reſiſtentiæ. Ludov. à Peguera *in ſu. quaſt. crimin. cap. 9.*

22 Exceptio falſitatis, cujus probatio in promptu offertur, poſſeſſorium impedit: Franc. Marc. *qu. 223. p. 2.*

23 Duabus actionibus præjudicialibus ſimul propoſitis, ſuper utraque proceditur, ſi ſunt æqualis potentiæ, alias ſuper majori. Dec. *in c. in præſentia nu. 4. ext. de probation.* Bart. *in l. 25. except. rei judicat.*

24 Ordo omiſſus quandò vitiet judicium vide Bartol. *in l. 4. ff. de teſtam.*

25 Quod procedi ſimul & ſemel ſupar appellatione ab interlocutoria & negotio principali nõ poſſit, eſt regulare. Fran. Marc. *qu. 177.* Sed an per decretum poſſit contrarium diſponi vide eundem.

26 Exceptio requirens longam & dubiam juris altercationem ad inſtar juris intricati

quod

quod æquiparatur errori facti debet ad merita reſervari Capici: *deciſ.10.*

27 Cauſa non dicitur eadem, quando ſententia lata in una non facit rem judicatam in alia: Rota Genuenſ. *deciſ.179.num.9.*

28 Cauſa coram uno judice ordinario pendente, an poſſit quis cogi reſpondere de eadem cauſa coram alio, vide Capici. *deciſ.122.* Rotam Genuenſ. *deciſ.13.*

29 Iudex Eccleſiaſticus cognoſcens de exceptione pro poſita coram iudice ſeculari, inhibet iudici ſeculari ne interim in cauſa procedat: Abb. Panormitan. *conſ. 5. par. 2.*

30 Quod dicitur reum, non debere trahi ad diverſa judicia intelligitur ſi opponatur, alias tenet proceſſus coram utroque judice maxime quando judices ſunt pares: Franc. Marc. *quæſt. 491.* Marant. *in ſuo Specul. par.2. num.43.* Bartol. *in l.2. C. commun. divid.*

31 Ordo perverſus vel omiſſus annullat actum: Maranta *in ſuo Specul. in proœmio num.5.*

ORNATUS.

1 MUlier ſe ornans, contra conſtitutionem, an incidat in pœnam, & qualiter, quem ornatum habere non debeat? Et prohibita veras portare perlas, an poſſit portare fictas? vide hæc, & quomodo ſecundum mentem ſtatuentium poſſit ſe ornare, reſpondet Barba. Siculus, *in proœm. Clem lectura ſecunda, mihi fol. 20. verſi. ext. gl. quarto vide.*

Sed ornamentorum muliebrium appellatione generaliter continentur ea, quibus Mulier ornatur: *l. argento, §. ornamenta, & l. fi. ff. de auro & argen. legato.* 2

Sed ornamenta muliebria, à marito uxori tradita, an mortuo marito illa uxoris ſint: vel quæ & in qua conſideratione ab hæredibus repeti poſſint, vel non, (*Communis Dd. diſtinctio eſt, ut quæ ad uſum quotidianum pertinent, donata videantur, adeoq; donatione morte confirmata ab hæredibus repeti non poſſint: Cætera verò pretioſiora, & ad ornatum tantùm pertinentia, Dd. Jocalia vocant, non videantur donata: quæ tamen in re judex familiares, dignitatem, nobilitatemq; viri, uxoris quoq; familiam & dotis amplitudinem conſiderabit, Et in Camera in cauſa quadam graviſſima ita factum, ſe meminiſſe, Geyl. ait.*) docuit Geyl. *in obſer. 91. lib. 2. obſ.* 3

Legato ornamento quæ comprahendantur, notavi *ſupr. remiſſivè, in lit. L. verſic. de legatis.* 4

PACTUM

PACTUM.

1 PRætor ait: pacta conventa, quæ neque dolo malo, neq; adverſus leges, plebiſcita, ſenatuſconſulta, edicta, decreta Principum, neq; quo fraus cuiq; eorum fiat, facta erunt, ſervabo. *l. Jurisgentium §. prætor ait, ff. de pactis: ponitur in l. 1. in prin. eo.* Imò etiam ſummus princeps, qui eſt: Imperator, tenetur ſervare pacta, & promiſſiones, ſive ſint cum privato, vel cum civitate: Dd. *in l. digna vox, C. de legibus, in l. donationes, C. de dona. inter vi. & uxo. Canoniſtæ in c. 1. de probat. Schurff. in conſ. 7. in prin. 32. in fine & 59. nu. 5. cent. 1. & eleganter dixit* Hipp. de Marſi. *in ſingu. ſuo 166.* Inconſtantia quòd non ſit in principe: Imò promiſſionem factam, bey Fürſtlichen Ehren / æquipollere Juramento, *docet* Mynſing. *in obſ. 17. cent. 1. & docet* Geyl. *in obſer. 59. lib. 2. Cam. Imp.*

2 Pacta videntur eſſe ſtricti juris: & ſemper fit interpretatio contra eum, qui legem apertiùs potuit dicere: *l. quicquid aſtringenda, l. ſtipulatio iſta, § in ſtipulationibus, de v. o. l. veterib. de pact.*

3 An pacta & confœderationes, quibus Chriſtiani principes infideles neceſſitatis cauſa pro defenſione ſuorum regnorum, vel principatuum in auxilium ſibi advocant, licitæ ſint, vide Danæ. *l. 2. Eth. Chriſt. c. 8.* Bened. Aret. *pag. 1. probl. Theol. 1. pag. 103. Cuno. lib. 1. de pact. c. 22. n. 80. & ſeq.* Mynſ. *cent. 6. obſer. 2.* Weſ. *ad tit. C. de pact. l. 25. num. 5.*

4 Pacta ſeu confœderatio Epiſcoporum Wirtzberg & Bamberg & civitatis Norimbergæ contra Marchionem Albertum, Anno 1553. in Camera pro licita judicata eſt: Mynſing. *cent. obſer. 2. nu. 10.*

5 Sed quomodo judicialiter agatur ad id, ut pacta vel tranſactiones ſerventur, *habes notatū per Ferrarienſem in ſua pract. in forma libelli, quo agitur, ut pacta ſerventur. Et ibi in gloſſa ad verbum, pacta: vide pacti definitionem per l. 1. §. 1. ff. de pactis:* & Facit Ferrarienſ. *ibidem*, ſex pactorum diviſiones: has ſi quis examinaverit, cum ſubdiviſionibus ſimul notatis, habebit præcipuam pactorum Materiam. 1. Quædam, dicit, ſunt pacta Nominata, quæ tranſeunt in aliquod ſpeciale nomen contractus, ut in emptionem, locationem & ſimilia: *l. 1. ff. de pactis, l. Jurisgentium in prin. ff. eo.* quædam Innominata, quæ non tranſeunt, ut do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias. 2. Quædam pacta ſunt Utilia, quædam Inutilia: utilium facit ſubdiviſionem, quòd quædam ſint ſecundùm legem, quædam præter legem: *ut nota. in l. pacifici, ff. eo. tit.* inutilium quædam ſunt inutilia ratione Perſonarum, ut inter patrem & filium in poteſtate conſtitutum: *de quo in l. 2. ff. de contrahen. emptio.* & inter virum & uxorem, quando pactum continet donationem, quia donatio regulariter prohibita eſt inter conjuges: *notavi ſup. in lit. D. verſi. donatio.* & inter officialem & ſubditum.

Exemplum etiam poteſt ſumi in furioſo, infante: pupillo & mente capto: *de quibus notavi ſup. & inf. in verſic. de furioſo, de fatuo, de infante, de minore & de pupillo.* 6

Quædam ſunt inutilia ratione Rerum, 7 ſuper quibus pacta interponuntur, ut quià non extant in rerum naturà: non entis enim nulla eſt qualitas: *l. ſi eius, ff. ſi certum petu.* vel impoſſibile eſt id dari, vel fieri, ſuper quo pactum eſt: impoſſibilium enim nulla eſt obligatio: *ſup. in verſ. de impoſſibilib.* Propter temeritatem autem in paciſcendo impoſſibile, teneretur ad intereſſe: *colligitur ex notatis ſu. de oblig. Et ideo docet* Mynſ. *in obſer. 97. cent. 2. quod tria, (videlicet perſona promittens, perſona, cui promittitur, & id, quod promittitur,) requiruntur, ut pactum, dari vel fieri, ſit validum de quib. ibi vide.*

Quædam ſunt inutilia, ratione Turpitudinis, vel inhoneſtatis: quia contra bonos more, eſt pactum: *l. Jurisgentium, §. prætor ait, ff. de pact. notavi ſupr. in verſi. de honeſtate.* 8

Aliqua pacta contra leges & contra conſtitutiones, nihil valent: *d. §. prætor ait, & l. pacta quæ contra, C. eo.* 9

3. Diviſio pactorum utilium eſt: alia 10 ſunt Perſonalia, & nō tranſeunt ad hæredes, vel ad aliam perſonam: extinguuntur enim perſonalia cum perſona, quædam ſunt Realia, hoc eſt, tranſitoria ad hæredes ad fidejuſſores & correos: *ut plenè notatur, in l. ſi unus, §. ante omnia, & in princ. cum diſtinctione, ibi, ff. de pactis ſed.*

Sed in dubio potius præſumuntur realia, 11 quàm perſonalia: *l. Jurisgentium, §. pactorum, verbo utrum ff. eo. tit*

4. Diviſio eſt: quædam ſunt pacta Nuda, 12 quædam

quædam Veſtiea: *ut pleniſſ. nota. per gloſſam & Dd. in l. Jurugentium, §. Sed cum nulla, ff. eo. tit.*

13 Nuda pacta pariunt exeeptionem ſaltem: *de quo vide* Oldendorp. *in Enchiridio exceptio. verſi. de exceptione pacti.* Sed de Jure eanonico etiam pariunt actionem: *ut notatur & habetur in c. 1. extr. de pactis.*

14 Quæ verò ſunt Veſtita, pariunt utrumq; actionem & exceptionem: quia talia pacta vaſtita dicuntur iuvare leges: *Ut in l. legitima ff. de pactis.* Et pacta veſtita operantur quatuor: pariunt, informant, elidunt & perimunt *gl. &* Cyn. *in l. pacta quæ contra, C. de pactis.*

15 Sed norandum eſt, quòd pacta veſtiantur 8. Modis, 1. re, 2. verbis, 3. literis, 4. interventu rei, 5. conſenſu, 6. cohærentia contractus, 7. legis auxilio, 8. operis initio.

16 5 Eſt pactorũ diviſio: alia ſunt pacta Obligatoria, per quæ quis aſtringitor ad aliquid dandum vel faciendum: alia Liberatoria, & ſunt illa, perquæ quis ab obligatione eximitur, & liberatur: de quib⁹ pactis liberatorijs, *dicit l. ſi tibi decem, § quædam, §. ſi pactus, cum l. ſeq. & l. pactum, in prin. ff. de pactis.*

17 6. Alia ſunt contra Formam vel ſubſtantiam contractus, & iſta non valent: *l. cum preca, ff. de prec.* quædam ſunt pacta contra Aecidentalia contractus, & iſta valent: *l. paciſci, ff. de pact. nom. per gloſſ. &* Cynum, *in l. 2. C. de Jure emphy.*

18 Quædam ſunt pacta contrà naturam rei, ſuper qua pactum interponitur, & tunc aut fiunt ex intervallo, & nõ valent: *l. per ſervum. §. 1. ff. de uſu, & habi.* Aut fiunt in continenti in ipſo contractu, & fiunt cõtraria accidentalibus, & tunc non valent pacta, ſed tenet contractus: *l. uti frui. ff. quem. uſus peta.* aut pacta quem poſſunt ducere ad deliquendum, & non valent: *l. ſi unus, §. illud, ff. de pact. l. convenire, ff. de pact. dota.*

19 Sed pacta futuræ ſucceſſionis, quià per ea inducitur votum captandæ mortis, regulariter à Jure ſunt reprobata: *l. pactum, C. de pact. l. pactum, C. de colla. conſuluit in negativa, reſolvendo contraria, maximè ſi paciſcatur de hæreditate viventis eo inſciente, quod non valeat;* Dec. *in conſi. 48. vol. 2. per totum. Sed diſtinguit* Bart. *in l. ſtipulatio hoc modo, ff. de verb. oblig. & tenet idem* Bart *in l. fin. C. de pact. conſuluit in tali caſu.* Guid. Papa, *in conſi. 11. incip. viſo tenore, & notavit aliqua* Hipp. de Marſi. *in ſing. ſub 333. incip. pactum.* Sed plenius de iſta materia docuit Zaſ. *in d. l. ſtipulatio hoc modo, de verbo. obliga. per 4. capita, quæ examinat.*

20 1. De pacto ſucceſſionis reſervandæ *& ibi nota bona, nu. 19. & 20.* quòd in caſu reſervandæ ſucceſſionis, benè poſſit diſponi in pactis dotalibus; *& optimè conſuluit* Weſenbec. *in conſi. 71. par. 2.* Menoch. *in conſil. 1. lib. 1. nu. 162. dicit obſervari in Jtalia, in Gallia, & inter Germaniæ principes.* 2. De pacto ſucceſſionis amitrendæ, ibi eadit materia renunciationis futuræ ſucceſſionis: *de qua notavi infr. in litera R. verſi. de R enunciatione* 3. De pacto ſucceſſionis acquirendæ. 4. De pactis circa futuram ſucceſſionem, *habes ibi per Dominum* Zaſium *ſcitudigniſſima.* De pacto futuræ ſucceſſionis quòd non valeat neq; juratum, neq; ſtatuto inductum, *tenuit per* Dd. Gail. *in obſer. 125. lib. 2. n. 2.*

Et ex iſtis infert, an conſuetudo de con- 21
junctione & unione prolium valeat? & dicit valere, ſi fiat auctoritate Magiſtratus, cum cauſæ cognitione, & cum interventu tutorum. Imò docet, *ibi. nu. 8.* quæ requirantur ut adoptio habeat locum, ſimiliter & unio prolium.

Quid Juris ſit de pacto futuræ ſucceſſio- 22
nis in feudo, (*Feudum in caſu caducitatis, alteri concedi poteſt à Domino, ſive ſciente, ſive ignorante vaſallo.*) da præbenda vacatura, (*Certi hominis præbenda concedi non poteſt. generalis tamen & incerta conceſſio ſuper prima præbenda vacatura valet. Quæ tamen diſtinctio, licèt ſervanda ſit ex c. 2. de conceſſ. præbendi. quod ad officia publica & civilia attinet, non ubiq; de conſuetudine obſervatur.*) & de Cæſareis precibus primarijs, an valeant, *vide* Geyl. *in obſervat. 155. lib. 2.*

De pacto mutuo viciſſitudinario vel re- 23
ciproco de ſuccedendo, *an valeat, vide eundem* Geyl, *in obſerva. 126. d. lib. 2.* (*Valere docet, ſi fiat per ſtipulationem causâ donationis inter vivos: ita tamen ut neq; inſinuatione neq; traditione opus habeat: ſecus, ſi ſimpliciter de ſucceſſione reciproca paciſcantur: niſi ſuper re particulari initum ſit pactum, quod valere* Jaſ. *aſſert.*) Weſenb. *in d. conſ. 71. par. 2. &* Mynſing. *in reſponſo 49. num. 11.* De pacto principum & militum de ſuccedendo, quòd valeat, *refert* Geyl. *in obſer. 127. d. lib. 2. obſer.* & quibus rationibus pacta futuræ ſucceſſionis ſuſtineantur *conſuluit optimè* Menochius *in conſi. 1. lib. 1. nu. 149. reſpondens ad contraria; num. 139. inducta.*

De pacto de nõ petendo, *vide* Ferr. *in d. for-* 24
ma libelli, quo agitur, ut pacta ſerventur, in verb. pacta, in 4. colum. in medio. In quam pœnam incidat non ſervans tranſactionem, *vide per eund.* Ferra. *in verb. tranſact. implevit, in 4. col. verſi. quæritur.*

De pacto legis commiſſoriæ, regulari- 25
ter quòd non valeat in pignoribus, *declarat gloſſa in l. ſi fundus, §. fina. ff. de pigno.* nec confirmari poſſe tale pactum legis commiſſoriæ tenet, quare penitùs non valeat, *pulcherrimè conſulendo, docuit* Guido Papa, *in conſ. ſuo 81. incip. ad decem dubia.*

Google

26 Pactum ut ſocius ſortē ſemper ſalvam habeat, eſt improbatum: Geyl. *in obſerv.24.nu. 3.lib.2.* ¶ Sic etiam pactio contra agriculturam, illam impediens, quoq; juramento firmata, eſt reprobata, & de jure invalida: Iea. de Platea *in l.2. de Agri.& cenſi.lib.11. quia peccat contra rem publicam.*

27 Pactum appoſitum ſuper fructibus pecorum inter dominum & paſtorem dividendis eſt ſervandum: *l.8.C. de pact. ubi* Weſenb. *n.1.2.3. & ſeqq.*

28 Pactum legis commiſſoriæ nihil aliud eſt, niſi conventio quædam inter debitorem & creditorem facta, per quam res pignori data incidit in commiſſum, hoc eſt efficitur creditoris, eiuſq; dominio & recuperatione debitor privatur, licet pecuniam debitam poſtea ſolvere ſit paratus: *vide l.ult. C. de pact. pig. & de leg. commiſſ. in pig.* Es hoc pactum in pignoribus; leges & Canones expreſsè prohibent: *vide l. Tutius de pign. act. l. quamvis ff. de ſolu. l. cum dominium, C. de pig. l. fi. C. de contrah. empt.* Ex quibus ll. apparet, tunc fieri pactum leg. comm. in pignoribus, cùm ita eſt conventum, ut niſi tempore convento pecunia debita ſolvatur creditori, res cadat in ſolutum ipſi creditori, ſive creditoris eſſe intelligatur: *vide c.2. de feud. dot. in vic. leg. commiſſ. c. ſignificando, ext. de pignorib. vide* Bart. *ad l. fin. & 1. C. de pact. pign. & ibid.* Iacob. Cujac. *in parat.* & Gothofr. *in notis ſuis* Carol. Molin. *in tract. de commerc. quaeſt. 92. n.364.* Covarruv. *var. reſol. lib.3. c.2. n.8.* Neguzant. *de pignorib. 4. part. princ.* Sylveſt. Prier. *in ſum. in verb. pactum, quaeſt. 40.* Franc. Cova *lib.4. comment. jur. civil. c.18. nu.8.* Ratio prohibitionis hujus pacti, fuit aſperitas avari creditoris, & captio facilis debitoris. Nam cum res pignorari ſoleant longè ſuper valentes debito, nolebant creditores mutuam pecuniam dare, niſi ſub lege & pacto expreſſo pignorum commiſſi, niſi pecunia in termino convento ſolveretur. Huic legi facilè debitores egentes pecunia ſe ſubijciebāt, ſperantes interim rebus ſuis conſulere, & tempore conſtituto pecuniam reſtituere: quod cùm præſtare non poſſent, res proprias amittebant, eaſq; creditores acquirebant. Hanc rationem aſſignant ſuperius allegati, & ipſemet Imper. Conſtantinus, qui hujuſmodi pactum leg. commiſſ. ſuſtulit: *in d. l. ult. C. de pact. pig. & c.* Pet. Greg. *in partit. jur. can. lib.3. tit.1. fol.306*

29 Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita: Seraph. *privil. 74. num. 175. ex Greto lib.2. reſponſ.26. poſt num.17. vide Conſtit. Leonis.*

30 Pactum præſumi nudum, cùm pacti ſimplex ſit mentio, & quando præſumatur veſtitum: Menoch. *lib.3. præſumt. 40.*

Pactum nudum vel ſtipulationem iniviſſe an præſumatur, qui verbo conventionis vel promiſſionis vel placiti uſi ſunt, *ibidem præſumt. 41.* 31

Pactum præſumi ex promiſſione facta 32 præſenti & tacenti, cum de eius utilitate & commodo agitur, *præſumt. 42.*

Pactum & Conventum præſumi inter 33 contrahentes de his, quæ uſu ac conſuetudine adhiberi ſolent in contractibus, Menoch. *lib.3. præſumt. 43.*

Pactum, proteſtatio, & omne id, quod 34 contra ſubſtantialia contractus adijcitur, vitiant contractum: *Conſt. Roger. de proteſt. rubr. 1. §. 3. num. 45. 46 ubi diſtinct. & ſeqq. & num 50.*

Pacta in continenti addita, contractib. 35 ineſſe dicuntur: Seb. Med. *reg. 5. n.142. fol.195.* etiamſi addita poſt unam diem: quia una dies non dicitur intervallum: *ibid.*

Pacta contra naturam contractus fieri 36 non poſſunt: Seraph. *privileg. 74. nu. 175. per not. in l. cum quid ſi cert. pet.* intellige naturam ſubſtantialem & intrinſecam, non extrinſecam.

Pactum de ingrediendo bona debitoris, non tribuit jus hypothecæ: Coler. *p.1. c. 10. n.129. lim. ibid.*

De pacto, quo quis propria authoritate 37 manum inijcere in rem vel perſonam alterius poteſt, capiendo, Coler. *de proceſſ. execut. p.1. c. 5. 6.* & areſtando, *c.7.* & de pacto obſtagij, *c.8.*

De pacto, ut quis nudæ & ſimplici aſ- 38 ſertioni ſuper damnis & intereſſe, an valeat, Coler. *p.1. c.10. nu.118. & ſeqq.* & his terris contra hoc pactum pronunciatur, ita ut adhuc intereſſe vel damnum ſit liquidandum: *ibid. nu. 28.*

De pactis dotalibus, quatenus valeant, 39 Dauth. *d. lo. fol. 122. & fol. 31. verſ. nam etſi, & fol.153. in add. §. in hac autem materia.*

Pactum dotali inſtrumento interpoſi- 40 tum, ut filia dote contenta ſit, & frater in reliquis bonis patris ſolus ſuccedat, neq; in vim pacti valere neq; teſtamenti aut alterius cujuſcunque voluntatis: Moll. *lib.2. ſemeſtr. c.9.*

De Confraternitate in Duces Saxo- 41 niæ, & Landgravios Haſſiæ atq; Marchiones Brandeburgenſes, reſpondit Decius, Molinæus *conſ.22.* verò in illuſtri cauſa Landgravij Captivi contra Comites Naſſovienſes, ubi confraternitates etiam examinantur: in ead. cauſa reſponderunt Collegium Iuridicum Lipſenſe, Tubingenſe, Colonienſe, Heidelbergenſe, Ingolſtadienſe, Friburgenſe, Lovanienſe, Palatinum, Aurelienſe, Bituri-

Bituricenſe & Alciat. Dec. & alij, cùm eſſet in vinculis Cæſaris Caroli V. Auguſt. memoriæ: Et plura de hoc negotio, referr Johan. Dauth. *d. lo. n. 86. fol. 128.* Dec. *in conſ. 18. n. 15. & 16.* ubi extat memorabilis hiſtoria Captivitatis Landgravij. Vide item Knich *in priv. Duc. Sax. c. 2. fol. 37.* ¶ De pari confraternitate inita inter Comitem Henneberg. & Duces Saxoniæ, vide Knich. *de c. 2. fol. 38.* ibid. de plurib. confraternitatibus, validitate harum fraternitatum: Geyl: *lib. 2. obſer. 127. &* Theſ. *deciſ. 225. nu: 12. & ſeq. & deciſ. 13.*

42 Pacta ſunt facti, ſtipulatio juris: *l. ſi quis ex argentarijs, §. pactus, ff. de pact. vide latiſſ.* Jo. Bap. de Sancto Sene, *in tract. de Pact. in 1. q.*

43 An pactum, ſtatutum & conſuetudo æquiparentur: *vide Br. in l. omnes populi, in 3. q. 3. q. prin. & ibi* Guz. *latè, ff. de Juſt. & jur.* Jaſ. *in l. non impoſſibile, de Pact.* Batt. *in l. Titio, §. Titio, ff. de cond. & demonſt.*

44 Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus ab initio eſt reprobatum, tamen ex poſt facto valet: *l. Titius, de pig. act.* Idem in Exceptione non numeratæ pecuniæ: Bart. *in l. ſi ex cautione, C. de non num. pec.*

45 De Pacto legis commiſſoriæ adjectionis in diem, & de revendendo, quomodo inter ſe differant, *vide pulcrè* Alex. *in conſ. 10. vol. 1. videtur forſan prima conſideratione.*

46 Pactum de hæreditate perdenda non valet: *l. pactum dotale, C. de coll. ibi omnes vide* Soc: *in reg. 280. & in reg. 150. ubi 41. limitat.*

47 Pactum, quòd debitor bonis cedere non poſſit, non valet, cùm videatur ſe ad carcerem obligare; quod eſt contra bonos mores, *vide* Socin: *in Reg. 279. ibi limitat.*

48 Pactum non valet, per quod quis inducitur ad delinquendum: *l. convenire. De Pact. dotal.* Bart: *in l. fin. in 1. q. C. de pact.* ¶ De pacto futuræ ſucceſſionis, *vide ſupra in verb. hæreditas.*

49 Quomodo pactum de retrovendendo inducatur, nempe ſtipulatione & conſenſu expreſſo contrahentium, Decian: *in conſ. 190. volu. 3. nu. 6. & in ſequen.* An afficiat rem, itaquòd à quolibet poſſeſſore poſſit vendicari? quòd non; ſed ſolùm perſonalem quòd faciat, *docuit* Geyl. *in obſerva. 16. lib. 2. obſervat.*

50 Sed pactum de retrovendendo tranſire ad hæredes, *voluit idem* Geyl. *in obſervat. 2. nu. 4. lib. 2.*

51 Contractus probatur ſimulatus & fœneratitius ex pacto de retrovendendo & modicitate precij tantùm: Decian *in ſuis conſ. 103. vol. 2. ibi de alijs conjecturis, quæ ſimulation. probant, vide.*

52 Bona, quæ ſunt & erant reſtitutioni ſubjecta, ex pacto retrovenditionis, ſi non potuerint hypothecari, ut competat ad illa hypothecaria, quando ſunt recuperata ex dicto pacto: reſoluto enim jure datoris, reſolutum eſt Jus accepcoris: *conſuluit* Dec. *in conſ. 68. vol. 2.*

De pactis dotalibus ſuſtinendis, & quot teſtes requirantur ad illa? quando ſuſtinere poſſunt in vim contractus, ſufficiunt duo Teſtes: quando in vim ultimæ voluntatis ſufficiunt quinq; Si inſinventur legitimè, valent etiam ſine teſtibus: *præſcribitur in Conſtit. Elect. Saxo. Art. 42. parte 2.* 53

Poſſunt etiam poſt nuptias pacta dotalia confici, etiamſi antè nihil convenerit: *l. 1. ff. de pactis dotal.* dum tamen donationis animo non fiant *gl. n. ibid. l. cum maritus, ff. eod. tit.* Proſunt & nocent tantummodò præſentibus, & non abſentibus: *l. 1. §. Pacta, ff. de pac. dotal.* utiq; etiam ſunt ſervanda: *l. ſi ſocer, §. Lucius, & ibi* Joan. de Imo: Alex. *& Dd. ſoluto Matri toto tit. x. de pactis conven.* modo tamen ejuſmodi pacta non ſint contra Jus, non invitent ad delinquendũ, & dotem non minuant: *l. convenire, ff. de pact. dotal.* neq; reddant mulierem indotatã: *l. ſi convenerit, in prin. ff. de tit. & notavit* Weſenb. *in paratitlis, ff. hoc titulo.* 54

Imò concluditur eo, quòd per pacta dotalia donationes poſſint fieri, etiam ſine hæredum conſenſu, ſi morte confirmentur, idque favore Matrimonij: *contra Art. 21. & 52. li. 1.* tantredit, Schurerius *in tract. ſuo de ſucceſ. ab inteſt. in limit. 3. ad regul. 5. ſpecialem, mihi fol: 293.* 55

Per eiuſmodi pacta dotalia qualiter acquirat maritus dotem mortua uxore, & uxor donationem propter nuptias, etiam extantibus liberis, *multa docuit* Rolan. à Valle, *in conſ. 62. incip. licet clara.* 56

Et quòd per pacta dotalia, de mutua ſucceſſione poſſit paciſci, *conſul.* Weſenb. *in conſ. 71. par. 2.* 57

Itèm pacta dotalia quòd valeant, etiam contra Jus, & regulariter ſint ſervanda; *declarat* Geyl. *in obſervat. 78. Num. 6. 7. lib. 2.* Schurf. *Zaſius in conſ. 17. cent. 2. ibi in ſpecie de modo ſuccedendi in* Gerada *ſecundum pactum dotale.* 58

Imò quod pactis dotalibus teſtamento derogari poſſit: *probatur in l. 2. ff. de dote prælegat.* 59

Et tandem donationem reciprocam in pactis dotalibus factam ſervandam, *habetur in l. ſocer, §. Lucius, ibi* Joan. de Imo, Alexan. *& Dd. ff. ſoluto Matr.* Zaſius *in l. ſtipulatio hoc modo, cap. 1. de pacto ſucceſſionis reſervanda, nu. 19. & 20. ff. de verbo obliga.* Rolan. à Valle, *in d. conſil. 62. lib. 1. arguendo ab illo, quòd quilibet ſit rei ſuæ moderator & arbiter.* Mynſing *in obſer. 53. cent. 5. teſtatur de conſuetudine Germaniæ, & Cameræ imperialis obſervantia in judicandos* Geyl. *d. obſer. 78. lib. 2. nu. 9. & 8.* [illegible] 60

61 Niſi ſtatuta vel conſuetudines repugnent: Schneidev. *in commenta Inſt. de hæredit. qua ab inteſt. deferu. in §. de ſucceſſio, inter virum & uxorem referens ſe ad conſuetudinem* Menoc. *in conſ. 1. lib. 1. Nume. 261. dicens, longo uſu in Italia, Gallia & Germania eſſe receptum, ut liceat ſecundum pacta dotalia ſuccedere, allegat ibi multorum Dd. auctoritates.* Et ejuſmodi conſuetudinem valere, *docuit* Decius, *in l. pactū quod dotali, nu. 10. C. de pactis.*

62 Pactum cum una perſona non prodeſt alteri, fallit quando quie carens filijs providit per pactum hæredi extraneo, & poſtea habuit libros quos hæredes inſtituit, tunc factum pactum in favorem extranei hæredis prodeſt etiam liberis: Anton. Trig. *ſing. 96.*

63 Pactum de conſervanda hæreditate valet: Franc. Marçus. *qu. 13.*

64 Quando pactū de futura ſucceſſione venit in conſequentiam præcedentis præambuli contractue nempe tranſactionis & receſſus à lite tunc validum eſt: Jacob. de Puteo *decif.* 113. ibi plura tractat de pactis hæreditatis: Guid. Papa *ſing. 630.*

65 Quod dicitur pactum de hæreditate viventis non valere, procedit in pacto facto inter alios de hæreditate alterius, ſecus ſi fiat per ipſummet qui diſponit de bonis ſuis nam tum valet: Menoch *conſi. 91. vol. 1.*

66 An valeat pactum inter fratres quod altero moriente ſine filijs bona vadant ad ſuperſtitem: Decius *conſ. 225.* negat, ſi fiat de omnibus partibus, ſecus ſi fiat de parte.

67 Promiſſio per quā promittore hæredem facere non firmatur juramento: Decius *conſ. 236. nu. 41.*

68 De confraternitate facta inter aliquos per quam ſe faciunt fratres ut unus alteri ſuccedat, & quando valeat vide Decium *conſ. 516.*

69 Pactum de ſuccedendo alicui valet facta aliqua reſervatione ut teſtari poſſit: Decius *conſ. 516. nu. 17.*

70 Duobus caſibus valet pactum de futura ſucceſſione; & poteſt quis fieri hæres in contractu in duobus caſibus: Scil. Societatis & matrimonij vide Caſſan. *in conſuetud. Burgun. titul. de ſucceſſion. §. 12. gloſ. 12. num. 2.*

71 Pactum factum per filiam patri de non ſuccedendo matri & fratribus non valet, matre & fratribus abſentibus: Rolandus à Valle *conſ. 81. vol. 4.*

72 Pactum de patris ſucceſſione à filio factum non valet, ſed non è contra, quia pactum à patre factum de ſucceſſione filij valet de ratione diverſitatis vide Marcum de Mantua *ſing. 248.*

73 An valeat pactum inter fratres dividentem hæreditatem, quod ſtantibus maſculis deſcendentibus ex eis, non ſuccedant fœminæ: *vide* Bartol. *conſ. 92. vol. 1.* & valet propter conſervationem familiæ. 74

An valeat pactum in contractu matrimonij, quod primogenitus vel alter ſuccedat in certis bonis: Aff. Decius *conſil. 378.* Menoch. *conſ. 203. lib. 3.* 75

Pactum de litigando coram uno judice eſt revocabile: Vincent. Mancin. *in tract. de juram. eiuſque Vi & effectu part. 4. Effect. 22.* 76

Pactum nudum præmiſſa imploratione divini auxilij producit actionem: Stephan. Gratianus *in addit. decif. March decif. 1.* 77

Pactum in inſtrumento cenſue appoſitum contra formam bullæ, an vitiet in totum contractum an vero illo rejecto ſuſtineatur inſtrumentum? Reſpon. contractus ſuſtinetur & ad juſticiam reducitur: Caſp. Anton. Teſſaurus *quaſt. ſing. 69.* 78

Pactum nudum valet ſi ſit cum cauſa, etiam perſuaſiva, ut ſi referatur propter calculationem fuiſſe factum pactum, calculatio præſupponit cauſam obligationis, nudum autem pactum ſine cauſa non parit actionem niſi accedente juramento Caſp Anton. Teſſaur. *quaſt. forenſi 37.* Franc. Sarment. *ſelectar. interpretation lib. 1. c. 3.* Vaſqu. *de ſucceſſ. creation. §. 28. num 3.* Guterius *de contr. jur. par. 1. c. 24.* Didac. Covarru. *in c. quamvis pactum 1. par. §. 2. num. 30. de pactis* Alciat. *in c. cum contingat. num. 339. de jurejur.* Hieron. Cevalloe *in tracta. commun. opinion. contra comm. c. 315. in fin.* Bald. *conſ. 98. lib. 2.*

Pactum de ſuccendo abſque conſenſu tertij, cujus hæreditate agitur, initum an juramento firmetur? N. Johan. del Caſtillo *c. 9. per totum p. 3. var. controv. juris* Johan. Vincentus *Hon de dens conſ. 40. lib. 1.* Johan. Gutierez. *de juram. confirmator. par. 1. c. 5.* Roder. Fuarez. *in l. quoniam C. de inofficioſo teſtam. limim. 5 ad legem regni nu.* 1. 2. 3. Simon. de Prætie *conſ. 123. nu. 10.* 79

Stante ſtatuto aut forma decreti, quod judex ſola facti veritate inſpecta procedat, poteſt agere ex nudo pacto, licet opponatur exceptio actionie deficientis: Ozaſc. *decif. 2.* 80

Ex geminato pacto etiam de jure civili oritur actio: Jaſon. *de action. § in perſonam nū. 5, 6. 68.* Matth. Mattheſilan. *ſing. 36.* 81

Ubicunque per pactum nudum promittitur, illud quod eſt jure debitum; naſcitur actio: Ludov. Roman. *ſing. 528.* 82

Pacta dicuntur in continenti appoſita, quando fiunt antequam contractus habeatur pro perfecto: Bartol. *in l. 40. ff. ſi certum petatur nu. 18. & l. 17. C. de fide inſtrumentor.* 83

Pactum de non petando factum poſt contractum, non tollit obligationem civilem nec actionem ipſo jure, ſecus ſi 84

in con

in contractu fiat: Franc. Cremenſ. *ſing. 49.* tollit tamen naturalem obligationem & eludit civilem: *gl. in §. præterea inſtit. de except.*

85 Pactum nudum dicitur quod ſtat in puris finibus conventionis, alias ſi tranſit in proprium nomen contractus & formam ſeu ſolennitatem vel cauſam propter quam robur & efficaciam aſſumit erit veſtitum *gl. et. §. 1. inſtitu quib. mod. re contrah. obligat.*

86 Cauſa in pactis liberatorijs non conſideratus, ſecus in pactis obligatorijs: Bartol. *in l. 5. C. de pactis.*

87 Pactum contra ſubſtantiam contractus facit contractũ nullũ, ſecùs ſi fiat contra naturalia vel ſubſtantialia, Bart. *in l. 2. C. de Jure emphyteut. & in l. 27. ff. de donation. mortis cauſa.*

88 Pacta ſuper accidentalibus vel naturalibus ex intervallo appoſita ad excipiendum tantum proſunt, ſi verò apponantur ſuper ſubſtantialibus ad actionem proſunt: *l. 72. ff. de contract. emption.*

89 Pactum nudum à ſolennitate verborum parit actionem de jure canonico, ſecùs ſi nuda ſit reſpectu cauſæ: Jacob. Marcheſ. *quæſt. 28. nu.* 4. Martin. Benckendorff. ad Seraph. *in addit. privileg. 19. nu. 10*

90 Pactum adjectum in contractu matrimonij cum genero de faciendo ſponſam hæredem æqualiter cum fratribus non eſt obligatorium; idem eſt ſi ex alia cauſa ſit promiſſio facta de inſtituendo aliquem hæredem M. Anton. Peregrin. *conſ. 69. nu. 12 vol. 1.*

91 In pacto retrovenditionis an unus ex venditoribus poſſit depoſitando pretium recuperare totam rem venditam? N. Garſias Maſtrill. *decif. 21.* niſi onus ex venditoribus habeat jus ceſſum vel in mandatis ab alijs, & dato quod poſſit recuperare, tamen neceſſarium eſt ei, qui offerendo totum pretiũ petit admitti ad recuperationem, totius præſtare cautionem de reſtituendo alteri portionem & de ſervando indemnem emptorem qui reſtituit: Petr. de Monead. *in addit. ad* Gozadin. *in l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditorem* Joſeph. Ludov. *decif. 112. nu. 11.*

92 Pactum quod redditus emantur cum interventu alicujus eſt inductum in ejus favorem Garſ. Maſtrill *decif 36. nu. fin.*

93 Pactum quod ſtetur alterius aſſertioni cum juramento circa damna & intereſſe an valeat? Aff. ſell. circa quantitatem tantum; non autem de damno in genere paſſo, nam tunc liquidæ probationes requiruntur Garſ. Maſtril. *decif. 60.*

94 Pactum quod ſtetur dicto alterius cum juramento an extendatur ad tertios? Maſtr. ibidem Joh. Botta *conſ 57.*

95 Pactum legis Commiſſoriæ in pignore etiam juratum non habet locum: Mart. Benckenad Seraph. de Seraph. *in add. priv. 45. n. 3.*

Pactum Aduocati de quota litis an juramento valletur & firmetur? N. de jure civili, ſecus de jure canonico, ubi ſervandum eſt: Martin. Benckendorf. ad Seraph. *in add. privil. 171.* Mattheus Cuno *de pactis lib. 1. c. 25. nn. 18.* Proſper Farinac. *conſ. 70. nu, 25. lib. 1. & in pract. crimin. p 3. lib. 3. tit 11 qu. 106.* 97

Pactum Advocat. de mercede ſuorũ laborũ majore dimidia parte litis, nõ valet in ſpem victoriæ Mart. Bencken. *ibidẽ n. 6.* Mancin. *de juram. p. 4 eff 253 n. 3* Horat. Carpan. *in lucubrat. ad* Stat. Mediolan. *c. 429 ſub lit. O. p. 1.* Anton. Peregr. *de jure fiſci lib. 4. tit. 7. n. 16.* 98

Pactum de futura ſucceſſione in re certa valet, & per pœnitentiã revocari non poteſt Martin. Benckendorf. ad Seraph. *in add. priv. 20. n. 7.* Scrader *conſ 3. n. 275. & conſ. 19. n. 51.*

Pactum de futura acquirenda ſucceſſione, ex conſenſu eius de cujus hæreditate agitur de jure valet; etiamſi illud juramento fuit confirmatum, is tamen, de cujus hæreditate actum fuit illud ſine perjurio poteſt revocare Martin. Beockendorff. *ibidem nn. 12.* Bartol. Muſculus *de ſucceſſ. convent memb. 1. cl. 1. concl. 3 ſub. lit. B. n. 48.* Anton. Teſſaur. *decif. 225* Fachine *p. 1. controv. lib 2. c. ult.* 99

An pactum de futura ſucceſſione in pijs cauſis valeat: Scrader. *conſ. 19.* Mancin. *de juram. p. 4 effect. 6. n. 8.* 100

Pacta reciproca de ſuccedendo principum Germaniæ Imperatoris autoritate & juramento firmata valent inter principes, non privatos Bartol. Muſculus *de ſucceſ. convent: mem. 1. cl. 1. concl. 3. ſub Lite. M. n. 71.* Forſterus Senior *lib. 4. de ſucceſſ. ab inteſtat. c. 24. nu 16* Henric: à Roſenthal. *de feud. c. 7. concl. 25* Waremund. ab Erenberg. *de fœderib. c. 7. nu 2.* Martin. Beockend. ad Seraphin. *in addit. privileg. 20. n. 15.* 101

Familiæ & parentelæ, quæ habent merum & mixtum imperium circa ſucceſſionem; ex juriſdictione omnimoda quam habent, pacta & leges ſibi conſtituere poſſunt: Petr. Heig. *p. 1 qu. 23. nu 20.* Bartol Muſculus *de confratern. lib. 41.* Franc. Duaren. *de feud. c. 10. n. 8.* Reuſner. *p. 1. conſ. 19. nu. 28.* And. Knicken. *de privileg. ducum Saxon 5. c. 3.* 102

In privatis criminibus paciſci licet ante litis conteſtationem; poſt non abſque nota infamiæ, in publicis in quibus venit pœna ſanguinis, etiam poſt litis conteſtationem licitum eſt Bronchorſt. *cent. 1. aſſ 33.* Anton. Faber. *lib. 2. conject. c. ult.* *Coraſ. 2. miſcell. 1.* Bocholt. *de tranſact c. 3.* Fachin. *lib. 1. contr. 8.* Frehetus *de infamia c. 8. nu. 28.* 103

An Pactum inter dominum & tertium aliquem de vaſalli viventis feudo, ſub hac conditione ſi ad dominum revertatur initum, jure ſubſiſtat? Affirm: Hartman. 104

O 3 Piſtor.

Piſtor *lib. 2. quaſt. 25. & 30.* Hartman. Vulteius *de feud. lib. 1. c. 7. nu. 47.* Sereder. *de feud. p. 3. c. 2. nu. 17.* Gail. *lib. 2. obſerv. 155.*

105 Pactum ſtricti juris contractibus in continenti adjectum, non tantũ ad exceptionem ſed etiam ad actionem producendam utile eſt: Herman. Vulteius *l. 1. juriſprud. Rom. c. 44* Gœddeus de Contr. *Stipul. c. 44.* Hottom. *lib. 7. obſerv. c. 15. & lib. 1. amicabil. reſponſor. c. ult. & qu. illuſtr. 35.* Duatenus *in l. juriſgent. §. quinimo ff. vide diſſent.* Cujacium *lib. 2. obſerv. 15. lib. 10 obſer. 24. & in l. 24. ff. praſcrip. in tract. ad* Affirean. Donel. *in l lecta ff. reb. cred.* Boeer. *ad l. 23. c. ul. ff. de R. J.*

106 Statutum concedens executionem contractui, non extenditur ad pacta in continenti appoſita quatenus ſtatutum non ſe extendat, ad caſum fictum: Didact. Hydalg. *delos caſus quaſt. for. 4. nu. 39 lib. 1.* ¶ Statutum loquens de venditione non habet locum in faciente pactum de vendendo: Anton. Corſetus *in ſuis ſingular. lit. S. ſingul. ſtatutum vide tamen* Caball. *milleloqu. 201.*

107 Pactum de ingrediendo poſſeſſionem rei pignoratæ propria auctoritate non exercetur contra ſingularem ſucceſſorem, ſine aliqua cauſæ cognitione: Georg. Cabedo *decis. 17. n. 61. lib. 1.*

108 Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus fit hoc modo, ſi debitor pecuniam mutuatam non ſolverit intra certum tempus, habeat creditor rem oppignoratam emptam pro pecunia mutuata quod pactum regulariter non valet. Limita niſi fieret ex intervallo, tunc valet, quod intellige, quo ad excipiendum non ad agendum. 2. ſi dictum ſit ut creditor haberet rem hypothecam juſto pretio ad æſtimationẽ proborum. 3. ubi tala pactum eſſet juratum: Anton. Agerve de Agora *lib. ſingul. collectan. forenſ. c. 176* Guid. Papæ, *qu. 6.*

109 Pactum l. commiſſoriæ, non reprobatur niſi inter creditorem & debitorem, nam inter alias perſonas licitum eſt *idem d. c. 176. num. 18.*

110 Creditor pacti legis commiſſoriæ fructus perceptos in ſortem computare debet, intereſſa tamen lucri ceſſantis poſt moram ſi ſolitus ſit negotiari & paratam mercaturam habet, petere poteſt: Petr. Salaſarez. *decis. 3. n. 19. lib. 3.*

111 Pactum Legis Commiſſoriæ non reddit venditionem conditionalem, ſed facit eam ſub conditione reſolvi, ideo interim res poteſt uſucapi *tit.* pro emptore cum adſit verus titolus: Petr. Salaſarez *decis. 22. nu. 83. lib. 1. per l. 2. §. Sabinus ff. pro empto.*

112 Pactum quod fundus ſit inemptus, ſi emptor non ſuo tempore ſolverit pretium, cum cenſeatur pactum appoſitum favore venditoris ita demum procedit, ſi venditor velit: Joſeph. Ludovic. *decis. peruſ. 33.*

PAPA.

Papa non debet redargui à quoquam, niſi in crimine hæreſis: *c. ſi Papa, 40 diſt.* ¶ Papa licèt locum Dei in terris teneat, non tamen de occultis poteſt divinare: *c. 1. ut Eccl. benef.* 1

Papa vicarius eſt Jeſu Chriſti: *c. inter corporalia, & c. quanto, de Translat. Clem. 1. in prin. de Jurejur.* 2

Papa vicarius non eſt Petri: nam vicarius vicarium non habet: *gl. Clemen. 1. in verb. Vicarium, de in jus.* Sed vicarius eſt Jeſu Chriſti. 3

Papa jura habet in ſcrinio pectoris: *c. 1. de Conſtit. lib. 6. l. omnium. de Teſta.* Hoc eſt verum, ſecundum *gl. in c. præterea, 23. diſt.* Per interpretationẽ, quià omnia interpretari poteſt. 4

Papa de ſe ſuperbè loquitur, *in c. propoſuiſti de Conceſſ. praben.* ubi dicitur, quòd poteſt ſupra jus diſpenſare. 5

Non habet jure, ſed de facto uſurpavit Papa utrumq; gladium: ſecundùm Ang. qui dicit, hoc dicere Eccleſiaſticos viros: *in §. ſacra. de rer. diviſ.* Et exercitiũ gladij temporalis ab eo eſt Imperatori conceſſum: *vide c. novit, ubi Dd. de judic.* 6

Papa dicta Patrum uſq; ad ſanguinem defendere debet. 7

Papa contra Decreta à concilijs ſtatuere poteſt, patet ex *c. ſæpe contingit, de Appell.* ubi Innocentius ſtatuit contra conſtitutum in Concilio Lateranenſi. 8

Papa diſpenſat contra jus naturale & Apoſtolorum non tamen contrà Evangelium & fidei articulos: *gl. in c. auctoritatem 15. q. 6. De iſta materia* Dec. *vide, conſ. 112. vol. 1.* Fel. *in c. quæ in Eccleſ. De Conſtit.* 9

De poteſtate Papæ, & an in omnibus caſibus diſpenſare poſſit, *vide* Dec. *d. conſ. 112. volu. 1.* 10

Papa etſi ſine cauſſa diſpenſare poſſit, tamen is, cum quo diſpenſat, quò ad Deum non eſt tutus: *gl. in c. non eſt, de vot. & vot. redempt.* Quod nota contra eos, qui ſuper pluralitate beneficiorum acquirunt ſine cauſſa à ſede Apoſtolica diſpenſationem, & contra eos, qui contrahunt inceſtas & nefarias nuptias: & impetrant Papæ diſpoſitionem, quã tuti non ſunt coram Deo, & in conſcientia. 11

Papa an poſſit diſpenſare ut matrimonium ſemel contractum diſſolvatur, *vide* Porcum, *Inſt. de gradib in 3. col.* 12

Papa quos caſus ſibi ſpecialiter reſervavit in ſig- 13

Digitized by Google

in ſignum ſupremæ poteſtatis & privilegij, habes in gl. in c. quòd translationem, de off. deleg. vide Iaſ. in l.1. de offic. eius.

14 Papa LL. civiles tollere non poteſt, quoad formam ſecularem: c. novit, de judic. gl. in c. poſſeſſor, de R. Jur. lib. 6. gl. in c. 2. in verb. civilis, de Arb. lib. 6.

15 Quando Papa poſſit leges facere, & ſuper quibus, vide pulcrum text. in c. ſunt quædam 27. q. 1. & ibi gl. pulcra.

16 Papa quando judicari & accuſari poſſit, & Imperator quam ob cauſam deponi poſſit, tex. cum gl. in c. ſi Papa, 40. diſt.

17 Multa de Papæ & principis poteſtate, an poſſit procedere parte non citata, vide Hipp. de Marſ. in Repet. l. de unoquoq;, ff. de re jud.

18 Conceſſio facta à Papa, intelligitur ſine aliorum præjudicio: l.2. §. merito, & §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco publ.

19 Patria Petri eſt Apulia: gl. in c. monaſterijs 19. quæſt. 3.

20 Papa Epiſcopos, fratres, Cardinales, non Epiſcopos ſed filios nominat: c. licèt dilectus, de Teſtib. c. dilecto, de præbend. Dec. in c. cum venerabilis, de Except. c. quam gravi, de crimine falſi.

21 An delegatus Papæ gaudeat privilegijs, quæ ſunt officialis Papæ? Dic, quòd non: ita Lapus conſil. ſuo, quod eſt impreſſum poſt conſ. Oldradi: & Cano. in Rubr. de off. deleg. 4. col. Goz. in l.1. de juriſd. omn. judic.

22 Verba Papæ debent intelligi ſecundùm Canones, Principis ſecundùm jus civile: Alex. in l. cùm quidam, in §. quòd dicitur, in ult. col. ff. de hæred. inſtit.

23 Vacante Papatu, remanet juriſdictio apud collegium Cardinalium, & Epiſcopatus apud Capitulum; Bart. per illum tex. in l. ubi abſunt, ff. de tut. & curat. dat. ab his.

24 De Pontifice maximo, deque eius in alios omnes ſacerdotes juriſdictione, & quid ſit Pontificium: Anaſtaſ. German. in Tract. de ſacrar. immunitat. lib. 1. cap. 48. & 9.

25 De primatu Romani Pontificis ubi explicantur l. unic. C. de privileg. urb. Conſtantinop. lib. 11. & l. 6. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. Anaſtaſ. German. d. Tr. d. lib. 1. cap. 4. De Hæbreorum Pontificibus primatuq; Romanæ Eccleſiæ: Anaſtaſ. German. d. Tract. lib. 9. cap. 5.

26 De Authoritate & juriſdictione Pontificum in ijs quæ ad religionem ſpectant & explicatur l. oſſa ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Anaſtaſ. German. lib. 1. de ſacr. immunitat. c. 8.

27 Pontifices etiam in ijs quæ ad religionem non pertinent habere juriſdictionem ſummamque poteſtatem: Anaſtaſ. German. d. lib. 1. d. Tractat. c. 9.

28 De Papa vide Anaſtaſ. German. in Tract. de Indult. Cardinal. §. Epiſcopus n. 10. 11, 23. 24. & ſeqq. & §. Dilecto num. 22. 23. 24. & ſeqq.

Papa jure naturali ſuadetur ad ſervandam legem, quam ipſe tulit: Anaſtaſ. German. in d. Tract. de Indult. Cardinal. §. Alioquin. num. 28. 29

Papæ conceſſiones juſtæ præſumuntur & abſque nullius præjudicio Anaſtaſ. German. d. Tract. d. §. Alioquin num. 32. Quod Papa vult habere pro expreſſo, fingitur expreſſum licet vere non ſit: Anaſtaſ. German. in d. Tr. de Indult. Cardinal. §. Ac irritum nu. 5. 30

Atteſtatio Papæ, non admittit probationem in contrarium: Anaſtaſ. German. in d. Tract. de Indult. Cardin. §. Nos itaq. nu. 7. 31

Majorem apud ſe retinet auctoritatem Papa quam dat Anaſtaſ. German. in Tr. de Indult. Cardinal. §. Alioquin num. 8. 32

Abſurdum eſt Papam aliumvè Principem ſuiſmet conſtitutionibus derogare non poſſe. Anaſtaſ. German. in Tr. de Indult. Cardinal. §. Ac irritum num. 6. 33

Si Papa in feudum concedit caſtrum duobus, quæ conceſſio prævaleat prima an ſecunda: Petr. Paul. Pariſ. vol. 1. conſil. 11. nu. 1. 34

An ſum: Pont. aſſertio probet adeo, ut ei nihil abijci poſsit: Ioſeph. Maſcard. vol. 1. probat. concluſ. 139. 35

P A R S.

PArtis appellatione venit dimidia: & quãdo veniat pars infra dimidium, quidvè nomine particulæ ſeu partiunculæ, & de alijs, vide apud Ant. Corſ. in ſing. ſuis, in verbo pars. 1

Pars major trahit ad ſe totum: l. quòd major, ff. de Municip. Bart. in l. cùm in diverſis, de Relig. 2

Turpis eſt omnis pars ſuo toto non cohærens: c. quæ contra mores 8. diſt. 3

Pars eſt in toto: l. ſi quis cùm totum, ff. de exec. rei jud. 4

Pars aliqua eſt ſubjectiva aliqua integralis: ſic & totum integrale & univerſale, quod unumquodq; illorum, vide Bart. in l. qui uſufructum, de verb. obl. & Soc. in Rubr. de leg. 1. 5

Partis appellatione in dubio venit dimidia: l. nomen filiarum, §. portionis, de verb. ſig. l. etiam de uſufruct. c. 2. de Dec. in 6. vide Dec. conſ. 69. vol. 1 in princ. Aliquando tamen ſignificat [illegible] uxori, in princ. cum gl. & ibi Bart. de leg. 3. & l. rectè, verſ. quintus, de verb. ſignif. Bart. in l. plures, de Damn. infect. Alex. in l. 2. C. de hæred. inſtit. 6

Et pars verificatur in dimidia, & qualibet parte: ſecundùm gl. in Clem. de for. comp. l. Gallus, §. in omnibus, de lib. & poſth. ubi Aret. not. vide Carol. in l. 1. §. 1. lect. 67. in pr. de V. O. 7

De paſcuis, notavi infr. in lit. S. verſ. de ſervit.

P A R T U S.

QUi mortuus naſcitur, neq; procreatus videtur, neq; filius appellatur: l. 129. de V. S. Abortus ventris partum efficere non videtur;

detur: *Paul. 4. ſent. 9. §. 6.* nec rumpit teſtamentum: *l.2 C. de poſthumis.* Ab eo ſunt diverſi, qui exſecti ventre matris naſcuntur: *ff. l. 6. in prin. de inofficioſo, l.12. de liberis*, & ijs, qui noodum integrum animal, cum ſpiritu tamen naſcuntur. Adde & illud de muliere, quæ ſemper mortuos parit: *l. 14. de ædilitio.* De monſtro quæret aliquis, nom proſit: *vide l.135. de V. S. & ibi Goddaum Paulum 4. ſent. tit. 9. ubi* Cujac.

2 De jure Civili, ratione temporis Nativitatis, partus perfectus naſci dicitur tripliciter: primò ratione temporis 7. menſium: & eſt partus legitimus: *l. Septimo menſe, ff. de ſtat. homi. l. in teſtamento, in fine, ff. de ſuis & legi. hæredi:* Secundò eſt novem menſium: Tertiò eſt tempus decem menſium: & in his concordant omnes, poſt decem menſes, per paucos dies etiam pòſt, quòd poſſit eſſe legitimus partus: hæc Barto: *in l. Gallus, §. 1. circa finem, ff. de liberis & poſthum.* (Mynſ. *obſ. 40. cent. 6. duo extrema ſive abnegativos terminos legitimi partus eſſe docet, alterum citeriorem ſeptimeſtrem, alteram ulteriorem undecimeſtrem.*) ¶ Juris Saxonici diſpoſitio ſuper iſto hæc eſt: Wenn ein Weib einen Mann nimpt / gewint ſie Kinder / ehe die rechte zeit kömpt / da das Kind gebohren wird: möchte man es beſchelten an ſeinen Rechten / wenn es zu frůe geboren iſt. Gewint auch ein Weib Kinder nach jhres Mannes Todt / nach jhren rechten zeiten: mag man es auch ſchelten wenn es zu ſpat geboren iſt: *Text. eſt arti. 36. lib. 1.* LandRecht.

3 Die rechte zeit iſt nach neun Monden / im anfang des Zehenden / licèt regulariter in nono naſcatur puer: *ut dixit* Barto. *in d. l. Gallus.* ¶ Solte aber auch dieſer Text verſtanden werden / de ſeptimo menſe, tum maneret incorrectus, & conveniret per totum cum Jure communi: *habetur in addi. latina, incip. hic Articulus.*

4 Die rechte zeit aber nach jhres Mannes Todt iſt nach neun Monden im anfang des zehenden. Pòſt autem legitimo tempore ſeriùs partus editus eſſe dicitur: es werden aber den zehen Monden / noch zweene Tage zugegeben: ſi jam pariat vidua, poſt illud tempus decem menſium & duorum dierum, dicitur partus illegitimè natus, der an ſeinen Rechten mag geſcholten werden: *gloſſa eſt in Arti. 94.* Weichbild / *& eſt textus in Authen. de Reſtitutio.* & ea quæ parit undecimo menſe: *§. Unum ſiquidem colla. 4. & gloſ. ibidem in verbo perfecto.*

5 Wie aber eine könne oder můge beweiſen nach dem dreiſſigſten / oder zur zeit des Begräbniſſes / daß ſie Schwanger: *notavit* Bart. *in d. l. Gallus, §. 1. in fine gloſ. 1. in Arti. 33. lib. 1.* LandRecht / *gloſ. in Arti. 34.* Weichbild. Et ibi habes, daß ein Weib als denn / wenn ſie ein Kind tregt / auß der Gewehr nicht kan gewieſen werden: auch könne man vber ſie höher nicht richten / denn zu Haut vnd Hare: doch ſagt die *gloſ. finalis in finalibus verbis*, man ſol das Vrtheil vorziehen biß ſie geneſen / ſo Vrtheile man vber ſie nach jhrer vordienten Straffe: *per l. ut prægnantis, ff. de pœnis.*

Vnd wie alſo der poſthumus oder nachgeborner Sohn / im Erb vnd Lehen ſeinem Vater ſuccedire, *habetur in gloſ. 1. & 3. Arti. 33. lib. 1.* LandRecht / *habetur in toto titu ff. de lib. & poſthu.* Wenn aber Kinder oder Leibesfrucht abgetrieben / wie es zu ſtraffen: nemlich / ſo die Frucht lebendig geweſen / ſol die Thäterin am Leben / vnd die darzu geholffen / mit dem Schwerd geſtrafft / da aber die Frucht nicht gelebt / vnd in andern fellen mit Staubſchlägen: *habetur in Conſtitu. Electo. Saxo. Arti. 4 par. 4.* 6

Ex duobus filijs, maſculo ſcil. & fœmina, vel ambobus maſculis, natis unâ ſimul ex eod. partu, quis primus natu præſumatur, Menoch. *lib. 6. præſ. 51.* Pruckm. *l. in multis, de ſtatu hominum, p. 1. n. 3. art. 36.* 7

Parvum fœtumq; immaturum atq; imperfectum natum eſſe, quibus ſignis & conjecturis cognoſci dicitq; poſſ. Menoch. *lib. 6. præſ. 52.* 8

Partus ſuppoſiti quando præſumantur, Menoch. *lib. 5. præſ. 23.* 9

Pœna eorum, qui partus exponunt, quæ ſit, & inibi an expoſiti ſint legitimi, & ad ſacros ordines promoveri poſſint, Menoch. *lib. 2. cent. 4. c. 396.* 10

Partus ſuppoſitio conjecturis & præſumptionibus probatur: Menoch. *lib. 1. præſumt. quæſt. 58.* 11

In utero, præſumuntur tres liberi eſſe *l. 3. ff. Si pars hæreditatis petatur.* Propter numerum naſcendorum ex ventre admittitur petitio incertæ partis *l. 1. §. interdum ff. de petition. hæreditatis.* 12

Infantes expoſiti an pro legitimis habendi ſint? Aff. *c. fin. fil. presbit. c. innotuit e- lect.* Gabriel Paleottus *de ſpur. c. 20.* Menoch. *2. arb. cent. 4. caſu 396.* 13

Quando ſtatutum in civitate requirit ut nemo in ordinem recipiatur, niſi qui probaverit legitimam ſuam nativitatem, quæritur an filius expoſitus in collegium ſit recipiendus? N. quia præſumptio non ſtatim eſt probatio Paleottus *in loco ſupr. allega.* 14

Plura de infantibus expoſit. & cui illorum educatio & curatio incumbat, quique illis ſuccedat vide apud Mollerum *l. 4. ſemeſtr. c. 45.* Antonin. Theſſaur. *deciſ. 118.* 15

Intra quod tempus juſtus vel legitimus partus naſci poſſit vel non, qui ſeptimo menſe naſcitur legitimo eſt, & is qui octavo menſe natus eſt, etſi per naturam diu ſuperſtes 16

eſſe

eſſe non poſſit quantum tamen ad jus ſucceſſionis pro non nato habetur; undecimo menſe poſt obitum mariti natus, non eſt legitimus: Mollerus *lib. 3 ſemeſt. 28.* Beuſt. *in l. 5. num. 36. ff. jurejurando* Everhard. Speckhan. *cent. 1. quæſt. 77. num. 20.* Cujacius *novel. 39. c. 2.* Menoch. *2. arbitr. cent. 1. caſ. 84.*

17 Natus ſexto vel octavo menſe qui vivere non poteſt an habeatur pro non nato ad rumpendum teſtamentum & alia vide Beuſt. *in 2. par. matrimon. c. 31. & in l 3. n. 26. ff jurejur.* Anton. de Gamma *deciſ. 325.* Wurmſer. *obſer. 13. de teſtam.* Mynſing. *6. obſ. 40.* Hottnman. *lib. 9. obſer. 9.*

18 Juramentum fidelitatis præſtatur etiam ventri ac ſi partus natus eſſet: Paul. Fuſc. *in ſingular. in verbo Juramentum num. 88.*

PATER.

1 PAtriæ ratinne quis præſumitur bonus aut malus: *c. quando 24. diſt. c. conſtitutus, extr. de purg.* ubi habetur conſideratio ad Patriam alicujus nrdinandi, & cuius nationis ſit, ut inde ſciatur, quibus moribus ſit imbutus. De Iure quis præſumitur eſſe eius affectionis, qualis eſt eius patria: Bart. *in tr. de Guelph. & Gibellin. col. 4. Caſſan. de glor. mund. par. 11. conſid. 24.*

2 Qui ex vico ortus eſt, eam patriam intelligitur habere, cui Reip. vicus ille reſpondet: *l 30. ff. ad municipalem.*

3 Patria poteſtas hodie per nuptias, domicilij & menſæ ſeparationem tollitur: Weſenb. *in par ff. de adopt. n. 7.* Schneid. *in §. præterea, Inſt. ubi, n. 1. & in art. lit. C.*

4 Pater is eſt, quem demonſtrant nuptiæ: *Inſtitu. de patria poteſt.* ¶ De poteſtate autem ſeptuplici, quam pater habet in liberos ſuos, *notavit gloſ. in § jus autem, Inſtitu. de pat. poteſt. & gloſ. 3. in Arti. 13. lib. 1.* Land Recht / *de quibus vide.*

5 Sed an patria poteſtas ſit de Jure Saxonico ſublata, & qualiter de Iure Saxonico filij pro emancipatis habeantur, nemblichen wann ein Kind zu ſeinen Jahren / vnd mit anſtellung ſeiner eigenen Nahrung / ſich von dem Vater ſcheidet / *notatur in Conſtitu. Electo. Saxo. Arti. 10. parte 2.*

6 Et *in d. juribus inter alia nota*, quòd regulariter filius, venia non petita & obtenta, non poſſit patrem ſuum in jus vocare: *l. fina. C. de in jus vocan.* neq; quòd poſſit eſſe inter patrem & filium lis aliqua vel obligatio: *l. lis, ff. de judi. l. congruentius, C. de patria poteſta.* niſi in caſu maternorum bonorum: denn wann die Kinder ſich von dem Vater ſcheiden wollen / ſol er jhnen laſſen vnd geben / als jhrer Mutter Gut: *Arti. 11. lib. 1.* Land Recht: & ſic in iſto caſu, cadit inter, patrem & liberos obligatio dandi & tradendi: & licèt tali caſu liberi, contra patrem agere non poſſent, tamen ipſis non eſſet prohibitum judicis officium implorare: *de quo* Petr. de Ravenna, *in ſuo Alphabe. litera O. verſi. officium judicis.*

7 An & quando, & in quibus caſibus, pater teneatur vel poſsit liberare & eximere filium ſuum, quem habet in poteſtate, etiam in cauſa criminali, *vide text. Artic. 17. & ibi gloſ. 4. lib. 2.* Land Recht & quo caſu pater pro filio in judicio criminali poſsit comparere, *notavi ſuprà, in litera D. verſi. de defenſore, & notantur duo caſus, in quibus obligatur pater de facto & geſto filij, cùm aliàs regulariter non teneatur, in gloſſa 2. & 3. Artic. 6. lib. 3.* Land Recht / *habetur in §. exercitoria, & §. inſtitoria, Inſtitu. quod cum eo qui in alie. poteſt. eſt in §. præterea, & §. in rem, Inſtit. eo. tit. l. ei qui, §. alioquin, C. eo. l. quæſitum, in fine, ff. quando de pecu. actio eſt anna. l. ſervus tuus, C. de Inſtit. actione, ſimile diſponunt hæc jura de ſervo. Vide in titulis C. & ff. ad Senatuſ. Macedo. & invenies, quòd in multis caſibus pater ſit obligatus pro filio.*

8 Pater ſi faciat diſpoſitionem per modum contractus, puta: in contractu ſponſalitio, vel aliter de bonis ſuis, poſt mortem inter liberos ſuos æqualiter dividendis: quatenus valeat: valere autem eam quando ſaltem unicuique liberorum relicta ſit ſua legitima. *habetur in l. parentibus, C de inoffi. teſta. in l. hac edictali, §. 1. C. de ſecun. nup.* ſed apud patrem non præſumitur læſio propter amorem paternum, quem nullus amor vincit: *l. fin. C. de curato furio. eleganter* Schurfius *in conſi. ſuo 20. centur. 1.* Ex illo amore paterno præſumptio oritur, quòd filium pro dignitate ſponſi, & pro modo facultatum ſuarum dotaverit: Alex. *de Imo. in conſi. 53. in fin. volum. 4.*

9 Sic etiam patris teſtamentum inter liberos factum ſuſtinetur, etiamſi careat ſolennibus: *textus*, Bald. *& alij, in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſta. colligenda ſunt plura de patre, inter alia, de officio paterno elocandi & dotandi filiam, ſuprà in litera D. verſi. de dote.*

10 De alimentis liberis præſtandis, *in litera A. verſi. de alimentis*, de conſtituendo legitimam, *in litera L. verſi. de legitima.* & alia de perſona patris, *collige ex verſi. de filio & filia, litera F.*

11 Contra patrem & patriam, filius & civis quòd non poſsint cogi ferre teſtimonium, item ſeſe ultrò offerentes quòd non ſint admittendi; Decian. *in conſi. 48. volum. 3. numer. 12. & in ſequentibus ibi, multa bona de honorando patre & patria.*

12 An pater bona adventitia filij abſque decreto ex cauſa neceſsitatis alienare, aut

ſuper

ſuper iis tranſigere poſſit? Reſpondet in e-
mancipati filij bonis quòd decretum requi-
ratur: in non emancipato, ſecus; Geyl. *in ob-
ſervatio.72. num.14. lib.2.*

13 Et quatenus pater filio ſuo, cuius bona
adminiſtravit, teneatur adminiſtrationis
ſuæ reddere rationem, *docuit (ſub diſtinctio-
ne modò allegata,) idem* Geyl. *in d.obſervatio.
nu.15.& ibidem, numero ſequenti 16.* quærit, an
inter patrem & filium in poteſtate conſtitu-
tum oriatur obligatio: *tex. eſt in l. cum opor-
tet, §. non autem, C. de bonis quæ liberis.*

14 Pater qui pro filio ſuo fidejuſſit, non ha-
bet beneficium excuſſionis: *tex. in l.3 §. ſed u-
trum, ff. de minoribus.* Ratio eſt, quia ſi pater
non teneretur, eſſet illaqueare & decipere
contrahentes cum filijs, nihil habentibus,
pro quibus ſe obligaverit: Boer. *in deciſio.221.*
ſi verò pater ſe non obligaverit, non tene-
tur, niſi de peculio: ſi peculium nullum ha-
beat filius, pater in nullo tenetur: *tot. titu.
C. ne filius pro patre.* Quatenus ratione officij
& adminiſtrationis, *(Si filius voluntate patris
decurio factus ſit, pro filio tanquam fidejuſſor
conveniri poteſt in ſolidum, & excuſſionis benefi-
cium eo caſu habet. Si ſine voluntate eius, de pe-
culio ſaltem tenetur pater, quo caſu excuſſioni
non eſt locus.)* vel delicti, *(In delictis pater non
niſi de peculio conveniri poteſt, idq́; poſt litem cum
filio conteſtatam,* teneatur, & quid differat à
fidejuſſore, *docuit* Boerius *in d. deciſione.221.n.
3.* Geyl. *in obſer.27.n.33.& in ſeq. lib.2.*

15 Quod pater expendit in honorem filij
cenſetur de facultatibus ad filium pertinen-
tibus expendere: *l. finali. ff. de petitione hæred.*

16 Pater hæreditatem non aditam tranſ-
mittit in filium: *l. uni. C. de his qui ante aper.
tabulas,* Geyl. *in obſervat.131 nu.5. lib. 2.* ¶ Pa-
ter ſi ante acceſſum notarij moriatur, an va-
leat eius ſcriptura, *(Valere Jaſon concludit,
quia ſolennitatis potius, quàm voluntatis defe-
ctus ſit.)* vide Geyl. *in obſervat.112. num.16.*

17 Pater non poteſt filio legitimato plus
relinquere, quàm filio legitimo & naturali,
cui minimum reliquit: *textus eſt in §. & quo-
niam ibi ut non amplius, Auth. quibus mo. natu.*
18 *effi. ſui.*

Pater quòd poſſit bona ſua dividere in-
ter liberos ſuos, & quòd diviſio ſit ſervan-
da, *docuit* Geyl. *in obſervat. 116. lib.2.* intelli-
gendo uſque ad legitimam: ſed quatenus
vendendo omnia bona ſuá poſſit liberos pri-
vare legitima, *(Modo probari poſſit, pretium
revera patri numeratum eſſe, & ſi ille conſum-
pſerit,) refert idem* Geyl. *in d. obſervat.116. nu.5.
lib.2.* Patria poteſtas in ſpiritualibus non cu-
ratur: *textus eſt in c. fina. §. fina. de judi. in 6.*
Quòd pater quidem habeat uſumfructum
bonorum filijfamilias, ſed quòd immobilia
bona filij non poſſit ſine decreto & neceſ-
ſitate æris alieni alienare, *dixit* Mynſing. *in
obſervat.61. cent.6.* 19

De Patris amore erga liberos, Men. *lib.
5. præſ.14.* & de reverentia liberorum in pa-
rentes, *præſ.11.* & de correctione patris, *præſ.
14.* Schneid. *§. his qui in parentum, num.5. cum
ibid. notat. Inſtit. de obl.* quæ ex delicto naſcun-
tur, *fol.581.* Vivius *dec.322. lib.2.*

Patrem præſumi diligere filium, Men. 20
lib.6. præſ. 36. ſicut econtra filium præſumi
diligere parentes, *præſ.57.* Et filium patri ſi-
milem virtute & moribus præſumi, *præſ.
58.*

Parentes honori liberorum ſuorum fa- 21
vent, eorundemq́; incrementum flagranti
deſiderio cupiunt: Pruck. *de regal. c. 5. nu.75.*

De vitrico quædam, Seraph. *privil.132. n.* 22
49.50.& 51.

Patriam ſuam quemlibet diligere præ- 23
ſumi, eoſq́; impios credi, qui ſine juſtis cau-
ſis eam evitarunt, Men. *egregiè lib.5. præſumt.
12. fol.107.*

Vide de patria, eius amore, & an alij 24
civitati præferenda, pleraq́; alia in Marſi.
de ban. verb. mihi patria.

Pater an uſufructu bonorum adven- 25
titiorum filij privari poſſit, quando ipſi pro-
pter dilapidationem aufertur adminiſtratio
bonorum? Aff. Joh. del Caſtillo *de uſufr. c.3. n.
100.* Mendera de Caſtro *in rep. t. l. cum oportet
nu.131. C. de bon. matern.* Roder. Suarez. *alleg.4.*
Petrus Borboſa *in l. ſi. conſtante in princ. nu.45.
ff. de ſolut. matrimon.* Molina *de hiſpan. pri-
mogenit. lib. 1. c.16. n. 7.* Baeza *de decima tutori
præſtanda c.4. nu 8.* Arr. Pinell. *par. 2. num.33.
de bon. matern.*

Parantes filijs theſaurizare debent; 26
non econtrà: *c. cum Apoſtolus, §. prohibemus, de
cenſibus.* ¶ Parentes plus diligunt filios, quàm
ſeipſos: *l. iſti quidem, in fin. quod met. cauſ.* ubi
gl. reddit rationem: pro hoc facit, quod vo-
luit And. de Iſer. *in c.1. §. publici Latrones, in
fin. de pac. tenen. in uſib. feud.* ubi dicit: Quòd
coràm Magno Carolo, & pater & filius ac-
cuſati de homicidio: probandumq́; erat al-
terum eorum percuſsiſſe; nec, quis fecerat,
etiam poſt torturam conſtabat: Rex finxit
ſe ambos laqueo ſuſpenſurum, & cum ad lo-
cum pene veniſſent, videns pater actum eſſe,
confeſſus eſt ſe percuſsiſſe, & ſic ipſe ſolus
ſuſpenſus eſt, liberato filio. *De hoc vide* Hipp.
de Marſi. *in l. 1. numer. 71. fol.5. de quæſt. Illud
idem refert* Iaſ. *in l. ſi is qui pro emptore, circa
d. ſimilitionem fictionis, num. 37.& præced. chart.
15. de uſucap.*

Parentibus turbato mortalitatis ordi- 27
ne filiorum hæreditas debetur: *l. nam & ſi.
parentibus, de inoff. teſt.*

Parant-

Digitized by Google

28 Parentum & filiorum appellatio in infinitum procedit: *l. 4. de in jus vocand.*

29 Parentum hæreditas filijs de jure naturæ debetur: *l. cum ratio, de bon. damn. l. ſcripto, ff. unde lib. 1. §. largius, de ſucceſ. edict.* Vide de hoc amore patris erga filium, ſuprà *in verb. filius, & adde pulcrum tex. in l. ſi pater, C. de ſponſal.*

30 Pro patria vigilandum: *c. omni tempore, c. nulla neceſſitas 23. q. 8.* ¶ Adeò quòd pro defenſione ipſius excuſatur pater occidens filium: *l. minima, ff. de Rel. & ſumt. funer.*

27 Et quam judex circa pœnæ impoſitionem habeat electionem, *tradit* Baldus, *in l. data opera,col.2.verſi. & nota,C. qui accuſa. non poſſunt.Et ibidem apud* Bal. *in col.3.verſi.ult.* in hac lege invenies caſus ſpeciales: in quibus imponitur pœna mortis membri mutilationis,vel relegationis: *habes tex.in jure Saxonico in Artic.13.lib.2.* Land Recht. *Vide* Boniſ. de Vitellanis *in tract.maleſi.Rub. quib.de cauſis quis poſſit ad mortem,vel in membro condemnari.*

Sed in caſu,ubi cadit arbitrium judicis: an circa impoſitionẽ pœnæ ſe hoc poſſit extendere uſq; ad mortem, *(reſpondetur, ſi modò delictum morte dignum ſit.) vide* Ang.*de maleficiis,in verſi & ibi caput a ſcapulis,mihi n.44.* 28

An alicui pœna remitti poſſit, ut carnificis officio fungatur, quæritur: Hoc uſu receptum eſſe in Jtalia,Germania & Gallia, refert Papo: 3. *Notar.10.cap.De remiſſione:* negat tamen temerè id concedendum, ne alioquin plures ſint carnifices, quàm rei. Idem *24.Areſtor.10.art.14.* refert: damnatum virgini nuptias ejus poſtulanti,ſe.Pariſienſi,conceſſum fuiſſe: atq; ita damnatũ mortis pœnam evaſiſſe. Id in Hiſpania uſitatum addit: quorum cõſuetudo fortè derivata eſt ex Canone,*inter opera charitatis 20. Ex. de ſponſalib.* Gothfr. *ad l.ad beſtias,ff.de pœnis.*

Quando à jure una,& à ſtatuto alia ſtatuitur pœna,quæ ſit intelligenda,*docuit idem* Ang.*cum* Auguſt. *in addi.d.verſi. & ibi caput, n.4.& in ſeq.(* Ang.Bart. *ſententiam ſecutus,in judicis arbitrio eſſe exiſtimat, quam pœnam imponere velit: contra* Auguſt.*autoritate* Bald.*fretus,eò inclinat, ut mitior ſtatuti pœna neceſſariò obſervanda ſit,refertq; dictum* Alber.de Roſate, *qui dicit quod totus mundus obſervat, quòd per pœnam ſtatuti ſit receſſum à pœna juris civilis.)* 29

Statutum imponens pœnam pecuniariam, parvam vel magnam, puto pro adulterio vel homicidio, pro quibus eſt pœna mortis de jure communi, an valeat? dicitur, quòd ſic, ſi pœna pecuniaria non eſt contemptibilis,vel ſi fiat ex juſta cauſa; ſeu intelligas ſecundũ delicti qualificationem: *notat* Lud.Rom·*in ſing.ſuo 714.& ibi Pign.in add.* Mynſ.*in obſ 30.cent.2. decidit,quòd pœna banni poſſit ex juſta cauſa mutari in pœnã pecuniariam: ſed an cauſã mutationis in ſentẽtia exprimere debeat,quærit & reſpondet ibi.(nec in ſpecie,nec in genere exprimi neceſſe eſt,dũmodò de cauſa ex actis appareat: alias ſentẽtia nullitatis argui poſſet.* 30

De pœna ſtigmatis in facie hominis quòd ſit illicita, cum ſit contra jus: *ut in l.ſi quis in metallum,C.de pœnis.* nec quòd valeat ſtatutũ ſuper iſta pœna,*notavit per jura* Mynſ.*in obſer. 46.cent.2.* ſed pœnam fiſco vel partis adjudicatam an judex poſſit remittere? quod non niſi ex cauſa,*(Concluſum eſt,remitti non poſſe pœnam adjudicatam parti,niſi petatur reſtitutio in integrum,vel publica utilitatis cauſa princeps id faceret: ſed quò ad fiſcum, ſolet is cum partibus pœnæ nomine a Cameræ ad ſe remiſſis componere.)docuit* Geyl. *in obſer.114.lib.1.* 31

De pœna arbitraria,quæ ſit,quam judex 32

pro

Digitized by Google

pro arbitrio imponit, quando pœna certa à lege non eſt expreſſa & determinata: *text. in l. 1. §. expilatores, ff. de effractio.* Geyl. *in obſerv. 87. nu. 1. lib. 1.*

33 De pœna nolentis jurare de malitia: Geyl. *in obſerv. 87. lib. 1. (Contumaci audientia denegatur, quòd & Domini ex autoritate Socini ſecuti ſunt.)*

34 Pœna temerè appellantis eſt triplex: una 50. librarum auri: *tex. in l. ab exec. C. quor. appell. non recipiun. gloſſ. ibi, in verbo mulctados.*

35 Altera pœna eſt extraordinaria ad arbitrium judicis: *l. eos, §. ne temerè. C. de appell. gloſſ. ibi in verbo pœnam.* Tertia pœna eſt amiſſio cauſæ, & nota infamiæ: *textus in l. à proconſulib. C. de appell.* item condemnatur in expenſis: *c. finem litibus, de dolo & contum. & ibi gloſſ.* Maranta *in ſuo Spec. par. 6. cap. de appell. nu. 334.* De jure Canonico ſunt mitiores pœnæ: *ut notant Dd. in c. cum appellationibus frivolis, de appell. in 6.* Geyl. *iſta ſecundùm* Marantam *in obſerv 152. nu. 7. lib. 1. pertinet propriè hic locus ad materiam de appellat.* De pœna mutantis judicium, Geyl. *in obſerva 32. nu. 7. lib. 1. (Communis opinio eſt, quod hujuſmodi pœnâ mutationis judicij ſit arbitraria, cum refuſione expenſarum.)* De pœna conventionali, an poſſit ultra intereſſe peti? quòd ſic, etiam de jure Canonico, maximè à non ſolito fœnorari: Decian. *conſ. 79. vol. 3.*

36 Pœna animalibus imponitur, ut homines terreantur exemplo: Cujac. *in pr. C. de pœnis.* ¶ Pœnam adulterij, olim ſummi ſupplicij aut mortis non fuiſſe, colligi poteſt, *ex l. 1. de pœn. l. 9. l. 30. C. de adulterijs, l. 18. C de tranſact. vide* Gothofr. *ad Novell. 134. c. 10.* Cujac. *lib. 6. obſ. 11. & lib. 19. obſerv 39.*

37 Quoties quis damnatus eſt, ſupplicium non differendum eſt, etiamſi quædam ſe habere dicat, quæ principi referat, ſalutis ipſius cauſſa. Hinc collige, multò minùs ſupplicium eſſe differendum, ſi quis rationibus nondum redditis, ſe obnoxium dicat: *vide l. 6. de pœn. l. 18. C. eod. vide* Cujac. *lib. 5. obſerv. 9. lib. 20. obſer. 32.*

38 Pœna commenſuratur delicto: Raud. *de analog. lib. 1. c. 34. nu. 91.* & pœna præſumitur potius irrogata ob crimen, quàm contumaciam: *n. 92.* Et ſi pœna non ſit expreſſa in ſententia, tamen habetur pro expreſſâ, ſi per illam ſententiam delictum declaretur ex eo, quia pœna commenſuratur delicto: *num. 93.* & pœna non eſt ſine delicto, quaſi conſequens non ſine neceſſario antecedenti: *n. 131.* adeò ut ex pœna cognoſcatur qualitas delicti, an ſit magnum vel parvum: ibid. & *n. 132.* & pœna & delictum dicuntur correlativa: quia non eſt dare pœnam ſine delicto: *n. 135.*

39 De pœnis conventionalibus, & earum ſpeciebus, vide Capra. *Concl. 70.*

Pœnæ capitalis appellatione venit minima: Paul. Mont. *de jure tutel. & curat. c. 3. n. 21.*

Pœna promiſſa in contractu & in compromiſſo, quando ob contemtum & inobſervantiam peti poſſit: Cavalc. *deciſ. 70. p. 2. dec. 25. fol. 160.* 40

Judex an poſſit ex juſta cauſa pœnas à ſtatuto expreſſas augere & minuere, non obſtante eo, quòd jurant ſervare ſtatuta: Guid. Papæ *deciſ. 206.* & ibid. quæ ſint cauſæ augendi & minuendi pœnas. 41

Judex an poſſit in initio ſui magiſtratus pœnam à lege non determinatam ipſe declarare: Menoch. *lib. 1. q. 83.* 42

Pœnam non eſſe indicendam niſi jure expreſſè caveatur: Men. *lib. 2. cent. 3. c. 276.* 43

De pœnis eorum, qui non ex ſua perſona, ſed perſona alterius puniuntur: Menoch. *lib. 2. cent. 4. c. 345.* 44

Pœna mortis vel corporis de conſuetudine harum regionum ſæpe in aliam commutatur; Moller. *lib. 3. ſemeſtr. c. 20.*

Pœna pecuniaria quando in corporalem commutari poſſit: Menoch. *lib. 2. cent. 5. c. 447.* Clarus, *§. fin. quæſt. 95.* Schneid. *§. pœnales, nu. 55. Inſt. de act. fol. 765.* 45

De pœna convicti de delicto per exceptionem: Menoch. *lib. 2. cent. 5. caſu. 448.*

Qua pœna feriendi ſint illi, in quos non cadit ordinaria, Menoch. *lib. 2. cent. 5. c. 449.* 47

Pœna mitior imponitur ei, qui olim ſcelus perpetravit: Pruck. *§. ſoluta poteſtas, eff. 7. rat. contract. n. 139. fol. 623. & declarat ut n. 140.* 48

Pœna quando imponitur, ipſo jure non ſufficit probare conatum: Marſil. *de bannit. verb. mortui n. 88.* & requiritur ſententia declaratoria: Gabriel. *de malef. concl.* 12. Marſil. *d. lo. n. 89. & 90.* ubi contrar. & pœna quando præponitur ipſo facto, non eſt locus pœnitentiæ: *ibid. 91.* & quando ipſo facto imponitur pœna, lata culpa æquiparatur dolo *n. 93.* 49

Mulctæ dicendæ jus pertinet ad ſenatum: *toto ti. C. de modo mulctæ.* 50

Ex qualitate pœnæ gravitas delicti conſtituitur. Moll *lib. 1. ſemeſtr. c. 37. n. 8* hinc cum furti grandis ſit major pœna quàm homicidij, veluti illius, furca vel laqueus, hujus verò gladius, furtum tale majus putatur homicidio. 51

Quid differunt, Lebensſtraff / Leibsſtraff vnd Geltſtraff? Decian. *in diſput. de jure meri imperij, fol. 19.*

Pœna conventa inter partes quando applicetur fiſco, & quando poſſit exigi: Vivius *lib. 1. deciſ. 39.* Afflictus *deciſ. 3.* 52

Pœna unica tantùm punitur delictum factum in uno actu, licèt comprehendat pluralitatem delicti: Vivius *deciſ. 352. lib. 2.* 53

Pœna neutiquam venit imponenda, niſi dolus evidens fuerit probatus: Viv. *dec. 483. li. 3.* 54

54 Opinio, quòd quis credat ſe facere rem licitam, ad evitandam pœnam eſt ſufficiens: Vivius *deciſ 483.nu.13.*

55 Pœna pecuniaria ſurrogata pœnæ pecuniariæ an eam tollat, Modeſt. Piſt. *p. 2. quæſt 56. & ibi add.* Schult. vel unam judex

56 eligere poſſit.

Pœnæ in arbitrarijs quando ad mortem extendi poſſint: *vide Remiſſ.* Schulz. ad Modeſt Piſt. *quæſt. 92.p.2.*

57 Prælatus non poteſt concedere ſubditis remittere pœnitentiam, & ſic recipere pecuniam pro pœna impoſita pro peccato: Vivius *lib.1.deciſ. 50.*

58 Pœna corporis afflictivæ non poteſt moderari, neq; componi aut commutari in pecuniariam: Vivius *deciſ.350. lib.2.*

59 Fuſtigationis pœna an ſit gravis, Marſ. *de bannit verb.fuſtigati,n.1.*

De pœnæ excommunicationis. Et an quis ad eam ſe poſſit obligare, Capra *tr.reg. tr. de prorogatione juriſdict. fol. mihi 59.* & an abſq; ſolennitate, Capra *ibid.fol.60. n. 7.*

60 De Pœna talionis, *vide* Levit. *c.24. verſ 19.& ſeqq. vide* P. Greg.

De pœna exilij, Dauth. *de teſtam.212.in addit.fol.252.*

61 Pœna Conventionalis non poteſt peti unà cum ipſa re, niſi adſit juramentum: Seraph. *privil.85.* Vivius *deciſ.350.nu.8.lib.2.*

62 In pœnis infligendis mitiùs agitur cum ingenuo, quàm ſervo: *l plagiarij, C. ad Fav. de Plag. l. capitalium, §. pen. de pœn.* Et an vilis plùs puniatur, quàm in dignitate exiſtens, & an plus major, quàm minor, *vide* Bart *in l. quadam, ff. de Pœn.* Bald. *in c.1. §. ſi ruſticus, de pac tenend. & ejus viol. in uſib. feud.* & an divites & pauperes pari pœna puniri debeant, *vide* Bonif. de Vitel *in tit. quid ſit cauſſa, fol.31.*

63 De hoc, an nobilis mitiùs, vel plùs puniatur, quàm ignobilis, quia non ſemper hoc eſt verum, *vide* Cepoll. *conſ.39.nu.17.*

64 Pœna famæ & vitæ æquiparantur: Iaſ. *in tranſigere, in 2.col. C. de Tranſact. ad fin.* & pœna famæ bonis viris plus timenda, quàm mortis, *l iſti quidem, in fin. Quòd met. cauſa.*

65 Pœnæ remitti nō debēt de facili, ne ad maleficia temerè quis proſiliat: *l. ſi operis, C. de pœn.*

66 Et pœna unius debet eſſe metus multorum: *l.1. ad l. Jul. Repetund. l. ſi vindicari, C. de Pœn. l. aut facta, §. ſi. de Pœn. l. capitaliū, §. penul. ff eo. tt. l. ſi quis in ſuo, C. de inoff. teſt. c. Clericius, de cauſa Cler. & mulier.* ¶ Hinc eſt, quòd propter frequentiam delicti pœnæ poſſunt exacerbari: *d l. aut facta, §. fin. Pœn.*

67 Sic etiam econtra judex ex juſta cauſſa pœnas minuere poteſt: Paul. de Caſt. *in l. & ſi ſeverior, C. de infamib.*

68 Quælibet pœna corporalis, minima etiam, major eſt pecuniaria: Bart. *in l.1. §. generaliter, ff. de Pœn. vide* Iaſ. *imperium, in ult. col. de jurisd. om. jud.* ubi limitat, hanc regulam non procedere in vilibus hominibus: Bart. *in l. levia, de Accuſ. l. in ſervorum, de pœn.*

Punitur quis interdum ex ſola petitione: *l.1. C. de pet. bon ſubl.* 69

Pœna capitalis dicitur quinq; modis: *vide gl.* Iaſ *in l. tranſigere, C. de tranſact. l. 2. ff. de publ. judic l. edicto, § rei capitalis, de bonor. poſſ. l. 1. § quidam, de bon. poſſ. contra tab. gl. in l. Imperium, in gl. 2. de juriſd. om. judic. ubi infert* Goz. *ad ſtatutum, quem omnino vide, &* Iaſ. *in d. l. tranſigere & in l. divortio, in 3. col. ſolut. matr. vide* Alex. *in conſ. 104.* 70

Pœna autem ultimi ſupplicij eſt ſola mortis naturalis: *l. ultimum ſupplicium, de Pœn.* Et quod pœna capitis & ultimi ſupplicij diſtinguantur, *vide bonum tex. in l. penul. in fin. princ. de Parri. l. hos, §. fin. ff. de accuſ.* 71

An membri abſciſſio ſit pœna capitalis? *vide* Br. *in l. publicorum, de pub. jud. & lecturam meam, in l. imperium, de juriſd. om. judic.* 72

Pœnæ ſunt reſtringendæ: *l. interpret. de Pœnis odio de R. J. in c. ſtatutum, de Elect. l. cum quidam, de lib & poſth.* Bar. tamen *in l. quemadmodum, C. de agr. & cenſ lib. 10.* hoc limitat, ſi extenſio tenderet in reipub. favorem, tunc lex pœnalis & odioſa, ſicut favorabilis extendi poſſet. Vide tamen pulcram limitationem ibi ad Bart. per me ſcriptam, ubi hoc dictum Bart. non procedit: *ſecundum* Goz. *in l. ſi quis id quod, ff. juriſd. om. jud.* 73

Pœnalis diſpoſitio, & ſtatutum pœnale, delictum principis, licèt publicam utilitatem reſpiciat, cùm reipub. interſit delicta puniri: *l. ita vulneratus, ad l. Aquil. cum ſimil.* Et ergo deberet extendi, ut dicit Bart. *in d. l. quemadm.* Tamen publica utilitas eſt cauſa mediata: immediata autem cauſſa (quæ attendi debet) eſt odium delinquentis, & ideo ſtrictè debet intelligi: *ita declarat not.* Bal. *in l. ſi. C. de ant. matri.* Quòd tamen declara, ut per Bart. *in l. 1 § exercitus, de inf a. Hoc voluit* Soc. *in l. 1. in princ. 3. coll. de verb. obl.* 74

Nota tamen diſpoſitio publicam utilitatem reſpiciens, extenditur ad caſum non habentem tantam rationem: iſtud probatur ſingulariter, *in l. hoc modo, ff. de cond. & demonſt. vide ſuprà in verbo illius Corrector, ubi habeo inductionem legis.* 75

Pœnalis lex favore piæ cauſſæ extendenda eſt: Iaſ. *in l. ſi prius, in 7. q. de oper. no. nunc. gl. in c. ſciant cuncti, de Elect. lib. 6. in verb. alios.* 76

Quomodo in pœnalibus & correctorijs fiat extenſio, *vide* Iaſ *pulcrè, in l. 1. in ult. col. prope fin. C de ſucceſſ. Edict. eund. in § ſequens, n. 7. & § tripli, n. 22. & verſ. ex maleficijs, n. 37. Inſt. de Act. tex. eſt melior ſecundū* Bal. *in c. 1. § porro, verſ. ſed quia natura qua fuit prima cauſſa benef. abij.* Iaſ. *in l. ſanci. in 2 col. C. de Jud. vide* Bart. *in l. penul. C. de jud. vid. col. vide ſupra in ver. correctoris* 77

ubi

ubi pœnalis diſpoſitio extenditur, ne fiat deluſoria: *col. 319.*

78 In pœnalibus communis uſus loquendi attenditur: Bart. *& Apoſtilla in Rubr. de no. op. nunc.* Imò omnis diſpoſitio odioſa & pœnalis ſecundùm communem uſum loquendi intelligitur: Abb. *in c. nonnulli, de Reſcript. ubi* Apoſtill. *& ..a c non ſine, in 2. not de Arb. latè* Fel. *in proœm. decret.*

79 Pœnam pecuniariam non habens, in corpore punitur: qui non habet in ære, luat in corpore: *l. quicunq., C. de ſerv fug. l. fin. de injus vocand. l. ſi quis id quòd de juriſd. omn. judic.* Hæc regula procedit, quando ex delicto quis dare debet, ſecus, ſi ex contractu: item in ordinaria, ſecus in mulcta: item in viliſſimis hominibus & ſervis, ſecus in ingenuis: *ita* Bart, *in l. t. §. generaliter, de Pœn*

80 Ad hanc regulam adde 4. fallentias, quas ponit Soc. *in Reg. 81. &* Bart. *in l. ſi quis in jure, de Injur.* adde Iaſ. 4. fallentias ponentem, *in d. §. in ſervos. de juriſd. om. jud.*

81 In pœnis imponendis, an tempus delicti commiſſi inſpiciatur, an tempus ſententiæ: ut ſi fortè ſtatuto novo, tempore ſententiæ, delictum gravius vel levius veniat puniendum: *vide pulcrè* Bart *in l. omnes populi, in 2. q. 5 q princ. col. 7. de juſt. & jure.*

82 Multitudo à pœna temporali an excuſet: *vide gl. in c. 2. de temp ord. in verb. antiqua, vide ſuprà in verb. multitudo.*

83 Pœna non debet egredi delictum: *l. reſcriptum, de his quæ. ut indig. vide* Bart. *in l. ſi prius, in : opp. ſecunda partis princ. & ibi* Iaſ. *de oper. nov. nunc.*

84 An autem valeat ſtatutum, quòd pater pro filio teneatur, item quis pro familia, quò ad pœnam pecuniariam, *vide pulcrè & latè D.* Alex. *in l. ſæpè, col. 4. de re jud.*

Puniri debet quis, in quo deliquit: *Auth. omnes peregr. C. com. de ſucceſſ. in verb. formalia.*

85 Puniri quis debet, ubi deliquit: *l. ſi cui, §. idem Imperator, de Accuſat.* & ad talem locum remitti debet: *ut per* Soc. *in reg. 335.*

86 Secundum varietatem temporum, locorum, perſonarum, poteſt pœna major vel vel minor imponi. ſi pœna à ſtatuto vel jure non ſit expreſſa: *l. Pedius, ff. de incend. rui. l. reſpiciendum, de Pœn. vide* Bart. *l. omnes populi, in 6. q. 1. q. pr. de Iuſt. & jur.* Hinc dicimus, quòd pœna legis per judicem regulariter minui poteſt, vel mutari: *vide* Soc. *in reg. 239.*

87 Pœna capitis minor eſt pœna furcarum: Bart. *in l. deſertorem, de re milit. & in l. levia, de accuſ. vide* Soc. *in conſ. 157. vol. 2.* Ex maioritate pœnæ vel minoritate, non poteſt argui, delictum eſſe maius ſemper: quia propter frequentiam vel inclinationem ad tale delictum, interdum maior pœna pro minori delicto imponitur: *vide gl. in c. admonere, 33 q. 2. vide in verb. Bannitus ſuprà.*

Delictũ, quod non nocet, an ſit punibile? 88
vide Curt. *in tr. feud. in 4. p. pr. q. 10, fol. 33. col. 3.*

An actus, qui de facto fit, non tamen 89
habuit juris effectũ puniatur: *vide remiſſ.* Fel. *in tr. Con. in pen. col. quæ eſt poſt tit. de Appell vide* Petr. *no. 15. & in q. 57. vide ſuprà in verb. actus.*

Pœna omnium bonorum, eſt quaſi ma- 90
ior pœnâ mortis: Bal. *in l. certa forma, C. de jur. fiſc. lib. 10.* Unde metus perditionis omnium bonorum, æquiparatur metui mortis: Bart. *in l. penult de cond. ob turp. cauſſ. vide* Hipp. *in l. 1. §. præterea, de qq.*

Pœna ex delicto cum morte extinguitur: 91
vide Petr. *q. 19 & latè ſuprà in verb. Mors.*

Pœnæ cum pœna compenſatur: *l. cum par. § fin. de R. J. gl. pulcra. ſimilia pulcra allegans, in l. fi. §. ſed etſi ſtipulator. de eo, per quẽ factũ eſt.*

Perfectio actus requiritur, ut pœna lo- 92
cum habeat.

Pœna ad hoc, ut locum habeat, non ſuf- 93
ficit, quòd quis incæpit, ſed requiritur perfectio: unde pœna contrahentis matrimonium habet locum in contrahente ſponſalia: *gl. in Clem. 1. de conſang. & aff.*

Et pœna impoſita huic, qui reformat 94
aliquid in favorem Bannitorum, non habet locum in eo, qui ſolùm fecit propoſitionem de reformatione fienda: *ita* Bal. *in l. 1. in ult. col. C. Si Rector provinc.*

Item prohibitus facere molendinum 95
ſub certa pœna, ſi fecit aquæ ductum pro molendino, non incidit in pœnam: *ita conſuluit* Alex. *in conſ. 114. vol. 2.* vide Iaſ. *in l. 2. in fin. ff. de juriſd. om. jud.* ubi per hoc reprobat duas deciſiones Baldi.

Pœna privationis alicuius rei, non ha- 96
bet locum, niſi in caſibus à jure expreſſis: *gl. eſt Auth. in c. fin. de jur. patron. quam ibi* Abb. *extoll.* D. Iaſ. hanc regulam celebrat, *in l. ſi emancip. C. de Coll. vide* Apoſtill. *à me ſcriptam, in l. & ſi à nicu, de adult.*

Et talis pœna privationis in uno caſu 97
appoſito non extenditur ad alium: Dec. *conſ. 177. vol. 2. in caſu propoſ.*

Mitior pœna imponitur ei, qui conde- 98
mnatur ex probatione præſumptiva: *vide* Alex. *in l. 1 in pr. n. 28. fol. 95. ff. ſi cert. pet.*

Et quid in condemnato ex præſumptio- 99
ne juris, an ordinaria pœna debeat puniri? *vide ibi* Dec. *col. 4. circa medium.*

Pœna propter hominis excellentiam in- 100
terdum remittitur, & à regulis juris communis recedimus: *de hoc in verb. Bonus, & in v. Doctor, & in verb. Homo. Ad hoc ego pondero text. in l. non omnis. in fin ff. de re milit.*

Annullatio actus pœna eſt: Iaſ. *in l. nõ dubiũ* 101
C. de leg. in 3. col. pleniſſimè Ale. *in l. turpia, de le. 1*

Lex loquens de pœna extra ordinem, 102
intelligitur judicis officio: Bart. *in l. 1. ff. de furt. & Bald. in l. ſi cui, de condit. & demonſt.*

103 Plura delicta committens, in eundem quaſi effectum tendentia, punitur pœna gravioris delicti ſolum: & minora delicta, & pœnæ eorũ conſunduntur ſub graviori: *ita* Bar. *& ibi plenè de hac materia, in l. nunquam pluris, de privat. delict. & l. inficiando, §. infans, ad l. Aquil.*

104 Pœnam fiſco applicandam princeps per reſcriptum remittere poteſt ſed non parti, applicandam: *gl. in l. 2. C. de in jus vocand. ubi* Bart. & Alex.

105 Et talem pœnam fiſco applicandam quis licitè poteſt retinere in foro conſcientiæ: ita Abb. *in c. dilecti, in 5. colum. de Arbitr. & in c. canonum ſtatuta, de conſtit.* ubi dicit: quòd in foro conſcientiæ bona publicata ipſo jure retineri non poſſunt, cum jus ſit fiſco quæſitum: ſecus, ſi per ſententiam eſſent publicata: *gl. eſt in c. fraternitas, 12. q. 5.* quam Abb. *in d. c. canonũ,* dicit ſe neſcire alibi, eamque ibi confirmat duplici ratione: *vide etiam Fel. in d. c. canonum, in 11. & 12. col.* Et hoc eſt verum quando pœna per ſententiam eſt imponenda: ſecus ſi ipſo jure à lege imponitur pœna: *ita* Abb. *in d. c. dilecti.* Joan. de Mont. Ferr. *in l. 1. §. 1. col. 3. de verb. obl.*

106 Pœna legalis cui, an parti, an fiſco applicetur, *vide* Barr. *in l. agrari, de term. mot. &* Muder. *in l. ſi quis id quod, in fin. ff. de juriſd. om. judic.*

107 Pœna conventionalis cui applicetur, *vide* Bal. *in l. ſi quis major, C. de Tranſact.* ¶ Pœna ex ultima voluntate cui applicetur, *vide* Bart. *in l. uxorem, §. hæres, de leg. 3.* Moder. *in l. ſi quis id quod juriſd. om. jud.*

108 Quòd pœna ipſo jure imponatur, vel per ſententiam, multum intereſt, multosq; juris effectus continet: de quibus vide ſupra *in verb. jus.* ¶ Si etiam pœna ipſo jure incurritur, tamen opus eſt ſententia declaratoria. Jura dicentia, quem ipſo jure, vel facto incurrere pœnam, debent intelligi, dummodò ſecuta ſit ſententia declaratoria, per quam declaratum ſit fuiſſe commiſſum id, propter quod veniebat imponenda pœna: alias illa pœna effectum non habet, vel executionem: Ita Aret. Joan. And. *in c. 1. de de homic. allegat tex. in c. cum ſecundum, de hæ. lib. 6.*

109 Et ita eſt in incurrenti infamiam ipſo jure propter juramentum, quia intelligitur, poſtquam declaratum fuerit per ſententiã: Alex. *in l. ſi quis major, & ibi etiam* D. Jaſ. *in 6. col. C. de Tranſact.*

110 Hinc eſt, quòd, Vaſallus quando ipſo jure eſſet privatus feudo, tamen antequam feratur ſententia declaratoria, non poteſt Dominus feudi ſe intromittere de corporali poſſeſſione: *c. licet Epiſcopus, de præb. in 6. vide* Alex. *poſt.* Bal. *in conſ. 103. in 8. col. videtur prima conſideratione, ubi multa alia de hoc vol. vide etiam ad hoc.* D. Jaſ. *in l. 2. in 7. col. ibi ult. circa C. de jur. Emphyt.*

Imò etiã in notorijs requiritur ſententia ſaltem declaratoria: de hoc multa cumulantem, vide Hippo de Marſi. *in Rub. ff. ad l. Cor. de Falſ. vide eund.* Hipp. *in Pract. cauſſa crim. in §. aggredior, nu. 109. & nu. 133.* cum multis alijs materijs ibi poſitis. 111

Pœna non committitur abſq; interpellatione, & quando dies interpellat pro homine, Dec. *in conſ. 2. vol. 1.* 112

Ad pœnam talionis tenetur, qui in actione criminali in probatione objecti criminis defecerit: *in* Specul. *Sax. lib. 1. art. 69. & eo. lib. 1. art. 50.* 113

Item agens actione criminali, ſi reus abſolvetur, ad æqualem pœnam tenetur, *lib. 2. art. 8. in gl. vulg. in Spec. Sax.* ¶ Pœnam talionis receſſiſſe ab aula, dicit Speculator, quem refert & ſequitur Zaſ. *in l. 1. §. editiones, ff. de Edend. col. 265.* Etiamſi jura ejus pœnæ meminerint: & ita dicit: Zaſ. ſe eviciſſe in acerrimo conflictu. 114

Promittens ſub pœna, quod alter ratificabit contractum: ſi promiſſor facit quantum in ſe eſt, evitat pœnam: Abb. *in c. gemma, in 3. col. ext. de Sponſ.* ¶ In pœnis infligendis paria ſunt, aliquid fieri per vim; vel per perſuaſionẽ: *ita eſt tex. in l. item ſi obſtetrix, §. 1. ff. ad l. Aquil. facit l. unica, §. pœnas, C. de rap. virg.* 115

Quomodo juſta cauſa à varijs pœnis excuſet, vide latè Alex. *in conſ. 43. vol. 6. in prin.* 116

Conſuetudo mala ab omni pœna excuſat: *vide ſup. in verb. conſuet.*

An agens & conſentiens æquali pœna, & an ſemper ſint puniendi? Hic meminiſſe oportet, in hoc articulo eſſe quadruplicem conſenſum, & ſecundum hoc etiam aliter diſponi. 117

1. Negligentiæ, ubi minùs peccat conſentiens, quàm agens, niſi eſſet minùs craſſa & ſupina ignorantia. 118

2. Conſilij, ubi minus peccat conſentiens, quàm agens, ſed plus quàm primus, id eſt, negligens. 119

3. Cooperationis, & hîc punitur æqualiter, agens & conſentiens. 120

4. Authoritatis ſive defenſionis, ubi plus peccat conſentiens quam agens, & magis punitur: *ita dicit Inno. in c. 1. de off. deleg. in gloſſ. ſuprà verb. pœna. vide* Bart. *in l. ſi qui opem, ff. de furt. ubi ponit formaliter verb. Innoc. De his vide* Bald. *in Marga. in verb. conſenſus.* 121

De pœna graſſatorum, effractorum carceris & quando magiſtratus poſſit augere vel minuere pœnam ordinariam: Franc. Pfeil. *conſ. 153. cent. 2.* 122

In

123 In pœnis imponendis delicti non ſenteotiæ tempus eſt regulariter inſpiciendum Franc.Pfeil *d.conſ.nu.7.*

124 Pœna quæ conſiſtit in lucro perdendo, non impedit libertatem matrimonij:Jacob. Marchiſel.*quaſt.54. lib. recollectar.*

125 Pœna adjecta facto ceſſat ſuſpicio uſurarū:Jacob. Marchiſel. *quaſt.132. lib. recollectar.*

126 Pœna in obligatiooibus facti individui committitur in totum, idem fit propter perjorium etiam in quantitate adjecta Iacob. Marchiſel.*d.qu.n.6.& ſeq.*

127 Pœna dupli conventa ſi vaſallus in termino non ſolverit annuam præſtationem, tollit pœnam legalem amiſſionis feudi M. Antoo Peregrinus *conſ. 21. nu 18.vol.1.*

128 Pœna ipſo jure nopoſita alicui ob aliquod factum, poteſt exigi eo non citato idem *conſ.15.num. 25.lib.2.*

129 Pœna l. quiſquis C. ad L. Ioliam Majeſtat. afficit filios non autem patrem aut fratrem delinqoentis: idem *conſ.29 nu.3.4.*

130 Iudex Laicus tantum cognoſcit de crimine mixti fori quo ad pœnas corporales: Garſ. Maſtrill. *decıſ. 68. nu.1.*

131 Ad pœnam quandò agitur, liquidiſſima contraventionis probatio reqoiritur: Cæſar Barzias *decıſ.62.nu.35. & 46.*

132 Pœnæ, mulctæ, condemnationes & bonorum publicationes an debeantur ei, cuius tempore fuerat commiſſum delictum, ao vero illi qui juriſdictionem habet tempore ſeotentiæ? prius affirmat: Garſius Maſtrillus *decıſ.12.* Antonius Sola *in titul.de pœna temere appellat. 10. fol. 196. in conſuetud. Pedimontan.* Bertazol.*conſ.155.nu.1. & ſeq.vol.1 & conſ.458. num.11.vol.2.* Surd. *conſ.57.num.19 & conſ.84. num. 6.*

133 Statutum puniens delinquentem in Eeleſia, ao procedat ſi delictum ſit commiſſum in oſtio Eccleſiæ? N. Garſ. Maſtrill. *decıſ. 22.*

134 Pœna exilij non poteſt impooi niſi ab habente merum imperium: Proſp. Farinac. *tract.de delict. & pœn. quaſt.19.num.17.* Magon. *decıſ.35.lib.2.*Garſ. Maſtrill.*decıſ.39.num.10.*

Pœna conventionalis extra judicium promiſſa æquum non eſt ut exigi poſſit niſi quatenus pars intereſſe prætendat: Cæſar Barzias *decıſ 33.nu 16.*

135 Pœna quando fuit appoſita in contractu, qui non fit contra ſed præter legem, contractum validat: Cæſar Barz. *decıſ.94 n.23.*

136 Pœna noo committitur ex petitione, niſi litigans in ea uſq; ad ſenteotiam perſeveraverit & ſuccubuerit: *decıſ.77.nu.10.*

137 Pœna vulneris armis prohibitis illati,& portationis armorum confuoditur, ita ut una tantum ſit pœna delinquens puniendus: Cæſar Barz, *decıſ. 136. nu.24.*

In arbitrarijs pœnis judex de pœna minori arbitrari debet: Cæſar Barz. *decıſ.135. num.8.* 138

Io legalibus pœois locus eſt pœnitentiæ uſque ad ſententiam: *decıſ.7. nu.11.*

Turbatæ poſſeſſionis à pœna qualibet levis cauſa excuſat, ita ut temeraria etiam credulitas excuſatiooem à dolo præbeat; niſi turbationis modus fuerit violeotus, item concluſio reſtringitur quoad excuſationem à pœna à lege ſtatuta, non autem ad arbitrariam pœnam extenditur: Cæſar Barzias *decıſ.156. & decıſ. 140. à nu.19.* 139

Pœna adjecta quantitati cenſetur adjecta in fraudem uſurarum, licet juramentum intervenerit, quia juramentum contractus ſuſpectos reddit ſuſpectiores: Martin. Benckeodorff. *in addition.privileg. 53. ad tractat.*Seraph.de Seraph. *de juram.*Iohan.Petr. Surd.*decıſ.259 n.1.p.1* Bargel.*de dolo lib.4.c.9. quæſt.17 nu.28.*Ierem. Setzetus *lib.1.de juram. c.29.nu. 133.* 140

Pœna in contractu jurato poteſt excedere duplum intereſſe, & ex juramento pœna poteſt exigi, non habito reſpectu ad intereſſe: Martin. Beockend. *in addition.privileg.54.*Mancin.*de juram. p. 4. effect.217.n. 11.* 141

Pœnæ ſtipulatione ooo novatur priocipalis obligatio *per l. 115. §. Sabinus ff. de V.O.* Bronchorſt. *aſſert. 61. cent. 4.* 142

Pœoa Spiritualis facilius incurritur quam temporalis: Seraph. de Seraph. *privileg.84.in tract.de juram. nu.fin.* 143

Licet juramentum defuocti quo ad eius obſervaotiam tranſit ad hæredes defuncti, pœoa tamen, ob non ſatisfactum juramento à defuncto præſtito, non tranſit ad hæredes defuncti jurantis: Martin. Benckeodorff. *in tract.*Seraph. de Seraph. *in addit. privileg.84. n.fin.* Dec[illegible] *conſil. 4.n.19. cum ſeq lib.1.*Martin.[illegible] *conſ.18. n.12.* 144

In odio pœn[illegible]ſatio licet non fuerit opp[illegible] Benckendorff. *in alleg.loco.* 145

Licet in conventione pœnali ſolum unum ex duobus peti poteſt, ut vel pœna ſolvatur vel contractus impleatur, utrumqoe non eſt ſimul in ſolutione, ſi vero adjecta fuerit in conventiooe clauſula, Rato manente pacto, hæc facit, ut utrumque tam pœna, quam ut ſatisfiat contractui, in obligatiooe & ſolutione ſit,& utrumq; peti poſſit, tam pœna, quam id quod in contractum eſt deductū, idem procedit in contractu, cui juramentū eſt appoſitū, nam jurameotū habet vim ejuſdem clauſulæ, Marti. Benckeod. *in addition.privileg.85.* Martin. Cuoo *de pactis c. 4.nu.2.* Iohan. Gutierez. *de juram.confirm.p.1. c.60.n.2.*Cotman.*conſ.18.n. 101.* Gilmao. *decıſ. 12.n. 41.*Setzetus *de juram.lib.1.c.25. n.115.* 145

Pœoa

147 Pœna ex virtute clauſulæ, Rato manente pacto, ſolum pro una vice peti poteſt quando non eſt adjecta clauſula, Toties & Quoties contractui non ſatisfecerit: Benckendorf. *ibidem n.6.* Matthæus Curio *de pactis c.4.n.6.* Farinac. *in pract. crim. quæſt.107.p.3.art.9 nu.95.* Anton. de Padilla *in l. cum proponas n.3.C de tranſact.*

148 Difficultas non excuſat à pœna, quando adfuit tempore promiſſionis, vel promittens ſcivit eam futuram, & promittentem pœnam cum clauſula ſe curaturum, difficultas non excuſat Martin. Benckendorf. *in tr.* Seraph. de Seraph. *in addit. ad privileg. 87.* Johan. Gœdd. *de contract ſtipulat. c.6. nu.202.* Setzerus *de juram. lib.1.c.17. in fin.*

149 In criminalibus ex pœna talionis falſus teſtis punitur, ſi reus morte non eſt puniendus, falſus teſtis eſt extraordinariè puniendus, ſi autem falſus teſtis falſum depoſuit non ad rei offenſionem, ſed ad eius defenſionem tunc mitius puniendus eſt: Martin. Benckendorf. *ad Seraphin. in addition. privileg. 156.* Proſper Farinac. *in pract. crimin. p.2. lib.3. titn. 7. quæſt.67.§.1. ampl.4.nu.9* Johan. Sichard *l. nullum n.12.C. de teſtibus.*

150 Teſtis non puniendus eſt, qui falſum in circumſtantiis ad cauſam non pertinentibus depoſuit Catel. Cotta *in memor. ſub lit. I. verb. Juramentum* Camil. Bertaz. *conſ. crimin. 8.n.19.* Petr. Anton. de Petra *de fideicomm. quæſt.12. n.1314.* Proſp. Farinac. *in alleg. loco.*

151 Fidejuſſor de judicio ſiſtendi non excuſatur à pœna ex difficultate ſiſtendi: Martin. Benckendorf. *ad Seraphin. in addition. privileg 15.* Proſper Farinac. *in pract. crimin. p.1. lib.1. titn.4 quæſt.34. ampliat.6.nu.16.*

152 Si quis promiſerit non offendere Titium & eius hæredes ſub pœna, & unus ex hæredibus fuerit offenſus, an pœna in ſolidum cōmittatur id eſt an offenſus eam in ſolidum petere poſſit. Reſp. pœna, in ſolidum quidem committitur, ſed hæres offenſus actionem tantum pro ſua parte habet, & cæteri hæredes qui non offenſi exceptione repelluntur Petrus Salaſarez *deciſ. 7. lib.1.*

153 An in pœna *l. Quiſquis 5.C. ad l. in l Majeſtat.* diſtinguendum ſit utrum filii ſint nati ante an poſt delictum? N. Anton. Gomez. *tomo 3. var. reſolut. c 2.n.16.* Gigas *de crim. læſæ Majeſtat. lib.3. quæſt.5.*

154 An pœna huius legis etiam extendatur contra nepotes? Aff. Covarru. *2. var. reſolut. c.8.n.3.*

155 An furioſus propter delictum puniri poſſit? Diſting. aut delictum in furore commiſſum fuit, tunc puniri non debet, aut delictum commiſit antequam furore fuit conceptus, & durante etiam furore puniri poteſt; Vaodus *lib.2. quæſt.7.* Hyppolytus à Colſibus *ad l. 5. ff. de R.J.* Philip. Hœnonius *ad l.5 quæſt.1.ff. de R.J.*

156 Quidnam verò de iis, qui non quidem inſania aut furore, ſed ſtupiditate quadam & melancholia laborant, in contractibus & delictis & pœnis, ex jure ſtatuere debeamus demonſtrat Petrus Heigius *lib. 2. quæſt. juris civil. p.2. quæſt.38.*

157 Utrum judex teneatur minorem delinquentem leniori pœna afficere quam ſit à lege impoſita delicto N. in gravibus delictis ut homicidio, adulterio *per l. ſi ex cauſa §. nunc videndum ff. de minoribus* Sfortia Oddus *de reſtitut. in integr. p. 2. quæſt. 79.* Anton. Teſſau. *deciſ. 161. in novis deciſ pedemontan.* And. Fachin. *lib. contr.71.*

158 Statuta pœnalia in his, quæ non ſunt de jure communi prohibita, non ligant ignorantes, & in dubio ignorantia præſumitur Hieron. Magon. *deciſ.49. Lucenſ.*

POENITENTIA.

1 POEnitentia in delictis, antequam ſint commiſſa: prodeſt ad hoc, quòd pœna ordinaria delicti non habeat locum, niſi in certis caſibus: *ſed vide notata ſupr. in lit. A. verſic. de affectib. ſine effectu.*

2 Poſt delicti conſummationem non poteſt ſic pœnitere, quò minus pœna imponatur: *gloſ. Art.13. lib 2.* Landrecht.

3 In judiciis civilibus poſſum pœnitere, vel deſiſtere, ante litis conteſtationem: *notavi ſupr. in lit. L. verſ. de litis conteſta. & ibidem, quòd in foro Saxonico uſq; ad guarandam, ſupr. in lit. M. verſ. de mutatione, inſt. in lit. L. verſ. de libello.*

4 In contractibus poteſt quis pœnitere, in caſu quando contractus non eſt conſummatus & perfectus: *Inſtitut. de emptio. & vendit. in prin.* ſecus tamen in contractibus matrimonialibus: quia ibi ſic non licèt pœnitere, poſtquam verba quis ſaltem emiſerit apta ad contrahendum matrimonium: *notavi ſupr. in litera M. verſ. de matrimonio, & habetur in l. nuptias, ff. de reg. juris.*

5 In ultima voluntate, ambulatoria eſt hominis voluntas uſque ad ſupremum vitæ exitum: *l.4. ff. de adimen. lega.* De pœnitentibus in foro pœnitentiali, *vide titulum extr. de pœnitentiis & remiſſionibus, & Specul. eo. tit.*

6 Per pœnitentiam fit ſatisfactio DEO, & Eccleſiæ: ſed per pœnam legitima fit ſatisfactio Reipub. quæ per delictum fuit offenſa. Igitur ſi quis eſt abſolutus in foro pœnitentiæ de aliquo delicto: adhuc tamen poteſt accuſari & puniri de illo crimine: Maranta *par.6. nu.87. per l. hortatio, §. quod illicitè, ff. de pub jud. & l. ancilla, C. de furt. l. ſi pro fure, §. fin. de cond. furt.*

POPU-

POPULUS.

1 PLebs odio, clamore, prece movetur: *c. ſi ergò 8. q. 1.* ¶ Populus de facili decipitur, & eius opinioni non facilè ſtandum *(c. omnis, de Elect.* Abb. *in c. fin. de teſt. in 2. notab.*

2 Populus nemini ſubjectus, eſt princeps in ſua civitate: Bart. *in l. in muris, ne quid in loco publ. & in l. 1 §. de qua re, de Poſtul. & in l. hoſtes, de capt. & in verb. civitas.*

3 Unusquisq; populus in ſuo ſenſu abundat: *c. utinam, 76. diſt.*

4 Populum quot homines faciant, *vide* Bart. *in l. prætor, in princ. vi bon. rapt.* Bart. *in l. pen. quod cujusq; uni. no. idem in gente, l. omnes populi, de Iuſt. & jur.*

POSITIO.

1 QUid ſit poſitio, & unde originem traxerit, quare fiant poſitiones, & de ipſarum effectu, in quo differant poſitiones ab interrogationibus, quando faciendæ ſint poſitiones, qualiter fieri debeant, de reſponſionibus ad poſitiones, quibus modis poſitiones reprobentur, & de cautelis circa eas, de pœna non, vel falſo reſpondentis ad poſitiones, & tandem de quibuſdam dubijs circa illas, & de omnibus prædictis, *docuit optimo ordine* Spec. *in titulo de poſitionibus, per totum, & tradidit aliqua* Geyl *in obſervatio. 79. lib. 1.*

2 Iſte autem proceſſus reſpondendi ad poſitiones, in foro noſtro Saxonico non obſervatur: *prout videre licet ex conſtitutione* D. Auguſti Electoris Saxoniæ, *Art. 2. parte 1.*

3 Sed in Camera Imperiali, in ducatu Brunſuicenſi & in diœceſi Halberſtadenſi, obſervatum & practicatum comperi, & vidi: & de materia poſitionum, *vide quæ tradidit* Robert. Maranta *in ordine ſua judicia parte 6. capi. de poſitione, ſeu articulorum productione, multa bona dixit* Landfranc. de Oria. *in rep. c. quoniam contra, ext. de proba. mihi folio 10. num. 19. & in multis ſequentibus, ibidem* Benedi. Vadus & Celſus in additionibus.

4 Sed nota, quòd poſitiones debent produci intra terminum conceſſum ad probandum, quo elapſo, ulterius produci non poſſunt: nec tenetur illis poſt terminum productis pars reſpondere; ad hoc tamen poſt terminum produci poſſunt, ut poſitio obſcura declaretur: & alium caſum, *(Ut videlicet per confeſſionem adverſarij quis tendat ad probationem, vide infr. ad fin. huius rubricæ,) notavit* Mynſing. *in obſervatio. 34. centu. 1.*

5 Sed reſponſiones ad poſitiones per relationes ad illas, an ſufficiant? quòd ſic, *tenuit & dixit* Mynſing. *in obſervat. 86. cent. 2.*

Nolens autem reſpondere poſitioni ſine tempore poſitæ, quòd non habeatur pro confeſſo, *(Quia ſi ponens ſine tempore probaret, non obtineret,) notavit* Mynſin. *in obſervatio. 91. centu. 1.* & reſpondens poſitioni incertæ, per verbum, ſe credere ex auditu, vel audiviſſe, an *(Non præjudicat.)* & quando reſpondenti præjudicet, Decianus *in conſil. 39. volu. 3 & ibi de interpretatione & declaratione reſpondentis fienda.* 6

Quid de additionalibus, *(Qui ſcilicet in cauſa purgationis adduntur articulis ſuſpicionis citationi inſertis,)* quòd admittantur: ſed quomodo ad illos reus reſpondere teneatur, *(Non tenetur, niſi prævia nova citatione.) docuit idem* Mynſinge. *in obſervatio. 81. cent. 2.* 7

De exceptione contra articulos ſeu poſitiones, ſi ſit clara, ſuper ea ante omnia eſt pronunciandum: *(Ne partes inanibus ſumptibus vexentur: aliàs ſi dubia ſit exceptio, admittuntur articuli cum clauſula, ſalvo jure impertinentium.)* Mynſing. *in obſervatio. 90. centur. 2.* 8

De admiſſione ſeu rejectione poſitionum ſeu articulorum, *(Quòd videlicet impertinentes aut irrelevantes judex, etiam parte non citata, rejicere poſſit, etſi ſuper ijs iam producti eſſent teſtes, ſi ſine diſſenſione ſufficienti eos admiſiſſet.) docuit* Geyl. *in obſervatio. 81. lib. 1.* 9

Quæ poſitiones dicantur pertinentes, & quòd in dubio ſint admittendæ, quò minus pars producens illis lædatur, Decianus *in conſil. 75. volum. 3.* Quando in non reſpondendo pro confeſſis habeantur & acceptentur, *(Si reus poſt litem conteſtatam in reſpondendo contumax ſit, articuli pro confeſſis habentur: Sin ante litem conteſtatam, decreto proclamato, lis pro conteſtata habetur, articuli admittuntur, actorq; eos probare cogitur. Non tamen opus eſt citatione, quando articuli in contumaciam non reſpondentis pro confeſſis accipiuntur: & ita Camera obſervat. Quæ confeſſio quia ficta eſt, probationem in contrarium recipit.) idem* Geyl. *in obſervat. 80. lib. 1.* Item quales ad poſitiones debeant fieri reſponſiones, *docuit idem* Geyl. *in obſerv. 82. lib. 1. (per verbum credo vel non credo, ut reſponſio ſit clara, abſolute pertinens.)* & an poſt publicationem atteſtationum liceat, ſuper materia deducta, & ad probandũ admiſſa, ulterius offerre poſitiones, illisque adverſarius ſub juramento reſpondere teneatur, *docuit diſtinguendo (affirmativa habet locum in cauſis ſummarijs, & ubi de æquitate proceditur, negativa in plenarijs)* Mynſing. *in obſerv. 98. centu. 6.* 10

De poſitionibus quædam notatu digna, Alex. Raud. *de analog. univ. & æquiv. lib. 1. c. 19. n. 76. uſq; ad fi.* 11

Poſitione negata an quis ſe poſſit juvare, Guid. Papæ *deciſ. 182.*

Di

12 De poſitinnibus negativis admittendis vel reijciendis, Menoch. *lib. 2.cent.5. cap.485.*

13 Poſitio quando mutari & corrigi poſſit, Seb. Med.*de nov.p.2.q.nu.75. fol.106.*

14 Poſitionibus an per procuratnrem reſponderi poſſit, domino ita abſente, ut de illius vita dubitetur, & de facili haberi non poſſit: Theſſ.*decif.17.*

15 Qui non poteſt probare ob lapſum termini, non atiam poteſt faeere poſitiones: Menoch. *de præſumt. lib. 1. quæſt. 62. num. 1, 2. 3.*

16 Poſitionibus variè reſpondentem, fraude præſumi reſpondere, Menoch. *lib. 2.præſumt.443.*

17 Contumax io raſpoodendo poſitionib. habetur pro confeſſo: Capyo.*dec.60.n.2.* hoc nun habet locum in cauſis crim. ubi agitur de dolo: *ibid.*

18 Poſitionibus quando qualificatè reſpoodere liceat, Menoch. *lib. 2. centur. 3. r. 251.*

19 Poſitiones fiunt, ut pars relevetur ab onere probandi, quibus reus medianta juramento reſpondere teoetur: *l. ornamentorũ, ubi* Bart. *de aur.& arg.leg.*

20 Poſitionum materiam habes ordinariè, per Bart. *in l.1. quod obſervari, C. de jurum.calum.ubi* Moder. *& per gl.in c. 1. Confeſſ. lib.6. & per* Ferr.*in pract. in form poſitionum & per.*Specul.*in tit.de poſit.*

21 Poſitiones ſuper his, quæ juris communis ſunt, fieri non poſſunt, quia jus commune non probatur: *l. 2.ff. de jur. & fact. ignor. l. ornamentorum, de aur.& arg. leg.*

22 Neque poſitionibus juris eſt reſpondendum: *gloſſ. in l. 2. de Confeſſ. vide* Bart. *in l. in princ. gloſſ. 4.nu.14. Si cert.pet.*

23 Idem eſt in ſtatutis municipalibus, ſi ſunt publicè nota, id eſt, in volumine ſtatutorum redacta, ſed ſuper conſuetudine poſſunt fieri poſitiones, quæ debent probari: *ita voluit* Bart. *in l. omnes populi, in pen. colum. de Juſt. & jur. & in l. ornamentorum, ff.de aur.& arg.leg. & in l.2.§.quòd obſervari, C. de juramen, calum. vide* Ang. *in l. 1.col. Inſt. de pup.ſubſt.*

24 Hoc fallit multis modis: quia ſcilicet ſuper jure poſitiones fieri poſſunt, & eis reſpondendũ eſt. 1. In jure municipali alterius loci: quia tunc valet poſitio, & ei eſt reſpondendum: *c.1.de Conſtit.lib. 6.* 2. Fallit, quando ſit poſitio ſuper jure non inſerto in corpore jur. Bart. *in d.l.ornamentorum, de aur.& arg.leg.* 3. Fallit, quando jus eſſet dubium & indeterminatum: quia tunc valet poſitio, & reus tenetur reſpondere: ita limitat Bald.*in l.cum virum, C.de fideicom.vide* Gos. *in l. 1.Lect.6.in fin.ff.Si cert.pet.*

Actor in ſuis poſitionibus non debet ponere, ſeu articulare de jure ipſius rei, ſed ipſius actoris alias: reus non tenetur reſpondera: *ita voluit* Specul. *in tit. de art. exhib. §. nunc videndum, verſi. item agens, &* Paul. de Caſtrn, *in l. cogi, in 2. colum. C. de petit. hæred.* 25

Poſitinni, per quam quis detegeret delictum ſuum vel turpitudinem, non eſt reſpondendum: Bar.*in l. qui juraſſe, §. ſi pater, ff. de jur.jurand. & ibi Apoſt. vide in verb. Turpitudo.* 26

Poſitiones producens, videtur conſiteri, vera aſſe in eis contenta: *l. cum precium, C.de lib. cauſſ.l. 2. de Inſt. & ſubſt. not.* Specul. *in tit.de Poſit.§.decurio.verſ 1.& Innoc.in c.cum olim, de Cenſ.* Alex.*conſ.64.vol.3.* 27

Faciens poſitiones debet jurare, quòd credat eas eſſe veras: alias non debet eis reſponderi, nec tunc reſpondens haberetur pro confeſſo: *gloſſ. eſt ſol. in l. unic. in gloſſ. mag. ad fin. C. de Confeſſ. vide* Jaſ. *in l.poſſideri, in princ. in 4. colum. vide infrà de hoc in verb. Teſtis* 28

Regula quod poſitionibus non reſpondens habeatur pro confeſſo varia limitatur, & multas fallentias continet, quas eleganter tractat: Anton. Queſada *c.30. variar. controverſ.* 1. In beneficialibus & ſpiritualibus non reſpondens non habetur pro confeſſo. 2. In criminalibus niſi quia ſit infamatus de crimine. 3. Quando libellus apparet ineptus. 4. Quando poſitio eſt incerta, obſcura, falſa. 5. Si alternativa. 6. Si multiplex & intricata ſit. 7. Item ſi quis interrogetur an ſolo animo adierit hæreditatem, reſpondere non tenetur. 8. Itèm ſi quis interrogetur de jure ipſius rei proprio, cùm nemo teneatur edere titulum rei ſuæ: In hiſce fallentijs & harum ſublinaeationibus etiam tractant: Burgoſ, de Paz. *ad l. 1. Tauri nu.129.* Camillus Viſitàrinus *ad rub. ff. Soluto matrimon, num. 94.* Caſtillo *in proœmio legum Tauri fol. 5. colum. 1.* 29

Licèt poſitioni impertinenti aliquis non teneatur reſpondere, tamen non procedit quandn pertinens impertinenti adjicitur: Anton. Queſada *in allegato loco.* 30

Qu[illegible] dicitur nnn poſſe quem reſpondere poſitionibus poſt terminum nõ procedit, ſi judex illum admiſerit: Anton. Capicius *deciſ.15.*

Si Titius decem millia mihi mutuatus fuerit, & ſecrete poſtea ſolui nulln præſente, ſi à me mille petat & poſitionem intendat utrum mutuatus fuerit, non teneor reſpondere poſitioni an mutuatus fuerit, ſed an illa debeam, Bernhardus Wurmſerus *lib. 1. obſervation. c. de poſitioni* Anton. 31

Queſad.

Queſad. *c.25.* Carol. Molineus *in l.1.§ ſi quis*
ſimpliciter nu.99.ff V. oblig.
32 Procurator ſpeciale mandatum habe-
re debet in reſpondendo ad poſitiones: Mar-
tin. Benckendorff. *in tract. Semph. de Semph.*
in addit.priv. 111. Anton. Del Rio Tiburtin.
de jurum. Calumn.c.16 nu.24.
33 Confeſſio facta in poſitionibus etiamſi
jurata fuerit, ſi error in ea deducitur revo-
cari poteſt: Benckendorff. *in addition. privil.*
*11.*Maſcard. *lib.1. de probation. concl. 363 nu.15.*

POSSESIO CUI ANnexa eſt materia interdictorum.

1 **M**Ota controverſia proprietatis & poſ-
ſeſſionis, an prius de poſſeſſione, quam
de proprietate cognoſcendum ſit, *vide* Cu-
jac.*lib.5.obſerv.15.& tract. ibi allegat.*
2 Poſſeſſio alia eſt naturalis, alia eſt ci-
vilis: Naturalis eſt, quæ corpore, Civilis, quæ
oculis, inſpectione vel animi deſtinatione
apprehenditur: *gl.in §. 1.& eſt textus, in §. pe-*
nult.l.1.ff.de acqui.poſſeſſio.
3 Sed quia magna verſatur utilitas in poſ-
ſeſſione: *prout notatur in §.commodum, Inſti.de*
interdict. & ne de poſſeſſione contendentes
veniant ad rixas & arma, introduxit & or-
dinavit Juriſconſultus tria remedia poſſeſ-
ſeſſoria, 1. Retinendæ, 2. Recuperan-
dæ, 3. Adipiſcendæ. Et data ſunt pro
rebus corporalibus mobilibus & immobili-
bus, & pro rebus incorporalibus juribus &
actionibus.
Primo ergò capiam poſſeſſorium reti-
nendæ. Et dantur pro illo 9. remedia. 1. Ex
interdicto: Ne vis fiat, ei qui in poſſeſſio-
nem miſſus eſt. Datur illi, qui à præ-
tore vel judice competente in poſſeſſionem,
vel quaſi rei alicuius miſsus eſt: *l.1.ff. hoc tit.*
ne vis fiat.ei.
Sed cui & ex qua cauſa, miſſo in poſseſ-
4 ſionem detur hoc remediũ, *quærit & declarat*
Menoch. *in comment. de retinenda poſſeſſione,*
in hoc primo remedio, à num.6. uſq. ad nu.59.per
8.quæſtiones & reſponſiones: contra quẽ detur,
à num.50. uſq. ad nu.79 & nu.86. docet, à quo
hic miſſus in poſſeſſionem, in illa tuendus ſit.
5 2. Remedium ex interdicto utrobi, quod
competit pro retinenda poſseſsione rerum
mobilium, *ff. utrobi.*
6 3. Ex interdicto uti poſsidetis datur, ſi
de fundi, ædium vel alterus rei immobilis
poſseſsione contenditur: *tit.ff. uti poſſidetis.*
Verba l.1.in prin.fuit: ait prætor, uti eas ædes,
de quibus agitur nec vi, nec clàm, nec pre-
cariò, alter ab altero poſsidetis: quò minus
ita poſsideatis, vim fieri veto. Excludit vim
& omnem injuriam: non autem judicialem
interpellationem: quia pro Jure ſuo conſe-
quendo quis adeat judicem competentem,
& de Jure ſuo agat: *tex. eſt in tit. in princ. de*
pace tenen.& ejus violato. in uſib.feudo facit in
argu. l.ſi quis tantam, C. unde vi, & l.extat ff.
quod metus cauſa.
4. Remedium procedit ex interdicto: de 7
ſuperficiebus, datur illi, qui turbatur in poſ-
ſeſsione ſuperficiei, in alieno ſolo: *ff.de ſuper-*
ficieb. Cum autem interdicto uti poſsidetis,
proviſum non videretur illi, qui in ſua poſ-
ſeſsione vel quaſi rerum incorporalium, ut
itineris & actus, aquæ quotidianæ & æſtivæ
perturbaretur & moleſtia afficeretur: inve-
nit prætor.
5. Remedium de Itinere actuque pri-
vato, *tit. ff.*
6. De aqua quotidiana: & cùm aquæ 8
aliquando ducantur è rivis aliquando è fon-
te, adiecit.
7. Remedium de Rivis, *ff.*
8. De fonte, *ff.* His remedijs additur no- 9
num remedium, ſcilicet, ex judicis officio.
De omnibus & ſingulis iſtis novem re- 10
medijs retinendæ poſseſsionis eruditè quæ-
rit, reſpondet, examinat, docet, & concludit
D. Menoch. *in d.comm.de retinenda poſſeſſione.*
Sed ut poſsit experiri in hoc poſseſsorio, 11
regulariter requiruntur duo, ut Actor probet
poſseſsionem, & poſseſsionis turbationem:
de poſſeſſione habetur, in §. retinendæ, Inſtit. de
interdict.& per ſcribentes, in c. licet cauſam de
proba. Menoc. *in d.comm.in 3. remedio, quæſt.73.*
num.588.
Sed qualiter, quomodo, & per quos actus 12
probetur poſseſsio rerum corporalium, im-
mobilium, & mobilium, poſseſsio, vel quaſi
incorporalium, *docuit d.* Menochius *in dicto*
c. in 3. remedio, in quæſtione 42.& à nu.560. uſq.
ad nu.587.
De poſseſsione rerum corporalium, *no-* 13
tavit aliqua Baldus *in l. ſive poſſidetis, C.de prob.*
De poſseſsione, vel quaſi incorporalium, ve-
luti Juriſdictionis, filiationis, maternitatis,
paternitatis, clericatus, vel alterius Juris: quo-
modo probetur, quem eſse in tali poſseſsio-
ne vel quaſi, vel in quibus caſibus relevetur
ab iſto onere probandi, *vide* Baldum *in l.non*
ignorat, C.de his qui accuſ.non poſſ. & ibi, pro qua
poſseſsione vel quaſi præſumatur: *idem* Bal.
in l.licet poſſeſſio, C.de acquire. poſſeſſio. De quaſi
poſseſsione Juriſdictionis, *notavi ſup. in litera*
I. verſ. de Juriſdict. ibi notata ſunt bona.
De turbatione, & ſic de ſecundo extre- 14
mo huius remedij, *habetur in gl. l.ſi duo, §.2.ff.*
uti poſſide.& ibidem, quòd illam actor proba-
re teneatur: *ſimile in c. licèt cauſam, de proba.*
ſcripſit in iſta materia elegans conſil. Alex. de
Imo. *88.vol.5.*
Sed poſseſsionis, vel quaſi, turbatio, quot 15
modis poſsit conſiderari: & quis dicatur
turbari, & turbare, *invenies apud* Menochiũ,
S *in d.*

u d. comment de reti.poſſeſ remedio 3. à nu. 467. uſque ad numerum 505. Hunc Menochium ſi quis examinaverit, inveniet illam materiam benè tractatam. Weſenbecius *aliqua in conſilio 33. parte 1. docuit*, turbatio ut puniatur, quæ requirantur, quis deturbare & turbari dicatur.

16 De precario, violento, clandeſtino, de vi, de aqua quotidiana & æſtiva, de rivis, de fonte, de itinere, de actu, & de officio Judicis *dixi & notavi ſup & infr. in ſuis locis competentib.* ¶ Et tandem de probatione hujus poſſeſſorij Retinendæ, quid probetur, quot & qui teſtes ſufficiant, *conſuluit* Weſenb. *in conſi. 20. par. 1.*

17 De poſſeſſione, quid ſit, quotuplex, Seb. Med. *de acquir. poſſ. in verb. ſive poſſeſſionem, gl. 1. p. 2. fol. 252. n. 1. uſq; ad 10 & ſeqq.* ¶ Poſſeſsio quid, Raud. *de analog. lib. 1. c. 26. n. 14. 15. & 9. 15. 157.*

18 Poſſeſſio an continuetur in hæredem, Seb. *ſ.ap. de miſſ. in poſſ. n. 27.* Zuchar. *de miſſ in poſſ. n. 105 fol. 49. & n. ſeq. & n. 113.* præſertim ſi ſit tale ſtatutum, ut continuetur: *n. 108.* declara & lim. utrumq; ut ibid limitationes 36. habet Seb Med *tract de acquir. poſſ. in gl. 2. verb. in poſſeſſionem p. 2 n. 30. uſq; ad 71. fol. 285. & tr. de amitt. poſſ gl. 3. n. 216. fol. 755.* ubi lim 30. & ampl. 13. Gabr. *de acq; poſſ. concl. 9. ubi lim. 16.*

19 Poſſeſsio quomodo probetur rei corporalis Immobilis, Seb. Med. *de conſerv. poſſ. gl. 2. p 3. n. 293. fol. 615.* rei item Mobilis, *n. 294.* Item quaſi poſſeſsio rerum corporalium, *num. 295.*

20 Poſſeſsio continuata quomodo probetur, Med. *de amitt. poß. gl. 3. num. 270. fol. 759.*

21 Poſſeſsio quando probari poſsit inſtrumento, *de mem.* Fœn. *c. 10. n. 32.* ¶ Poſſeſsio non amittitur quam diu recuperandi animus eſt: Pruch. *rubr. quæ ſint reg. c. 4. num. 35.*

22 Poſſeſsio multis modis amittitur: Med. *de amittenda poß. gl. 3. n. 141. & ſeqq. fol. 747.* Conſt. Rog. *de remed. poß. n. 1.* Med. *de nov. vat p. 2. q. 1. n. 77. fol. 107.*

23 Poſſeſsio multis modis turbatur, de quibus Med. *de amit. poß. gl. 3. n. 212 fol. 753.*

24 Ex poſſeſsione præteriti temporis, an & quando præſumatur poſſeſsio præſentis temporis, Menoch. *lib. 6 præſ. 64.* ¶ Ex poſſeſsione præſentis temporis, quando præſumatur poſſeſsio tẽporis præteriti, Menoch. *lib. 6 præſ. 65.*

25 Ex poſſeſsione præteriti & præſentis temporis quando præſumetur poſſeſsio medij temporis, *præſ. 66.*

26 Poſsidere quando quis dicatur titulo præambulo, *præſ. 67.* ¶ Poſsidere eum præſumi, qui rem detinet & apud ſe habet, Menoch. *lib. 6 præſ. 68.*

Poſſeſsio an & quando præſumtionem pro ſe habeat. *præſ. 69.* 27

De turbata poſſeſsione, Joſeph. Ludov. 28 *concl. 71.* & an cauſa turbatæ poſſeſsionis ſit criminalis, *ibid.* & quæ ſint excuſationes à turbata poſſ. *ibid.* & poſſ. probat. *ibid.*

Poſſeſsio antiquior eo ipſo probatur, dum probatus eſt antiquior titulus: Curt. Jun. *conſ. 108 col. ult. coll. verb. civilis poſſeſsio.*

Quando propter litigioſam poſſeſsionem periculum ſubeſt, ut partes ad arma 29 concitrant neutra agere volente, judex inhibere poteſt partibꝰ ex officio, ne locum litigioſum accedant: Mynſ. *cent. 2. obſ. 96.* Daut. *in l. dictantibus, num. 7. C. de teſtam. fol. 662.*

Poteſt probari captura poſſeſsionis, 30 etiam per inſtrumentum capturæ poſſeſsionis geſtum in illo loco: quamvis Poſſeſsio ſit facti: Vivius *deciſ. 174. lib. 1.*

Poſſeſsio probatur per perceptionem 31 fructuum ex locatione: niſi tractaretur de factis antiquis: quia ſine perceptione fructuum ex inſtrumentis poteſt probari: Viv. *dec. 194. lib. 1.*

Retinendę poſſeſsionis remedio à plu- 32 rib. intentato, quid facere judex debeat ſi nihil probent, vel probationes omnium ſint pares. Theſſ. *dec. 206.* ¶ Abſolutoria lata in petitorio, ex defectu probationum, an præjudicet poſſ. Retinendæ: Brun. à ſole *9. 49.*

Poſſeſsio Corporalis eſt apprehenden- 33 da per hæredem, quando corpore defunctus poſsidebat, ſecus verò, quando animo tantùm: Vivius *deciſ. 227. lib. 2.*

An ex poſſeſsione quis Dominus præ- 34 ſumatur, *vide pulcrè* Bart. *in l. pen. ff. de cond. Inſt. & in l. ſi prius, in 3. oppoſ. 3. part. princ. &* Moder. *ibi de oper. no. nunc.*

Poſſeſſor & habere poſſeſsionem, diffe- 35 runt: ſic etiam, poſidere, & eſſe in poſſeſſione. Aliud eſt, quòd quis ſit poſſeſſor, & quòd habeat poſſeſsionem: *qui ſatisd. cog.* Ubi creditor pignoris non eſt poſſeſſor, habet tamen poſſeſsionem: *& ibi per totum l.* vide quis dicatur poſſeſſor; an emphyteuta, proprietatius, uſufructuarius, creditor, tutor? Et aliud longè eſt, poſsidere, & in poſſeſsione eſſe: *l. ſi quis ante, de acq. poß.* ut miſſi in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ, legatorum, damni infecti, non poſsident: ſed ſunt in poſſeſſione cauſſa cuſtodiæ: *l. 3. §. credito. uti poſſid.*

Qui ſimplicem habet rei poſſeſsionem, eã locare poteſt: *l. cui uſus, & ibi* Apoſt. *ff de uſu & habit.*

Poſſeſſoris conditio eſt potior, ubi ca- 36 ſus turpis eſt: *l ſi ob turpem, de cond. indeb.* Et ſemper eſt magnum commodum poſſeſsionis: *§. commodum, Inſt. de Interdict.*

Miſsio in poſſeſsionem hodie quomodo 37 fiat pro menſura debiti declarati, & olim aliter, vide

ter, *vide conſentaneum, C. quomod. & quand judex, Dd. in l. ſi prius, de oper. no. nunc. & alijs locis ordinarijs, vide gl. jura alleg. in l. ſi pacto quo pœnam C. de Pact.*

38 Teſtator legavit omnes poſſeſsiones ſuas Titio, vel poſſeſsionem ſuarum rerum: an in hoc legato etiam veniant mobilia, *vide pulcrè* Alex. *in l. 1. in 7. col. in fi: de acq. poſſeſſ. ubi opiniones Dd. refert, vide ibi* Iaſ. & Carol.

39 Pertinere verbum generale eſt, & poſſeſsionem & detentationem repræſentans: *l. verbum illud pertinere, de V. S. no. per gl. & Dd. in c. inter dilectos, de fid. inſtrum.*

40 Et pertinentiarum appellatione quæ veniant, *vide* Socin. *in Regul. 295.*

41 Per patientiam Domini, etiam violentam, acquiritur quaſi poſſeſſio ſervitutis, vel juris incorporalis: Bart. *in l. 1. §. in operis, in fin. De oper. no. nunc. in fin. ubi* Iaſ. *not.*

42 Per ſolam negationem verbalem in judicio factam, libello contradicendo, turbatur quis in ſua poſſeſſione. Ergò ſi ſtatutum imponit pœnam turbanti quèm in poſſeſſione ſua, habebit locum in cauſa præmiſſo: *vide* Iaſ. *alios referentem, in l. ſi prius, in 5. col. & 6. de oper. nov nunc.*

43 Alieno nomine poſſidens, conventus poteſt eum nominare in judicio, & ſunt ei dandæ induciæ ad denunciandum hoc Domino: *tex. eſt in jure unicus, ſecundum* Bart. *ibi, in l. 2. C. ubi actio, vide* Iaſ. *in §. omnium, nu. 100. Inſt. de act.*

44 Poſſidens ſi ille, per quem poſſidet, de poſſeſsione expellatur: non tantùm naturalem, ſed & civilē perdit: *vide* Soc. *in Reg. 297.*

45 Cauſſam ſuæ poſſeſsionis nemo allegare tenetur: Bart. *per illum tex. in l. cogi, de hæred. & in l. 1. C. de Duct. lib. 11.* Soc. *in Reg. 430.*

46 Poſſeſsionis commodum eſt magnum: *§. commodum, Inſt. de interdict. ſi duo in princ. ff. uti poſſ. l. naturaliter, §. nihil commune, de uſucap* Nam beati ſunt, qui poſsident: *ſecundum gl. in c. 1. §. ſi tertiò, de pac. tenend.* Iaſ. *in l. ſi is qui pro emptore, circa diffinitionem fictionis in uſucap.*

47 Quando duo contendunt de poſſeſsione, & neuter eorum vult dare libellum, ne videatur partes actoris capere, & ſibi probandi onus incumbat: poteſt judex ex officio ſuo etiam neutro petente; ne veniant ad arma, terminum præfigere, ut probent de poſſeſsione: & poſtea poterit pro eo pronunciare, qui melius probavit, etiam ſine libello, & ſine petitione: vide Paul. de Caſt. *in l. ordinarij, C. de rei vend. in 1. col. ubi allegat.* Specul. *de cauſſa poſſeſſ. §. 1. verſ. pen in 2. part.* & hanc eandem, & alios plures de facto ſe habuiſſe dicit.

Poſſeſſor quando melioramenta & impenſas retinet? quando bonæ vel malæ fidei poſſeſſor, poſſit deducere impenſas vel melioramenta, quæ fecit in re, ad cujus reſtitutionem condemnatus eſt, *vide* Bart. *in l. in fundo, ff. de rei vend. &* Franc. Curt. *conſ. 6. fol. 78 vol 4.*

Olim poſſeſſor, hodie poſſidere præ- 49
ſumitur.

An, qui fuit poſſeſſor olim hodie præ- 50
ſumatur, & quid in Domino, *vide l. ſive poſſidetis, C. de Probat. & ibi gl. & Dd. vide* Petr. *q. 25. gl. in l. non ignorabit, C. ad exhibendum ubi gloſſ. dicit.* Quòd, qui aliquando poſſedit, præſumitur nunc poſſidere.

Titulum ſuæ poſſeſsionis nemo dicere 51
cogitur: *l. cogi, C. de petit. hæred. ubi* Bart *not.*

Quicunq; per annum & diem bona ſi- 52
ne juſta contradictione poſſederit, juſtam in eis habet poſſeſsionem: in Specul. Sax. *lib. 2. art. 44.*

De probatione poſſeſsionis; vide Dec. 53
in conſ. 221. vol. 2. non patitur eundem, in conſ. 252. vol. 2. agitur cauſſa, & in conſ. 56. vol. 1. & conſ. ſeq. & in conſ. 272. eod. vol. viſo proceſſu cauſſa, nu. 5. in fin. ¶ Teſtis inductus ad probandam poſſeſſionem, ſi dicit, (vide eum poſſidere, quia aravit, ſeminavit, &c.) ſi poſtea interrogetur, quid eſt poſſeſsio, non cogitur reſpondere: & ſi dicat, Neſcio, non invalidatur teſtimonium eius: Bart. *in l. de ætate, in 2. q. princ. in 5. col. de Mino.*

Vide multas concluſiones, quomodo 54
poſseſsio probetur; per Lanfrand. *in tit. de cauſſ. poſſ.* & propriè in materia interdicti Retinendæ poſſeſsionis.

Quomodo cognoſcatur eſſe intenta- 55
tum petitorium & non poſſeſſorium, ex verbis libelli, *vide* Dec. *conſ. 62. vol. 1. &* D. Alex. *in conſ. 96. vol. 5. per totũ,* Lanfr. *latè in Rubr. de cauſſ. poſſ. & propè in principio.*

Concluſio libelli in poſſeſsione atten- 56
ditur: Poſſeſſorium datur pro penſione ſolita dari: Poſſeſſorium ſeparatum eſt à petitorio: In poſſeſſorio non eſt opus allegare cauſſam: *De his omnibus vide* Dec. *in conſ. 132. vol. 1. per totum. Vide etiam ad præmiſſa pulcrè* Franc. Curt. *in tract. ſua feudali, in 1 part. q. 6. in 3. col. &* Abb. *in conſ. 24. vol. 2. in cauſa, qua ad præſens, vide ſuprà in verb. Cenſus.*

Poſſeſſorium & petitorium an concur- 57
rere poſsint, *vide* Pau. de Caſt *in l. ordinarij, C. de rei vend.* Bar. & Doct. *in l. naturaliter, §. nihil commune, de acq poſſeſſ. vide* Alex. *in conſ. 218. vol. 2. in cauſſa, & lite per totum.* Ubi etiam habes; quomodo judex ſuper utroq; pronunciare debeat.

In poſſeſſorij Recuperandæ poſſeſsionis 58
materia 17. prodita ſunt remedia. 1. Eſt ex interdicto unde vi: de quo Juriſconſultus Ulpianus, *in l. 1 ff. de vi & vi armata, hæc ſeit verba:*

cit verba: prætor ait, unde tu illum vi dejeciſti, aut familia tua dejecit: de eoq; , quòd ille tunc ibi habuit tantummodò intra annum: poſt annum verò, de eo, quòd ad eum, qui vi dejecerit, pervenerit, judicium dabo

59 Hoc interdictum proponitur ei, qui vi dejectus eſt: etenim fuit æquiſſimum, vi dejecto ſubveniri: propter quod ad recuperandam poſſeſſionem hoc interdictum proponitur. De hoc interdicto & de alijs remedijs recuperandæ poſſeſſionis, *notavit* Geyl. *in obſerv. 75. lib. 2.*

60 2. Ex condictione indebiti deſcendit: *juxta l. indebiti, §. ſed etſi nummi, ff. de cond. indeb.* ſed & ſi nummi alieni dati ſint, condictio competit; ut vel poſſeſsio eorũ reddatur: quemadmodum ſi falsò exiſtimans poſſeſsionem me tibi debere alicujus rei, tibi tradidiſſem, condicerem: Sed & ſi poſſeſsionem tuam feciſſem, ita ut à te per longi temporis præſcriptionem avocari non poſsit, etiam ſic rectè per condictionem indebiti tecum agerem. Sed & ſi uſusfructus cum re ſoluta alienus ſit, deducto uſufructu à te condicam.

61 3. Competit remedium ex condictione Triticaria: *l. 2 ff. de condict. tritica.* ſed & qui aliquem de fundo dejecit, poſſe fundum condici Sabinus ſcribit: & ita Celſus: ſed ita, ſi dominus ſit, qui dejectus condicat: cæterùm ſi non ſit, poſſeſsionem eum condicere Celſus ait. Et ſic hoc remedium ad condicendum poſſeſsionem tantùm datur non domino.

62 4. Ex l. ſi & me & Titium, *ff. ſi certum petatur. Ibi* Bart. ſic ſi res mea ad te pervenit: nec eſt cauſa quare debeat apud te remanere, eam certi condictione, vel ſine cauſa condicam.

63 5. Ex l. extat, *ff. de eo quod metus cauſa*, & ex l. creditores, *ff. ad l. Jul. de vi privata.* Succurſum eſt debitori, contra creditoris audaciam, qui Jure ſui crediti falsò opinabatur, ſibi licere ſua manu jus dicere, & debitoris poſſeſsionem occupare: quam audaciã eſſe reprimendam Juſtinianus conſtituit.

64 6. Remedium datur, *ex l. 1. C. ſi per vim vel alio modo abſentis poſſeſſio turbata ſit.* Judices abſentium, qui cujuslibet rei poſſeſsione privati ſunt, ſuſcipiant in Jure perſonas, & auctoritatis ſuæ formidabile miniſteriũ objiciant: atq; ita tueantur abſentes, ut id ſolum diligenter inquirant, an ejus qui quolibet modo peregrinatur, poſſeſsio ablata eſt: quam propinquus, vel parens, vel proximus, vel amicus, vel colonus, vel libertus ſeu ſervus quolibet titulo retinebat: nec eos qui dejecti ſunt abſentium nomine poſſidentes, quia minimè ipſis deciſio cauſæ mandata ſit, ab experiunda re ſecludat: nec ſi ſervi ſint eorum, rejiciant in Jure perſonas quia hujus conditionis hominibus cauſa perorare fas non ſit. Sed poſt elapſa quinq; ſpacia recuperandæ poſſeſsionis præſtituta, litigium eis inferentib. largire convenit, ut eos momentaneæ perinde poſſeſsioni, ſine ulla cunctatione reſtituant, ac ſi reverſus dominus litigaſſet: ſic nota, quòd ex hoc remedio agat quis etiam ſine mandato, & ſervus, qui aliàs ad perorandum cauſas non admittitur, idq; favore abſentis, & in odium ſpoliatoris.

7. Remedium competit ex l. invaſor, *C. unde vi*, moderando interdictũ unde vi, lege ſic dicente: *Invaſor locorum pœna teneatur legitima: ſi tamen vi loca eadem invaſiſſe conſtiterit: nam ſi per errorem, aut incuriam domini loca ab alijs poſſeſſa ſunt, ſine pœna poſſeſſio reſtitui debet.* 65

8. Remedium eſt propoſitum ex l. meminerint, *C. unde vi. Verba legis ſunt: Meminerint cuncti, ſive vulgato reſcripto manſuetudinis noſtræ ſive ſententia cujuslibet judicis utantur, in cauſis dominos locorum conveniendos eſſe, aut ſi fortè defuerint, eorũ actores ad inſinuandas ſententias procuratoresq; eſſe quærendos: ne inde injuriarum naſcatur occaſio, unde Jura naſcuntur: quod ſi præcepta noſtra implere neglexerint, omni negotio, de quo jurgare cœperant privabuntur: ſic videtur ex textu.* ¶ *Nec illi licere alterius occupare poſſeſſionem: qui vel reſcriptũ à principe, vel à judice ſententiam adverſario non vocato eſt aſſecutus, quare occupatum reſtituit illicò.* 66

9. Remedium venit ex l. ſi quis in tantã, *C. unde vi. Verba l. ſunt: Si quis in tantam furoris audaciam pervenerit, ut poſſeſſionem rerum apud fiſcum, vel apud homines quoslibet conſtitutorum ante eventum judicialis arbitrij violenter invaſerit: Dominus quidem conſtitutus, poſſeſsionem quã abſtulit reſtituat poſſeſſori, & dominium ejus rei amittat: Si verò alienarum rerum poſſeſsionem invaſit: non ſolum eam poſſidentibus reddat, verum etiam æſtimationem rerum earundem reſtituere compellatur.* 67

10. Remedium venit ex l. ſi coloni, *C. de agric. & cenſi. lib. 11. Si coloni, quos bona fide quiſq; poſſedit, ad alios fuga vitio tranſeuntes, neceſſitatẽ propriæ conditionis declinare tentaverint: bonæ fidei poſſeſſori primùm oportet celeri reformatione ſuccurri, & tunc cauſam originis & proprietatis agitari: quam conſtitutionem & in cæteris reb. mobilibus non ſe moventibus locum habere credunt interpretes.* 68

11. Remedium ex l. non ab re, *C. unde vi: Non ab re eſt, quemadmodum poſſeſſionis rei alienæ invaſores, tam vetus, quam præſens ſacra conſtitutio cenſuit eſſe puniendos: ita nec conductorib. & poſſeſsionis alienæ detentatorib. impunè procedere, ſi locatoribus fortè, vel poſſeſsionẽ rerũ ſuarũ, quam apud alios precario modo eſſe conceſſerant, recuperare ſecundum leges volentibus, (cũ nulla ſibimet cognata legibus allegatio competeret,)* 69

dixerunt reſiſtendũ, & non protinus, (id eſt,) non expectato judiciorum ordine, aliam poſſeſſionem, rectè eam recuperantibus cedere patiantur. Eos namq; jubemus pro tanta ſua iniquitatis impudentia, ſi cognitionis judiciariæ eventu fuerint condemnati, rei cujus poſſeſſionem ſponte reſtituere, uſq; ad diffinitivam ſententiam minimè paſſi ſunt: æſtimationem victrici parti unà cum ipſa re præbere compelli. Eſt ſimilis text. *in l. conductores, C. de locato. Conductores alienarum rerum, ſeu alienam cujuslibet rei poſſeſſionem precariò detinentes, ſeu hæredes eorum: ſi non dominis eam recuperare volentib. reſtituerint: ſed litem uſq; ad diffinitivam ſententiam expectaverint: non ſolùm rem locatam, ſed etiam æſtimationem ejus; victrici parti ad ſimilitudinem invaſoris alienæ poſſeſſionis, præbere compellantur.*

70 12. Remedium procedit ex l. ultima, C. *de prætorio pignore, §. & cum invenimus, in conventionalibus pignoribus, vel hypothecis, non ſolùm tenentem creditorem adjuvari: ſed etiam ſi ab ea poſſeſſione cadat, ſive ſua culpa, ſive non, ſive fortuito caſu: humanius eſſe perſpeximus, & in prætorio pignore, dare recuperationem creditori, quocunq; modo poſſeſſionem amittat, ſive non, ſive fortuito caſu: licèt enim debuerat incumbere ſuo pignori, ne aliquam patiatur inde jacturam: tamen ne quid amarum in creditoribus conſequatur, benignius cauſam interpretamur, & ei recuperationem donamus.*

71 13. Ex l. ultima C. *unde vi, §. nos non concedentes, aliquem alienas res vel poſſeſſiones per ſuam auctoritatem uſurpare, ſancimus, talem poſſeſſorem, ut prædonem intelligi, & generali juriſdictione ea teneri, quæ pro reſtituenda poſſeſſione, contra hujuſmodi perſonas veteribus declarata ſunt legibus. Ridiculum etenim eſt dicere, vel audire, quòd per ignorantiam, alienam rem aliquis quaſi propriam occupaverit: Omnes autem ſcire debent, quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere: His videlicet, quæ ſuper recipienda poſſeſſione diſpoſita ſunt, locum habentibus, ſi non ex die, ex quo poſſeſſio detenta eſt, triginta annorum exceſſerint curricula.*

72 14. Ex l. ultima C. *de acqui. poſſeſ. ex libris Sabiniani quæſtionem in divinas noſtri numinis aures relatam tollentes, diffinimus, ut ſive ſervus, ſive procurator, vel colonus, vel inquilinus, vel quiſpiam alius, per quem licentia eſt nobis poſſidere, corporaliter nactam poſſeſſionem cujuſcunq; rei, eam dereliquerit, vel alij prodiderit, deſidia fortè, vel dolo, ut locus aperiatur alij eandem poſſeſſionem detinere: nihil penitus præjudicij domino generetur, ne ex aliena malignitate, alienum damnum emergat: ſed & ipſe ſi liberæ conditionis eſt, competentibus actionibus ſubjungetur, omnis jactura ab eo reſtituenda domino rei, vel ei circa quem negligenter vel doloſè verſatus eſt. Sin autem nec dum ſub manibus procuratoris, vel coloni, vel inquilini, vel ſervi poſſeſſio facta eſt, ſed ipſe eam accipere deſidiâ vel dolo ſuperſedit: tunc & ipſe qui eum tranſmiſit, ex mala ſua electione præjudicium circa eam poſſeſſionem patiatur, ex memoratarum perſonarum machinatione, vel negligentia accidens. Hoc etenim tantummodo ſancimus; ut dominus nullo modo aliquod diſcrimen ſuſtineat ab his quos tranſmiſerit: non ut etiam lucrum ſibi per eos aliquod acquirat: cùm & extet antiqua regula juris, quæ diffinit, deteriorem conditionem per ſervum, domino nullo modo fieri, tum locum habeat, cum dominus de damno periclitetur: non cum ſibi lucrum per ſervum acquiri deſiderat. Salva videlicet & in hoc caſu domino rei, vel ei qui ad eam detinendâ, tranſmiſerit perſonas, adverſus eas omni actione (ſi qua ex legibus ipſis cõpetit,) obſervata.*

73 15. Subvenitur ſpoliato de jure canonico, *ex c. ſæpe ext. de reſtit. ſpoliato: Sæpe contingit, quod ſpoliatus, per ſpoliatorem in alium re tranſlata, dum adverſus poſſeſſorem non ſubvenitur per reſtitutionis beneficium ſpoliato, commodo poſſeſſionis amiſſo, propter difficultatem probationum juris proprietatis, amittit effectũ. Unde non obſtante rigore juris civilis, ſancimus, ut ſi quis de cætero ſcienter rem talem receperit, (cum ſpoliatori quaſi ſuccedat in vitium: eò quòd non multum interſit, quò ad periculum animæ, injuſtè detinere, an invadere alienum,) contra poſſeſſorem hujuſmodi ſpoliato, per reſtitutionis beneficium ſuccurratur.*

74 16. Remedium deſcendit ex canone redintegranda, *3. q. 1. & ex præcedentib. Redintegranda ſunt omnia exſpoliatis, vel ejectis epiſcopis, præſentialiter ordinatione pontificum: & in eo loco, unde abſceſſerant, funditus revocanda, quacunq; conditione temporis, aut captivitate, aut dolo, aut violentia malorum, & per quaſcunq; injuſtas cauſas, res Eccleſiæ, vel proprias, (id eſt,) ſuas ſubſtantias perdidiſſe noſcuntur.* In ſequenti c. redintegranda, ſunt omnia exſpoliatis, vel ejectis epiſcopis & cætera uſque funditus revocanda: eodem modo, *ut ſupr.* & ſpoliatos illico eſſe reſtituendos, *habetur in c. accedens, el. 1. ut lite non conteſtata, & in c. bonæ, de appella.*

75 Iſtud remedium reintegrandæ poſſeſſionis, quòd detur etiam contra poſſidentem cum titulo & bona fide, (*Hanc ſententiam magis communem; eamq; in judicando Cameræ aſſeſſores aliquot vicibus ſuo tempore obſervaſſe,* Mynſing. *ait.* Geyl. *tamen in Barto. &* Menoch. *ſententiam ſe deſcendere dicit, qui negans eam dari contra bonæ fidei poſſeſſorem, poſſidentem cum titulo à non vitioſo, ſed bonæ fidei authore,*) & an duret ultra triginta annos, (*De hoc* Mynſing. *nihil certi concludit,*) quid ſit de jure communi proviſum & in camera obſervatũ, *notavit* Mynſing. *in obſervatio 85. centu. 3. & de hoc remedio pulcherrima docuit* Geyl. *in obſervatio. 75. lib. 2. obſervatio, dicendo, quòd*

omnium ſit pleniſſimum & tutiſſimum. Decian. *in conſil.36.volum.3.ibi de hoc remedio bona eſt materia, explicat & ampliat illud, & docet qua ſufficiant probationes, in illo. (Sufficit probare antiquiorem poſſeſſionem ſuam, & adverſarium nunc poſſidere.)*

76 17. Datur expulſo officium judicis, quod noſtri ſubſidiarium appellant, deſumptum *ex l. Aquilius Regulus, ff. de dona. quam legem ſic ſummat.* Bartol. Ab eo, cui facultas inhabitandi, ex cauſa remunerationis confertur, non debet revocari, & ſibi expulſo judicis officio ſubvenitur.

77 De hiſce omnibus remedijs poſſeſſionis recuperandæ, quibus autoribus ſint introducta, quid contineant, pro quibus rebus, cui, contra quem, quamdiu dentur, quid juris de hæredibus, quid conſequamur, quid de rebus ipſis, de damnis, de intereſſe, de fructibus, de melioramentis, de extenſionibus, & cumulationibus, & tandem quibus pœnis, ipſo jure vel facto judicis, puniantur violenti invaſores, vel alienarum rerum ſcienter & injuſtè detentatores, *vide omninò* Menochium; *in ampliſſimis & doctiſſimis ſuis commentarijs, de recuperanda poſſeſſione, per totum.*

78 De remedio ex canone reintegranda, quòd pleniùs & pinguiùs per ejuſmodi remedium contra quemlibet poſſeſſorem detur: & quid in illo ſaltem, veniat probandū, & qualiter procedendum, *vide* Alexand. *de Imo in conſ.89.90.91.92.93. & 94. & ibi aliqua etiam de interdicto, unde vi, vol.5.* Geyl. *in obſ. 75 lib.2.n.9. tradens remedia recuperanda poſſeſſoria adducit.* Sed *num.10. remedium, ex c. reintegranda 3.q.1.* dicit omnium pleniſsimum & tutiſsimum eſſe: docet, cui competat, contra quem, ad quid, & quid in illo probandū: Marant. *in 7. diſt. principa. parte 4 n.22. viginti duo recuperanda poſſeſſionis remedia recenſet.*

79 Et de iſto remedio canonis reintegrandæ, quando poſsit ſimul cum interdicto unde vi proponi per reconventionem, *conſuluit* Decian. *in conſil.46.volum.1. reprobando* Alex. de Imola. *in conſil.94. in fin. volum. 5.* Quomodo cognoſcatur, ex verbis libelli petitorium & non poſſeſsorium eſſe intentatum, *conſuluit* Alex. *in conſil 96.eo. volum. 5.* An ſi delegata eſt cauſa in petitorio & poſseſsorio, judex poſsit ſuper ſolo poſseſsorio cognoſcere & terminare, *idem* Alex. *in conſi. 97. eo. vol. 5. in poſſeſſorio recuperanda, quis dicatur melius probare.*

80 Et teſtes de univerſitate, an admittantur, & probent pro univerſitate; *idem* Alex. *in conſi.99. eo volum. 5. pulcherrimè; notavit de hac materia poſſeſſorij ſimul & petitorij* Robert. Maranta. *in ordi. ſuo judicia: parte 4. in 7. diſtinctione principali judiciorum.*

De cumulatione petitorij & poſseſsorij, *vide quæ notavi ſupr. in litera C. verſ. de cumulatione actionum & exceptionum: deq; probationibus in illis habetur inter alia elegans conſilium* Alex. de Imo. *150. d volum. 5. & conſuluit eleganter* Weſenb. *in conſil.21 parte 1. conſilio.* Specula. *notavit in titulis de cauſa poſſeſ. & proprietatis, & in tit. de reſtit. ſpoliatorum,* qualiter concipiantur libelli, quomodo defenſiones rei, quo ordine proponantur judicia poſseſsoria & petitoria; & quid juris in omni caſu, vide ibi per eum. 81

Sunt tituli in jure canonico, *& ibi notant ſcribentes de cauſa poſſeſ. & proprieta. & de reſtitu ſpolia.*

In jure Saxonico in hac materia poſseſſorij habemus textum clarū cum jure communi omninò concordantem in Theſi. quòd nemo ſit ſpoliandus ſua poſseſsione, niſi ad judicium vocatus: Math. Coler. *de proceſſ. exec. part.1. c.2 num.81.* Weſenb. *conſi. 7 num.7.* & per ſententiam in illa condemnatus fuerit: *Artic. 24. lib.* LandRecht/ *addit textus,* etiamſi injuſtè poſsideat, Ob er gleich mit unrecht dahinein kommen were: *textus eſt in art. 70. eo lib. 2.* Man ſol niemand weiſen von ſeinem Guth/ daß er in ſein gewehren hat/ jhm werde denn die gewehr zum erſten mit Rechte abgewunnen/ Weichbild/ *Art.29. in gloſ.* & ibi vide, qualiter judici inhibeatur, ne immaturè & ante ſententiam exequendo, neminem poſſeſsione ſua privet. 82

Vnd aber/ wie eine ſolche einweiſung deß Richters zu wiederſprechen/ *habetur Art.83. in textu addi. & gloſ. lib.3.* LandRecht. Lehnrecht/ *c.40. in gloſ. item Art.70. lib 1.* LandRecht. 83

Sed an judici injuſtè exequenti poſsit manu militari reſiſti, & ſic poſseſsio tueri, *docuit* Robert. Maranta. *in prima ſua diſputatione, incip. pleruaq.* 84

Et de reſtitutione ſpoliati à Iudice, quòd ſit reſtituendus, qualiter & quando, *docuit* Geyl. *in obſervat.76. per totum, (Cùm videlicet ipſe judicialiter, aut juris ordine non ſervato procedit, vel ſententia notoriè injuſta, vel deniq; judex incompetens eſt: quibus caſibus etiam judici reſiſti poteſt, & decreta tàm ab ipſo quàm à ſuperiori revocari; etiam altera parte non citata,) lib.2. & vide ea, quæ notavi infr. in litera S. verſ. de ſpoliato.* 85

Sed nota ad hanc materiam poſseſsorij, poſseſsionis recuperandæ, quod tertius interveniens, in poſseſsorio recuperandæ, & petitorium intentans admittatur, & illi reſpondendū ſit non obſtante exceptione litis pendentiæ, (*Dum tamen de ſuo intereſſe priùs ſummariè doceat.*) Myuſ. *per Dd. in obſ.1. cent.2.* 86

De duplici poſseſsorio ordinario & extraordinario ſeu ſummario, deque utriuſq; differentia, *vide* Geyl. *in obſ.7 lib.1. obſerv.* 87

Con-

Conſtant. Roger. *de remed. poſſ. nu.2. & 3. vide* Plot. *de in lit. jur.* §.3.

88 Interdum recuperandæ poſſeſsionis, an acquiratur ex ſtatuto continuante poſſeſſionem defuncti in hæredem, Zuchard. *de miſſ. in poſſ. nu.107.* Gabriel. *de acquir. vel amitt. poſſ. concl.7. & 9.*

89 An ſucceſſor in officio poſsit agere poſſeſſorio recuperandæ ex poſſeſsione anteceſſoris: Modeſt. Piſt. *p.2. q.80.*

90 Enumerantur & colliguntur à domino Menochio ſex remedia adipiſcendæ poſſeſſionis: Primum eſt univerſale, & nominatur quorum bonorum: procedit *ex l.1. ff. quorum bonorum, cujus verba ſunt hæc: Ait prætor Quorum bonorum ex edicto meo illi poſſeſſio data eſt, quod de his bonis pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſides, poſſideresve, ſi nihil uſucaptum eſſet: quodq́; dolo malo feciſti, ut id deſineres poſſidere: id illi reſtituas.*

91 Hoc interdictum reſtitutorium eſt, & ad univerſitatem bonorum, non ad ſingulas res pertinet, & appellatur quorum bonorum, & eſt adipiſcendæ poſſeſsionis univerſorum bonorum: datur utile & directum: *gl. in hac l.1. & in rubrica.*

92 2. Remedium adipiſcendæ poſſeſsionis eſt quorum legatorum, *ut in l.1. ff. quo. lega.* Hoc interdictum vulgò quorum legatorum, appellatur: eſt autem & ipſum adipiſcendæ poſſeſsionis & continet hanc cauſam: ut quod quiſque legatorum nomine, non ex voluntate hæredis occupaverit, id reſtituat hæredi: etenim æquiſsimum prætori viſum eſt, unumquemque non ſibi ipſi jus dicere occupatis legatis, ſed hoc ab hærede petere. Rediguntur igitur ad heredes per hoc interdictum ea, quę legatorum nomine poſsidentur: & proinde legatarij poſſunt eum ſcilicet hæredem convenire: & nominatur ſingulare: *declarat gloſſa.*

93 3. Eſt interdictum Salvianum: Domino fundi conceditur, ad adipiſcendam poſſeſſionem bonorum coloni, quæ colonus pro mercibus fundi pignori futura pepigit: §. *adipiſcendæ, §. interdictum quoq; Inſti. de interdi. & l.1. ff. de Salvia. inter. dict.* & eſt remedium ſingulare.

94 4. Remedium competit ex l. ultima, *C. de edicto divi Adria. tollen. cujus verba hæc ſunt: Sancimus, ut ſi quis ſcriptus hæres, ex aſſe vel ex parte inſtitutus, competenti judici teſtamentũ oſtenderit, non cancellatum, neq; abolitum neq; ex quacunq; ſua formæ parte vitiatum, ſed quod prima figura, ſine omni vituperatione appareat, & depoſitionibus teſtium legitimi numeri vallatum ſit: mittatur quidem in poſſeſſionem earum rerum, quæ teſtatoris mortis tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur, & ea cum teſtificatione publicarũ perſonarũ accipiat.*

De adipiſcenda poſſeſsione, *ex d. l. finali, C. de edicto divi Adriani tollendo*, vel in ſubſidium per officium judicis, *vide* Rolan. à Valle *in conſ.1. ibi invenies contraria pulcherrima, & eorum ſolutiones: Item* Weſenb. *in conſ. 81. parte 2.* Decianus *in conſ. 41 volum.3. nu. 36. & in ſequentibus*, volens, quòd hæredi miſſo in poſſeſsionem bonorum, hoc beneficio *d. l. fi. C. de edicto divi Adria. tol.* tribuatur poſſeſsio, vel ſi propria auctoritate vacantem poſſeſsionem adeptus fuerit, quòd tueatur poſseſſorio retinendæ. 95

Remedium competens *ex l. fi. C. de edicto Divi Adriani tollend.* eleganter explicat Meno. *remed.4. adipiſcend. poſſ. &* Sichard. *in eod. tit. C.* Cujac. *lib.4. ſent.* 96

5. Remedium conceditur ex l. creditores, *C. de pigno. Creditores, qui non reddita ſibi pecunia, conventionis legem ingreſſi poſſeſſionem exercent, vim quidem facere non videntur: attamen auctoritate præſidis poſſeſſionem adipiſci debent.* 97

6. Remedium ex judicis officio à noſtris conſiderari ſolet, illud duobus in caſibus: primò cum duo hæredes extra judicium contendunt de poſseſsione adipiſcenda, & uterq; non judicio, ſed armis rem agere vult, judex ne ſcandalum aliquod oriatur, ex ſuo officio providere ſolet: Decius *poſt alios in l. ult. C. de edic. divi Adria. toll. nota vi ſup. in lit. S. verſi. de ſequeſtro, ibi, quod contentioſa poſſeſſio poſſit ſequeſtrari: & pulcherrimè docuit* Geyl. *in obſ.5. lib.1. obſer. ca. Imp, in obſ.6 ſequent. docet de proceſſu litigioſæ poſſeſſionis.* 98

Secundo caſu conſideratur judicis hoc officium clericorum cauſa: nam qui collati ſibi beneficij poſseſsionem conſequi vult, hoc judicis officio experitur, ut mittatur in poſſeſsionem iſtius beneficij collati: Rober. Marant. *in ordine ſuo judic. part.4. diſt. judi.7. n.13.* Abbas *in c. paſtoralis, col.4. verſi. & ſciat, de cauſa poſſeſſ. & proprietate: & habetur in c. accedens ibi per* Abb. *& alios Dd. de accuſa. & tandem de omnibus & ſingulis hiſce remedijs, invenies eruditè explicatum & declaratum, per* Menoch. *in comment. ſuis de adipiſcenda poſſeſſione, quem omnino vide & aliqua per* Röland. à Valle *in conſi. ſuo 1.* 99

Ex diſpoſitione juris Saxonici, hæres adiſpicitur poſſeſsionem hæreditatis, cauſa rei ſervandæ, etiam infra tricesimum: *Art.22. li.1.* LandRecht/ da der Text alſo ſagt: Der Erbe mag wol einfaren/ zu der Witwen in das Hauß oder Guth/ ehe dem dreyſigſten/ auff das er bewahre das nichts verlohren werde/ dz jhn angehört/ mit ſeim rath ſol auch die Fraw das Begräbnuß vnd dreyſigſten begehen. Et cum hoc articulo Juris Saxonici concordat jus commune: *in l.1. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur. & in l. ſi div. ff. eo. ſatis gl. fi. Art.25. lib.1.* LandRecht. 100

101 Sed nota: hæres, qui petit ſe mitti in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, debet probare, defunctum tempore mortis ſuæ iſta bona, in quæ mitti ſe petit, poſſediſſe: *Textus eſt in l. poſſeſſio, ff. de uſuc. l. hæreditas ff. de reg. jur.* concordat jus Saxonicum in finalibus verbis, *Art. 5. lib. 1. ibidem.* mit welchem Guth der Mann erſtirbt / das heiſſet alles Erbe es ſey denn Lehn: *& vide ibi gloſſ. penultimam.*

110 De probatione pertinentiarum in judicio poſſeſſorio, *docuit* Geyl. *in obſer. 63. lib. 2. obſerv. cap. Imp. & ibi vide verbo pertinere, quomodo ſit accipiendum & qualiter verificetur in petitorio & poſſeſſorio, (Maioribus votis concluſum eſt, in judicio poſſeſſorio ſufficere probationes poſſeſſorias, hoc eſt facti, & quòd eas pertinentias poſſederit.)*

103 Conſtant. Roger *de Remed. poſſ. num. 12. 13.* ibid. quomod. in hoc interdicto formandus libellus.

104 Acquirendæ poſſeſſionis rerum corporalium modos 28. refert Seb. Med *tr. de acquir. poſſeſſ. fol. 283. gloſſ. in verb. in poſſeſſionem, p. 2. à nu. 14. uſq; ad nu. 211.*

Et per quas perſonas acquiratur, *nu. 212. fol. 313. & numer. 213. uſq; ad 227.* & quarum rerum ſit poſſeſſio, *num. 227. uſq; ad 234.* Et ex pluribus cauſis poſſidere poſſumus: *num. 234.* Genera poſſeſſionum ſunt plurima, & tot, quot cauſæ acquirendi veluti: ex contractu, ultima voluntate, delicto, &c. *nu. 235.*

105 Poſſeſſio vel quaſi, in juribus incorporalibus ut quæratur, an requiratur ſcientia ejus ad quem ſpectabat, aut ſaltem poſſeſſoris, Capyc. *deciſ. 57.*

106 De acquiſitione quaſi poſſeſſionis, & plura de actu jure familitatis geſto, Men. *lib. lib. 2. cent. 2. c. 160.*

Qualis ſcientia ſuperioris neceſſaria ſit, in acquiſitione quaſi poſſeſſionis alicujus juriſdictionis, Menoch. *lib. 2. centu. 2. c. 161.*

107 Poſſeſſor immobilium, vel multorum mobilium quòd non teneatur cauere vel ſatiſdare judicio ſiſti, vel judicatum ſolvi, *notavi ſup. in lit. C. verſi. de cautionibus.* & de commodo poſſeſſionis, habetur *in §. commodum, Inſtitu. de interdictis.*

108 Imò quòd poſſeſſor manu tenendus ſit in ſua poſſeſſione etiam mandatis pœnalibus, & licet periculum armorum ſubſit, *docuit* Geyl. *in obſervat. 50. num. 5. lib. 1. item Articul. 24. lib. 2. & Articu. 70. lib. 3.* Land-Recht.

109 Nota: Controverſa poſſeſſio quòd non faciat rem litigioſam, Geyl. *in obſerv. 118. num. 5. lib. 1.*

110 Finis poſſeſſorij eſt principium petitorij: Bald. *in l. 1. C. uti poſſide.* Ex iſto infertur, quòd in poſſeſſorio & petitorio, continentiæ cauſæ non dividuntur, *Proceſſus tamen parte non opponente coram diverſis facti valent.) de quibus* Geyl. *in obſervat. 32. lib. 1.* & poſſeſſorium non finitur, niſi facta reſtitutione: Gey. *in obſ. 63. nu. 4. lib. 2.*

Sed nota: poſſeſſores ruſticorum prædiorum magis idonei dicuntur poſſeſſores, quàm urbanorum: ſubiacent enim majoribus periculis, ruinæ, & incendij: *notat* Joan. de Platea *in l. 2. col. 3. verſi. & nota, C. de debito. civit. lib. 11.* 111

Poſſeſſionis effectus & commoda, quæ recenſet: Seb. Med. *de conſerv. poſſ. gloſſ. 2. p. 2. nu. 288. & ſeq fol. 61.* & Menoch. *lib. 6 praeſ. 69. fol. 690. ubi 24. commoda poſſ.* Weſenbec *in parat. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Carol. Tap. *in Authen. ingreſſ. C. de S. S. Eccleſi. verb. ipſo ingreſſu, nu. 13. & ſeqq. fol 312. refert commoda poſſeſſ. 72.* 112

Poſſeſſionis titulum nemo allegare cogitur. Vide egregias remiſſiones in Mollero, *lib. 4. ſemeſtr. c. 38. nu. 10. limi. ut* Med. *d. lo. num. 301. ubi lim. 5. fol. 618. vide tr. reg. fol 525. ubi plures, l. cogi, de pet. hær. C. l. fin. c. de rei vindi.* Nam habet præſumptionem pro ſe ex poſſeſſione, ob quam relevatur ab onere probandi: Coler. *p. 2. c. 2. nu. 63. fol. 438.* 113

Poſſeſſor unus alteri præfertur m[illegible]s modis: de quibus Seb. Med. *de conſerv. poſſeſſ. gl. 2. p. 2. nu. 292. fol. 613.* Virg. de Boccal. *de man. in poſſ. cap. 10. fol. 84. & c. 9. & c. 14. poſſ.* 114

Poſſeſſio per plures retinetur perſonas: Seb. Med. *d. l. nu. 297. fol. 617.* 115

Poſſidere cum titulo pluribus modis quis dicitur: Med. *d. l. nu. 300.*

Poſſeſſionem habens à Principe, ultra quadriennium non poteſt moleſtari: Seb. Med. *d. lo. num. 304. fol. 618. ubi ampl. 7. & lim. 10.* 116

Poſſeſſio etiam pendente lite poteſt continuati: Seb. Med. *d. lo. num. 305 fol. 619. ubi ampl. & lim.* 117

In poſſeſſione pendente lite nemo turbandus: Capyc. *dec. 189.* 118

Ex poſſeſſione præſumitur prioritas: Fœn. *de mom. temp. c. 18. num. 17. & 18. declaravit ibi.* 119

Judex ex officio in poſſeſſione illum conſervare debet, qui ei conſtat eſſe in poſſeſſione: Aſin. *de execut. §. 3. c. 121.* Franc. Milanenſis *qu. 1. & 3. lib. 1.* 120

Poſſeſſio non eſt modus probandi, ſed relevat ab onere probandi: Cavalc. *de teſt. in indice, verb. poſſeſſio, declare ibid.* 121

Hæres in bona fide exiſtens, condemnandus ne ſit ad reſtitutionem fructuum, quando defunctus rem poſſedit mala fide, Fachin. *lib. controv. Juris, c. 56* 122

Bonæ

123 Bonæ fidei poſſeſſor, an lucretur fructus naturales & induſtriales, Fach. *ibid. c. 57.*

Utrùm bonæ fidei poſſeſſor conveniri poſſit ad fructuum conſumptorum reſtitutionem, vel eorum æſtimationem, ſi ſit factus locupletior, *ibid. c. 58.*

124 Utrùm, ſi poſſeſſor ſit ab initio bonæ fidei, deinde incipiat eſſe malæ fidei, fructus ſuos faciat, *ibid. c. 59.*

125 Utrùm fructus poſt litem conteſtatam à poſſeſſore percepti, re evicta ſint reſtituendi, ſi inſtantia fuerit prioris Jodicij lapſu temporis peremta: Fach. *d. loc. c. 60.*

Quas expenſas malæ fidei poſſeſſor repetat, Fach. *c. 44. & 45. d. lib.* Garzia *de expenſis c. 2.*

126 Poſſeſsor rei furtivæ, an & quando de honeſtate, vel etiam de neceſſitate, cogatur nominare ſuum venditorem, vel authorem, & ſic adere titulum ſuæ poſseſſionis, *notante textus gloſ.* & Bald. *in l. civile eſt, C. de furtis.* Et habetur de tali poſseſſione vel detentione rei furtivæ, in *Articu. 36. lib. 2.* Land-Recht.

127 Et quatenus poſseſſio rei furtivæ faciat indicium ad torturam, *vide* Hippol. de Marſil. *in repet. l. qui falſam monetam, ff. ad l. Cornie. de fal.* & Blaneum *in l. fina. ff. de quaſtionib. mihi n. 416. verſ. furtiva res.* Quilibet poſſeſsor tenetur hypothecaria: Stephanus Gratianus *quaeſt. 36. nu. 35.*

128 In ſummariſſimo poſseſsorio hæc ſingularia obſervantur 1. quod teſtes non tenentur jurare 2. quod æqualis numerus teſtium producatur ab utraque parte 3. recentior non antiquior poſſeſſio inſpicitur 4. probationes leves ſufficiunt, 5. poſseſsorio plenario non præjudicat: D. Frider. Pruchman. *conſ 23. lib. 1.*

129 Uſufructuarius utrum naturaliter ſibi poſſideat nomine proprio rem aut fundum, in quo uſumfructum habeat, an domino? Reſp. ſibi poſsidet & non domino, quia uſufructuario ſpoliato datur interdictum recuperandæ poſseſsionis, illud autem interdictum non datur niſi poſsidenti, nec minus uſufructuario ſpoliato ſuccurritur, remedio conſtitutionis legis, *Si quis in tantum C. unde vi, ac ipſi datur interdictum uti poſsidetis, l. 3. § unde vi, interdum cum § duobus ſequent. ff. de vi & vi armata. l. 1. §. ſcire autem ff. de eod. titul. l. ſi duo §. creditores ff. uti poſsidetis. & l. 1. §. dicitur, ff. de vi armat. ibi interdicta nudo detentatori non dantur* Johan. del Caſtillo *de uſufr. c. 6. nu. 28.* Franc. Duaren *ad titul. de acqu. poſſeſſ. lib. 1. c. 18. diſputation.* Alvar. Valaſcus *de jure emphytat. qu. 18.* Anton. Galeatius Malvaſia *conſ. 52. nu. 40 & conſ. 56. nu. 9. & conſ. 101. nu. 2. vol. 1.* Sforz. Oddi *conſ. 82. nu. 19. lib. 2.* Petr. Surdus *conſ. 162. num. 13. lib. 2.* Conradus Lagus *in method. juris par. 4. cap. 13.* Villobolos *commun. opinion. liter. V. nu. 56.* Cavalcan. *de uſufr. mulier. relict. nu. 5. ad fin.* Boer. *deciſ. 28.* Menoch. *recuperan. poſſeſſion. rem. 1. qu. 5. n 70. & remed. 9. nu. 297. & retinenda poſſeſſion. remed. 3. nu. 70. & conſ. 139. nu. 1. lib. 2.* Covarru. *in regal. poſſeſſion. in initi. relection. 2. part. nu. 5. vide diſſent.* Franc. Hottoman. *lib. 9. obſervat. c. 1.* Fran. Connan. *lib. 3. commentarior. c. 10. de poſſeſſion. natural.* Iohan. Vandum *lib. 2. qu. 3 de poſſeſſ.* Iacob. Cuiacium *ad l. naturaliter ff. de acquir. poſſeſſion.* Vaconiuum à Vacuna *lib. 2. declar. 98.* Uldar. Zaſium *in l. 1. §. quod ait prator ff. quorum legutor.*

130 Uſufructu finito, non obſtante ſtatuto, ex cuius diſpoſitione continuatur poſſeſsio in hæredem, poteſt proprietarius propria autoritate recipere poſseſsionem naturalem uſufructuarij, ut eam jungat civili, nec per hoc incidit in pœnam aliquam: Iohan. Caſtillo *de uſufr. c. 60.*

Poſseſsio non probatur per ſcripturam niſi in antiquis Iohan. Baptiſta Coſta *conſ. 61. num. 3. 7.*

131 Poſseſsio univerſalis acquiritur per unum actum particularem, quando cauſa utentis eſt univerſalis, eum magis attendatur cauſa actus quam exercitiū ipſius actus, Iohan. Baptiſta Coſta *conſ. 3. nu. 31.*

132 Poſseſsionem probat liber æſtimi Ioh. Baptiſt. Coſta *conſ. 31.*

133 Poſseſsionem ſuam continuans non dicitur attentare: Ioh. Bapt. Coſta *conſ. 35. n. 13.*

134 In poſseſsorijs plenarijs in quibus agitur de pleno præjudicio, nec in ſummarijſsimis unicus teſtis ſufficit, niſi ſit omni exceptione major & hæc qualitas articuletur & probetur, Iohan Baptiſt. Coſta *conſ. 40. n. 9.*

135 A poſseſsorio omni lex canonica permittens appellationem, non includit ſummarijſsimum idem *conſ. 23. nu. 11.*

136 Negans poſsidere, ſi de mendacio convincatur, privatur poſseſsione, & transfertur in adverſarium ſine aliqua traditione, ſed jus proprietatis ſalvum remanet neganti, ſic ut ſuper illa agare poſsit: negans tamen ſe poſsidere non privatur poſseſsione, niſi actor aſsumpſerit in ſe onus probandi poſseſsionem ſuam, etiamſi conſtaret reum poſsidere antequam actor probaſset, Iohan. del Caſtillo *c. 18. per totum par. 3. controverſarum juris* Gregori. Lopez *in l. 5. titu. 13. par. 2. gloſ. 1.* Fulvius Paciatus *de probation. lib. 1. c. 19. per totum* Didac. Perez *in l. 1. titu. 4. verbi poſitiones lib. 3. ordinamenti* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſi 109. per totum.*

137 Quando quis accuſatur de turbata poſſeſsione, criminaliter non debet accuſari, quando dicat ſe eſſe in poſseſsione ita faciendi, quia ſuper hoc debet agi civiliter Cravett. *conſil. 108.*

Poſ-

138 Poſſeſſio abſentis poteſt recuperari per affines, amicos & ſervos, etiam non expulſos, non autem acquiri, nec agi pro poſſeſſione turbata: Stephanus Gratian. *diſceptat. forenſium cap 170. nu.33.35.36.*

Poſſeſſorium retinendæ per modum agendi intentatum cum petitorio cumulari non poteſt, & exceptio dominij in continenti probandi non admittitur in poſſeſſorio retinendæ: Jacob. Marchiſellus *quæſt.103. lib. recollectar.* Sic poſſeſſorio retinendæ intentato, reus reconveniendo petitorium intentare nequit: Cland. Marmerius *in l.naturales §. nihil commune nu. 88. &* Fabius Accorambonus *nu.151.* Harmonoſtius Derus *nu. 107. de acqu. poſſeſsione.*

140 Cauſa poſſeſſorij ſi fructuum naturam habeat, petitorij naturam ſapit, vel quando reſcripto principis ſuper utroque cauſa committitur: Jacob. Marchiſell. *d. qu. 103. nu. fin.*

141 Sciens naturalem rei ſuæ poſſeſſionem ab altero occupatā eſſe, ſi negligit eam recuperare intra decennium, eam amittit, ſicut etiam civilem quam animo ſibi conſervabat, nam ex diutina negligentia inducitur oblivio: Immo plerique tenuerunt non decennali negligentia, ſed id judicis arbitrio committi, qui etiam minori tempore poteſt arbitrari poſſeſſorem ſua poſſeſſione privatum, dummodo reus probet domini ſeu antiqui poſſeſſoris præſentiam adſuiſſe Jacob. Marchiſell. *qu 14. nu. 4. lib. recollectar.*

142 Conſtitutum tutoris, curatoris, prælati & ſimilium poſſeſſionem non transfert: Jacob. Marchiſell. *qu. 40. nu. 6. lib. recollectar.*

143 Liber extimi non probat poſſeſsionem, quando probatur alium eo tempore poſsidere: Jacob. Marchiſell. *d. loc nu. 13.*

144 Exceptiones petitorium concernentes, ubi in poſſeſſorio non admittuntur, ſi fuerint oppoſitæ, datique articuli appellari neceſſe eſt, aliter tenet in petitorio proceſſus, Jacob. Marchiſel. *nu. 12.*

145 Ex contractu prodigi nulla transfertur poſſeſsio: Jacob. Marchiſel. *in alleg. loco num. 5.*

146 Poſſeſſor bonæ fidei fructus naturales conſumptos reſtituit, quatenus locupletior eſt factus, induſtriales lucratur pro cultura & induſtria, in judicio ſingulari conſumptos nunquam reſtituit, ſecus in univerſali, prout eſt legitima, Marchiſel. *q. 67. lib. recollectar.*

147 Poſſeſſores regalium & juriſdictionalium, ad petitionem fiſci tenentur edere titulum ſuæ poſſeſsionis, M. Anton. Peregr. *conſ. 2. nu. 15. lib. 1.*

148 In adipiſcendæ poſſeſsionis judicio, nō admittuntur exceptiones de defectu dominij in continenti liquidabiles, neq; requirentes altiorem indaginem: Peregrin. *conſil. 4. à nu. 54. vol. 1.*

Poſſeſsio in vim tituli invalidi acquiſita eſt nullius pretij, & poſſeſsio ſola non ſufficit in his, quæ haberi non poſſunt, niſi ex conceſsione principis: Peregrin. *conſ. 3. n. 90.* 149

Poſsidere quis præſumitur ex titulo præcedente, & ex cauſa ſibi utiliori: Peregrin. *conſ. 46. & 48. vol. 1.* 150

Quod dicitur poſſeſſorem non debere edere titulum ſuæ poſſeſsionis, procedit, niſi contra poſſeſſorem reſiſtat originalis & primitivus naturalis rei ſtatus, ut in feudalibus, prædialibus & regalibus fieri ſolet M. Anton. Peregrin. *conſ. 102. nu. 12. vol. 2.* 151

Poſſeſſor rei, vigore ſententiæ retractatæ an teneatur reſtituere rem cum fructibus? Aff. quia titulus redactus ad non titulum, facit ceſſare acquiſitionem fructuum, & malam fidem inducit: Garſ. Maſtrill. *deciſ. 29. per totum.* 152

Poſſeſſor ſecundum titulum quem habet poſsidere præſumitur, & uniens actus ſufficit ad manutenendum in poſſeſsione: Garſ. Maſtrill. *deciſ. 52.* 153

Poſsidens civiliter, vel ex autoritate legis, naturaliter poſsidentem & de facto inſidentem poteſt propria autoritate repellere. M. Anton. Peregrin. *conſ. 2. nu. 19. lib. 1.* 154

Poſſeſsio & tolerantia jure familiaritatis non parit effectum acquiſitionis: Peregrin. *conſ. 91. nu. 23. vol. 1.* 155

Poſſeſsio non ſolvendi decimas quomodo acquiritur? Reſp. ex eo quod particulares non ſolverint decimas, nulla acquiritur poſſeſsio non ſolvendi, niſi intervenerit prohibitio iſtorum adverſus volentes exigere decimam, cum horum patientia: M. Anton. Peregrin. *conſ. 14. à nu 20. vol. 1.* 156

Poſſeſſoria beneficialia non ſunt mixtæ cauſæ, ideo in iſtis poſſeſſorijs lata ſententia, non præjudicat in proprietate: Peregrin. *conſ. 2. nu. 7. vol. 1.* 157

In poſſeſſorijs mixtam cauſam obtinentibus, ſententia abſolutoria, finit cauſam proprietatis, poſſeſſoria autem mixta ſunt judicia in quibus agitur de regalibus, juriſdictionalibus & fortalitijs: *d. conſ. 2.* 158

Falſitas cauſæ in acquirenda poſſeſsione, ut eum quia apprehenderit poſſeſſionem inſtar hæredis ab inteſtato, cum alius adeſſet ex teſtamento, licet impediat effectum juris ſcilicet, ut talis poſſeſsio non producat juris effectum tamen non debet impedire effectum ipſius facti, quo minus ingreſſus poſſeſsionem ex illa cauſa falſa dicatur poſſidere & detinere: Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. 11. nu. 9.* 159

Poſſeſsio quando cenſeatur translata in hæredes ſtante ſtatuto, an ſit vera & natura- 160

liſ

his? Aff. Stephan. Gratianus *diſcept. forenſ. 113.nu. 19.* Tiraquel. *in tractat. le mort. ſaiſit. p.5.decl.5.n.11.* Zaſius *in epitom. feudor. p.6.fol.5.*

161 In incorporalibus ſufficit adipiſci poſſeſſionem unius rei pro tota ita, ut ille dicatur poſſediſſe & præſcripſiſſe nonalia, qui poſſedit & præſcripſit decimas, etiam unius prædij, quia ob civitatem ſubjecti dicitur acquiſiviſſe totum : Abbas *conſil.71. lib. 2.* Menoch. *conſ. 36.num.32. uſq; ad nu.35. lib.1.* Steph. Gratianus *diſcep. forenſ. 113.nu. 27.*

162 In poſſeſſorio ſummariſſimo ſufficit ſemiplena probatio, & unicus teſtis probat in poſſeſſorio, dummodo ſit omni exceptione major, iſta autem eſt in ſpecie probanda, & fides inſtrumenti non vacillat in poſſeſſorio, ſi unus teſtis neget inſtrumentum fuiſſe factum, & appellatio non ſuſpendit executionem in poſſeſſorio ſummariſſimo tam de jure civili quam canonico: Stephanus Gratianus *in add. deciſ.192. provin. Marchiæ per totum* Beniniend. *deciſ. 15. & 79.* Menoch. *de retin. remed. ult.num 87.* Surdus *conſil. 129. lib. 1.* Becc. *conſ. 86.* Boerius *deciſ. 118. nu.7.* Mathesil. *ſing.3.* Surdus *in conſil. 7. nu.39. & 40.* Conrardus *in l.unica C.de momentan. poſſeſſ.* Rolandus *conſil.50. lib.2.*

163 Judex debet declarare quod res ſpectat ad actorem, quamvis reus non poſſideat, ſi conſtat de jure agentis abſolvendo reum, & cum ceperit poſſidere poſt ſententiam, poteſt fieri executio contra ipſum abſq; novo proceſſu : Stephan. Gratianus *diſcept. forenſ. 78. num. 11. 12.*

164 An ſolutio facta per anteceſſorem præjudicet ſucceſſori reſpectu quaſi poſſeſſionis? N. Stephan. Gratianus *diſcept. forenſ.113. nu.73.* modo ſolutio ſit facta ante purificatam conditionem.

165 An præſtatio unica ſufficiat ad conſtituendum poſſeſſorem, Aff. modo conſtet unicum illum actum ſolvendi ex cauſa obligationis natum eſſe : Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. 113.nu.3.* Bertazolin. *conſ. civil. 123.nu. 40. imo aſſerit* Stephan. Gratianus *in dicta diſcept.* Sufficere allegare in poſſeſſorijs factum ſine cauſa obligatoria, quia poſſeſſoria conſiſtunt in facto, unde ad illa fundanda, ſatis eſt probare præteritas præſtationes : Peregrinus *de fideicom. artic. 46.n.21.* quæ aſſertio tamen limitatur in petitorio, in quo eſt allegandum jus & cauſa, pro qua ſufficiet generalis ſtipulatio, quæ poteſt allegari in omni debito, nec oportet deducere cauſam cauſæ, ſcilicet cauſam ſtipulationis, cum ſufficiat longa temporis præſtatio, quia præſumitur quod non ſit abſq; juſta cauſa factum, licet de ea ſpecifice non appareat: Steph. Gratianus *d. diſcept. foren. nu.8.*

166 **Poſſeſſio jurium incorporalium, ſecun**ta aditione hæreditatis tranſit in hæredem M. Anton. Peregr. *conſ.35. num.3. vol.1.*

Poſſeſſio in feudalibus ſine inveſtitura non juvat niſi ſit 30. annorum cum præſtatione ſervitiorum Peregr. *conſ.3 nu. 00. vol.1.* 167

Qui tradit inſtrumentum videtur ipſam poſſeſſionem tradere, ſi tunc ipſam poſſidebat *l.1.C.de donat.* 168

Quando probatur bona fuiſſe poſſeſſa per aliquos, veluti per virum & uxorem, intelligitur quod poſſederint pro dimidia : Cravetta *conſ.61.* 169

Conſtituens ſe nomine meo poſſidere, licet realis traditio non interceſſerit, non-tione nudo conſenſu recedere, & quando poteſt ab ipſa tradi videatur receſſu vide Bar. *in l.29. ff. de pactis.* 170

Ille poſſidet cuius nomine poſſidetur, & ſic qui per alium poſſidet, poſsidere intelligitur, *c.17. ext. de præſcript.* 171

Quaſi poſſeſsio non fundatur per actus generales & æquivocos: Stephan Gratianus *diſcep. forenſ. 113.nu. 64.* 172

Poſſeſsio interrumpitur per vim expulſivam non, turbativam: Steph. Gratianus *diſcept. forenſ. 80 nu.34.* 173

Poſsidere quis præſumitur ut dominus, & nomine proprio non alieno : Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. 69.nu.11.* 174

Poſſeſsio judicis autoritate, nullo ſervato ordine juris quæſita, nullum jus tribuit, & debilius quam prædoni : Cæſar. Barz. *deciſ.53.nu.25.* 175

Poſſeſsio non acquiritur, niſi ille qui antea poſsidebat cum tota familia fuit expulſus : Cæſar. Barz. *deciſ. 46.nu.22.* 176

Poſſeſsio per conſtitutum tranſlata, morte conſtituentis extinguitur: *idem dec.409.n.27.* 177

Poſſeſsionem ingrediens, eatenus acquirit, quatenus intendit & nõ ultra: *idẽ dec.47 .n.20.* 178

Poſſeſsione apprehenſa partis, quando ſumus in integralibus, dicitur apprehenſa totius, reſpectu partium tunc ab alijs non occupatarum : *idem deciſ. 47.nu.19.* 179

Poſſeſſorio ex ſummariſsimo cognoſcitur quis ſit actor & Reus: *deciſ.47.nu.4.* 180

Poſſeſsio rerum hæreditariarum, quando probet aditionem hæreditatis : Joſeph. Maſcard. *lib. 1. de probat. concl.40. uſq; ad concl. 53.* Manc. *de juram. p. 4. effect. 142.* poſsidens tamen bona hæreditaria juramento probare poteſt, ea non animo adeundi hæreditatem poſsidere: Martin. Benckend. *ad Semphin. in addit. privil. 3.* 181

Poſſeſsionis diſtinctio doctorum in naturalem & civilem an ſubſiſtat? Aff. Borch. *de poſſeſſ. c. 2. nu. 12.* Zanger. *de except. p.3. c. 8.nu.20. vide diſſent.* Anton. Conrium *lib. 1. diſcept. cap. 9.* Lopez. *lib. ſingula. animad. c. 27.* Bronchorſt. *cent. 2. aſſert. 62.* 182

Filius

184 Filius familias & ſervus ex cauſa pe-
culiari tantum patri vel domino ignoran-
ti acquirunt poſſeſſionem, *per l.1.§.1.ff. acq.
poſſeſſion.* Donell. *lib.5. com. c. 8.* Duarenus
ad dict. l.1. Anton. Mathæus *in notis ad §. i-
tem nobis Juſt per quas perſon. vide diſſent.* Cu-
jacium *lib. 14 obſerv.9.*

185 Teſtis interrogatus de poſſeſſione rectè
aſſignat rationem ſui dicti per hæc verba:
dico ipſum poſſidere, quia vidi eum locare
& fructus colligere Didac Hydalg. *delos Ca-
ſos lib.5.qu.forens.x. 19.nu.18.*

186 Poſſidens poteſt ſuam poſſeſſionem pri-
mam continuare, non obſtante inhibitio-
ne: *idem qu.125.nu.3. lib.2.*

Mandatum de manutenendo in poſſeſ-
ſione non datur, niſi parte legitimè citata:
idem dicta deciſ.n.6.

187 Reſpondens alicui de fructibus dicitur
illum recognoſcere in poſſeſſorem bonorum
pro quibus reſpondet: Hier. Magon. *deciſ.
Lucenſi 79.*

188 Statutum loquens de poſſeſſione, ha-
bet etiam locum in quaſi poſſeſſione re-
rum incorporalium: Paul. Æmil. Verall. *de-
ciſ. 211.par. 3.*

189 Teſtis deponens ſuper articulo quod
Titius tenuit & poſſedit, & interrogatus
quomodo ſciat, reſponderit: quod tenuit &
poſſedit tanto tempore, probat: Ferran. Gan-
guar. *conſ. 196. nu. 82. lib.1. per* Bartol. *in l.38.
§. hac quoq; ff. verb. oblig.*

190 Teſtis, ſi unus deponat, quod Titius
poſſedit & alius quod Seius poſſidet, intelli-
guntur quod quilibet vidit de facto poſſide-
re: *idem conſ.nu. 103. per eundem* Bartol. *in al-
leg. loco.*

191 Retentio uſusfructus transfert poſſeſ-
ſionem, fallit ſi contractus eſſet inuti-
lis: Caball. *millel. 905.*

192 Procurator acquirit poſſeſſionē domi-
no, etiamſi nomine alterius ceperit poſſeſ-
ſionem, non obſtante diſſenſu tradentis
poſſeſsionem, quia animus accipientis plus-
quam tradentis operatur, quod ſecus eſt in
dominio, in quo debet concurrere utriuſ-
que conſenſus: Cæſar Damatus à Fogue-
ras *deciſ.7. lib 3.nu.19. in deciſion. regn. Granatæ*
Afflictus *deciſ.301.*

193 Feudatorio caſtri mortuo, rerum et-
iam particularium poſſeſsio durat apud ip-
ſum caſtrum: Petr. Salaſar. *deciſ. 1. num.
9. lib. 2.*

194 Princeps per ingreſſum civitatis prin-
cipalis alicuius prouinciæ apprehendendi
cauſa poſſeſsionem univerſalem, cum ju-
riſdictionali apparatu jam acquirit totius
provinciæ poſſeſsionem: *idem dicta deciſ.
num. 11.*

195 Quando defunctus ſuo animo poſ-
ſidebat & corpore alieno puta per colonum,
tunc enim per ipſum acquiritur poſſeſsio
hæredi, ſine corporali ipſius apprehenſio-
ne: Hieron. Magon. *deciſ. Luc. 38.nu.16.* Per.
Benintendis *deciſ.12.*

Poſſeſsio naturalis ex actu nullo & ve- 196
ra traditione acquiritur, ſed poſſeſsio ju-
ſta & irrevocabilis civiles & naturales pro-
ducens, ex actu nullo minimè acquiritur:
Ozaſc. *deciſ. 34 .num. 29.* Cald. Pereira *obſer.
61.lib. 2.*

Miſſio conceſſa, juris ordine non ſer- 197
vato eſt ipſo jure nulla, & ex illa non ac-
quiritur poſſeſſio, tamen per executorem
poſſeſſio minus legitimè data, non efficit ut
miſſus incurrat in pœnam, *l. meminerint C.
unde vi.* Illephonſ. Perez. de la Lara *quæſt.
pract. 8.* Petr. Benintend. *deciſ. 93. nu. 10.*

Poſſeſſio Eccleſiæ dicitur acquiſita 198
per tactum januæ ipſius Eccleſiæ: Cald. Pe-
reira *obſer. 99. lib. 2.*

Surrogatus in jure non cenſetur ſur- 199
rogatus in poſſeſſione: *idem d. obſervat.
num. 16.*

Poſseſſio ſeu quaſi ſine apprehenſio- 200
ne non habetur nec recuperatur per fictio-
nem juris ut per ſententiam: Joſeph. Lu-
dov. *deciſ.69. peruſ.par.2.*

Poſseſſio non quæritur abſenti, niſi 201
ſecuta ratishabitione quæ requiritur an-
tequam alius occupauerit poſseſſionem: Be-
nintend. *deciſ.12.*

Apprehenſione unius rei hæredita- 202
riæ totius hæreditatis poſſeſſio non dicitur
apprehenſa, ſed requiritur apprehenſio o-
mnium rerum: Mynſinger. *obſervat. 38.
cent. 3.*

Per traditionem inſtrumenti cenſetur 203
res tradita, de qua in inſtrumento fit
mentio, & per inciſionem dicti inſtru-
menti inducitur retraditio ipſius rei in pri-
mum tradentem: Anton. Ayerve de Ayora
*lib. ſing. collectan. forenſ. c. 13.nu.16. l.1. C. de
donation.*

Poſseſſio præſumitur tradita quando 204
contractus eſt celebratus in ipſo fundo, &
poſſidere præſumitur ex cauſa emptionis,
ſi emens rem reperiatur in eius poſseſſione:
idem cap. 15.n.2.

Quando fructus dicuntur percipi jure 205
familiaritatis tunc non attenditur poſseſ-
ſio: *idem d.cap.n.6.*

Spoliatus poteſt recuperare poſseſsio- 206
nem autoritate propria, ſcilicet ſi retinue-
rit civilem poſſeſsionem: Ferrant. Gangua-
reius *conſ.22. lib.2.n.3.*

Ex pluribus cauſis eandem rem poſ- 207
ſidere poſſumus, quamvis dominium non
niſi ex una cauſa contingat: Bronchorſt. *cent.
3. aſſert. 94.*

Miſſus

Miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto non poſsidet, ſed ex ſecundo decreto miſſus poſsidet, & ſi adverſarius erat dominus, miſſus fit dominus, ſin minus præſtatur uſucapiendi conditio: Bronchorſt. *cent. 3. aſſert. 90.*

208 Si colonus poſſeſsione deceſſerit, non interpellatur poſſeſsio domini: Jacob. Cuiacius *ad l. cum quis 31. ff. de dolo ibi diſſenſionem inter Proculianos & Sabinianos refert* Borch. *c. 7. de acqu. poſſeſ.* Bronchorſt. *cent. 3. aſſert. 88.*

209 Procurator venditoris, ſi domino mortuo, ignorans eum mortuum eſſe, in vacuam poſſeſsionem emptorem induxit, poſſeſſionem transfert, ſecus ſi ſciverit: Bronchorſt. *cent. 3. aſſert 92. vide l. eius verſ. quas vero ff. ſi certum petatur, ubi diſſent.* Africanus *ſed conciliationem vide apud* Bronchorſt.

210 Per ſimplicem locationem, non probatur poſſeſsio in præjudicium tertij, ſed adverſus conductorem tantum, niſi locator, etiam mercedem acceperit, quia tunc non eſt veriſimile quod recepiſſet penſionem, ſi alius fuiſſet dominus: Cald. Pereira *obſ. 8. lib. 2.* Cabal. *milleloq. qu. 7.*

211 Teſtis qui de poſſeſsione deponens dicit ſe vidiſſe Tirium poſſediſſe, ſi poſtea interrogatur quid ſit poſſeſsio, etiamſi dicat ſe neſcire, tamen adhuc probat: Cald. pereir. *obſer. 9. lib. 1.*

212 Teſtis qui deponit de poſſeſsione intelligitur de naturali deponere: Cald. Pereir. *d. obſer. 9. n. 18. lib. 1.*

213 Cum probanda eſt poſſeſsio diuturna, non obſtat ſi unus teſtis dicat de uno tempore & alius de alio: Ferrant. Ganguar. *conſ. 81. lib. 2.*

214 Poſſeſsio continuata medij temporis probatur probatis extremis, nam qui ſemel poſſedit præſumitur ſemper poſſediſſe & ad probandum continuam poſſeſsionem, ſufficit probare pro maiori parte temporis poſſediſſe: Petr. Benintend. *deciſ. 143.* Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collectan. foren. c. 37.*

Quando tertius poſsidet nomine alie-
215 no, non liberatur nominando dominũ poſt litis conteſtationem, ſecus ſi ante: Ioſeph. Ludovic. *Lucens. 34.*

Faciens id quod licitum eſſe poteſt &
216 illicitũ in dubio præſumitur feciſſe licitum, ideò ille qui reperitur poſsidere poſt inhibitionem, ex hoc ſolum non dicitur attentare quia potuit facere actum licitum, puta continuando primam poſſeſſionem, nam qui continuat poſſeſſionem, non dicitur de novo quid facere: Cæſar Damatus à Foguera*s* *dec. 10. n. 8. cum ſeqq. lib. 3.*

217 Poſſeſsio ſtante lite non poteſt aliter, quam per decretum capi: idem *d. deciſ. n. 29.*

Licet etiam injuſtus poſſeſſor privari 218
non debeat ſua poſſeſsione ſine citatione, tamen hoc poterit facere judex, quando illum de facto & parte non citata poſſeſſorem fecit: Georg Cabedo *deciſ. 15. n. 61. lib. 1.*

Poſſeſsio recentior ſtante antiquiore, 219
vitioſa præſumitur & clandeſtina: Georg. Cabedo *deciſ. 107. n. 18. lib. 1.* Ioſeph. Ludovic. *decis: 14. Lucens:*

Uxor poſsidens cum marito præſu- 220
mitur jure familiaritatis poſsidere: Ioh: Papon: *lib. 7. titu. 1. arr. 6.* Ioſeph. Ludovicus *decis: Lucens. 54.* Ozaſcus *deciſ. 140. n 5.*

Ex curſu decennii præſumitur oblivio 221
ex qua cauſatur amiſsio poſſeſsionis: Petr. Salaſarez *deciſ. 38. n. 51. lib. 2.*

Pœna mendacis dicentis alieno nomi- 222
ne ſe poſsidere eſt, ut amittat poſſeſſionem, quæ transfertur in actorem hoc probantem Ioſeph: Ludovic: *decis: Lucens: 50.*

Ex contractu ſimulato non transfertur 223
poſſeſsio: Cæſar Damatus à Fogueras *decis: 77. n. 13. lib. 3.*

Poſſeſſione probata non tenetur agens 224
probare titulum, fallit ſi poſſeſſio eſt recens, item ſi ſit antiqua, & habet præſumptionem contra ſe, ut puta litem & competitorem in eadem re: Ildephons. Perez de la Lara. *quæſt. practic: 19. n. 9. lib ſing.*

Interdictum eſt decretum prætoris de 225
poſſeſsione vel quaſi poſſeſſione alicui plerunque ad tempus tribuendæ. Pacius *diſpo. 23 th. 2.*

An verbalis moleſtia ſufficiat ut quis 226
interdicto poſſit experiri? N. Franc. Sarmient. *lib. 1. ſelect. c. 2. n. 7.*

An in conſcientia peccet is, qui ſciens 227
nullum ſe habere jus in petitorij judicio, intentat remedia poſſeſſoria? Aff. Franc: Sarmient. *lib. 2. ſelect. c. 13.* Sturcius *ad l. quod à quocunque 46. n. 11. ff. de R. J.*

Interdictum quorum bonorum, an de- 228
tur etiam hæredi legitimo vel ab inteſtato, ad conſequendam rerum hæreditariarum poſſeſſionem? Aff. ſaltem utiliter VVeſenb. *conſ. 6. n. 93.*

An etiam detur ad res ſingulas? Aff. 229
VVeſenb. *conſ. 41. n. 6.*

An detur hoc interdictum contra eum 230
qui titulo poſſidet? N. Cacheran: *deciſ. 56. n. 2.*

An agenti interdicto quorum bono- 231
rum poſſit opponi exceptio proprietatis, cum illius probatio in continenti offertur Cacheran: *deciſ. 26. n. 1.*

Orta inter cives alicujus loci de jure 232
magiſtratum eligendi controverſia, competit interdictum uti poſſidetis Schurff. *conſ. 78 n. 5. cent. 1.*

233 Remedium *c. redintegr. 3. qu. 1.* an contra tertium bonæ fidei poſſeſſorem titulum habentem intentari poſſit? Aff. Teſſaur. *deciſ. 29.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſin. 59.* Beninten. *deciſ. 33.*

234 An hæredi poſſeſſoris defuncti nomine competat interdictum uti poſſidetis? N. Bronchorſt. *cent. 2. aſſ. 64.*

235 An interdictum unde vi contra dominum feudi intentari poſſit? Aff. Borchold. *c. 7. nu. 17. de feud.* Mynſing. *cent. 4. obſerv. 91.*

236 An ratificando teneatur de vi ſubditus qui fruitur poſſeſſione quam illi magiſtratus vel ſuperior manu militari reſtituit? N. Weſenb. *conſ. 48. nu. 51.*

237 An judicium poſſeſſorium ſuper ſpoliato poſſit intentari ab illo, cui ſpoliatus ceſſit actionem? Aff. Seurff. *conſ. 13. cent. 3.*

238 An prædoni ſpoliato contra dominum detur interdictum unde vi? Aff. Johan. Cotaſ. *2. miſcell. 2.*

239 An reus teneatur ſatiſdare in interdicto uti poſſidetis, quod in futurum actorem non turbabit? N. quia ſpeciale in ſervitutibus eſt Robertus *lib. 3. ſentent. 21.* Bronchor. *centur. 4. aſſert. 23.* Cujacius *lib. 1. ſent. tit. 11.* Donell. *ad l. unicam C. uti poſſid. n. 2.* Menoch. *remed. 3. retin. poſſeſſ. nu. 811. vide diſſ ent.* Duaren. *lib. 1. diſpu. 21.*

240 Nudo detentori non datur interdictum uti poſſidetis: Philipp. Hœnon. *diſput. 23. qu. 6.* Donel. *ad l. unicam. C. uti poſſidetis.* Bronch. *cent. 4. aſſert. 24.*

241 De poſſeſſione dejectus ad eam recuperandam interdicto uti poſſidetis uti nequit: Donell. *ad l. unicam C. uti poſſidetis* Cujacius *lib. 1. ſentent. vide* Menochium *remed. 3. retin. poſſ. nu. 26. & 35.*

242 Qui precario poſſidet, interdicto uti poſſidetis uti poſſidet *l. 17. ff. acq. poſſeſ. l. 1. §. fin. ff. uti poſſid.* Bronchorſt. *cent. 3. aſſer 98.*

243 Agens interdicto recuperandæ poſſeſſionis quid probare debeat? Reſpon. poſſeſſionem & dejectionem Maſcardus *de probat. vol. 3. concl. 1321.* Menoch. *de recup. poſſeſ. rem. 15. quæſt. 31.* Philip. Hœnonius *diſput. 23. qu. 11.*

244 Contra tertium poſſeſſorem, qui bonam fidem & juſtum titulum habet, aliquod remedium recuperandæ poſſeſſionis non competit: Donel. *lib. 21. comm. 1 & comm 15. c. 37.* Boceros *cl. 4. diſp. 20.* Menoch. *de recup. poſſeſ. remed. 15. quæſt. 13.* Fachin. *lib. 8. controv. c. 12.*

245 Colono interdictum unde vi non competit: Bronchorſt. *cent. 4. aſſert. 25.* Philip. Hœnon. *qu. 13. diſp. 23.*

246 Interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis ſuo hæredi quoque datur: Johan. Gœddeus *ad l. nihil. l. 24. ff. V. ſignif.* Bronchorſt. *cent. 3. aſſert. 24.* Bellonus *lib. 4. ſupput. 15. n. 4.* Gayl. *lib. 2. obſer. 129.* Roſenthal. *c. 7. §. 47. de feudis* Niellus *diſput. 7. th. 9. litera C.*

Agenti interdicto retinendæ poſſeſſionis dominij exceptio non obſtat: Andr. Fachin. *lib. 8. contro. c. 17.* Menoch. *remed. 3. retinend. poſſeſſionis nu. 675.* 247

Remedium *l. 2. C. de edicto Divi Adrian.* tollendo non datur contra titulo poſſidentem, ſi titulus ſit quæſitus ante mortem teſtatoris, ſecus ſi poſt, nam tunc impedit Caldas Pereira *obſer. 5. lib. 2.* 248

Utile interdictum Salvianum datur creditori contra quemlibet debitorem, qui res ſuas pignori obligavit: Cujac. *lib. 5. obſer. 24.* Cujacius *in parat. C. Salviano interd.* Bron. *cent. 4. aſſert. 22.* 249

Salvianum requirit diſcuſſionem, quando agitur per creditorem habentem ſpecialem hypothecam in re particulari, & generalem in alijs bonis: Stephan. Gratian. *in addition. deciſ. March. deciſ. 25.* 250

Servitus viæ intentata per interdictum uti poſſidetis, poteſt jungi cum proprietatis cauſa, in prima inſtantia, ſecus in cauſa appellationis: Georg. Cabedo. *deciſ. 3. nu. 103. lib. 1.* Afflict. *dec. 155.* 251

Qui obtinuit in ſummario, non propterea liberatur ab onere probandi in ordinario, licet ſit reus, quia probationes ſeu teſtes examinati in poſſeſſorio non faciunt fidem in petitorio, neque præjudicant: Petr. Salaſarez. *deciſ. 131. lib. 2.* Rota Genuenſis. *deciſ. 3. nu. 5.* 252

A ſententia lata in judicio poſſeſſorio habente annexam cauſam proprietatis licita eſt ſupplicatio, non tamen ob id retardatur executio: Ozaſcus *deciſ. 47.* 253

Teſtium repulſa vel impugnatio ſcripturarum non competit in judicio poſſeſſorio ſummario: Virgilius ab Agaruira *in horto juriſd. ramo 3. arb. 26.* 254

Poſſeſſorio & petitorio cumulative intentatis poteſt judex ſuper poſſeſſorio tantum liquidato pronunciare, ſuſpenſo petitorio nondum claro: Hartman. Hartman. *c. 5. tit. de poſſeſſ. lib. 2.* 255

Non eſt quis audiendus petitorio, donec ſatisfecerit de omnibus, de quibus fuit condemnatus in poſſeſſorio: Virgil. ab Agaruira in horto *jurid. ram. 18. arb. 76.* 256

Princeps mandare poteſt, ut omiſſo poſſeſſorio, cognoſcatur de petitorio: Cabal. *miſſel. q. 28.* 257

Exceptio, dolo facis, petere quod reſtiturus habet locum in poſſeſſorijs adipiſcendæ, in alijs non, niſi quis vellet probare ſtatim de jure ſuo: Anton. ab Ayerve de Ayora *lib. ſingul. collectan. forenſ. cap. 128.* 258

Inter-

Digitized by Google

259 Interdictum Quorum bonorum non datur contra titulo poſſidentē quod procedit quando poſſeſſor habuit titulū, ante mortem defuncti, alias ſecus: Ozaſeus *deciſ. 26. num. 12.* Petr. de Benintend. *deciſ. 25.*

260 Subſtituto vel Fideicommiſſario non competit remedium Quorum bonorum, nec poſſunt impedire hæredem, quo minus mittatur in poſſeſſionem: Ferrar. Ganguar. *conſ. 44. nu. 46. lib. 2.*

261 Ut quis obtinere poſsit in interdicto uti poſsidetis, neceſſe eſt ut probet primo, ſe poſſediſſe tempore turbationis, & litis conſtetatæ fallit in eo qui probavit ſe olim poſsidere, & nunc allegat ſe poſsidere, 2. Debet probare turbationem ſibi illatam ab adverſario. 3. Neceſſe eſt probare de antiquiori poſſeſsione, & tunc de illa probans debet obtinere, licet fidem non faciat de titulo.

4. Quis non poteſt obtienre in hoc interdicto niſi in bona fide ſit, & injuſta cauſa in materia uti poſsidetis non excuſat: Cæſar. Damatus à Fogueras *deciſ. 38. lib. 3. in deciſ. regni Granatæ* Beniotend. *dec. 42.* Ozaſcus *deciſ. 43.* Hieron. Magon. *deciſ. Lucen. 54. nu. 5. & 7.*

262 Poſsidens cum titulo in interdicto uti poſsidetis præfertur habenti antiquiorem poſſeſsionem ſine titulo, alias regulariter poſſeſsio antiquior probata duobus contendentibus de poſſeſsione juniori præfertur, & qui probavit debet obtinere: Ferran. Ganguar. *conſil. 69.* Natta *conſil. 419. conſ. 572.*

263 Lite ſuper literarum ſurreptione, eas impugnans eſt manuteodus in poſſeſsione: Illephonſ. Perez. de la Lara *quæſt. practic. 10. num. 12.*

264 In interdicto uti poſsidetis uterque eſt reus & uterq; eſt actor: Anton. Teſſaur. *deciſ. 206.*

265 Beneficium de edicto Divi Adriani tollendo non competit fideicommiſſario univerſali, minus agenti ex codicillis ſed ſobſtituto directo competit: Johan. Papon. *lib. 20. titul. 3. arr. 21.* Hattman. *c. 12. tit. de teſta. lib. 2.*

266 Vitium teſtamenti inviſibile non impedit hæredem mitti in poſſeſsionem, licet appareat legitimus contradictus: Cæſar. Damatus à Fogueras *deciſ. 5. lib. 3. num. 18.*

267 Contradictor legitimus poteſt impedire miſsionem in poſſeſsionem, ſed quando, & quomodo *vide* Menoch. *conſi. 180. libr. 2.*

268 Hæres ex ultimo teſtamento inſtitutus, mittendus eſt in poſſeſsionem, non obſtante clauſula derogatoria, ex primo teſtamento propoſita: Rota Auenionens *deciſ. 81.*

Hæres etiam extraneus fidem faciens de teſtamento non deleto nec abolito debet mitti in poſſeſsionem bonorum, non ſolum allodialium ſed etiam feudalium, reſervata plenaria cognitione in alio judicio: Ferant. Ganguar. *conſ. 11. & 98. vol. 2.*

Filios naturalis inſtitutus in feudis 270
ſub conditione, ſi capax fuerit legitimatus patre vivente faciens fidem de teſtamento non vitiato, debet mitti in poſſeſsionem bonorum feudalium, non obſtante oppoſitione agnatorum quorum fuit facta mentio in legitimatione: Didac. Hydalg. de los Caſos *quæſt. forenſ. 91. per* Menoch. *conſ. 180. lib. 2. vide* Rolandum à Valle *conſil. 25. volum. 3.*

POSTERI.

POſterorum appellatione qui veniant, 1
habetur in l. Iuris conſultus, §. parentes, ff. de gradibus. & notandum eſt, quòd nominatione poſterorum veniant nati, & naſcituri: *ſic* Caſtrenſis *in l. maritus, C. de procur.* & hoc verum, ſive materia ſit odioſa, ſive favorabilis: Barto. *in l. item prætor, ff. de ſuis & legi. hæredib.*

Sed in materia ſtricta & odioſa, non venire deſcendentes ex linea fœminina, *habetur* 2
in l. 1. in fi. ff. de jure immun. in l. vacatio, ff. de mune. & hono. nomyit Barto. Romulei. *in tractatu ſuo de teſtato. præce. bona extra fami. non alienan. mihi num. 37.*

Poſteriora regulariter derogant prio- 3
ribus. In pactis habetur: *in l. pacta noviſſima, C. de pactis.* in ultimis voluntatibus: *in l. 3. §. fina. ff. de adimen. legatis.* Hoc verum, ſi ultima valeant, alias non: *l. Juris gentium, §. ſed ſi fraudandi. ff. de pactis.* item: niſi primom deroget ultimo: *l. ſi mihi & tibi, §. fina. ff. de lega. 1.* item niſi per primum ſit actio ipſo jure ſublata: *l. ſi unus, §. pactus, ff. de pactis.* item niſi res ſit ſecuta ex primo: *l. ab emptione, ff. eo.*

Et fallit in principis conceſsione (*quæ* 4
facta ſit per modum gratiæ, non vero per modum contractus, quia princeps ſecundum juris communis diſpoſitionem contrahere voluiſſe intelligitur.) prima, quia poſteriori regulariter prævalet: Geylius *declaravit in obſerva 55. lib. 2. obſerva. Cam. Imper. & ibi vide alios caſus notatos, in quibus priores actus derogant poſterioribus vel ſequentibus. (ut in præbendis, in matrimonialibus, in emptore poſteriori, qui ſciens rem alteri venditam emit, Idem eſt, ſi prior ſignum rei emptæ impoſuit.)*

Quid juris ſit in ultimis voluntatibus: 5
prior voluntas quemadmodum deroget poſteriori: teſtamentum ſecundum ao requirat ſpecialem revocationem prioris, in quo erant verba derogatotia: & teſtator, qui

quis juravit poſtea non mutare teſtamentum; an poſſit illud poſtea mutare: & de forma revocandi teſtamentum, *vide* Rolandinum *in ſuo tractatu de teſta. in 1. parte ſtorũ, rubri. 32. ſi teſtator voluerit præcedentibus vel ſubſequẽtibus ſuis ultimis voluntatibus derogare.*

In caſu ademptionis legatorum per Inſtitutionem, quatenus ultima derogent prioribus, & ad id quid requiratur, nempe, ultima ut expreſsè faciant mentionem de primis, & ſpecialiter ſi quis dixerit, prioris voluntatis ſe pœnituiſſe, *conſuluit* Decianus *in conſi.6. volu.2.*

7 Nota: ubicunq; in uno & eodem inſtrumento duo videntur repugnantia, ſed poſſunt aliqua diſtinctione ſalvari, nunquam ſequentia derogant prioribus: *ibi* Decianus *num.5. allegans l.item videndum, in prin. l.illud, ff. de peti. hæredita.*

POSTHUMUS.

1 POſthumus quis dicatur, & quot modis accipiatur, an ſint poſthumi inſtituendi, quæ requirantur ut rumpat teſtamentum, & in quibus cauſis rumpat, vel non, & alia notatu digna, *vide per Rolandinum Bononienſem, in tra. ſuo de teſtamentis, in 1. parte ſtorum, in rub 15. de filijs legitimis & natura. poſthu.*

2 De probatione nativitatis poſthumi, de acceptatione paternæ ſuæ hæreditatis, & tranſmiſſione eius ad hæredes ſuos, deque infractione expectantiæ in feudo paterno, *vide Articu.33. lib.1.* LandRecht/ *ibidem in additio. & gloſ.*

3 Vnd der verſtirbt nicht ohne Leibes Lehns-Erben welcher ſein Weib mit ſchwangerm Leibe verläſt: *l. ſi quis pragnantem, ff. de regu. Juris,* LehnRecht *c.6. & c.21. in fin.* Weichbild/ *Art.94.* darumb wollen auch die Rechte/ daß man ein ſchwanger Weib / nicht auß den Gewehren ihres Mannes Gütern ſol weiſen / ehe ſie geneſen *notavi ſupr. in hac litera P. verſi. de partu perfecto & imperfecto.*

4 Sed teſtamentum nativitate poſthumi ruptum, an ſuſtineatur per clauſulam codicillarem, (*Licèt ex magis communi opinione, indiſtinctè inſtitutio ſuſtineatur in vim fideicommiſſi: tamen Bartoli opinionem ad amuſſim benè revocatam, æquitati magis & juri conſentaneam, nec ab eo in judicando recedendum eſſe* Geyl. *ſtatuit: ut ſi ſciverit teſtator uxorem prægnantem, ſuſtineatur in vim fideicommiſſi: ſi ignoraverit, clauſulam codicillarem nullius momenti eſſe, maximè extraneo hærede ſcripto, ſi non de teſtatoris expreſſa voluntate appareat: vel niſi nato poſthumo pater diu ſupervixiſſet, nec tamen teſtamentum mutaſſet: quia tunc vi clauſula codicillaris poſthumum fideicommiſſo gravare voluiſſe cenſetur.*) *poſuit* Geyl. *in obſerv.114. lib.2.*

POTENTIA.

IN ſimilibus idem operatur potentia in habitu, quod & potentia in actu: Brundonis *à Sole in conſilio ſuo criminali, mihi num.191: vide aliquos caſus in quibus potentia idem operatur, quod habitus, apud* Hippol. de Marſi. *in pract. ſua criminali, §. expedita, à num. 1. uſque ad nu.10. in nu. 17. & in ſequentibus, invenies ibi bona. Idem* Hippo. *in ſingula. ſuo 497. incip. ſæpiſſimè, idẽ* Hipp. *in l.1. colu.10. in fi. ff. de quæſtio.* 1

De Potentia, vel poteſtate, vel facultate, item voluntate in omnibus actibus conſideranda, vide egregiè Raudanſ. *de analog. lib.1. c.34. num.36. uſq; ad 43.* & quid poſſimus, & cur Deus peccare non poſſit. 2

Ad removendas fraudes, idem judicandum de potentia, quod de actu: Seraph. *privil.73. num.62.* 3

Potentia vicina actus, habetur pro ipſo actu: Schneid. *§. item ijs, nu.2. de excuſat. tut. Inſt.* quia quod parum abeſt, nihil abeſſe dicitur: Sebaſt. Mad. *reg.5. num.3. fol.161.* cùm parum & nihil æquiparentur: Seb. Med: *ibid. num.2. & nu.132. §.1. Inſt. de l. falcid. verb. nullo aut minimo, item §. Sed quia inſtit. de fideicom. hæred.* Raudenſ. *de analog. lib.1. c.30. num.131.* & quæ de proximo inſunt, ineſſe videntur: *l. lecta, verſ. dicebam, Sivert. pet.* & pro facto habetur, quod proximè eſt fiendum: Fœn. *in tr. de momento tempor. c.28. per tot.* Seb. Med. *d. reg.5. num.36 fol.169.* hinc liberatus dicitur, qui de proximo eſt liberandus, Seb. Med. *reg.5. n.116. fol.189.* hinc Matrimonium habetur pro contracto, quod de proximo eſt contrahendum: *ibid. nu.120* & plures illat. ibid. *n.163. fol.201.* Et quæ in continenti fiunt, cenſentur ineſſe Sebaſt. Med *reg.5. num.165.* Fœn. *de moment. tempor. cap.25.* 4

Poſſe non videmur, quæ honeſtè non poſſumus: *l. filius, & l. conditiones, de cond. juſt. l. nepos proculo, de V. S. l. 1. §. fin. ff. quòd cujuſq; uni. l. quotiens, qui ſatiſd. cog. l. ut gradatim, de mun. & honor.* 5

Poſſe dicitur, qui per alium poteſt: *tex. cum gl. in l. continuus, §. ſi ab eo, de V. oblig.* Bart. *in l. ſi unus, §. ſervus, de Injur. vide in verb. facere.* 6

Potentia ad actum de facili reducibilis, habetur pro actu *c. Piſanis, & quod ibi not. de Reſcr* Abb. *in conſ. 87.* 7

Poteſt verbum, eſt neceſſitatis: Alex. *in l.1. de juriſd. om. jud.* & ponitur pro debet: de utroq; verbo vide latè Bart. *in l. creditores, in 1. col. C. de Pignor. & ſuprà in verb. dictio.* 8

Quod per me non poſſum, per alium poſſum: *gl. in l. ſi is qui, ubi pulcra Apoſtilla, ff. de liber. leg. vide de hac reg. Cle. 1. §.1. & ibi Cardinalem in princ. de Regul. & Cle. fin. de Cenſib. & 46. diſt. c. ſicut non ſuo, & in reg. quòd alicui, ubi Dyn, de Reg. jur. lib.6.* 9

Quod

10 Quod quis per ſe non poteſt, non poteſt per alium: *l. fugit. ff. de ſolut.*

11 Potentia quod convenit & habitu, non actu impropriè dicitur competere: *gl. in l. fin. C. de hæred. vend. not. in l. emptor, §. Lucius, de Pact.* Alex. *conſ. 46. col. 2. vol. 1.* Bald, *Sal. in l. 1. C. de alien. jud.* Bart. *in l. empt. §. ancilla, de re vend.*

12 Et tunc propriè dicitur competere, quando reducitur ad actum, Goz. *in l. 1. de juriſd. om. jud.* ita arguit, quòd juriſdictio in habitu propriè non ſit juriſdictio: *item in l. omnes populi. in 6. q. pr. de juſt. & jur. Lect. 26.*

13 Non poſſe & nolle interdum æquiparantur: *l. 1. §. uſus ff. de Proc.* Sic in materia ſubſtitutionis, nolle eſſe hæredem, & non poſſe: Zaſ. *poſt* Bart, *in tr. ſubſtitut. in 1. effect.*
14 *vulg. ſubſtitutionis.* ¶ Poſsibili poſito ineſſe, nullum ſequitur impoſsibile, & ſufficit aliquid eſſe poſsibile potentialiter, licèt non ſit poſsibile præſentialiter: *ita* Bald. *in l. filius à patre, §. fin. ff. de lib. & poſthum.* & Bald. *in l. Gallus, §. quidam rectè, eod. tit. mihi nu. 2.*

PRACTICA.

1 PRactica magnam affert utilitatem, cum videatur rerum magiſtra: *ut in c. quam ſit, de Electio in 6.* Et uſus reddit promptum artificium, & cuilibet artificio præbet experientia nutrimentum: *ut in l. legatis, §. ornatricibus, ff. de lega. 3. & in c. fraternitatu; de frigi. & malefi.* Vera interpretatio à practica ſumitur: *ſecundùm* Bald. *in c. 1. in prin. de feudo ſine culpa non amittendo, in uſibus feudo.* Et ideo à practica non eſſe recedendum, *dixit* Decius *in conſ. 11. incip. quoniam, in 7. colum.*

2 Et præcipuam practicæ commendationem, quòd Theorica acquiſita non negligenda, *deduxit* Hippo. de Marſi. *in practica ſua crimina, §. principium, à num. 1. uſque ad num. 5.* Specula. *in titulo de libello. concep. nu 3. ibi uſus & ars docuit, quòd ſapit omnis homo:* & quòd etiam ad juris & ruſticæ regimen neceſſaria ſit practica & experientia, *ibi* Specula. *voluit. Refert de pra... & Theorica bona,* Artus Pinelius *in capite 4. 2. partis l. 2. C. de reſcinden. vendi. nu. 2.*

PRÆCEDENTIA, PRÆLATIO.

1 DE præcedentia & prælatione & ſeſsione, Vide Tyraq. *de Nobilit. cap. 19.* Natta *conſ. 637. & ſeq. lib. 3.* Port. *conſ. 167.* Marz. *conſ. 25 & ſeq.* Decia. *conſ. 19. lib. 3. per totum,* Scot. *conſ. 28. tom. 1. lib. 6.* Hier. Gig. *conſ. 70.* Ceph. *conſ. 1. lib. 5.* Elbert. Leonin. *conſ. 1. lib. 1.* ubi agunt de prælatione inter Ducem Florentiæ, & Ferrariæ, Chaſſan. *in catal. glor. mundi, part 5. conſider. 37.* Grammat. *conſ. 169. n. 11. & 12.* Vaſqui. *in proœm. controverſ.* Royas *illuſtr. in epit. ſucceſſ. cap. 14. nu. 12.* ubi agunt de prælatione Regis Hiſpaniæ & Galliæ: Alex. Raudenſ. *reſponſ. 7. n. 114. & 115. lib. 1.* Quet. *conſ. 1.* ubi agit de præcedentia inter Regem Romanorum & Regem Franciæ: Schrad. *in conſ. manuſcript. in Megapolen. Ducū lauſ.* güldene Bull/ *Anno 1356.* zu Nürnberg auffgerichtet *fol. 5. & 14.* Reichs Abſchied/ *Anno 1500. fol. 64.* Reichs Abſchied zu Speyer/ *Anno 1526. fol. 180.* Reichs Abſchid zu Regenſpurg/ *Anno 1527. fol. 188.* Reichs Abſchied zu Augſpurg/ *Anno 1530. fol. 221. 249. 275.* Reichs Abſchid zu Regenſpurg/ *Anno 1541. fol. 275.* Reichs Abſchied zu Speyer/ *Anno 1542 fol. 295.* Reichs Abſchid zu Speyer/ *Anno 1544 fol. 314.* Reichs Abſchid zu Wurmbs/ *Anno 1545 fol. 329.* Reichs Abſchid zu Regenſpurg/ *Anno 1546. fol. 3. 4.* Reichs Abſchied zu Augſpurg/ *Anno 1555. fol. 109.* Reichs Abſchid zu Regenſpurg/ *Anno 1557. fol. 202.* Reichs Abſchied zu Augſpurg/ *Anno 1559. fol. 226.* Reichs Abſchied zu Augſpurg/ *An. 1566. fol. 54.* Reichs Abſchid zu Regenſpurg/ *Anno 1567. in fin.* Reichs Abſchid zu Speyer/ *Anno 1570. fol. 43. & 44.* Reichs Abſchied zu Regenſpurg/ *Anno 1576. fol. 34.* Et de præcedentia inter Licentiatum prius, & Doctoratum poſtea, *vide* Sfort. Odd. *conſ. 14. per totum lib. 1.*

Cùm in Concilio Baſilienſi orta fuiſſet quæſtio de prælatione, Inter Electores Imperij primum locum ante Ducem Burgundiæ prætendentes, judicatum fuit, Oratores Philippi Burgundiæ Ducis præcedere debere, quia ortum ducebat, quò ad paternum genus à Francorum Regibus, & quò ad maternum genus à Ducibus Bavariæ, Tiber. Decian. *conſ. 19. nu. 237. lib. 3. Facit id, quod tradit* Tiraq. *de nobilit. cap. 18. num. 26. cum plur. ſeqq.* 2

Priori tempore ingreſſus in congregationibus, præfertur poſteriori in ſeſsionibus & adunantijs, quamvis poſterior extrinſecã aliquam dignitatem habeat: M. Anton. Peregrin. *conſ. 3. nu. 31. vol. 2.* 3

Dignior eſt qui à digniori manu dignitatem accipit *nu. 34.* Marchio titulatis non debet præcedere doctorem nobiliſsimum & in ſua civitate ordinarium judicem *nu. 35.* 4

Dignitatem majorem habens præfertur etiam poſteriorem in tempore, & dignitatem unàm præcellentem habens, præfertur habenti plures inferiores à *nu. 39.* 5

Raritas eſt argumentum maioris dignitatis *nu. 50.* 6

Potens opibus cæteris paribus dignior eſt *nu. 53.* 7

Dignior eſt qui in ſpecie juriſdictionem maiorem habet. 8

Dignitatem habens ex privilegio & jure alieno cedit habenti jure communi & ſuo *nu. fin.* 9

10 Marchio habens ſimplicem juriſdictionem civilẽ, non præfertur doctori nobiliori genere & juriſdictionato *nu.60.*

11 De præcedentia inter legatos principis *vide conſil.*44. Johan. Bapt. Coſtæ. ibi tractat illam quæſtionẽ quis inter legatum principis præcedentis & principem in aula alterius principis exiſtentes ſit præferendus, & tandem decidit principem legato eſſe præferendum.

12 Dignior eſt & præferendus, qui ex natura & jure ſuo dignior eſt quam qui ex accidenti: M. Anton. Peregrin. *conſ.* 3. *num.* 10. *vol.* 2.

PRÆCEPTUM.

1 Quod præcipitur, neceſſe eſt fieri: *l. 1. ff. quòd juſſu 14. q. 1. c. præcipitur, & notatur in Clemen. paſtoralis, de re judica. facit ad hac regula, & quæ notantur ad illam: velle non creditur qui obſequitur Imperio patris vel domini. ff. de regul. jur.* ¶ Et quatenus propter præceptũ domini, judicis, vel patris excuſetur quis à pœna delicti vel alias *declarat* Decius *in d. l. velle, ff. de regulis juris*, & ibi vide præceptum judicis, qualiter fieri queat: an ſit ſpecies ſententiæ, & an ſub pœna præcipere, & à præcepto appellari poſſit, *vide* Specula. *in titulo de ſententia*, §. 2. *num.* 4. *verſi. eſt quoq;*, & *ibi in addit.*

2 De triplici ſpecia præcepti magiſtratus & qualiter ei obediendum, vel non, *notavit gl.* 3. *circa fin. Art.* 51. *lib.* 2. Land Recht.

Sed præceptum judicis contemnens an ſtatim in pœnam comminatam quis declarari poſſit? docuit quòd non, (*Utiliſſimum tamen foret, mandata ſine clauſula, quæ ob factum quod nullo jure juſtificari poteſt decernuntur, habere annexam citationem ad docendum de paritione, vel ad videndum ſe declarari in pœnam & ita noviſſimè in Comitijs Spirenſibus pragmatica Conſtitutione ſancitum eſt, Anno. 70.*) Geyl. *in obſerv.* 15. *lib.* 2.

3 Omne præceptum judicis faciens ad cauſam, quod dicatur interlocutoria, *dixit per multa jura* Corſe. *in ſingula. ſuis, in verbo præcept.* 2. Et præcepta, quæ habent clauſulã juſtificatoriam, reſoluuntur in citationem: Weleno. *in conſ* 34. *parte* 1. *nu.* 61. *vide ſupra in littera M. verſ. de mandato.*

4 Præcepta plura, eod. contextu, ab eod. Judice & contra eand. perſonam commiſſa, pro uno tantum habentur: quòd ſi ex intervallo eſſent, ſecus foret: Fœn. *de mom. temp. c.* 21. *nu.* 3.

5 In quibus caſibus præceptum ſive mandatum pœnale abſq; clauſula dari poſſit, *remiſſive* Geyl. *lib.* 1. *de pace pub. c.* 5. *num.* 10. & *ſeqq.*

De præcepto executivo, vide Coler. *p.* 1. *c.* 2. *n.* 8. & 231. *latè.*

6 Juramentum ſemper intelligitur ſalvo præcepto ſuperioris: Paul. Fuſe. *in ſingular. in verbo. Juramentum num.* 85. Præceptum judicijs pœnale, non ſtatim continet condemnationem ſed tantum comminationem de condemnando ſi præcepto non pareatur D. Cornel. Dredetod. *in tr. appellat. part.* 2. & 38. *de Edendo* §. *de Actorum editione & compulſorialibus.*

PRÆLATUS.

1 Prælatus Eccleſiæ omittendo poteſt præjudicare illi, ſed non faciendo: *l. jubemus nullam, C. de Sacroſ. Eccleſ.* ſed quatenus, & in quantum præjudicet Eccleſia in non ſolvendo Canonem de re emphyteuſi: *notat per jura* Ludov. Roma. *in ſingula. ſuo* 270. *incip. tu habes.* Et quatenus confeſſio prælati, vel Abbatis puta: quietatio, ſeu liberatio noceat monaſterio, (*Confeſſio, quo ad obligandum non præjudicat, ſed ſi ad liberandum tendat pro vera habetur.*) *vide* Paul. Caſtren. *in conſ.* 34. *volu.* 1. quomodo in adminiſtrando procedat & de mala adminiſtratione quòd teneatur, *habetur in novis deciſionibus* Rotæ *deciſione* 466. *Rubrica de judicijs:* de confeſ. quæ fiunt à prælato, Alex. de Imo. *in conſi.* 5. *volu.* 5. & qualiter conveniatur: *notavi quadam ſuprà in literam E. verſi. de Eccleſiis.* Quòd teneatur ad inventarij confectionem, & rationis redditionem, *colligitur ex notatis ſupra in litera A. verſi. de adminiſtra aliena. rerum & in literam J. verſi. de inventario.*

2 Acquiſita à Prælato, ex quibus bonis acquiſita cenſeantur, Menoch. *lib.* 3. *præſumt.* 53.

3 Quando fraus à Prælato commiſſa, præſumatur in alienatione bonorum Eccleſiæ, facta in proprios affines & ſanguine junctos, Menoch. *lib.* 3. *præſumt.* 54.

4 Quando pecunia à Prælato mutuò accepta, Eccleſiæ cauſa, præſumatur verſa in ipſius Eccleſiæ utilitatem, *præſumt.* 55.

5 Prælati inferiores, ſicut ſunt Abbates, ex levioribus cauſis poſſunt ab officio removeri: *c. per tuas, in fin. de Simon.*

6 Prælati diligentius puniendi, quàm ſubditi, quia ipſi ſunt, quaſi ſignum poſiti ad ſagittam: *c. qualiter & quando de Accuſa.*

7 Prælati authoritas major eſt, quam ſit pupilli, & ideo non eſt bonum argumentum de uno ad alium: Soc. *in l. legatum de legat.* 1.

8 Horribile Gregorij in prælatos dictum *in c. præcipuè* 11. *q.* 3. ubi dicit, eos tot mortibus dignos, quot perditionis exempla ad alios tranſmittunt.

An præ-

9 An prælati ſucceſſor teneatur habere ratum, & adimplere factum ſui præceſſoris, *vide* Alvar. *in c.1.qui ſucceſſo ten.ubi multa allegat, vide infra in verb. ſucceſſor.*

10 Prælatus confirmatus abſque poſſeſſione confert niſi obſtet conſuetudo: Anaſtaſ. German *in Tract. de Indult. Cardinal. §. Nec non quarumcunq;, num 15.*

11 Prælatus agere ſemper debet Eccleſiæ nomine: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. §. Hieronymo, num. 36. alleg.* Panorm. *in c. Literis n.4. Extr. de dilation.*

12 In Gallijs Prælati Regibus fidelitatem jurant pro temporalibus ante poſſeſsionem Eccleſiarum, in ſpiritualibus autem ſtatim: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. §. Nec non quarumcunq;, num 14.*

13 Prælati limina Apoſtolorum quotannis olim viſitare tenebantur: hodie ſingulo quoque triennio, ſi in Italia ſint, ſi extra quadriennio, ſi longe remoti quinquennio, ſi longiſsimè Decennio: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. §. Nullo, num. 12.*

14 Prælati nomine Eccleſiarum poſsident earum bona civiliter & naturaliter: Anaſtaſ. German. *in d. Tractat. d. §. Hieronymo numer 85.*

Prælati rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratores ſunt non domini: Anaſtaſ. German. *in d. Tractat. d. §. Hieronymo numer. 87.*

15 Prælati ſummo Pontifici ſub formula concepta jurant: Anaſtaſ. German. *lib. 3. De ſacr. immunitat. cap. 21. num. 32.*

16 Prælatus poteſt recuſari ut ſuſpectus in cauſa Eccleſiæ: Alex. de Nevo *in c. Poſtremo 36. num. 18. Extr. De Appellat.* Carol. de Graſs. *in Tr. Exception. Except. 24. nu. 71.*

17 Prælatus non poteſt remittere actionem: Prælatus poteſt alieni rem à potente occupatam in feodum dare ut eam recuperet, Prælatus non fit perjurus qui juravit Res Eccleſiæ non alienare, ſi alienat quæ alienari ſunt ſolita: Prælato aſſerenti bona Eccleſiæ ex juſta cauſa alienata eſſe incumbit probatio: Ex conſenſu Cardinalis prælatus bona Eccleſiaſtica alienare non poteſt: Potentiori quam primus fuit feudum à prælato conferri non poteſt Martin. Benckendorff. *ad Seraph. de Seraph. in addition. privileg. 52.* Henricus à Roſenthal. *de feud. c. 4. concl. 15. p. 3.* Vulteius *lib. 1. de feud. p. 3.*

18 Propter culpam prælati Eccleſia poteſt perdere emphyteuſin: Aurel. Corbul. *de jure emphyteut. c. 15. ampl. 27. n. 22.* Mart. Benckendorf *in tract. Seraph. de Seraph. in addit. privileg. 84. num. 9.*

PRÆSCRIPTIO.

De Jure civili & Saxonico, quòd per præſcriptionem res fiant & deſinant eſſe noſtræ, *habetur in l. ſicut, C. de præſcript. 30. & 40. annor. & in Arti. 29. lib. 1.* LandRecht/ *in tit. extr. de præſcript per totum* 1

Sed præſcriptio ut habeat locum, decem requiruntur. 1. Requiritur titulus: *gloſ. in c. ſi diligenti, de præſcript. l. 1. ff. de publi. in rem actione, concordat jus* Saxonicum, *ut in c. 13.* LehnRecht/ *in gloſſa Arti. 70. lib. 2.* LandRecht/ Covar. *lib. 1. var. reſol. c. 17. n. 7.* Menoch. *de retin. poſſeſ. rem. 5. num. 45.* Duaren. *lib. 1. diſput. anni. c. 34.* Sed declarationes & fallentias, quis titulus nempe requiratur, & in quibus caſibus etiam ſine titulo præſcriptio procedat, *vide apud* Petrum de Ubaldis *in c. ſi diligenti, de præſcript. colum. 5. verſi. circa primum.* 2

De titulo erroneo vel putativo, an inducat præſcriptionem, *vide* Hippo. de Marſil. *in Rubri. C. de proba. num. 316. (ubi docet, quòd ſic, modò juſtas erroris cauſſas habuerit, puta famam, dictum patris ſui, aliaq; ſimilia.) de errore juris notat* Hennin. Gödden *in conſi. de præſcript. pigno. in 2. quæſtio. num. 36. (ubi concludit, impedire præſcriptionem etiam longiſsimi temporis.)* 3

Sed titulus putativus, ſeu juſta cauſa credendi, quomodo inducatur, *docuit* Alex. de Imo. *in conſi. 48. vol. 5. in fine conſilij.* 4

2. Requiritur bona fides, ſive tractemus de præſcriptione rei temporalis ſive ſpiritualis, ſive tractemus de præſcriptione rerum corporalium, vel incorporalium, ſive de præſcriptione trium annorum, ſive 10. ſive 20. ſive 30. ſive 40. ſive 100. annorum, ſive tanti temporis, de cuius initio memoria hominis non exiſtit: *c. vigilanti, & c. fina. ext. de præſcript.* 5

Et hoc de jure Canonico: quod ſervandum eſt, etiam in foro civili: *d. c. fina. hoc titu.* Weſenb. *deciſivè num. 8. l. 3. 4. l. ſi quis 8. C. de præſcript. 30. vel 40.* Cuiac. *lib. 10. obſerv. 12. voluit gloſſa notabilis in c. poſſeſſor de regulis juris, in 6.* Mynſinge. *quid obſervatum ſit in Camera, (ut videlicet non procedat præſcriptio cum mala fide, etiam immemoriali tempore.) pulcherrimè declarat, cum aliquibus fallentijs, (in actionibus ſui naturâ temporalibus, & quæ ad intereſſe competunt, item in jure adeundi per 30. annos, denique in mala fide prædeceſſoris ſingularis, quæ non impedit inchoari præſcriptionem à ſucceſſore bonæ fidei.) in obſerv. 6. cent. 4* Bart. & Bal. *in l. privilegia, C. de ſacroſ. Eccleſ. idem* Mynſing. *in reſponſ. 17. decadu, 2. nu. 10. & in ſequen.* Petr. Gerar. de Petr. *Sanct. in ſing. ſuo 18. volens, quòd mala fides omnem impediat præſcriptionem,* Mynſing. *in reſp. 48. circa finem,* Decino. *in conſ 108. volu. 3. num. 42. atteſtatur ibi communem eſſe opinionem.* 6

Sed econtra bonā fidem cum titulo iuſtificare omnem præſcriptionem, *tradit* Decian. *in conſi.124.eo.vol.3.nu.46.gloſ.3.Art.29. lib.1.* LandRecht.

7 Sed quæ ſit bona fides, in quibus caſibus præſumatur vel non, & in quibus caſibus procedat etiā præſcriptio ſine bona fide, *d.*Pet.de Ubal. *in d.c.ſi diligenti, de præſcript. ibi, ubi tractat. de hoc ſecundo ſubſtantiali præſcriptionis: videlicet de bona fide.* De probatione bonæ fidei, Decian. *in conſ.124.volum.3. n.50.* ¶.3. Subſtantiale præſcriptionis eſt poſſeſſio: *l. ſine poſſeſſione, ff. de uſucap. c. ſine poſſeſſione, de reg. juris, in 6 de qualitate iſtius poſſeſſionis docuit d.*Ubaldus *in d.c.ſi diligenti, verſ. tertio requiritur poſſeſſio.* 4. Requiritur continuata poſſeſsio, ēa interpellata, naturalis vel civilis interrumpitur uſucapio: *ut l.1.& l.nec bona fide, C.de præſcrip. longi. tempo.* ſed qualiter probabitur continuata poſſeſſio, *docet d.* Ubal. *in d. c. verſi. quarto requiritur.* 5. Requiritur traditio: *l. traditionibus, C de pactis*, vel quaſi traditio, quæ præſumitur per ſcientiam & patientiam: *l. minus inſtructus, C. de acqui. poſſeſ.* 6. Quòd poſſeſſio non ſit interrupta naturaliter vel civiliter: *c.illud, de præſcriptio.*

8 Sed per quos actus, an & quando per citationem & libelli oblationem interrumpatur præſcriptio, *vide* Petrum Gerar. de Petra Sancta, *in ſingula. ſuo 4. incip. notant* Dd. Hippo. de Marſil. *in ſingula. 346.* vult, quòd citatio, ut interrumpat præſciptionem, requiratur quòd ſit legitimè facta, conſtet in ſcriptis, & de nuncij relatione. Et quòd per ſolam citationem præſcriptio interrumpatur, etiam per invalidam, *voluit* Mynſin. *in reſponſ.17. deca.2.num.11.& 12, conſuluit pulcherrimè* Decianus *in conſ. 124.volu.3.num.51. & in ſequentibus:* ibi vide de inhibitione, denunciatione & extrajudiciali interpellatione potentioris, quòd non interrumpat: de citatione & litis conteſtatione: *num. 60.* quòd mala fides legitimè ſuperveniens interrumpat præſcriptionem, *tenet* Decianus *num.53.*

9 7. Volunt jura, quòd res ſit uſucapibilis vel præſcriptibilis: quæ autem iſtæ res ſint, declarat d.Ubal. *in d.c.ſi diligenti, verſ.ſeptimò requiritur gloſ.4.in d. Art.29.lib.1.* LandRecht/ *declarat & facit bona quintuplicia, in quib. præſcriptio non procedat.* 8. Requiritur, quòd perſona ſit habilis, quæ vult præſcribere: & illam inhabilitatem contingere tripliciter, *docet d.* Ubal. *in d.c. ſi diligenti, verſi. octavo requiritur.* 9. Quòd perſona eius, contra quam præſcribitur, ſit habilis ad præſcribendū: inhabilitatem autē contingere dupliciter, *notat* Ubald. *in d.c. verſi. nonò requiritur.* 10. Quòd poſſidens, poſſideat pro ſuo, & animo acquirendi dominium: alias non uſucapiet: *l. ſi puerum, C. in quib. cauſ. ceſ. longi tempo. præſcrip. l. malè agitur, C. de præſcrip. 30 anno.*

De mala fide non ipſius poſſeſſoris, ſed ſui auctoris, an & quando ipſi poſſeſſori noceat, *docuit per aſſertiones & fallentias d.* Ubald. *in d.c.ſi diligenti, verſ. in eadem gloſſa.* 10
Et hæ requiſita, maximè titulus & bona fides, ſunt diligenter conſideranda: alias enim præſcriptio diceretur præſidium impiū: *ut in Authen. ut Eccleſia Romana, circa medium.* imò etiam diceretur præſidium iniquiſſimum: Angel. *in l. qui æquitate, de doli excep. tio.* & ideò illam reſtringendam, *refert* Hipp. de Marſil. *in ſingula. ſuò 370. incip. uſucapio.*

Sed illam theoricam: quòd præſcriptio ſit iniquum præſidium, declarat, & ponit fallentias, d. Ubal. *in d.c. ſi diligenti, verſi. in hanc etiam ſententiam, uſq; ad finem, de præſcriptione.*

De poſſeſsione cum titulo, bona & mala fide, deq; eorum qualificationibus, *vide* Weſenbec. *in conſ. ſuo 5. parte 1. nu.10.19.22.& in ſequentibus.*

De bonæ & malæ fidei præſcriptione, de 11
reſtitutione in integrum, pro ignorante, ratione temporis, pupillaris ætatis, temporis hoſtilitatis & peſtis, & quòd dormiat tunc præſcriptio: *notavit* Alex. de Imo. *in conſ.116. vol.5.* Abbas *in c. ex tranſmiſſa. de præſcrip.* Et de præſcriptione contra Eccleſiam, *idem* Alex. de Imo. *in conſi.5. eo.volu.5. & eo.vol.conſi.51. ubi in præſcriptionis materia conſuluit elegantiſſima.*

De omnium rerum præſcriptibilium, 12
immobilium, mobilium & jurium præſcriptione, & qualiter præſcriptio interrumpatur, *docuit* Ferrarienſis *in ſua pract. in forma reſponſio. rei conventi in verſ. præſcriptionis.* Quòdq; procedat præſcriptio, etiam in juribus incorporalibus, *notavit* Abbas *in c. illud, in c. nihil, & in c. audiatis. de præſcrip. & ibi modos vide interrumpendæ præſcriptionis.*

Quomodo, qualiter & quanto tempo- 13
re ſervitutes continuæ, (*Continua jure civili 30. annis, diſcontinua immoriali præſcribuntur.*) diſcontinuæ, ruſticæ vel urbanæ præſcribantur: in ſpecie ſervitus paſcendi in alterius fundo, quomodo de jure civili & Saxonico per præſcriptionē acquiratur, vel per non uſum amittatur *eleganter conſuluit* Hieron. Schurſt. *in conſi. 69. centu. 1. habetur Articulus jure Saxo. 29. lib. 1.* LandRecht/ *qui etiam intelligitur de incorporalibus, prout declarat additio ſina 1. ibidem, imo dicit* Schurſt. *in d. conſi. 69. num. 7. quod ſicut præſcriptione tanti temporis, cujus initij memoria non exiſtit, impræſcriptibilia fiunt præſcriptibilia: ita de jure Saxonico indifferenter*

vincer præſcribi 30. annis, anno & diebus, als zu dreiſſig Jahren vnd Tag/ *prout ſonant verba textus*.

14 De alluvionis præſcriptione & interruptione eius, conſuluit Decia. *in conſ. 124. vol. 3.* Quanto tempore præſcribatur immunitas ab oneribus & collectis, *vide* Sylva. *in conſ. 59. num. 11. parte 2. ibi*, quòd tempore immemoriali & 40. annorum benè ſcribatur, *l. ſina. C. de fundis patri. lib. 10. gloſ. in l. fraudem, in verbo ſortiri, C. de anno. & trib. lib. 10.*

15 De præſcriptione meri & mixti Imperij contra Papam vel Imperatorem, debet eſſe præſcriptio tanti temporis, cuius in contrarium memoria non exiſtit: *c. de quantitate de præſcriptio*. Sed contra inferiores dominos, prætendentes juriſdictionem in caſtro, ſufficit præſcriptio communis temporis. Bald. *in quadam ſua diſputatione, incip. Apoſtolus Romanus, per ea quæ habentur in c. ad audientiã, & in c. auditis, de præſcri. & in c. 1. de jure patro. in 6.*

16 Sed in præſcribenda juriſdictione tria ſunt neceſſariò conſideranda: 1. Patientia & ſcientia ſuperioris: contra quem præſcribitur. 2. Actus præſcribentis. 3. Conſideratur factum obedientis, & eius patientia: *docuit* Alexan. de Imo. *in conſi. 16. colum. 7. verſi. prædictis, volu. 5.* De ſcientia principis, Decianus *in conſ. 124. vol. 3. num. 48.*

17 De præſcriptione juris reemendi, vel offerendi precium, in contractu emptionis & venditionis, cum pacto de revendendo celebrato: quòd huic juri reemendi, vel offerendi precium, præſcribatur, *notavit & conſuluit per rationes optimas, & elegantes* Hier. Schurff. *in conſi. ſuo 70. centu. 1.* Decianus *latè conſuluit*, quòd tali pacto præſcribatur annis 40. non etiam obſtante verbo, quandocunque. Item non obſtante juramento, & etiamſi huic exceptioni præſcriptionis eſſet renunciatum: Decia. *in conſ. 13. num. 45. & in ſequen. Et ibi. num. 47.* docet, qualiter ea quæ conſiſtunt in mera facultate, quadrupliciter poſſint conſiderari: & quid juris de unoquoque, *ibi in ſequentibus benè tradit*. In ſpecie pacto de retrovendendo præſcribi 40. annis, *denuò conſuluit* d. Decian. *in conſi. 21. vol. 2.*

18 Secus autem de pignore: quia luitioni pignoris, vel juri offerendi quòd non præſcribatur, etiam ſpacio mille annorum, *notavit* Henning. Göden *in conſi. ultimo conſiliorum ſuorum, de præſcriptione pigno. in 7. quæſtione, per totum*: & licèt deduxerit pulcherrima in contrarium, tamen ea declarat, ſoluit, & prout notavi, concludit. Et iſtud propter ſcientiam rei alienæ, & ſic ob malam fidem: Petr. Gerard. de Petr. Sancta *cum alijs in ſingulari ſuo 18.* Decian. *eleganter in conſilio 108. volum. 3.* volens, quòd facultati liberandi rem hypothecatam nunquam præſcribatur: Ex quo ante oblationem pecuniarum nulla erat orta actio. *Diſtinguit & docet* Decian. *ibi n. 21. & 22.* Et quòd non præſcribatur juri, *tenuit etiam* Ferra. *in ſua pract. in forma reſponſ. rei conven. in verbo præſcriptionis*.

Sed quòd neq; ſecundum judicium Cameræ Imperialis, pacto de retrovendendo non præſcribatur, *declaravit* Myſing. *in obſer. 16. cent. 1. obſervat. Cam. Imp.* Geyl. *in obſerv. 18. lib. 2. & ſecundùm illa conſtitutum eſt in conſtitutione* Electo. Saxo. *Articu. 1. parte 2. conſuluit pulcherrimè* Weſenb. *in conſi ſuo 2. partis 1.* 19
De pacto & præſcriptione retrovenditionis, in iſta materia, Decian. *in conſi. 13. volum. 2. ibi.* volens, quòd præſcribatur ſpacio 40. annorum regulariter: imò quòd ſpacio triginta annorum præſcribatur, ſi non appareat de mala fide, *idem* Decian. *in conſi. 87. vol. 2. n. 1. & ulterius uſq; ad nu. 9.* Huic præſcriptioni pacto de retrovendendo, quando & quomodo per pactum renunciari poſſit. Decian. *conſil. 95. volum. 3.*

De temporibus præſcriptionum ſic nota: Mobilia de jure civili præſcribuntur ſpacio trium annorum: *§. & ideo, Inſtitut. de uſucapio.* de Jure Saxonico autem ſpacio unius anni & diei: Welch Mann ein Gut hat in ſeinen Gewehren/ Jahr vnd Tag/ ohne Rechtliche Wiederſprach/ der hat daran eine rechte Gewehr. 20

Sic etiam juri revocandi donationem, vel alienationem, in ſuum præjudicium factam, præſcribitur anno & die, de jure Saxonico: *Art 34. & ibi addi. latina lit. d. lib. 1. & Art. 6. lib. 2.* LandRecht. 21

Immobilia de jure civili inter præſentes decennio, inter abſentes 20. annorum curriculo præſcribuntur: *§. & ideo, Inſtitu. de uſucap. l. fina. C. de præſcrip. longi tempo.* Sed de iſtis modis præſcribendi jus Saxonicum non diſponit, ſed indiſtinctè vult, quòd ad præſcriptionem immobilium, corporalium, & incorporalium, requiratur ſpacium 30. annorum, unius anni, & diei: *Articul. 29. lib. 1.* LandR. jus civile ſaltem requirit annos 30. vel 40. *titu. de præſcrip. 30. vel 40. annorum*. 22

De tempore præſcriptionis in feudo, *vide gl. 1. Art. 43. lib. 2.* LandR. *& glo. 1. cap. 25.* LehnR. Præſcriptio domini contra Vaſallum, (*30. annorum præſcriptionem domini contra vaſallum locum habere, crebrius concluſum eſſe in Camera ait.*) & econtrà præſcriptio Vaſalli contra dominum. (*Poſſidendo rem tanquã feudalẽ 30. annis. & ſi ſemel tãtùm ſervitia præſtiterit. & ab eo tẽpore rẽ 30. ann. poſſederit, feudũ acquirit: quod in Eccleſiæ tamẽ aut rerũ publicarũ rebus ita præſcribendis 40. anni requiruntur. Sed etſi quis ab initio rem pignoris jure tenuerit, illi tanquam malæ fidei poſſeſſori præſcriptio* 23

præſcriptio non procedit,) an & quatenus habear locum, & quæ tempora requirantur, *notavit* Mynſinge. *in obſervat. 28. & 29. centu. 4.* Weſenb. *conſuluit in conſi. ſuo 5. parte 1. conſi.* Mynſinge. *in reſponſ. 48. num. 5.*

24 De præſcriptione rei furtivæ, *in gloſ. 12. Art. 36. lib. 2.* LandRecht / *§. furtiva, Inſtitut. de uſuca.*

25 De temporibus, in quibus præſcribatur contra Eccleſiam Romanam, & aliss Eccleſias, *notavi ſupr. in hac litera, & in hoc verſic. & in lit. E. verſi. de Eccleſia.*

26 Elector Saxoniæ poſuit in ſua Conſtitutione, quòd præſcribatur contra Eccleſias, univerſitates, Xenodochia, & pia loca ſaltem ſpacio 40. annorum: *Artic 5 parte 2.* & non habeat locum præſcriptio juris Saxonici: ſed contra civitatem, vel rem publicam, pronunciari debet ſecundùm præſcriptionem juris Saxonici: *ind. Conſtitu. Art. 6. parte 2.*

27 Præſcriptio tanti temporis, quod excedit hominum memoriam, ſeu conſuetudo, habet vim tituli legitimè conſtituti, habet vim privilegij, habet vim legis, æquipollet veritati, & tantum poteſt, quantum imperator eum cauſa, & per eam quæruntur impræſcriptibilia: Sylva. *in conſi. 59. parte 2. nu. 9. 10. &* 11. Alex. de Imo. *in conſi. 16. volum. 5.* Mynſing. *in reſponſo 48. num. 7 & in ſequentib.* ¶ Quòd autem hæc præſcriptio habeat vim tituli, requiritur capacitas perſonæ exercentis: *declarat idem* Alex. de Imo. *in conſi. 73. col. 3. volum. 4.*

28 Imò hæc præſcriptio, quòd non poſsit tolli ſtatuto, item quod ſtatutum non intelligatur excludere præſcriptionem 40. annorum, *dixit* Alex. de Imo. *in d. conſi. 16. col. 7. verſi. nec ad nos, vol.* 5. De hac quadragenaria præſcriptione, *multa bona conſuluit* Decian. *in conſi. 13. vol. 2. nu. 57.* Ioan. de Arno. *quædam in ſingula. ſuo 26. circa finem.* Item præſcriptio immemorialis, vim privilegij & conceſsionis habet, nec in ea requiritur tituli allegatio: & tali tempore probato, cenſetur etiam probatum eſſe dominium: & non admittit probationem contrariam.

29 Sed qualiter probabitur, & quæ in probatione iſtius ſint neceſſaria, *(Ut teſtes cum minimum ſint 54. annorum, 40. annis ita obſervatum eſſe deponant, ut & de communi famâ, quod de contrario uſu non exiſtat memoria, quod ſemper ita viderint obſervari, & audiverint à maioribus ſuis, quòd nunquam contrarium obſervatum fuerit,) docuit* Mynſing. *in obſerv. 30. cent. 1. obſer. ſuarum.*

30 De præſcriptione contra ignorantem, *(Præſcriptio 40. annor. currit contra ignorantem nec habet locum reſtitutio,)* pupillum & minorem, *(Contra pupillum & minorem præſcriptio non poteſt inchoari, inchoata contra deceſſores eorum continuatur, licèt habeant beneficium reſtitutionis in integrum,)* quatenus & quæ currat, & contra iſtas, an poſsit fieri reſtitutio, *conſuluit* Decian. *in conſi. 13. vol. 2. n. 83. & 87.*

Sed quòd ad faciendam præſcriptionem tempora continuentur ad hæredem & poſſeſſorem, *habetur per tex. in § diutina, Inſt. de uſuca. & in gl. 6. Art. 83. lib. 3.* LandRecht. 31

Filius mortuo patre nihil poteſt præſcribere pro hærede: *l. nihil, C. de uſuca. pro hærede.* Dic verum quando filij ſuccederent patri ex primo capite, unde liberi: Secus ſi ex ſecundo vel tertio capite, quia poſſent præſcribere pro hærede: Iaſ. *ad l. 1. nu. 85. C. qui admitt. ubi* Alex. *col pen. ad fi. ex mente* Bal. *ad Rub. ext. de præſcript. in 5. col.* Iaſ. & Sebaſt. Sap. *ad l. 1. de præſcript. n. 69. Soc. in reg. 154. filius* Steph. Forcat. *in Necrom. jur. dial. 39. nu. 100. ff. de inoff. teſt. pro intell. Vigli. ad §. Sin autem, n. 4. Inſt. de hær. qual. & diff. limit. duob. mod. ut per* Crot. *ad l. quæ Roma, §. duo fratres, col. 1. num. 3. ff. de v. obl. Decl. noviſſ.* Ari. Pinell. *in repet. ad rubr. C. de bon. mater. 2. part. fol. 90. cum ſeq. num. 40. 41. & ſeq.* 32

De præſcriptione ſtatutaria, quæ ſi eſt ſubrogata & inducta in locum præſcriptionis juris communis, idem in iſtis caſibus & in iſto loco operatur, Decian. *conſuluit in conſi. 112 vol. 3 num. 9.* 33

De præſcriptione in criminalibus accipe iſta: omnia crimina regulariter tolluntur ſpacio 20. annor. *gl. ad Dd. in l. querela, C. ad l. Corn. de fal.* 34

Hæc tamen gloſſa ultima tria excipit delicta, quæ non tollantur aliquo temporis ſpacio. 1. Dicit, eſt crimen ſuppoſiti partus, *de quo in textu l. querela.* 2. Eſt crimen parricidij, cuius accuſatio non tollitur aliquo temporis ſpacio: *ut in l. fi. ff. ad l. Pompo. de parr.* 3. Eſt crimen concuſsionis, quod non tollitur curſu temporis, *ut in l. 1. ſecundùm unam lecturam, ff. de concuſ.* 35

Sed ultra dictos tres caſus, ponit *gl. l. fi. ff. ad l. Pom. de par.* adhuc unum caſum, *allegando l. mariti, §. fin. ff. de adult.* videlicet: ſi quis per vim ſtupraverit aliquem maſculum vel fœminam, talis enim poterit de eiuſmodi crimine accuſari in perpetuum: Hipp. de Marſi. *in l. qui falſam, §. accuſatio, ff. ad l. Corn. de falſis.* addit crimen aſſaſsinatus, tanquam atrociſsimum, & alia enormia: veluti, crimen falſæ monetæ, hæreſis, ſimoniæ, & ſimilia: affirmando, quòd in pœnalib. & odioſis procedatur de ſimilibus ad ſimilia: *allegat text. ſecundùm* Bald. *in c. 1. §. porro, in tit. qua fuit pri. cauſ. bene. amitt.* 36

Et quòd fiat extenſio ex identitate rationis, *notat* Hippo. de Marſi. *in d. §. accuſatio.* 37

in nu-

in nu.6. & in ſeq. Et hæc dicit: quia tendant ad favorem Reipublicæ,

38 Sed nota, accuſationem de adulterio, de ſtupro & lenocinio, quinquennio tolli: *glo. d. l. querela, ad l. Corne. de falſis, l. adulter, C. de adulte. l. mariti, §. quinquennium, ff. eo.* niſi inceſtui ſit commixtum, & econtra: quia tunc quinquennio non præſcribitur: *l. vim paſſam, §. præſcriptione, C. eo. tit.* Sic etiam inceſtui per ſe quinquennio non præſcribitur, ſed eſt perpetuum ad annos viginti uſq; *Aug. in d. §. præſcriptione, hæc & alia pulcherrimè, docet* Boer. *in deciſio. 26. par. 1. Et in d. gl. vide de alijs. Vide* VVeſ. *in conſi. 5. par. 1. conſi. nu. 35.* & ibi quoq; invenies quædam de præſcriptionib. actionum civilium. In conſtitutione Electo. Saxoniæ, quinquennium iſtud eſt ſublatum, Conſtitu. *20. in fine, parte 4.*

39 Sed præſcriptio non objecta, ex actis tamen apparens, an à judice attendenda ſit in pronunciando, *diſceptatur inter Dd. pro & contra, de quibus vide* Fel. *in c. ad aures, de præſcriptio. & notavit* Mynſi *in obſ. 28. cen. 3. in fine,* quòd in Camera ſit deciſum, præſcriptionem, etiam non opponente parte, in ferenda ſententia attendendam eſſe, ſi manifeſtè appareat probata. Vnd das auch alſo ſolle geſprochen werden im Churfürſtenthumb Sachſen, conſtitutum eſt *in* Conſtitu. *Art. 25. par. 4.* De præſcriptione juris dicendi ſententiam nullam, *docet* Mynſi. *in reſp. 17. deca 2.*

40 De præſcriptionibus annuorum redituum & præſtationum, *vide quæ notavi ſupr. in lit. A. verſ. de annuis reddit.* De præſcriptione colonorum: Alß wann ſie 30. Jahr vnd Tag ein gleichförmig Dienſtgelt gegeben / vnd nicht gedienet: wo nicht andere verträge / daß ſie dabey ſollen gelaſſen werden / vnd ob ſie auch etliche Dienſte daneben gethan / ſollen ſie dieſelben neben dem Geld: auch leiſten: wo aber das Dienſtgeld nicht einförmig gegeben / gemindert / oder gemehret ſo ſoll auff die interruption geſprochen werden *ſtatuit* Conſtit. Electo. *in Art. 4. part. 2. Vide conſi. 4.* Schurff. *cent. 2.*

41 Et tandem de hac materia præſcriptionis, *vide tractatum* Azonis *deſumptum ex ſumma ſuper Codice:* qui præcipuè docet, in quibus caſibus cujuslibet generis præſcriptio locum habeat, vel non. Item contra quas perſonas procedat, & tandem qualiter finiatur.

42 ¶. De ſingulis temporib. præſcriptionum, à præſcriptione viginti horarum, uſq; ad præſcriptionem centum annorum vel in perpetuum, *vide tractatum præſcriptionum* Dini à Muxello *per totũ. Et* Dn. Rog. *in catalogo ſuo præſcriptionum, quem incipit à tempore trium dierum, & continuavit uſq; ad 25. annorum ſpatium, ſubdens de præſcriptione contra volentem adipiſci honores, & de præſcriptione in uſuris. Et vide tractatum* Oldendorpij *de uſucap. & præſumptionib. qui per Rubricas docuit, quanto tempore in qualibet re in contractib. actionibus, exceptionibus, & in alijs commercijs præſcribatur, vel non, & alia bona in iſta materia docuit, item vide tracta.* Spe. hoſtienſis, *item* Rogerij, *qui de præſcriptionibus extant: viſis iſtis tractatibus, materiam hanc habebis expeditam.*

Præſcriptio introducta à ſtatuto, an currat contra minorem, Guid. Papæ, *quæſt 31.* 43

Alienabilia & ceſſionabilia ſunt præſcriptibilia, Pruck *de regal. c. 5. n. 97.* ¶ Utrùm leges, quæ præſcriptionem inducunt, cum mala fide, jure canonico ſint correctæ, Andr. Fach. *l. contr. jur. c. 63.* 44

Utrùm præſcriptione bona fide completa, ſi is qui præſcripſit cognoverit rem eſſe alienam, teneatur in foro conſcientiæ eam reſtituere domino ſuo, *c. 64.* 45

Utrùm is, qui dubitat, an res ſit ſua vel aliena, poſſit præſcribere, *c. 65.*

Utrùm mala fides autoris noceat bonæ fidei poſſeſſori, quò minus præſcribere poſſit, ſeu uſucapere rem alienam, Fach. *d. loc. c. 66.* 46

Mala fides poſt longiſſimum tempus contra poſſeſſorem non allegatur: quomodo intelligendum, *ibid. c. 67.* 47

Præſcriptionis jus & exceptionem, quando & quomodo judex habens arbitrium, rejicere poſſit, & an in cauſa quæ ex æquo tractatur, admitti conveniat, Men. *lib. 1. q. 49.* 48

Præſcripti in juribus vel ſervitutib. quomodo per diſpatientiam, vel de jure Sax. per pignorationem, interrumpatur, Coler. *de proceſſ. exec. p. 1. c. 3. n. 89. & ſeqq.* 49

Præſcriptio non dicitur interrupta propter inundationem, quæ paulo poſt receſſit, licèt regulariter propter illam interrumpatur, Med. *reg. 5. n. 101. fol. 185.* 50

Contra præſcriptiones & uſucap. quæ excipi poſſint, Nepos *de except. c. 25.* 51

Præſcriptioni an poſſit renunciari, Roger. *de proteſt. rub. 1. § 16 n. 13.*

Præſcriptio interrumpitur ſola extrajudiciali interpellatione in perſonalib. Vivius *dec. 392. lib. 2.*

An præſcriptio longi temporis de jure canonico interrumpatur per citationem, Modeſt. Piſt. *p. 2. q. 99.* 52

Præſcriptio an currat contra hæreditatem jacentem, Ioſeph. *concl. 45.* 53

Præſcriptio contra bona Eccleſiaſtica, & quando quomodo currat, & incipiat habere locum, Cavale. *dec. 30. p. 2.* & an incipiat currere à tempore prælati malè alienantis, Guid. Papæ. *deciſ. 150.* 54

Præſcriptio per quæ interrumpatur, Med. *de novat. pag. 2. quæſt. 1. fol. 148.* 55

¶ Præ-

Digitized by Google

56 Præſcriptio non probatur unico teſte, & juramento ſuppletorio: Seraph. *in tract. priv.* 33. *n.* 157. *& ſeq.*

57 Utrum ſtatutum civitatis, quo cavetur, ne niſi intra certum tempus creditor petierit debitum, excludatur valeat: Fach. *lib.* 1. *controv. jur. c.* 69. Gabriel. *de præſcrip. concl.* 4. vide Joh. Baptiſtam Bovium de ſtatutaria urbis præſcript.

58 Præſcriptiones quædam ſunt favorabiles, quædam odioſæ, quædam mixtæ, *de quibus vide* Jaſ. *in Auth. quas actiones, C. de S.S. Eccleſ. gloſ. eſt in l. fi. C. de edict.* Div. Adr. *toll. in lectum mea Inſt. de uſucap. in evidentialibus.*

59 Ex præſcriptione longi temporis bona fides præſumitur, etiamſi nulla interveniſſet: *l. fin. ad fin. C. unde vi, vide Cano. in fin. de præſcript. Inſt. in §. rurſus, de Act.*

60 Sic etiam ex titulo bona fides præſumitur: *vide* Alex. *conſ.* 276. *vol.* 2. *num.* 73. *in cauſ. & lite.*

61 Sic etiam titulus ex longi temporis præſcriptione præceſsiſſe præſumitur: *l. cum de indebito, ff. de probat.* Nam ex diuturnitate temporis omnia ſolenniter acta præſumuntur: *l. qui in aliena, §.* 1. *de acq. her. vide in verb. tempus.*

62 Sic ex longi temporis præſtatione præſumitur contracta obligatio uſurarum: *l. cum de in rem verſo, ff. de uſur.*

Et licèt ex illa longi temporis præſcriptione bona fides, & titulus præſumatur *d. l. fi. ad fi. C. unde vi.* Tamen oportet, quòd illa præſumtio allegetur, aliàs ſuccumberet quis: *ita* Bar. *in l. ſi adulterium cum inceſtu, §. idem de adult.* Bar. & Moder. *latè in l. cum quid, in fi. ſi certum petat.*

63 Et idem in omnibus præſumptionibus juris, quæ licet relevent ab onera probandi, non tamen relevant ab onere allegandi: *vide etiam* D. Alex. *in conſ.* 16. *vol.* 5. *in cauſa & lite, fol.* 17. *num.* 4.

64 Et illa bona fides probatur ex poſſeſsione longi temporis, & fortiùs longiſsimi: Deci. *conſ.* 272. *vol.* 2. *n.* 9.

65 Longi temporis præſcriptio & uſucapio, currunt cum bona fide & titulo, longiſſimi verò ſine illis, de jure civili: *ita* Paul. de Caſt. *in l.* 1. *in* 4. *col. ibi circa tertium, C. de ſerv. fug. vide* Alex. *in conſ.* 6. *in* 1. *vol.*

66 Hodie tamen etiam de jure civili præſcriptio longiſsimi temporis cum mala fide non procedit: *per text. in c. fi. de præſcrip. & c. poſſeſſor, de R. J. lib.* 6.

67 Quod etiam procedit in actionibus, & juribus perſonalibus & ſic l. ſicut, & l. omnes, C. de præſcrip. 30. annor. per jus Canonicum ſunt correctæ: *de quo vide* Apoſt. *per me ſcriptam ad* Bart. *in l. ſequitur, §. viam, de uſucap. multa conſ.* Dd. *adducentem.* Contrarium tamen illius vide per Soc. *in conſ.* 203. *vol.* 2. *in pr. capitulo primum, & vide* D. Alex. *in conſ.* 39. *vol.* 6. *& in conſ.* 11. *vol.* 6. *col.* 3. *& eundem in conſ.* 330 *vol.* 2 *viſo titulo q. n.* 5. *& ſeq. fol.* 156. Ubi pleniſsimè & clariſsimè hunc articulum habes diſcuſſum: adhuc clarius vide Alex. *in conſ.* 51. *vol.* 5. *videatur per totum, vide etiam D. meum* Phil. Dec. *in conſ.* 271. *vol.* 2. *in* 4. *col.* Et ibi etiam, quòd mala fides auctoris nocet ſucceſſori, ubi multa pulcra in materia illa præſcriptionis.

Licèt error juris non proſit ad uſucapionem, vel præſcriptionem longi temporis, quæ currit cum titulo, l. nunquam [illegible] uſucap. tamen bene prodeſt ad præſcriptionem longiſsimi temporis, quæ currit ſine titulo; prout ſentit gl. *in c. de quarta, de præſcrip.* Et ita debet intelligi & limitari, quod notat Bar. *in l. Celſus, de uſucap. in penul. col.* [illegible] dum dicit: Dic ergò, quod bona fides præſumitur, ſi præcedat titulus verus vel putativus, etiam errore injuſto: ita dicit Paul. de Caſt. *in conſ.* 155. Ubi conſuluit, Quòd ſi vaſallus commiſit delictum, propter quod feudum amiſit, quod deberet redire ad agnatos, cum eis apertum fuerit, Camera fiſcalis tamen de facto detinuit feudũ, & illi agnati tacuerunt per 40. annos, vel circa, amiſerunt jus ſuum: *l. ſicut l. omnes, C. de præſcript.* 30. *annor.* & ſic jus præſcriptionis Cameræ quæſitum eſt. Et ſi diceretur: Camera fuit in mala fide, quia ſciebat, vel ſcire debebat, non pertinere ad ſe feudum, ſed ad agnatos, ergo non potuit præſcribere, *c. poſſeſſor, de R. Jur.* reſpondet Paul. imò Camera credebat ad ſe pertinere ex confiſcatione, & licèt iſte fuit error juris, qui non prodeſt ad uſucapionem, & longi temporis præſcriptionem, prodeſt tamen ad longiſsimi temporis præſcriptionem: *ita not. dixit* Paul. de Caſtr. *in d. conſ.* 155. 68

Præmiſſa limitantur notabiliter, non procedere, quando jus, ſuper quo erratur, eſſet dubium, & ſic eſſemus in probabili errore juris: Quia talis æquiparatur errori facti. Eſt autem probabilis error juris, quando jus eſt obſcurum, vel quando ſumus in Apicibus juris, vel quando paſſus eſt difficilis: *ita pulcrè loquentem vide* Franc. Curt. *in conſ.* 6. *fol.* 73. *vol.* 4. 69

Præſcriptio ſicut non currit tempore belli, ita etiam non currit tempore peſtis quia illa duo tempora æquiparantur: *vide* Jaſ. *latè in l. fi. C. de Teſtam.*

Hæres & ſucceſſor malæ fidei poſſeſſoris, præſcribere poſſunt: *ita not.* Dyn. *in regula poſſeſſor, lib.* 6. Bar. *in l. cum hæres, de diverſ. & temp. præſ.* D. Jo. de Im. *in l. ſequitur, §. hæres, de uſucap. refert* Alex. *in conſ.* 276. *vol.* 2. *in fi. conſ. in cauſ. & lite.* Ibi facit, quòd bene, & latiſsimè 70

pro

per integrum conſi. Soc. *in conſi. 203. volu. 2. cà-piendo primum conſultationis articulum.* Contrarium tamen eſt verius,& communiter tenetur, ut ſupr.eod.

71 Quibus caſib. non præſcribatur, *glo. habes plenam,in c.cum non liceat,de præſ. & l.compet. C. de præſcrip. 30. annor.*

72 Præſcriptio contra pupillum non currit: *l. bona fidei emptor. ff. de acq. rer. dom. l. ſicut, in fin. C. de præſ. 30. annor.* Hoc fallit: ut per gl. *in l. auxilium, de minor. vide in v. minor.*

73 Sicut ſolutioni tributi, quod præſtatur in recognitionem univerſalis dominij, non præſcribitur: *l. compet. C. de præſcrip. 30. annor.* Sic etiam ſolutioni divinæ, *ut in c. cauſam, de præſ. & in c. dudum, de Decimis, ita dicit* Ferr. *in pract. in form. in act. confeſſ. fol. 97. col. 3.*

74 Quæ ſunt meræ facultatis, vel quæ gratuitò conceduntur, non præſcribuntur, nec poteſt dici jus quæſitum ex his, nec per hoc actio in futurum naſcitur: *c. poſſeſſiones, 16. q. 1 gl. in l. ſolent, in gloſſ. fi. de off. proconſ. & leg. Br. in l. eum de in rem verſo, de uſur.* Et ergo dicit Cyn. & Bal. *& alij, in l. 1. C. de ſervit. & aq.* Quòd ſi per longiſſimum tempus ivi ad molendinum tuum, per hoc non potes me compellere in futurum, quòd ibi molam: quia iſta fuit ab initio per modum facultatis: *vide* Jaſ. *in l. quo minus, circa 3. q.* Bar. *in 4. col. col. ibi, ſecundo confirmatur, ff. de fluminib.*

75 Item quod facultati etiam mille annis non præſcribitur, *tex. eſt in l. viam publicam, ff. de via publ.* Bar. *poſt gl. in l. cum notiſſimi, C. de præſ. 30. annor.* Jaſ. *in l. ſi mater, C. de Inſt.*

76 Juri offerendi an præſcribatur *vide gl. in l. cum notiſſimi, & ibi Additionem, in §. ſed cum illud, C. de præſ. 30. annor. vide latè* Bar. *in l. ſi pignori rem, ff. de uſucap.*

77 Certis caſib. juri offerendi,& illis, quæ ſunt facultatis, præſcribitur: *de quib. vide* Goz. *in lib. 2. C. de pact. conven. inter empt. & vend. n. 104.*

78 Sic etiam juri declarandi non præſcribitur, etiam per mille annos: *Ad hoc eſt gl. in l. petens, in pr. C. de pact. quam not.* Bal. & Sal. *ibi &* Jaſ. *in 2. lect. refert ad q quem vide.*

79 An fines & limites præſcribi poſſint, *vide.* Abb. & Fel. *in c. quia judicante, ext. de præſcr ubi latè de hoc.*

Nota pulcrum caſum, Quòd ſi quis 30. vel 40. annos ſemper fuit in domus locatione, vel fundi, poſtea non poteſt expelli per Dominum: dummodò ille præſtet penſionem vel tributum: nec poteſt Dominus domus alteri locare domum: *ita not.* Bar. *in l. competit, de præſ. 30. annor.* ubi loquitur de Emphyteuta: & ergò conſilium eſt, quòd Domini ſemper de novo locent domos, nec continua maneat locatio, quæ præſcriptionem inducit, ut poſtea alteri locare non poſſit.

An merum imperium poſſit præſcribi, 80
& an ea, quæ principi competunt, in ſignum ſupremæ poteſtatis præſcribantur, & alia multa, & pulcra de hac materia, vide *latè per Dn.* Jaſ. *in l. imperium, in 6. 7 8. col. ff. de juriſd. om. jud. per* Alex. *in conſi 24, vol. 5. ponderatis his, in 4. col. n. 9. &* Alex. *remiſſivè in d. l. imperium.*

Et quanto tempore præſcribatur merum 81
imperium, *vide D.* Alex. *in conſi. 16. volu. 5. in cauſa & lite.*

Contra civitatem quanto tempore præ- 82
ſcribatur, *vide* Alex. *in conſi. 16. vol. 5. in cauſa & lite, in 8. col. fol. 17. &* Phil. Cor *conſi 142. vol. 3. in lit. K.* Moder. *in Auth. quas actiones, C. de S. S. Eccleſ.* Paul. de Caſt. *in conſi. 448. n. 21. vol. 1. in cauſa* ¶ Gabella, vectigal, mulcta, confiſcatio bonorum, tanto tempore, cujus initij memoria non eſt in contrarium, præſcribuntur: Alex. *in conſi. 5. vol. 1. in fin.*

De præſcriptione tanti temporis, cujus 83
memoria non ſit in contrarium, *vide* Dec. *in conſi. 271. vol. 2. in caſu tranſmiſſo, & ſeq. vide eundem* Dec. *conſi. 85. vol. 1.* ¶ Et an quis poſſit ſe in privilegio & præſcriptione ſimul fundare, *ibid.*

Quomodo autem probetur tale tem- 84
pus, cujus initij memoria extet, affirmativè, vel non extet, negativè: quando jus commune eſt contrà præſcribentem, ſi præſcribens caret titulo, requiritur præſcriptio, de cujus initio non conſtat: *c. 1. de præſcrip. lib. 6.* Hier. Schurff *conſi 62 col. 344. nu. 5. vide D.* Alex. *in conſi. 16. vol. 5. in cauſa & lite, n. 9. 10. & 11. clarius* Ferr. *in pract. in form. libelli in actione confeſſoria, fol 95. col. 2.*

Remota & ſublata præſcriptione, nun- 85
quam cenſetur ſublata præſcriptio, cujus initij memoria non eſt in contrarium, *ut not.* Ang. *in* Auth. *ne de caterò commut. Eccleſiaſt. rer. non ſicte, col. 5. & idem in l. non ſolum, in pr. de uſuc.* Dec. *in conſi. 272. & ſeq. n. 14. vol. 2. & latè* Alex. *in d. conſi. 16. vol. 5. fol. 17. fa. 2.*

Præſcriptio cujus initij memoria non 86
extat, quomodo probetur & articuletur, Cor. *conſi. 47. chart. 65. lit. F. vol. 3. vide latius & clarius infr in v. probatio, fol. 95.*

Hæc præſcriptio tanti temporis, de cu- 87
jus initio non conſtat per memoriam hominum, æquipollet veritati: *& multa de hac, vide* Franc. Curt. *conſi. 20. fol. 96. colum. 6.*

An per pactum poſſit tolli præſcriptio 88
futura, & ſic poſſit renunciari cuicunq; præſcriptioni, *vide per* Bar. Ang. *& latius* Rom. *in l. 1. de uſuc. aliquid per* Jaſ, *in Auth. quas actiones,*

in 9.col.in pr.C.de S.S. Eccl. de hoc latius vide Alex. *ubi hanc quæſt. plenè examinat, in l. nemo poteſt, in 7. col. ibi & inducitur iſte text. ad q. ff. de leg. 2.*

89 Contra ignorantam licet præſcriptio currat: *l. ſi.in fin.C. de long temp. præſcrip.* Tamen completa præſcriptione etiam 30. annorum, ſi ille, contra quem præſcriptum eſt, fuit ignorans jus ſibi competere, debet reſtitui in integrum, ſi ipſo jure præſcriptio cucurrit: *ita not. dixit* Bart. *in l.1.§. ſi quis autem, ff. de itin. actuq. priv.* & ita ibi intelligit *d.l. ſi.* ubi dicitur, quod non habetur diſtinctio ſcientiæ, & ignorantiæ, quia hoc eſt verũ, quod præſcriptio cucurrit, & eſt completa: reſtituitur tamen in integrum. Idem voluit D. Alex. ubi Bar. & multos alios idem tenentes refert & ſequitur, *in l. cũ filius, §. in hac dev. obl.* Ubi dicit, hoc fallere in præſcriptione longiſſimi temporis 30. vel 40. anno. tamen ab ea ſententia tandem recedit: vide eundem Alex. *in conſi. 71. vol. 1. videntur, n. 4. col. 2.* ubi pulcrè probat multa adducendo, quod ex ignorantia etiam major reſtituitur in integrum: *vide eundem* Alex. *in conſi. 11. vol. 6. col. 3. in fi.* ¶ Prædicta tamen omnia limita procedere in probabili ignorantia tantum: nam ſi non eſt probabilis, etſi ſit præſumptio ſcientiæ, reſtitutio denegatur: *ita conſuluit* Dec. *in conſ. 272. in fi. verb. vol. 2.*

90 An detur reſtitutio in integrum adverſus præſcriptionem 40. annor. *vide* Dn. Phil. Dec. *in conſi. 29. vol. 1.*

Si ego emi, vel alio contractu acquiſivi aliquid à non Domino bona fide, & ipſe per quinq; annos poſſedit, ego alijs quinq; tunc illa continuata poſſeſsio ratione præſcriptionis reddit me tutum: *l. Pompo. §. præterea, §. in dotem, §. ſuus, §. ſed & legata, & verſ. ſed & is cui, de acq. poſſ.* Idem in uſucapione: Nam poſſeſsio emptoris continuatur cũ ipſius venditoris: *d. LL.*

91 Exceptio præſcriptionis an ſit dilatoria, vel peremptoria, ita quod poſsit etiam opponi poſt litem conteſtatã, & quid de exceptione juriſiurãdi, *vide pulcrè & latè* Cepol. *conſ. 70. n. 7.* Et hæc eſt litis finitæ, & impedit judicium inchoari: *vide pulcrè* Jaſ. *in l. nam & poſtea, de jurejur.* & Alex. *in conſil 46. vol. 6.*

92 De præſcriptionis exceptione, vide Bar. *in l. ſi. pro ſuo, &* Landfr. *& alios in c. quoniam contra, de prob. &* Dn. Dec. *in conſi. 272. vol. 2. viſo proceſſ.*

93 Præſcriptio eſt iniquum præſidium: *in Auth. ut Eccleſ. Rom centum, in pr. ibi nec impijs hominib.* imò ini quiſſimum: Soc. *in conſi. 86. col. pen. vol. 1.*

94 Nota caſum ſingularem, *in c. licet, de conjug. ſervor.* in quo currit longi temporis præſcriptio ſine titulo, ſed hoc ſit favore libertatis.

An exceptio præſcriptionis impediat judicium, vel compromiſſum, vide Dec. *conſ. 22. vol. 1.*

In præſcriptionibus ſervitutum requiritur, quod ſit uſus quis ſervitute, item quod adverſarius ſciat eum uſum: In aliarum vero rerum præſcriptionib. adverſarij ſcientia non requiritur: rationem diverſitatis, vide per Bar. *in l. 1. §. denique, de aq. pluv. arc. vide tamen ad hoc ampliationem & limitationem, in l. datio, §. ſi iter, de act. emp. &* in Apoſtil. *ibi per me ſcripta, & in l. ſi forte, §. ſciendum, ff. ſi ſervi vend.* 95

Servitutes ſine titulo præſcribuntur: & hoc eſt ſpeciale in eis: *l. ſi quis diuturno, & ibi gl. & Dd. ff. ſi ſervi vend.* In alijs vero rebus ſine titulo non currit præſcriptio: *l. nullo, C. de rei vend. vide tamen circa hoc difficultatem in* Apoſtill. ad Bar. *per me ſcriptam, in d. l. ſi quis diuturno.* De præſcriptione ſervitutum, vide *in lect. mea Inſt. de ſerv. in fi.* ubi Dd. citavi, quando quis dicatur in q. poſſeſsione, & quo tempore præſcribantur. 96

In hac materia ſervitutum, & præſcriptione jurium incorporalium, vide Bar. *in l. 6. C. de ſervit. & ibi Apoſtill. &* Bar. *in l. ſi public. §. in vectigalibus, ff de publ. & vectig. & commiſſ. & ibi Apoſt.* 97

De ſervitute altius non tollendi multa & pulcra, quando præſcribatur illa ſervitus, & quando contra eam præſcribatur, *vide pulcrum conſi.* Alex. *in conſ. 9. vol. 6.* 98

Servitutes cauſam diſcontinuam habentes, tanto tempore, cujus memoria non extat, præſcribuntur: *vide* Soc. *in Reg. 373.* 99

Servitus habens cauſam continuã, & habens cauſam diſcontinuam, quomodo & quanto tempore præſcribatur, vide D. Alex. *in conſ. 250. vol. 2 n. 12. & 13. in cauſa & lite vertente, ubi reprobat multos teſtes pleniſſimè, per* Ferra *in pract. in form. lib. in act. confeſſ. fol. 95.* 100

Servitutes & jura qualiter perdantur, & quanto tempore, *vide* Abb. *in c. de quarta, de præſcri de n. 20. & ſeq.* 101

Præſcriptio 30. annor. per ſolam citationem interrumpitur: Jaſ. *ubi limitationes & ampliationes, in l. fin. ff. de eo per quem factum erit.* 102

Præſcriptio non interrumpitur per litis conteſtationem factam coram judice incompetente: *ut per gloſ. 16. q. 8. c. placuit, §. poteſt, in v. interrupta, in l. ſi pater, in gl. fi. ne de ſta. defunct. in c. ut debitus, in gl. 2. de Appell. ubi* Dec. poſt. Abb. & Dec. *in conſ. 272. volum. 2. in fin. conſi.* 103

Interruptio facta ſuper uno capitulo, non prodeſt ſuper alio, quanquam ſuper eo nõ ſit cauſata mala fides: Gano. *in c. auditis, de præſ.* Franc. Curt. *conſil. 6. fol. 78. volum. 1. in fin. col.* 104

Dehac

105 De hac interruptione præſcriptionis, *vide latè Abb. in c. illud ext. de præſ. & in c. auditis, & c. de quarta, eod.* & Bal. *in tr. præſ.*

106 An præſcriptio ſola citatione, vel litis conteſtatione interrumpatur, *vide* Zaſ. *in para. in tit. ff. de eo per quem factum eſt, col. 61.*

107 Contra Eccleſiam hodie 40. annis, & civitatem quoque 40. annis, ſecundùm verò communem aſſertionem centum annis præſcribitur: *l. fin. & Authen. ſeq. ubi latè Dd. C. de S. S. Eccleſ. vide aliqua de hoc ſupr. eod. ubi agitur de præſcriptione contra civitatem.*

108 Præſcriptio, & conſuetudo quomodo differant, *vide pulcrè & clarè* Bal. *in Auth. quas actiones, col. 3. in fi. n. 13. vide ſupr. in v. conſuetudo.*

109 De jure Sax. regulariter ſunt tantùm duæ ſpecies præſcriptionis, annalis ſcilicet, & tricennalis cum anno & die: *vide pulcrè* Hier. Schurff. *conſi. 32. vol. 165. vol. 1. & in conſi. 69. col. 165. n. 14.*

110 Diligenter obſervabis, quod de jure Saxonum jura incorporalia, ſive habeant cauſam continuam, ſive ſucceſſivam, ex pacifica & quieta quaſi poſſeſſione hujusmodi juris 30 annorum anni & diei, cum bona fide præſcribuntur, & præſcriptione acquiruntur. Hoc enim jure Saxonum uſucapio triennàlis, præſcriptionis longi temporis 10. vel 20. annorum, vel cujus memoria non extat, ſunt incognitæ: ſed regulariter ſunt duæ ſpecies præſcriptionis de hoc jure Saxonum, annalis ſcilicet, & tricennalis cum anno & die: & ſic bona fides ſi allegetur, præſumitur ex poſſeſſione vel quaſi 30. annorum, poſſeſſorem retrò fuiſſe bonæ fidei poſſeſſorem: *l. ſi. in fin. & ibi not.* Bart. *ante fin. ibi, (item iſta allegatio,) unde vi, vide de hoc puncto pulcrè* Hier. Schurff. *in conſil. 31. col. 165. n. 14. vol. 1. & conſi. 69. col. 165. num. 14.*

111 Ex quibus obſervabis perpetuò quod ille, quæ de jure communi 30. annorum, vel tanto tempore, de cujus initio non conſtat per memoriam hominis, vel etiam quacunq; alia præſcriptione præſcribuntur, indiſtinctè de jure Saxonum 30. præſcribuntur.

112 De ſervitute paſcendi oves in fundo alieno, & omnium aliarum ſervitutum & juriũ incorporalium præſcriptione: item quid in his notatis juribus, cauſa continua & diſcontinua ſit, & quid in utraq;: & quòd ſervitus præſcripta excludat dominũ fundi ſervientis eadem uti ſervitute, *vide* Hier. Schurff. *conſi. 69. per totum, maximè col. 358. & vol. 391. nu. 20.*

113 Interruptio præſcriptionis non fit coram arbitratore, bene coram arbitro: Mandoſ. *reg. 34 qu. 41. nu. 4.* Stephan. Gratian. *in addition. decif.* Marcb. *decif. 173.*

114 Scientia principis & eius officialium cum eorum tolerantia, ſufficit quo ad ſolennitates & titulum vitioſum longo tempore obſervatũ & præſcriptum: Stephan. Gratian. *in addit. deci. provinc.* March. *deci. 150.* Ceval. *qu. 45. & 46.* Peregr. *de jure fiſci tit. 8. lib. 6. num. 26. quod etiam obtinet in juriſdict. pædag. & ſimilibus, præcipue ſi attedat immemorabile tempus* Parlador. *rer. quotidi. p. 2. c. 1 n. 13.* Gutier. *pract. quæſtion. lib. 1. quæſt. 85. nu. 3.* Garzias *de hiſpanor. nobilitat. gloſ. 7. nu. 7.*

Dato titulo uno invalido præſumitur 115
alius melior: Puteus *decif. 356. lib. 1.* Creſcent. *decif. 21. nu. 4. de probation.*

Sicuti poteſt jacens hæreditas abſolvere 116
ac perficere uſucapionem ceptum, ita contra eam alter perficere & abſolvere poteſt: Anton. Queſada *c. 2. in fine variar. controverſ.*

Proteſtatio extra judicialis vel etiam ju- 117
dicialis non interrumpit præſcriptionem: M. Anton. Peregrin. *conſ. 60. n. 21. vol. 1.*

Debitor aut poſſeſſor ignorans ſuæ poſ- 118
ſeſsionis injuſtitiam vel de illa dubitans aut de obligatione ſolutionis non bene certus, poteſt curſu temporis exceptionem acquirere, & dicitur eſſe in bona fide præſumpta, dato longiſsimo tempore 40. annorum, modo in exceptione titulus allegetur quo ad poſſeſsionem, vel ſolutio pro debiti libera ratione: Caſp. Anton. Teſſar. *qu. foren. 41.* Anfr. ad Capell. Toloſan. *qu. 46. nu. 3.* Surdus *conſ. 335. nu. 67. lib. 3.*

Mala fides præſumpta quadragenariam 119
præſcriptionem non impedit: M. Anton. Peregr. *conſ. 19 nu. 12* Camill. Borell. *conſ. 40. nu. 34.* Caſp. Anton. Teſſar. *qu. forenſ. 41. nu 9.* Boer. *decif. 42. nu. 35.* Alba. *conſ. 27.*

Quando hæres malæ fidei poſſeſſoris 120
præſcribit? Diſt. ſi utitur acceſsioni autoris malæ fidei, nunquam præſcribit; ſecus ſi ignorat, & non utitur acceſsione eius, tum præſcribere poteſt, quià præſumpta mala fides non nocet, ita diſtinguunt Caſp. Anton. Teſſaur. *qu. for. 41.* Camill. Borellus *conſ. 40. n. 30.* Hieron. Cevall. *in tract. commun. opinion. contra commun. qu. 25.* Turrett. *conſ. 63. nu. 3.* Sebaſt. Medic. *in tract. mors omnia ſolvit p. 2. concl. 63. nu. 183.* Alexand. *conſ. 4. n. 51. lib. 2.* Natta *conſ. 162. nu. 35.*

Quando res à malæ fidei poſſeſſore tran- 121
ſit ad ſingularem ſucceſſorem, qui non eſt hæres, tunc præſcriptio allegari poteſt, imò vult, Caſp. Anton. Teſſaur. *d. qu. 41.* quod tempus præſcriptionis computabitur non ſolum ab ipſo tertio poſſeſſore, ſed jungetur tempus ſui auctoris ad inchoandam præſcriptionem, quia vitium illius poſſeſſoris non tranſit in ſingularem poſſeſſorem bonæ fidei.

Statutum ut poſt decennium præſcriptio 122
debiti allegetur valet, quia præſumitur ſolutio & rationabile eſt ſtatutum, ne per negligentiã creditorum facultates debitorũ ſint in incerto: Caſp. Ant. Teſaur. *q. forenſ. 41. n. 15.*

Digitized by Google

123 Tunc dicitur de mala fide conſtare, qoando conſtet de inſtrumento debiti, de teſtamento, de elique confeſſione, de interpellatione quoquomodo facte, item ſi per publicem vocem aut famam conſtet de debito, vel bona poſſeſſe eſſe alterius: Capra *conſ.120.n.5.* Camill. Borellus *conſ.40.n.34.* Caſp. Aoton. Teſſaut. *quæſt. for. 41. in fine.*

124 In annuis præſtationibus ſive penſionibus, nulla currit præſcriptio de jore canonico, propter melam fidem ex ſententia Franciſci Balbi quam approbat Johan. Caſtillo *de uſufructu c.67.nu.fin.*

125 Jus collectendi à rege impoſitum contra regem non præſcribitur, niſi immemoriabili tempore, contra rempublicam 40. annis: Florez Diez de Mene *lib.2.var.quæſt.1 n.265.*

126 An ed præſcriptionem immunitatis collecterum requiretur interpelletio? Diſt. quando caſus accidit & alij collectantur & non iſte, qui præſcribit exemptionem non eſt neceſſaria interpellatio, ſi vero caſus non accidat non præſcibitur abſque interpelletione, aut immemoriabili tempore: Florez Diez de Mena *lib.2.var.qu.1.nu.266.* O Talora *in tract. de nobilita. par.3.c.17.nu.9.*

127 Utrum ex curſu longi temporis præſumetur titulus aut ſolennitas in titulo vel actu, vide infra ad titulum de tempore ubi hæc quæſtio *ex lib.3. quæſt. 23.* Florez Diez de Mene dilucide explicatur.

128 Ex præſcriptione decennelis ſolutionis an præſumatur titulos Emphyteuticus, contra emphyteutem ſolventem, vel Dominum recipientem? Omnes affirment & concludunt titulum præſumi ex curſu decennali adverſus Dominum & Emphyteutam licet ipſum jus emphyteuticom non præſcribatur minori tempore quam 40. aut 30. annis: Florez Diez de Mena *lib 3.qu.23.nu.26.* Alvar. Valaſcus *de jure Emphyteut p.1. qu.7. n.33.* Guilhelmus Rodoenus *in tract. de reb. Eccleſ. non alienand. rub 3. caſ.8. & rubr.27. caſ.11.* Meſcerd. *de probation p.2. concluſ. 603. per totum.*

129 Titulus an præſumatur ex decennali ſolutione, quendo jus reſiſtat, & contre minorem, vaſallum, pupillum? N. & exemplũ ponitur in decimis Laicis ſolutis, aut uni Eccleſiæ in territorio aut perochiæ alterius, item quendo agitur de præſumendo iure Vaſſelagij & ſubiectionis, tunc enim non ſufficit dicta decennalis ſolutio, ſed ſunt neceſſarij triginta anni, Flores Diez de Mena *lib. 3. variar. qu 23. nu.29* Avenden. *in 2. par. mandator. regali. c.14. nu.44.* Petr. Andr. Gambera *de legato tit. de penſionibus.*

130 An præſcriptio centeneria poſsit probari per ſcripturam. Aff. Johen. Beptiſta Coſta, *conſ. 68.*

131 Præſcriptio centenaria & plurium annorum non currit, non valenti agere in feudis, primogenijs, fideicommiſsis, maioratibus: M. Anton. Peregrin. *conſ. 18. nu. 15. vol. 1.*

Ex patientie decennali iuncta poſſeſſione, præſumitur titulus in his quæ ſunt parvi præiudicij: Exempla ponunt, in aditione hæreditatis quæ ex curſu decennali præſumitur, & item ex poſſeſsione decennali partis pro diviſo præſumitur diviſio, quæ parvi præiudicij eſt, & tunc parvi præiudicij dicitur, ſi non eſt inæqualites megna, item ex decenneli patientia præſumitur licentia domini, interveniſſe in elienetione rei cenſuariæ, Emphyteuticæ aut feudalis, maxime ſi per longum tempus receperit à novo Emphyteute penſiones & recuerit, Eleganter hæc omnia & plure trectent Flores Diez de Mena *qu.23. lib.3. var. quæſtion.* Burgos de Parzos *in l.5. titul. 15. lib. 4. recompilat.* Aurelius Corbulus *in tract. Emphyteut. titu. de cauſa privat. ob alienat. limit 31.* Meneſes *in l.2. C. de ſerv.* 132

Ex longitudine temporis non præſumitur mandatum, niſi coniecturæ concurrent in favorem mandatarij: Florez Diez de Mena *lib.3. var. qu. 23. in fine.* 133

Titulus putativus iuſto errore procedens, quamvis ſufficere ſoleat ad uſucapionem non tamen ſufficit ad uſucapionem titulo pro hærede ſuis hæredibus exiſtentibus: Johan. del Caſtillo *c. 22. nu. 46. par. 3. controv. juris* Franc. Sarmientus *in l. in ſuis n.11. ff. de lib. & poſthum.* 134

Jus immiſcendi in ſuis hæredibus non præſcribatur ſpetio 30. annorum, Aff. Spino *in ſpeculo teſtam. gl. 33. de additione hæreditat. nu.53. & 54.* Padille *in l. ſi emancipam nu.40. C. de juris & facti ignorantia* Arias Pinellus *par. 2. rubric. C. de bon. matern. nu.28.* 135

Suis hęredibus exiſtentibus, utrum poſſit alius tertius hęres, non tanquam hęres parris, ſed tanquam alterius hęres, pro hærede uſucapere? Aff. ut ſi in hęreditare res alienas invenerit, quas putet fuiſſe hęredist Iohen. del Caſtillo *c.22. nu. 53. p.3. var. controv.* 136

Suis hęredibus exiſteotibus, etiamſi illi pręteriti ſintâ perente, id eſt, nec inſtituti nec exhęredati, uſucepio pro hęrede non procedit: Arias Pinel. *p.2. rubr. C. de bonis mator. n.4.* 137

Suis hęredibus exiſtentibus, ipſis temen exheredatis, utrum uſucapio procedat? Aff. Iecob. Cuiacius *in l in ſuis in fine ff. de lib. & poſthumis.* 138

An creditor Fructus in ſortem computare debeat, etiamſi longo tempore retinuerit illos tanquam proprios? Aff. quia creditor in Fructibus pignoris bona fidem habere non poteſt qui ſcit aut ſcire debet pignoris fructus in ſortem imputandos eſſe: Iohen. del Caſtillo *c. 23. nu.72. par.3. variar. controv. iuris* Pinellus *2. par. l. 2. C. Reſcind. v. final. nu.48.* 139

*quæſt.48.*Covat.*variar.reſolution.lib.1.c.3.nu.7.*

140 Præſcriptione completa, ſi ſupervenit ſcientia rei alienæ, an præſcribens juſte poſſidere poſſit? Aff. niſi conſcientiam remordentem habuerit: Jacob. March.*qu. 15, lib. recollect.*

141 Præſcriptio currit contra civitatem, ex negligentia adminiſtratorum illius: Jacob. Marchiſellus *quæſt. 122. nu. 5.lib. recollectar.*

142 Præſcriptio centenaria cum titulo currit adverſus Eccleſiam Romanã, etiam quod præſcribens habeat juris præſumptionem contra ſe: M.Anton. Peregrin. *conſ. 19. volu. 1. in quo conſilio multa tractat. autor de præſcriptione.*

143 Remedium C. redintegrandæ tollitur ſpatio 30. annorum, licet titulum non habeat, modo in bona fide ſit, præſcribens, ſed uſque ad 30. annor. ſine titulo habet contra ſe præſumptam malam fidem poſt vero tempus 30. annorum præſumitur eſſe in bona fide, niſi contrarium doceat actor, & probet malam poſſeſſoris fidem: Jacob.Marchiſellus *lib. recollectar.quæſt.14. nu.9.*

144 Titulus nullus an præbeat præſcriptionem? Reſp. regulariter non niſi ſit præſcriptio longiſſimi temporis: M.Anton. Peregr. *conſ.60.nu.23. vol.2.*

145 Error juris reſiſtentis non prodeſt etiam in præſcriptionibus longiſſimi temporis ſecus in errore juris non reſiſtentis & bona fides cauſatur etiam ex injuſtis & temerarijs cauſis: Peregrin. *d. conſ. 60.nu.30.*

146 Alienatio de re eccleſiaſtica præbet juſtam cauſam præſcribendi, ſi facta ſit ab epiſcopo ſine conſenſu epiſcopi: M. Anton. Peregr.*d.conſ.nu.28.*

147 Diviſio bonorum per communionem longi temporis non præſcribitur: Petr.Zanr. *de diviſ.bonor.lib.1.c.2.nu.58.*Martin.Bencken. *in tractat.Semphin. de Semph. in addit. privileg.58.nu.5.*Honded.*conſ 59 nu.54.lib. præſcriptione non tollitur debitum juratum* Martin. Benckendorff.*in tract.Semp.de Semph.in add. privileg.111.n.3.*

148 An jura, quæ actiones tollunt 30. annorũ ſpatio, correcta ſunt per jus canonicũ, ardua quæſtio eſt, ſed quatenus contra 50. lata non agentis negligentiam agitur, tunc currit præſcriptio: Zangerus *de except. p.3. c.8. nu. 46.* Bronchorſt. *cent. 2. aſſert. 75. & cent. 3. aſſert. 6.* Coſtalius *ad l. hac autem ff. ſervit. urb. præd.* Wurmſerus *in pract. obſervat. tit.44. de præſcript. obſer.4.* Daniel. Mollerus *2.ſemeſtr.18.n.3.* Onciacus *qu. academ.31.*

149 De annuis præſtationibus quæritur, an illæ etiam præſcribi poſſint? Reſp. in hujuſmodi penſionibus unicujuſq; anni propria eſt præſcriptio, & quot ſunt anni, tot quoque præſtationes eſſe cenſentur, E. præſcriptio annuarum præſtationum ad futuros annos non extenditur: Renerus Budel. *lib.2. de monet. cap.24.* Alvar. Valaſcus *deciſ.49.* Bronchorſt. *cent.2.aſſert.74.* Borchold. *c 2. de pactis deciſ.1.nu.23. & in tr.de uſucap.c. 4.nu. 34.vide* Daniel. Mollerum *conſt.Saxon. par.2. conſt.2. ubi aſſerit illas præſcribi.*

Si conſtet de titulo vitioſo, immemo- 150
rialis præſcriptio jure canonico corruit: Aod Fachin. *lib. 8.contr.c.33.*

Is qui ignorat ſe titulum habere recte 151
præſcribit: Philipp. Hœnonius *diſput. 6. quæſt.4.*

In præſcriptione ſervitutum titulus 152
non requiritur *l. 10. ff. ſi ſervitus vindicetur.* Coraſius *ad l.14. ff. Servit.* Brooch. *cent.2. aſſ. 7.* Connan. *lib.4. comment.c.20. nu.17. vi. Diſſent.* Duaren. *ad l.10 ff. ſi ſervitus vindicetur.*

Errans in jure etſi non uſucapiat, bo- 153
nam fidem tamen habere dicitur, & error juris ne quidem ad longiſſimi temporis præſcriptionem prodeſt: Johan. Gœddeus *ad l. 109. nu 5 ff. V. ſig.* Arumæus *diſput. 6. exerc. 7.* Antoo. Faber. *lib.4. conjectar.c. 12.* Herman. Vulteius *lib.1.diſceptat.c.fin.* Petrus Heig. *inſtitut. de uſucap.*

Præſcriptio quamvis currat contra 154
hæreditatem jacentem tamen datur reſtitutio: Georg. Cabedo *deciſ. 17.num.35.lib.2.*

An per clauſulam ſi qua juſta mihi 155
cauſa videatur propter ignorantiam contra præſcriptionem detur reſtitutio in integrũ? *N. per.l. ult.C.de fundo patrimon. & per l. 3. 4. C.de præſcript. 30. vel 40. annor.* Franc. Sarmineot. *lib.2.ſelectar.interpretat.c.10.* Arumæus *diſpu. 6. exerc. 10.* Brooehorſt. *cent. 1. controv. miſcell. aſſ.30.* Guliel. Forſter.*diſput.9 th.10.* Fachin. *lib. 1.controv.c.69.* Niellus *diſput 8 coroll.1.per totum.*

An præſcribatur facultati conditio- 156
nem poteſtativam Neg. procedit in inſtitutionibus, ſecus vero in legatis & alijs diſpoſitionibus: Antoo. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collectarie forenſi. c.216.*

Præſcribitur juri adeundi hæredita- 157
tem extraneo competenti ſpacio 30. annorum, *idem diſp.nu.8.*

Præſcriptio ut valeat probandum eſt 158
omnino illam fuiſſe perfectam ante litis cõteſtationem: Petr. Salaſarez. *deciſ.11. nu.139. lib. 2.*

Præſcriptio non objecta, ex actis ta- 159
men apparens à judice attendi debet in pronunciando: Mynſioger. *obſervat. 28. centur.3.*

Præſcribere an quis poſſit rem com- 160
munẽ indiviſam poſſidendo eam pro diviſa? Aff. Johan. Papon. *lib.12. tit.3 arr.7.*

Probans poſſediſſe per decem annos, 161
non dicitur probaſſe præſcriptionem, cum

Digitized by Google

123 Tunc dicitur de mala fide conſtare, quando conſtat de inſtrumento debiti, de teſtamento, de aliqua confeſſione, de interpellatione quoquomodo facta, item ſi per publicam vocem aut famam conſtet de debito, vel bona poſſeſſa aſſe alterius: Capra *conſ.120.n.5.* Camill. Borellus *conſ.40.n.34.* Caſp. Antoo. Teſſaur. *quaſt. for.41.in fine.*

124 In annuis præſtationibus ſive penſionibus, nulla currit præſcriptio de jure canonico, proptar malam fidem ex ſententia Franciſci Balbi quam approbat Johan. Caſtillo *de uſufructu c.67.nu.fin.*

125 Jus collectandi à rege impoſitum contra zegem non præſcribitur, niſi immemoriabili tempore, contra rempublicam 40. annis: Florez Dies de Mena *lib.2.var.quaſt.1.n.265.*

126 An ad præſcriptionem immunitatis collectarum requiratur interpellatio? Diſt. quando caſus acidit & alij collectantur & non iſte, qui præſcribit exemptionem non eſt neceſſaria interpellatio, ſi vero caſus non accidat non præſcibitur abſque interpellatione, aut immemoriabili tempore: Florez Diez de Mena *lib.2.var. qu.1. nu. 266.* O Talora *in tract. de nobilita.par.3.c.17.nu.9.*

127 Utrum ex curſu longi temporis præſumatur titulus aut ſolennitas in titulo vel actu, vide infra ad titulum de tempore ubi hæc quæſtio *ex lib.3. quaſt. 23.* Florez Diez de Mena dilucide explicatur.

128 Ex præſcriptione decennalis ſolutionis an præſumatur titulus Emphyteuticus, contra emphyteutam ſolventem, vel Dominum recipientem? Omnes affirmant & concludunt titulum præſumi ex curſu decennali adverſus Dominum & Emphyteutam licet ipſum jus emphytauticum non præſcribatur minori tempore quam 40. aut 30. annis: Florez Diez de Mena *lib 3.qu.23.nu.26.* Alvar. Vaſcus *de jure Emphyteut.p.1. qu.7. n.33.* Guilhelmus Rodoanus *in tract. de reb. Eccleſ. non alienand. rub 3.caſ.8.& rubr.27.caſ.11.* Maſcard. *de probation p.2. concluſ. 603. per totum.*

129 Titulus an præſumatur ex decennali ſolutione, quando jus reſiſtat, & contra minorem, vaſallum, pupillum? N. & exemplū ponitur in decimis Laicis ſolutis, aut uni Eccleſiæ in territorio aut parochiæ alterius, item quando agitur de præſumendo iure Vaſſalagij & ſubiectionis, tunc enim non ſufficit dicta decennalis ſolutio, ſed ſunt neceſſarij triginta anni, Flores Diez da Mena *lib. 3 variar.qu 23.nu.29* Avendan. *in 2. par. mandator.regali.c.14.nu.44.* Patr. Andr. Gambara *de legato tit. de penſionibus.*

130 An præſcriptio centenaria poſsit probari per ſcripturam. Aff. Johan. Baptiſta Coſta, *conſ. 68.*

131 Præſcriptio centenaria & plurium annorum non currit, non valenti agere in feudis, primoganijs, fideicommiſsis, maioratibus: M. Antoo. Peregrio. *conſ.18.nu.15.vol.1.*

Ex patientia decennali iuncta poſſeſſione, præſumitur titulus in his quæ ſunt 132
parvi præiudicij: Exempla ponunt, in aditione hæreditatis quæ ex curſu decennali præſumitur, & item ex poſſeſsione decennali partis pro diviſo præſumitur diviſio, quæ parvi præiudicij eſt, & tunc parvi præiudicij dicitur, ſi non eſt inæqualitas magna, item ex decennali patientia præſumitur licentia domini, intarveniſſe in alienatione rei cenſuariæ, Emphyteuticæ aut feudalis, maxime ſi per longum tempus receperit à novo Emphyteuta penſiones & tacuerit, Eleganter hæc omnia & plura tractant Floras Diaz de Mena *qu.23.lib.3.var.quaſtion.* Burgos de Parzos *in l.5. titul. 15. lib. 4. recompilat.* Aurelius Corbulus *in tract. Emphyteut. titu. de cauſa privat. ob alienat. limit 31.* Meneſes *in l.2.C.de ſerv.*

Ex longitudine temporis non præſumitur mandatum, niſi coniecturæ concurrant 133
in favorem mandatarij: Florez Diez de Mena *lib.3. var. qu.23.in fine.*

Titulus putativus iuſto errora procedens, quamvis ſufficere ſoleat ad uſucapionem 134
non tamen ſufficit ad uſucapionem titulo pro hærede ſuis hæredibus exiſtentibus: Johan. del Caſtillo *c.22.nu.46.par. 3.controv. juris* Franc. Sarmientus *in l. in ſuis n.11.ff. de lib. & poſthum.* 135

Jus immiſcendi in ſuis hæredibus non præſcribatur ſpatio 30. annorum, Aff. Spino *in ſpeculo teſtam.gl.33. de additione hareditat. nu.53.& 54.* Padilla *in l. ſi emancipatus nu.40.C. de juris & facti ignorantia* Arias Pinellus *par. 2.rubric.C.de bon. matern.nu.28.* 136

Suis hęredibus exiſtentibus, utrum poſſit alius tertius hęres, non tanquam hęres patris, ſed tanquam alterius hęres, pro hærede uſucapere? Aff. ut ſi in hęreditate res alienas invenerit, quas putat fuiſſe hęredis: Iohan. del Caſtillo *c.22.nu.53.p.3.var.controv.*

Suis hęredibus exiſtentibus, etiamſi illi 137
pręteriti ſint à parente, id eſt, nec inſtituti nec exhęredari, uſucapio pro hęrede non procedit: Arias Pinel. *p.2.rubr.C.de bonis mater.n.41.*

Suis hęredibus exiſtentibus, ipſis tamen 138
exheredatis, utrum uſucapio procedat? Aff. Iacob. Cuiacius *in l in ſuis in fine ff. de lib & poſthumis.*

An creditor fructus in ſortem computare debeat, etiamſi longo tempore retinuerit 139
illos tanquam proprios? Aff. quia creditor in fructibus pignoris bonā fidem habere non poteſt quia ſcit aut ſcire debet pignoria fructus in ſortem imputandos eſſe: Iohan. del Caſtillo *c.23. nu.72. par.3. variar.controv. iuris* Pinellus *2. par. l. 2. C. Reſcind. c. final. nu.48.*

Digitized by Google

*num.48.*Covar.*variar.reſolution.lib.1.c.3.nu.7.*

140 Præſcriptione completa, ſi ſupervenit ſcientia rei alienæ, an præſcribens juſte poſſidere poſſit? Aff. niſi conſcientiam remordentem habuerit: Jacob. March.*qu.15, lib. recollect.*

141 Præſcriptio currit contra civitatem, ex negligentia adminiſtratorum illius: Jacob. Marchiſellus *quæſt.122. nu.5.lib. recollectar.*

142 Præſcriptio centenaria cum titulo currit adverſus Eccleſiam Romanã, etiam quod præſcribens habeat juris præſumptionem contra ſe: M.Anton. Peregrin. *conſ.19. volu. 1. in quo conſilio multa tractat. autor de præſcriptione.*

143 Remedium C. redintegrandæ tollitur ſpatio 30. annorum, licet titulum non habeat, modo in bona fide ſit, præſcribens, ſed uſque ad 30. annor. ſine titulo habet contra ſe præſumptam malam fidem poſt vero tempus 30. annorum præſumitur eſſe in bona fide, niſi contrarium doceat actor, & probet malam poſſeſſoris fidem: Jacob. Marchiſellus *lib. recollectar. quæſt.14. nu.9.*

144 Titulus nullus an præbeat præſcriptionem? Reſp. regulariter non niſi ſit præſcriptio longiſſimi temporis: M.Anton. Peregr. *conſ.60.nu.23. vol.1.*

145 Error juris reſiſtentis non prodeſt etiam in præſcriptionibus longiſſimi temporis ſecus in errore juris non reſiſtentis & bona fides cauſatur etiam ex invitis & temerarijs cauſis: Peregrin. *d. conſ. 60. nu.30.*

146 Alienatio de re eccleſiaſtica præbet juſtam cauſam præſcribendi, ſi facta ſit ab epiſcopo ſine conſenſu epiſcopi: M. Anton. Peregr. *d.conſ. nu.28.*

147 Diviſio bonorum per communionem longi temporis non præſcribitur: Petr. Zant. *de diviſ.bonor.lib.3.c.2.nu.58.* Martin. Bancken. *in tractat. Semphin. de Semph. in addit. privileg.58.nu.5.* Honded. *conſ.59 nu.54. lib. præſcriptione non tollitur debitum juratum* Martin. Benckendorff. *in tract. Semp. de Semph. in add. privileg.111. n.3.*

148 An jura, quæ actiones tollunt 30. annorũ ſpatio, correcta ſunt per jus canonicũ, ardua quæſtio eſt, ſed quatenus contra 30. lata non agentis negligentiam agitur, tunc currit præſcriptio: Zangerus *de except. p.3. c.8. nu. 46.* Bronchorſt. *cent. 2. aſſert. 75. & cent. 3. aſſert. 6.* Coſtalius *ad l. hæc autem ff. ſervit. urb. præd.* Wurmſerus *in pract. obſervat. tit.44. de præſcript. obſer.4.* Daniel. Mollerus *2. ſemeſtr.18. n.3.* Oneiacus *qu. academ.31.*

149 De annuis præſtationibus quæritur, an illæ etiam præſcribi poſſint? Reſp. in hujuſmodi penſionibus unicujuſq; anni propria eſt præſcriptio, & quot ſunt anni, tot quoque præſtationes eſſe cenſentur, E. præſcriptio annuarum præſtationum ad futuros annos non extenditur: Renerus Budel. *lib.2. de monet. cap.24.* Alvar. Valaſcus *deciſ.49.* Bronchorſt. *cent.2. aſſert.74.* Borchold. *c.2. de pactis deciſ.1.nu.23. & in tr. de uſucap. c.4.nu.34. vide* Daniel. Mollerum *conſt. Saxon. par.2. conſt.2. ubi aſſerit illas præſcribi.*

150 Si conſtet de titulo vitioſo, immemorialis præſcriptio jure canonico corruit: And. Fachin. *lib.8.contr.c.43.*

151 Is qui ignorat ſe titulum habere recte præſcribit: Philipp. Hœnonius *diſput. 6. quæſt.4.*

152 In præſcriptione ſervitutum titulus non requiritur *l.10. ff. ſi ſervitus vindicetur.* Coraſius *ad l.14. ff. Servit.* Bronch. *cent.2. aſſ. 7.* Connan, *lib.4. comment. c.20. nu.17. vide Diſſent.* Duaren. *ad l.10 ff. ſi ſervitus vindicetur.*

153 Errans in jure etſi non uſucapiat, bonam fidem tamen habere dicitur, & error juris ne quidem ad longiſſimi temporis præſcriptionem prodeſt: Johan. Gœddeus *ad l.109. nu.5 ff. V. ſig.* Arumæus *diſput. 6. exerc.7.* Anton. Faber. *lib.4. conjectar. c.12.* Herman. Vulteius *lib.1. diſceptat. c. fin.* Petrus Heig. *inſtitut. de uſucap.*

154 Præſcriptio quamvis currat contra hæreditatem jacentem tamen datur reſtitutio: Georg. Cabedo *deciſ.17. num.3. lib.2.*

155 An per clauſulam ſi qua juſta mihi cauſa videatur propter ignorantiam contra præſcriptionem detur reſtitutio in integrũ? N. *per l. ult. C. de fundo patrimon. & per l.3. 4. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Franc. Sarmient. *lib.2. ſelectar. interpretat. c.10.* Arumæus *diſput. 6. exerc.10.* Bronchorſt. *cent.1. controv. miſcell. aſſ.30.* Guliel. Forſter. *diſput.9 th.10.* Fachin. *lib.1. controv. c.69.* Niellus *diſput 8. coroll.1. per totum.*

156 An præſcribatur facultati conditionem poteſtativam Neg. procedit in inſtitutionibus, ſecus vero in legatis & alijs diſpoſitionibus: Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collectanie forenſ. c.216.*

157 Præſcribitur juri adeundi hæreditatem extraneo competenti ſpacio 30. annorum, *idem diſp. nu.8.*

158 Præſcriptio ut valeat probandum eſt omnino illam fuiſſe perfectam ante litis cõteſtationem: Petr. Salaſarez. *deciſ.11. nu.139. lib. 2.*

159 Præſcriptio non objecta, ex actis tamen apparens à judice attendi debet in pronunciando: Mynſinger. *obſervat. 28. centur.3.*

160 Præſcribere an quis poſſit rem communẽ indiviſam poſſidendo eam pro diviſa? Aff. Johan. Papon. *lib.12. tit.3 arr.7.*

161 Probans poſſediſſe per decem annos, non dicitur probaſſe præſcriptionem, cum

ſtilus. 2. Quod fuit in bona fide 3. Quod requiſitus ſemper contradixit: Geor. Cabedo *deciſ.79.nu.2. cum ſequ. lib.1.*

182 Si præſcribens inhabilis redditur, interrumpitur præſcriptio, exempli cauſa, quando prohibetur forenſis nihil acquirere, ſi ſuccedant defuncto tunc præſcriptionem continuare non poteſt: *idem d. deciſ. num. 81. cum ſequ.*

183 Alienatione rei prohibita an currat præſcriptio: Diſting. ſi res ſimpliciter alienari per ll. & ſtatuta prohibeatur, tunc ceſſat præſcriptio, niſi intervenerit præſcriptio centenaria, ſi autem per teſtatorem vel contractum prohibeatur, tunc ſi juſtus titulus adeſt, & qui alienat in bona fide fuit tunc valet præſcriptio: Didac. Hydalgus delos Caſos. *quæſt. forenſ. 6.*

184 Actiones prætoriæ & Annales per oblationem ſupplicationis interrumpuntur: *idem d. qu. nu. 8.*

185 Interruptio civilis ſit per citationem, oblationem libelli, Litis conteſtationem, ſed citatio debet eſſe ſpecifice ad interrumpendum ordinata, & Litis conteſtatio coram competente judice fieri debet: *idem quæſt. 6. num. 81.*

PRÆSUMPTIO.

1 Contractus in dubio non præſumitur ſimulatus, ſed verus: *probatur in l. ſed ſi maritus, in fi. ff. qui & à quibus.* Et in dubio contractus non debet judicari uſurarius: Bal. *in l. rogaſti, §. ſiu. in fi. ff. ſi cer. pet. argumento l. ſi ea pactione, C. de uſuris, ubi dicitur, quod contractus in dubio non intelligatur excedere legitimum modum uſurarum:* hoc verù maximè, quando apparet de contractu confectum eſſe inſtrumentum: quia pro inſtrumento præſumitur: *ut in Aut. de fide inſtru. §. ſi moriantur, colla. 7. eſt tex. cum gl. & ibi notatur in l. cum precib. C. de probat.*

2 Unde qui allegat inſtrumentum ſimulatum, vel uſurarium, illud probare tenetur: *probatur etiam in l. patronus, ff. de prob.* & tantò magis, quando conſtat de veritate: *ſecundum* Bal. *in l. hi qui, circa fi. C. de diſtractio. pig.* nec conſtat ex qualitate perſonarum, præſertim ſi ſit ſolitus contractus: Bal. *in l. 1. in 10. col. ff. de his quæ pœna nom.* Et tantò magis, quando frequentatur, & per conſuetudinē approbatur talis contractus: *l. pe. ff. ſi certum pet.* Bar. *in l. cum qui. §. qui im. ff. de verb. oblig.*

3 Imò omnia licent, quæ non ſunt prohibita: *gl. in l. ſi conve. ff. de pig. act.* Hen. Ꝺod. *in conſ. de præſcr. pign. ad 4. quæſt. per tot.*

4 Sed ex quibus contractus in dubio præſumatur uſurarius, *notavit* Bal. *in c. 1. in 5. col de feudo dato, in vicem legis commiſſo. in uſibus feudo.* & Alvarotus *ibidem, col. 8 verſi. quæro ab extra* Alia in materia præſumptionum, *notavi infra in hac lit. P. verſi. de Probatione per rationem naturalem, & in aliquibus verſi. ibidem ſequentibus.*

Sed quòd contractus ex modicitate precij & pacto retrovenditionis, præſumatur fœneraticius, (*etſi contrahens alias non ſit ſolitus fœnerari.*) *dicit judicatum eſſe in Camera Imp.* Mynſ. *in obſ. 62. cent. 3. Et vide ſing. 18.* Petri Gerar. de Pet. Sancta *& habens bona. Vide hoc* Moll. *de diviſ. contract. num. 44. & ſeqq. & nu. 52. & ſeqq.* 5

Præſumtio quid, & quotuplex, & an contra eam admittatur probatio in contra. Roger. *de poteſt. rubr. 1. §. 6. n. 21. & 22. fol. 77.* 6

Præſumptiones in jure approbatæ facere plenam & apertiſſimam probationem, Menoch. *lib. 2. cent. 2. c. 115. n. 6. & 7.* 7

Præſumtionibus pluribus concurrentibus, quarum una alteri debeat præferri, Menoch. *lib. 2. cent. 5. c. 472.* 8

Præſumtiones plures imperfectæ ut plenam probationem faciant, ſimul jungi poſſunt: Vivius *deciſ. 200. nu. 3. lib. 1.* 9

Proteſtatio & teſtatio partium, quod contractus non ſit ſimulatus, nil operatur: *Roger. de poteſt. rubr. 1. §. 6. nu. 23.* nec juramento exceptioni ſimulati contractus poteſt renunciari: *nu. 24.* 10

De pluribus ſpeciebus præſumptionum eleganter Vivius *deciſ. 189. lib. 2.* 11

Damnari ex præſumptionibus quando quis poſſit, Juſeph. *concl. 45.*

De præſumptionum generibus, vide meliorem gloſſam de jure: *in c. is qui fidem, de Sponſ. ſimilem habes in l. non eſt verſimile, quod met. cauſ. vide etiam* Franciſ. Curt. *in conſ. 4. fol. 64. col. 3.* 12

Contra præſumptionem juris & de jure, non admittitur probatio in contrarium, regulariter: *per gl. in l. fin. in princ. & ibi* Bart. *ff. quod met. cauſ. gl. & Dd. in l. ſive poſſidetis, C. de prob. & in d. c. is qui fidem, de Sponſ. vide tamen ad hoc multas fallentias per* Soc. *in reg. 314.* 13

Item contra hanc præſumptionem juris & de jure admittitur probatio per confeſſionem partis: & hanc præſumptionem per ſe confeſſio tollit: *gl. eſt approbata in §. illud, in Auth. de æqual. dot. vide* Dn. Jaſ. *ibi ad hoc multa allegat, in l. ſi prius, in 13. & 14. col. ff. de oper. nov. nunc.* Hoc tamen intellige, quod huic confeſſioni contra præſumptionem juris & de jure ſtetur: eſt verum contra confitentem, ſecus pro confitente: *ita dicit* Bart. *in l. inter omnes, §. rectè, ff. de furtis, vide* Carol. *in l. 1. §. 1. fol. 37. de verb. obl.* 14

Et ergo poſt lapſum biennij non poteſt opponi exceptio Non numeratæ pecuniæ: quia præſumptio juris eſt & de jure, quòd nume- 15

numeratio ſit facta : tamen ſi pars conſideretur, non eſſe, admitteretur exceptio. Nõ numeratæ paecuniæ : *ita dicit* Bald. *in conſ.252. incipient. duo rei. vol t. refert.* Goz. *in l.2. §. creditum, Lect.26. in fin. ſi cert. pet.*

16 Præſumptio in genere tollitur per præſumptionem in ſpecie : *l. cum de indebito, ubi* Bart. *ff. de præſumpt. no.* Bald. *in l. ſive poſſidetis, C. de proba.* Alex. *in conſ.150. vol.5. in cauſa & lite, nu.9. fol.114.*

17 De præteritis præſumitur ad præſeotia : ſi olim hoc apud te fuit hodie præſumitur: *l. non ignorabit, C. ad ex bibend. l. ad hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter, ex quib. cauſ. major.* Goz *in l. ſi emancipati, in pr. C. de collat.*

18 Præſumptio ſit ſemper ſuper in certo, & re dubia, fictio verò ſuper re certa : *gl. eſt in l.1. § accedit, in verb. præſumatur, C. de rei uxo. act.* Quid ſit præſumptio, qoid actio, & quomodo differant, vide Franciſ. Curt. *conſ.4. fol. 64. col.2.*

19 Præſumptionem ceſſare facit expreſſum: *l. ſi ita, de liber. & poſthum. l. Clemens patronus, de hered. inſt.* Iaſ. *in l. ſi quis id quod, ff. de juriſdict. om jud. in 3. col. in 3. lim.* Bart. *in l.3. in 2. col. quando oppon. de precib.*

20 Præſumptio juris, licèt relevet ab onere probandi, non tamen relevat ab onere allegaodi. Nam oportet, quòd quis alleget illam præſumptionem, licèt eam probare non ſit neceſſe : *l. ſi adulterium cum inceſtu, §. idem Pollioni, ubi* Bart. vide Bart. & Moder. *in l. cum quid, in fin. ff. Si cert. pet.* Bart. *in l. ſuper lege, C. de longi temporis præſcrip.* Ubi licèt ex longi temporis præſcriptione præſumatur booa fides tamen oportet, quod allegetur : alias ſuccumberet : *vide Ale. in conſ.16. vol.5 in cauſa & lite, vide multas concordantias per* Moder. *vide in verb. præſcrip. ſupra.*

21 Legum præſumptiones ſunt liqoidiſſimæ probationes : *l. ſi quis locuples, in fin. cum gl. ff. de man. teſt. gl. in l. tutor ſi petitus, C. de peric. tutor.* Curt. *conſ.4. fol.44. in 3. col.*

22 Duæ præſumptiooes cum alijs indicijs pleoam probationem faciunt: *l. ſexcuſantur, in 7. ubi gl. in verb. litigans, ff. de except. int.*

23 In materia præſumptionis, vida 180. notabiles caſus, in quibus jura præſumunt aliqoid eſſe, vel non eſſe: aonotatos, & ſuis oumeris diſtioctos, per Lucam de Pennam *l.3. C. de Apoch. publ. lib.10. per 9. col.*

24 In foro conſcientiæ creditur juranti contra præſumptionem juris, & ſi præſumptio juris eſt levis tunc ea juramento non derogat : Martin. Benekendorff. *ad Seraphinum in addit. privileg. 28. nu.6.*

25 Ex præſumpſionibus juramentum non eſt defereodum, niſi ſint, quæ plusquam ſemiplenam faciunt probationam : Martin. Benekandorff. *ad Seraph. in addit. privileg. 33. num.150.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concl 957. num.5.*

Præſumptio niſi allegetur, nibil ſuffragatur etiamſi à lege ſit : Cald. Pereira *obſer.9. nu.3. lib.1.* 26

Noo eſt præſumendum, qoem velle ſe corrigere in continenti, quod præcipue habet locum in diſpoſitionibus magoatum principum : Ozaſc. *deciſ.141.* 27

Præſumptio joris & de jure ubi reſultat non admittitur probatio in contrarium, oiſi per confeſſionem partis adverſæ, ſed judex noo poteſt jurejurando aſtriogere partem ipſam adconfiteodom : Cald. Pereira *obſerv. 196. lib 2.* Alviſ de Alber. *ſing. 461,* Ozaſcus *deciſ.101. num.25.* 28

Ex iodobitatis & violeotis præſumptionibus poteſt quis coodemnari in crimioalibus ; quod procedit quando non agitur de pœna corporali : Marc. de Mantua *ſing. 258.* Vincent. de Franchis *deciſ. 153. nu. 4.* 29

Ex præſenti præſumitur in præteritum : Guid. Papæ *ſing.178.* 30

Si aperta probatio requiritur, tunc ſufficit præſumptio juris, ſi autem evidantiſſima tunc ſecus eſt : Petr. Salſarez. *deciſ.66. nu. 65. lib.1.* 31

An judex ſupplere poſſit præſumptionem juris? Reſp. poteſt quando vult, imo etiam tenetor, ſi pars factum producat, ex quo deducitur præſumptio juris, ut ſi poſſeſſio prætarita allegata fuerit judex teoetor ſupplere præſumptionem, allegantem adhuc poſſidere : Ildephoſus Perez. de la Lara *pract. qu.17 n.81. cum ſequ.* 32

Qoi habuit inſtrumentom tempore litis conteſtatæ præſumitur, illud apud ſe habere niſi juraſſet illud amiſiſſe, *idem d. dec. num.70.* 33

Teſtator quando minus poteſt hæres gravare præſumitur : Ozaſcus *deciſ. 52. nu.8.* 34

Probatio per juramentum admittitur contra præſumptionem ſcientiæ eorum, quæ publice fiunt reſultautem, contra eum qui fuit præſans : Georg. Cabedo *deciſ. 71. num 28.* 35

Identitias contractuum præſumitur quando fiuot eodem tempore, eodem looo, & coram ijſdem teſtibus : Ferraot. Ganguar. *conſ.198. n.6. lib.1.* 36

Quiſquis præſumitur decedere ſioe liberis ideo allegans aliquem deceſſiſſe ſine liberis habet inteotionem ſuam fundatum, ſecus ſi allegaret habuiſſe ſed inde mortuos eſſe Jacob. Puteus *deciſ.45. lib.* 37

Hæc pulcra de preſumptionibus collegi ex conſilijs : Joban. Bapt. Coſtæ. 38

Præſumitur uoica familia non plures *conſ.60 nu.23.* 39

Præſumit lex in contrahenta noticiam poſt lapſũ tempꝰ à lege præfixũ: *conſ.18. n.56.* 40

Præ-

41 Præſumitur actus factus ex cauſa neceſſaria : *conſ.67.n.9.*

42 Præſumitur fraus facilè inter ſanguine conjunctos : *conſ.64.n.18.*

43 Præſumitur oblivio in teſte ex longitudine temporis : *conſ. 31.nu.59.*

44 Præſumitur quis domicilium ibi habere unde originem ducit: *conſ.16. nu. 34.*

45 Præſumptio non poteſt capi ſuper actibus difformibus nec conſuetudo : *conſ. 5. num.17.*

46 Præſumptio ſcientiæ & conſenſus ſpecialis generalem ſuperat integritatis præſumptionem *conſ.74.nu. 14.*

47 Notorium excludit præſumptionem juris & de jure : item confeſſio propria illius, ad cujus favorem præſumptio juris de jure introducta eſt : Jacob. Marchiſel. *quaſt. 82.nu.3.*

48 Quod dicitur contra præſumptionem juris de jure non admitti probationem, intelligitur quæ directe perimat legis præſumptionem, ſed probatio per iodirectum admittitur, ut ſpoolalia de fururo per copulâ ſequentem inducunt præſumptum matrimonium ita, quod in contrarium nihil probari poſſit, quod perimat matrimonium à jure præſumptum, tamen recipitur probatio quæ non ſit contra, ſed præter id, quod jus præſumit, ut quod mulier cognita erat eius conſanguinea, vel quod prius ſponſalibus fuit renunciatum : Jacob. Marchiſell. *qu:82. lib. recollectar.*

49 Juris error & ignorantia non præſumitur, niſi probetur quod ex conſilio peritorum fecerit, quibus credere tenebatur & ſic erraverit: Jacob. Marchiſel. *quaſt.112.nu.11.lib. recollectar.*

50 Præſumptiones legis non hominis requiruntur ad condemnationem : M. Anton. Peregrin. *conſ.75.nu.16.vol.2.*

51 Præſumptionibus quamvis violentis reus non eſt damnandus, niſi lex habuerit illas præſumptiones pro legitimis probationibus, operantur tamen ille præſumptiones, ut reus torturæ ſubijciatur : M. Anton. Peregrin. *conſ.105.nu.11.vol.2.*

52 Io facto antiquo præſumitur oblivio: Ex curſu decem annorum præſumitur oblivio : facilius præſumitur oblivio in damno vitando, quam in lucro captando : factum juratum non facile traditur oblivioni : D. Martin. Benckendorff. *in addition. privil.44. in tractat. Seraph. de Seraph.* Mancin. *de summ. p.4. effect.* 251. Bertazol. *conſil. civil.170. num. 6.*

53 De præſenti non eſt præterito præſumptio aliquem fuiſſe Notarium : Mart. Benekend. *in addi. privil.46.nu fin.*

54 Præſumptio juris non eſt evidens probatio, quando probatio, evidens requiritur pro conditione perſonæ, neque præſumptio hominis eſt liquidiſſima probatio : Martin. Benekendorff. *de Seraph. in addit. priv. 17.*

Imperfectæ probationes ex præſump- 55
tionibus compoſitæ non conſtituunt propriè probationem, ſed præſumptionem : Benekendorff. *ibidem.*

PRECARIUM CONSTITUTUM.

Conſtitutio precarij, appoſita in inſtru- 1
mento, eſt maximæ importantiæ ; ut habetur per ſcribentes, *in l. quoties, C. de rei vendic.* tamen nihil operatur, ſi appoſita fuerit ſuper re incerta : Hippo. de Marſi. *in ſingula. ſuo 496. incip. Conſtitutio, facit multas remiſſiones.*

Quomodo precarium conſtituatur qua- 2
liter ſuper illo inſtrumenta formentur, libelli vel poſitiones actoris concipiantur, & reus quas defenſiones ſuas fundet, *notavit* Specul. *in tit. de precarijs per totum, datur actio ex interdicto de precario, ff. hoc titulo.*

Sed de revocatione precarij nota, quod 3
precarium quandocunq; ad libitum concedentis poſſit revocari : *l. 1. in prin. ff. hoc tit.* Et hoc eſt verum etiamſi eſſet adjectum tempus, uſq; quo haberet uti : *ut in l. cum precario, in prin. ff. eo.* limita tamen hoc & prædicta jura : niſi talis concedens precariò, vellet ſine cauſa revocare precarium ilicò, cum maximo damno illius, cui conceſſum eſt : nam hoc caſu non poterit illud revocare : quia ſibi obſtabit exceptio doli : cum non poſſit negari, quod precarium non ſit beneficium : ſic declarat & limitat Hipp. de Marſi *in ſing. ſuo 363. incip. credo te ſcire.* Petr. Greg. *in partit. jur. Can. lib. 3 tit. 7.*

Habens poſſeſſionem rei venditæ vel 4
donatæ, per precarium vel retentionem uſusfr. præfertur habenti poſtea realem : Guid. Papæ *deciſ.112.* Venditor, ſi conſtituat ſe precario poſſidere transferatur ne in emptorem dominium, *ibid.*

Conſtitutum precarium an operetur 5
contra tertium poſſeſſorem in materia evictionis, ut concedatur aſſiſtentia ſine diſcuſſione bonorũ debitoris, Vivius *lib. 1. dec. 12.*

Precarium ſe extendit etiam ad bona futura : Afflict. *deciſ. 36. nu. 4.*

Effectus conſtituti tranſit paſſivè in 6
hæredes conſtituentis, maxime quando eſt facta mentio de hæredibus ideo conſtituario mortuo conſtituente poterit uti *l. fi. C. de acq. poſſeſſione,* ſed nõ tranſit active, nulla de hæredibus facta mentione, ſecus facta illorũ mentione : Teſſaur. *deciſ.115.* Menoch. *conſ.139.* Caſſaneus *in conſuetud.* Burgund. *ti. des ſucceſſiones rub. 7. §. 1. gloſa 3. in verbo advertE.*

Con:

7 Conſtitutum licet regulariter collatum poſt mortem nihil operetur, tamen operatur ubi actus eſt purus, & executio ejus dilata in tempus mortis: Natta *conſ. 453.*

8 Conſtitutum vel precarium ubi non apparet, non poteſt præſumi appoſitum ex conſuetudine Notarij: Gram. *dec. 103. nov. 176. contrarium tenet* Patrus Benintend. *deciſ. 32. num. 6.*

9 Qui habes precarium & conſtitutum poteſt impetrare dominium: Thomas Minado. *deciſ. 6.*

10 Conſtitutum in pacto deretrovendendo impedit dominij translationem in alium: Borg. Cavalcan. *deciſ. 16. & 26. de contract. par.* 2.

11 Quam poſſeſſionem habear iſte, cui precarium eſt conceſſum: Bartol. *in leg.* 13. §. *ſi is qui, ff. de acq. poſſeſ.*

12 Poſſeſſio an per conſtitutum transferatur in hæredem: *affirm.* Petrus Benintend. *deciſ.* 12.

Clauſula precarij poſt mortem creditoris exſpirat: Teſſaurus *deciſ. 37. & 53.*

13 Conſtitutum translatum poſt mortem non valet, niſi in contractu diceretur, quod conſtituit, ſe nomine talis donatarij poſt mortem ex nunc prout ex tunc poſſidere & contra: Caſpar. Caballinus *milleloqu. 554.* Borgn. Cavalcan. *deciſ. 13. de contract.* Natta *conſ. 354.* Teſſaurus *deciſ. 38.*

14 Poſſeſſio civilis penes defunctum exiſtens per conſtitutum transfertur in hæredem Hieron. de Monte *qu. 21. nu. 31.*

15 Licet per conſtitutum transfertur poſſeſſio, tamen hoc non procedit in hæredibus & ſingularibus ſucceſſoribus emptoris qui realiter poſſeſſionem apprehendere debent: Cavalcanus *deciſ. 23. lib. 2.*

16 Conſtitutum appoſitum in ultima voluntate idem operatur ut appoſitum in contractibus: Natta *conſ. 372.*

17 Conſtitutum majus eſt precario quia per precarium transfertur tantum civilis poſſeſſio, per conſtitutum naturalis & civilis: Cæſar Damatus à Fogueras *deciſ. 117. lib. 1. nu. 8.*

18 Etſi ante litem motam virtute conſtituti quis poſſit propria autoritate ingredi poſſeſſionem rei in conſtitutum deductæ, & repellare reſiſtentem, tamen hoc non licet poſt litem motam, imo hoc caſu attentata lite pendente revocantur: Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collect. forenſ. c. 163.* Caball. *milleloq. 809.*

19 Poſſeſſor tertius, an ſit conveniendus indiſcuſſo principali in obligatione bonorum precariata, vel in qua eſt conſtitutum? Aff. nempe poſſe tertium conveniri nulla facta excuſſione: Anton. Teſſaur. *deciſ. 53. in fin.* Johan Papon. *lib. 11. tit. 3. arr. 9* Caball. *milleloq. 809.*

Precarium non tranſit ad hæredes precario roganti, quia non poteſt quis conſtituere precario poſſidere poſt mortem ſuam: Petrus Salaſarez *deciſ. 2. num. 31. lib. 2.* 20

Creditori utilius eſt, quod debitor conſtituat ſe bona ſua precario nomine creditoris poſſidere, transferendo in eum civilem poſſeſſionem tantum, retinendo naturalem quam ſi conſtituat poſſidere ſimpliciter: Virgil. ab Agarnira *in horto juridico tomo 1. arb. 2.* 21

Ubi eſt præſumptio fraudis requiritur vera traditio corporalis, nec ſufficit in caſu venditorem ſe conſtituere, poſſidere nomine emptoris, *idem tomo 3. de arb. 2.* 22

Poſſidens vigore conſtituti remedia poſſeſſoria intentare poteſt, nec minus remedium *l. fin. de acq. poſſeſſione: idem tomo 19. arb. 6.* 23

Conſtitutum nihil operatur ſi conſti- 24
tuens tempore conſtituti non poſſidebat, & idem ſi alieno nomine poſſidebat, ideo probare debet agens virtute conſtituti, quod conſtituens tempore illius poſſidebat fallit. 1. quando agitur contra conſtituentem vel eius hæredem, aut ſingularem ſucceſſorem cauſam à conſtituente habentem. 2. Quando ſumus in antiquis: Joſeph. Ludov. *deciſ. 3. Lucenſi & peruſ. 29.* Benintend. *deciſ. 48.* Cabal. *milleloqu. 904.* Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſingul. collecta, cap. 206.*

PRECIUM.

Nota, ubicunq; ſit mentio de precio, 1
in dubio ſemper præſumitur emptio: *gloſ. in l. cum dotem, in verbo, quis enim, C. de jure dotium.* ¶ Unde *dicit* Bal. *in l. qui ſe patris, in tv. colum. verſ. ſciat, C. unde liberi:* quod ſi Princeps pro feudo reciperet precium, & poſtea diceretur: indulgamus, vel aliud ſimile verbum, non propterea eſſet feudum, ſed potius emptio, & ideò revocari non poſſet. Et hoc quando precium eſt condignum rei: nam tunc benè præſumeretur emptio, alias ſecus: Bal. *in l. ex conventione, C. de pactis. Notavit* Hipp. de Marſi. *in ſingul. ſuo 105. incip. ubicunq; ſit mentio.* vel ſi in conventione expreſſum ſit, ne rei dominium transferatur: tunc enim mentio precij non poteſt emptionem inducere: *ut probat textus in l. cum manu, §. fin. ff. de contrahen. emptio.* Pynelius *in 3. cap. 1. partis Rub. C. de reſcin. vendit. nu. 26. & ibi notavit plura de precio.*

Sed quod dominus feudi poſſit dare feudum accepto precio, ſecus autem in Vaſallo, qui ſubinfeudare non poteſt accepto precio, & quod iſto caſu quando precium datum ſit, præſumatur fraus, *docuit* Jacob. de Ardizone *in ſua ſumma juris feuda, c. 19. & 20.*

2 Emptio & venditio autem quòd non procedant ſine precio, *voluit* Specul. *in tit. de emptione, §. ſecundum, num.* 5. imò limitatum, & certum preciũ in cauſa emptionis, & venditionis eſt probandum: *idem* Hipp. de Marſ. *in ſingul ſuo 38. incip. emptio & venditio.* Arius Pinelius *in cap. 1. partis Rubr. C. de reſcindenda venditio. in prin. & ibi, nu. 4. de precio collato ad arbitrium boni viri.* Imo non poteſt dici emptio ſine precio etiam de conſenſu utriusq; partis: *l. empti fides, C. de contrahe. emptio. l. pacta conventa, ff. eo. dum inquit precium eſſe de ſubſtantia, igitur non poteſt à partibus tolli, juxta regulam, nemo poteſt. ff. de lega. 1.*

3 Familiæ inſervienti quòd certum precium ſit conſtituendum, qualiter petendum, & ſolvendum. *vide tex. gloſ. & addi. Arti. 22. lib. 1.* Landrecht. *Vide ſupra in literam F. verſ. de familiaribus.*

4 Precij mentionem in genere inſtrumento venditionis factam probare ſolutionem, *voluit* Mynſing. *in obſervat. 74. centur. 4. & tenuit* Geylius *in obſerv. 13. num. 12. lib. 2. Sed ibi pulcherrima docet* Geylius *de mentione facienda precij in inſtrumento venditionis, quod alias non probet, cum fallentijs & declarationibus, ſimiliter ibi, n. 8. tradit,* quod teſtis dictum non valeat ſuper venditione, niſi deponat de precio, Hippo. *in d. ſing. 38.*

5 Et inſtrumento loquente de venditione & emptione ſine certa precij quantitate non creditur: Weſenb. *conſi. 12. parte 1. nu. 96.* Et nota quod receptio precij excludet recipientem ab impugnatione contractus, ex quo recepit illud: Weſenbe. *conſi. 65. parte 2. num. 18.*

6 De precio rei feudalis, Wann es anzuſehn wieder zu wenden / videlicet ex pacto: Da es aber nicht geſchicht / wie es werde vererbet / und das die zuſagt die Erben zuhalten / & quod teneantur hæredes ad intereſſe: *notatur in Conſtitu.* Electo. Saxo. *Arti. 30. parte 3. conſuluit* Weſenb. *in conſil. 79. parte 2. ibi, an in feudo & in caſu alienatæ gerade precium ſuccedat loco rei. (Reſpondetur quod non.)*

7 An precium ſuccedat loco rei in perſonalibus: *habes in l. venditor ex hæreditate, ff. de actio. & hæred. vendim.* in realibus, *habes l. ſi rem. & precium, ff. de rei vendica. & in l. jure, C. eodem tit.* ſed quid in hypothecaria? dic quòd non, niſi in ſubſidium: *textus eſt ſingularis in l. 1. ff. de diſtrac. pigno. in gloſ. tenet. Roma. in ſingul. ſuo 615. & ibi Pigno. in additio.*

Precij quantitatem conjecturam facere an res compræhendatur in emptione, & in diviſione, ſignificare etiam contractus ſit emptionis, locationis Emphyteuſis, vel feudi, Menoch. *lib. 3. præſumt. 73.* 8

Precij & æſtimationis mentionem arguere contractu emptionis, & venditionis, Men. *lib. 3. præſ. 74.* 9

Precio ſimpliciter promiſſo, quæ moneta promiſſa præſumatur: Menoch. *lib. 3. præſumt. 76.*

Precia rerum ſecundũ varias regiones, & diverſa loca variantur: *l. ideò in arbitrium, ff. de eo, quòd cert. loc. c. legimus 93. diſt. in fin.* ubi dicitur, quod pollegium apud Indos eſt preciosius pipere. 10

Precia rerum non ex ſingulorum affectione, & utilitate, ſed communiter funguntur: *l. precia ad l. Falcid. l. ſi ſervum meum ff. ad l. Aquil.* 11

Precium in particularibus loco rei non ſuccedit: *l. venditor. de hær. & act. vend. Soc. in Reg. 302.* 12

Precium rei ſecundum reditus excuti debet, ut hæc res pluris, vel minus valeat; quæ plus vel minus de reditu habet: *tex. eſt in l. ſi fundum per fideicommiſſum, de legat. 1.* 13

Juſtum pretium invenire dificile eſt 14 E, æſtimatio rei variat multipliciter. 1. qualitas intrinſeca & quantitas redituũ minuit & auget pretium. 2. Loci, temporis opportunitas. 3. Conſideratur utilitas vel damnum alterius ex contrahentibus, ut ſi venditor per magnam inſtantiam inducitur ad vendendum, cui non expedit vendere, emptori vero multum expedit rem illam emere, tunc juſte commune precium emptor tranſcendere poteſt. 4. Propter copiam vel raritatem res maius valet. 5. Conſideratur an multi ſint vendentes, & pauci emere volentes aut valentes. 6. Pretium attenditur quod currit in foro publico non particulari affectione attenrata, ſed univerſali. 7. Prædiorum vicinorum alienationes inſpiciuntur. 8. Liber æſtimi probat valorem pretij, quod procedit quando contractus, de cuius æſtimatione agitur initus eſt, poſtquam liber æſtimi compilatus eſt, quoniam ſi multo tempore ante factus ſit; non probaret ob temporum varietatem. 9. Subhaſtatio inducit verum pretium. 10. Pretium probatur per teſtes deponentes rem tanti valere, quia tanti valuit per plures dies ante eſt poſt, ubi de precio rei mobilis, agitur, ut ſi de immobili agatur, ut concludant deponere debent, quod per plures annos ante & poſt huiuſmodi res tanti valuerunt: Hæc late & ubertim tractat: Jacob Marchiſel. *quæſt. 140. lib. recol.*

Non

Digitized by Google

15 Non juſtum pretium dici poteſt quod offertur ab alio, unde cum diſputatur de decepto in pretio rei, non attenditur, quantum alij offerant, ſed quanti juſto pretio res valet, nec ſimiliter juſtum dici poteſt quanti exteris vendi potuiſſet: Garſ. Maſtrill. *deciſ.17 nu. 17.nu. 13.14.*

16 An pretium loci deſtinati ſit attendendum? Aff. unde vino in Marchia vendito, quod Ferrariæ dari debebat ſi agatur ad reſciſſionem contractus remedio *l. 2. C.R.vend.* quod æſtimatio attendi debeat vini in loco Ferratiæ ubi dari debebat: Garſ. Maſtrill. *d.deciſ.17.18.& 19.* Petr. Aragon. *in tract.de juſtit. & jure qu. 77. art. 1.* Rota Genuenſ. *deciſ.* 117.

17 Pretium conſtitutum per bannum anpoſſit revocari reſpectu forenſium? N. Garſ. Maſtril. *d.deciſ.nu. 43.*

18 Pretium oblatum debet ſolui ab eo qui petit prælationẽ, niſi cõſtiterit de fraude Garſ. Maſtr. *d.deciſ.nu.50.*

19 An pro re inventa honeſtè pretium peti poſſit: N. Jacob. Cujacius *lib.11.obſer.18.* Mynſing. *in §. final. Inſt. de rerum diviſ.* Covarruni. *in c. peccatum p.2. relect.§.3.nu.3.* Coraſius *ad l.1.nu.10.ff. acqu. poſſeſſ.* Coſtali. *ad tit ff. de condict. ob turpem cauſam per l. falſus §. qui alienum ff. furti.*

20 Si teſtes ſuper pretio fructuum liquidandorum ſunt diverſi, accipitur minor ſumma in qua ſunt concordes, ſed ſi de magna, mediocri, parva ſumma deponant, liquidatio erit facienda ſecundum mediocrem: Paul. Æmil. Verall. *deciſ. 299. alias 36. par.3.*

PRIMOGENITURA.

1 NAtura nos docet diligere primogenitos. Et de capiendo conjecturam pro primogenito, *conſuluit* Decian. *in conſ. 101. vol.2.n.10* Et de jure primogenituræ conſtituendæ etiam in ſpurium, *idem* Decia. *in conſ. 1. vol.nu.153.*

2 Si Princeps reliquit poſt ſe duos filios, antequam Rex, vel Elector fieret: primogenitum ante dignitatem: alterum verò per gradum, in ipſa dignitate: uter ſit præferendus? Vide Förſter. *de ſucceſſ. ab inteſtato.*

3 De primogenituræ jure Romanis incognito, Knich. *in priv. Duc. Sax. c. 3. fol. 39.* Primogenitus quis propriè dicatur, & an eius filius reliquis ſit præferendus, Viv. *deciſ. 501. lib. 3.* Franc. Cremenſis *ſing. 51.* affirmat primogenitum regis qui ſuccedera debeat, intelligi qui poſt regiam poteſtatem adeptã ortus eſt.

4 Primogenitura ideo inducta, ne diviſione principatus & matrimonia deſtruantur, ſed unione conſerventur.

Primogenitura eſt dignitas: Primogenitus tenetur fratribus alimenta ſuppeditare, inſpecta qualitate perſonarum & quantitate bonorum hæreditariorum, niſi alij fratres aliunde habeant unde poſſint honorabiliorem vitam ducere: Lancell. Conradus in templo omnium judicum *lib. 1. c. 1. de imperatore §.4. de poteſt Imperator.* 5

Primogenitus in partu gemino quis dicatur, & quomodo ſuccedatur: *vide* Johan. Lecirier. *de primogenit. quæſt. 6. uſq. ad quæſt. 12. lib 1.* Anton. Corſetum *de poteſt. regia qu. 63. in par.4.* 6

Primogenito excludente ſecundogenitum, primogenita non excludit ſecundogenitam: M. Anton. Peregrin. *conſ 10. nu. 15. volu. 2.* 7

Primogenitura patris conſuetudinaria tranſit in filium, non ſic primogenitura fideicommiſſaria: *idem conſil. 62. num. 19. volum. 2.* 8

Primogenitus quis ſit, in pure relictis conſideratur tempus mortis, in conditionalibus & fideicommiſſarijs tempus conditionis, unde primogenitus qui deſijt extare tempore conditionis non poteſt videri vocatus: M. Anton. Peregrin. *conſ 33. nu. 22. volum. 2.* 9

Primogenitia conſtituta per virum & uxorem in contractu matrimonij, non poſſunt altero defuncto per ſuperſtitem pro ſua portione revocari? M. Anton. Peregrin. *conſ. 69. nu. 7. & nu. 13. vide diſſentientes vol. 1.* 10

Primogeniti filius an per aſſumptionem alterius cognominis & ceſſionem jurium primogenituræ privetur jure ſuo, ita ut faciat locum ſequenti in gradu, & an jus amiſſum recuperare poſſit? prius affirmatur poſterius negatur: Caſp. Anton. Teſſaur. *quæſt. forenſ. 34.* Johan. Thon. Minadous *in conſtit. regni in alt. inib. not. 3. nu. 130.* Moror. *conſ. 99. nu.17.* Johan. Gutierez *canon. quæſtion. c.32. nu. 29.* Ludov. Molina *de jure major. lib. 1. c. 6. nu. 22.* Didacus à Spino *in ſpecul. teſtamentor. gl. 19. tit. de majorat.* Anton. Gomez. *in l. 40. Tauri num. 70.* Petr. Gregor. *de repub. lib. 7. c. 10. nu. 18.* 11

Ceſſio primogenituræ in præjudicium cedentis valet: Beretta *conſ. 134.* Tiraquel. *de jure primogen. quæſt. 29.* Anton Galeat. Malvaſ. *conſ. 22. num. 103.* Hondedeus *conſ. 72. nu. 40.* Natta *conſ. 501. exemplum Eſaui adducitur qui ceſſit progenituram* Jacobo Caſp. Anton. Teſſaur. *quæſt. forenſ. 34. nu. 34.* 12

Donatio facta à patre primogenitæ licet præſumatur facta animo dotandi, tamen ſi mortuo patre primogenita ſuperſit in pupillari ætate & in ea ætate deceſſerit, 13

tranſmittitur dicta donatio ad matrē ipſius pupillæ, ſed in illa cenſetur incluſa legitima, Rota Avenionenſis *decif. 56. in decif. diver. tomo 3.*

14 Donatio facta in contractu matrimonij primo nato, ſi naſcatur primò ſilia poſtea filius, admittitur filius ſecundo loco natus excluſa filia, Guido Papa *quæſtio. 506.*

15 Quando pater nepotis nunquam fuit adeptus poſſeſsionem primogenituræ, tunc patruus admittitur excluſo nepote, quando autem primogenitus fuit in poſſeſsione bonorum, & in illius perſona ſucceſsio eſt conſummata, tunc nepos excludit patruum: Caſpar Anton. Teſſaur. *qu. forenſ. 34. nu 29.* Anton. Gamma *decif. 354. nu. 6.* Menoch. *conſ. 981. nu. 10. & conſ. 442. conſ. 886. nu. 7. 16.* Berett. *conſ. 174. nu. 27.* Didacus à Spino *in ſpecul. teſtamentor. gl. 19. nu. 64.* Nicolaus Intrigolius *de feud. articu. 36. nu 193.* Vivius *opi. 539.*

PRINCEPS.

1 QVomodo iſtud ſit intelligendum, quòd dicitur ab Ulp. Principem legibus ſolutum eſſe: *in l. princeps, ff. de ll.* vid. Mynſ. *in comment. ſuis ad tit. de probat. ex. c. 1 n. 23. & 4. & eund. ad §. fin. l. quib. mod. teſt. infr.* Gothofred. *ad Novell. de conſulib. 105. in fin. c. 2. l. 3. C. de teſtam.*

2 Princeps ſi interdum alicui ob meritum quid indulget, vel ſine exemplo ſubvenit, id valet quidem, ut beneficium: at jus non eſt ſimpliciter, ſed perſonale dicitur, quòd nec perſonam egreditur, nec ad exemplum trahi poteſt: *l. 1. in fin. de conſt. pr l. privilegia, l. in omnibus cauſsis, de R. I.* Geyl. *lib. 2. obſer. 2. nu. 13.* Zaſ. *lib. 2. ſing. reſponſ. c. 4.*

3 Princeps ſuperior inferiorem principem in cauſſa fidei oppugnare ſi vult, ſubditi illius principis ſuperioris ei opem & auxilia denegare, & inferiorem illum contra ſuperiorem illum defendere poſſunt: Schleid. *lib. 8. com. pag. 3.* Matth. Cuno. *lib. 1. de pactis. c. 24. n. 172. nſq. ad fin.*

4 An principibus ſeu regibus ius ſit, regna & ditiones ſuas arbitratu ſuo diminuere, *vide* Hotom. *Illuſt. quæſt.* ¶ Principe ſeu rege mortuo cuius nepos ex primo eius filio demortuo, & alter eiuſdem filius extant, utri hæreditas deferatur: *vide* Hoto. *illuſt. quæſt. 3.* ¶ Ob die Einkindſchafft inter potentiſsimos Germaniæ principes uſitata valeat: *vide* Geyl. *lib. 2. obſer. 125.*

5 Princeps legis civilis pater: *nov. 12. c. 4. ibi, habere nos tanquam legis patres:* & dominus eſt quaſi lex animata in terris: *nov. 105. in fin.* Weſ. *in Oecon iur. ad tt. 8. lib. 5. C.* Botcholt. *in §. quos a. pretor Inſt. de bonor. poſſeſ.*

6 An uno principe ex paciſcentibus frangente inducias cæteri quoq; teneantur, & impunè offendi poſsint, *vide* Mynſ. *cent. 4. obſerv. 7.* Geyl *lib. 1. de pac. pub. c. 3. n. 17.*

Principis reſcripto ius alteri, puta patrono, acquiſitum remitti non poteſt: ideoque malè *ex l. 2. C. de in ius vocand.* colligitur: Principem generaliter poſſe remittere omnes pœnas: *vide Pap. 2. Notar. 7. fol. 464.* Clar. *5. ſent. §. ult. quæſt. 59.* 7

Princeps præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris, *ut in l. omn. C. de teſta.* Et habet prò ſe magnam præſumptionem, quòd quicquid agit, agat ex iuſta cauſa: & quòd aſſertioni eius ſtetur, ſed tamen quando & quatenus admittatur probatio in contrarium vel non, *conſuluit* Menochius *in conſ. 100. volum. 2 à num. 16. nſq. ad nu. 32* 8

De principis diſpenſatione ſuper inhabilitate, quatenus, quibus clauſulis, & ex quibus actibus videatur ab ipſo eſſe diſpenſatum, quòd autem non poſsit de inhabilitate iuris divini & naturalis ita diſpenſare, *dicit* Bal. *in l. eam quam, in 8. col. C. de fideicom. verſ. ſi verò.* 9

Clauſula de confirmatione, reſcripto, privilegio principis, qualiter operetur, cum vel ſine clauſula, non obſtante, ſeu, ex certa ſcientia, in præjudicium tertij, vel non, & alia bona, *notavit* Ioan Croti *in repe. c. 1. & 2. de Conſtitutio. col. 26. in verſ. præterea & tertio, & in ſequen. col.* Petrus de Raven. *in ſuo alphabe. litera P. verſ. Princeps vide* Frider. Schenck *in §. naturales, ſi de feud. cont. ſit int. dom. & agnat. Vaſalli, in uſib. feud. lib. 2. ubi docet, principem ll. vivere, & ibi allegat* Zaſ. *in l. 2. v. naturam eſſet, circa finem, de origin. iur.* Similiter docet, quatenus, & per quos actus, præſumatur vel probetur, principem ſuper inhabilitate diſpenſare: Et quòd ad diſpenſationem nedum requiratur certa ſcientia, ſed etiam cauſæ cognitio: pro principe quòd præſumatur, quòd non velit contra ius reſcribere: & eiuſmodi reſcripta, quòd videantur obtenta per importunitatem: quòd princeps poſsit conſtituere civitatem, & quatenus alicui ius ſuum poſsit auferre, *dicit omnia d.* Pet. de Raven. *& in d. loco. Vide* Mynſing. (*In principe contra ius divinum vel natura ſtatuente, non præſumitur iuſta cauſa: quam ſententiam ut veriorem & magis receptam approbant domini aſſeſſores: At ſi contra ius poſitivum diſponat, præſumitur in eò iuſta cauſa, modò id faciat motu proprio, ex certa ſcientia vel plenitudine poteſtatis: ſecus, ſi ad poſtulationem alterius.*) *in obſerv. 8. cent. 4.* quòd ob utilitatem publicam res privatorum princeps auferre poſsit: ſed quomodo, & qualiter, (*Pretium tamen reſtituere ijs tenetur, niſi uti vellet plenitudine poteſtatis: quod tamen non præſumitur, niſi talis ſit actus, qui ſine plenitudine poteſtatis explicari non poſſit.*) notavit Geyl. *in obſ. 56. lib. 2.* 10

11 Principis, ſeu Imperatoris imago, præfertur præſidij & tuitionis cauſa: Cuiac. *lib. 2. obſ. 19.* Maran. *per 3. nu. 44. & ſeq.*

12 Confirmationes autem, conceſſiones, reſcripta & privilegia etiam ſummi principis, Papæ, vel Imperatoris, intelliguntur conceſſa, citra cuiusq; injuriam ſive præiudicium, neq; præſumitur velle tollere jus alteri quæſitum: quod etiam ſine cauſa facere non poſſe, *notaverunt* Mynſ. *in d. obſer. 8. cent. 4.* Schurſſ. *in conſi. 43. cent. 1. n. 5.* Alexan. de Imo. *in conſi. 35. col. 2. in pr. & in conſil. 122. in fine, 4. vol. idem* Alex. *in conſ. 1. vol. 5. Plenius* Arius Pinelius *in explicatione Rubr. C. de reſcind. vendi. parte prima cap 2. à nu. 1. uſq; ad nu. 27. ſubdens, remedium lego ex facto principis & num 90. uſq; ad finem docet de poteſtate ſummi Pontificis in conferendis, revocandis, & privandis beneficijs. Vide.*

13 Et quando in dubio in principe diſponente contra jus juſta cauſa præſumatur, *tradidit & declaravit* Geyl. *obſerv. 58. lib. 2. obſerva. n. 8.* Princeps nonnunquam male à ſupplicantibus informatur: ibidem quoq; dicendo, quod princeps dicatur Imperator in ſuo territorio. Bar *in l. relegati, ff. de pœn.* Alex de Imo. *in conſi. 15. verſ. & ſatis eſt, vol. 5.* idem in Marchione, Duce, Comite, vel alio. Roland. a Valle *pulcherrimè conſuluit, in conſ. 86. n. 12. & in ſequentib. lib. 1.*

14 De conſtantia, quæ decet principem, & de pactis ab eo obſervandis, *nonnihil quædam ſuprà in literam l. verſ. de inconſtantia, & in literam P. verſ. de pactis, in prin. Et vide* Mynſing. *in obſerv. 61. cent. 3.*

15 Conſuluit de poteſtate principis, in confirmando ſententiam, de eius conſtantia & immobilitate, deq; præſumptione pro illo, & de alijs bonis, Decia. *in conſ. 18. circa medium & finem, vol. 1.*

16 De obligationibus, item de aſſertione principis quòd illi credatur, Men. *in conſ. 100. vol 2. nu. 16. uſq; 32.*

17 De contractibus & proceſſionibus principis ſervandis, & ſucceſſor, quatenus principis prædeceſſoris contractus & promiſſiones ſervare teneatur, vel non, *conſuluit* Decian *in conſi. 25. per totum, vol. 1. idem* Decian. *in conſ. 35 vol. 2. in pr. & conſi 97. vol. 2. n. 17. & ſequen.* (Hennin: God. *conſ. 3. de iur. civit. n. 5. & ſeqq. ubi docet, illum teneri ex contractu prædeceſſoris, nec poſſe revocare conſtitutionem, quæ tranſit in contractum: videlicet altas non ligetur ſtatuto vel conſtitutione.* ¶ *Idem* Henning. God. *d. loco, n. 7. docet, Principem teneri conſervare ſubditos in eo ſtatu, quo receperit, in antiquis eorum privilegijs, libertatibus, &c.*)

18 Plenius de perſona Principis, Imperatoris, eius dignitate & officio, deq; Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus & alijs dignitatibus, & de nobilitatibus, nec non de iſtis, in quibus principis conſiſtet ſingularis potentia & juriſdictio: *vide pulcherrima apud* Iacob. de Alvor. *in tit. quis dica. Marchio, Dux vel Comes, in uſib. feudo. per tot.* Et de principe utiliſſima apud Geyl. *in obſ. 56. lib. 2. obſer.* ¶ An poſſit damna, tempore belli ſubditis illata remittere, *docuit (quod ſic, ſi aliter pax haberi non poſſit.) idem* Geyl. *in obſerva ſequen. 57. lib. 2.* Iaſ. *in l. Barbarius, nu. 25. de off. prætor. & in l. convent. de pact.* Vaſq. *lib. 1. Illuſt. contr. c. 4. nu. 11.*

Princeps Imperij, coram quo iudicio à ſubditis ſuis conveniatur: nempe coram iudicibus ordinationis der Außträge: & quòd electio penes actores ſit, niſi ſit conſuetudo, quòd conveniatur coram ſuis conſiliarijs, *notat* Mynſing. *in obſervat. 1. centu. 5. (Ibidem etiam docet, ſubditos à principe ſuo coram Camera Imperiali, & non coram conſiliarijs principis conveniendos eſſe.)* 19

Princeps ignavia plane obtorpeſcens regno privari poteſt conſequenterq; regalia amittit, ſic Wenceslaus Imperator ab imperij ſeptemviris imperio deturbatus, & Childericus Gallorum rex ignavus à Papino regno ſpoliatus in monaſterium detruſus fuit, D. Frider. Pruchman. *de regalibus c. final. in fine* Vaſq. *illuſtr. controverſ. c. 1. n. 8. & c. 5. n. 10. per l. 1. §. quod ſi nemo ff. quod cuiuſcunq; univerſitat. nomine.* Paulus de Caſtro *in repetit. l. ex hoc jure nu. 18. De iuſtitia & iure* Mynſing. *conſ. 19. n. 6.* Munſterus *in ſua Coſmographia lib. 3. in catalogo German. Imperator.* 20

Von Chur und Churfürſten/ wie die jhren anfang gewonnen/ was derſelben unterſcheid ſey/ nemlichen/ das/ welche ſein Geiſtliche welche Weltliche/ etliche Fürſten des Reichs/ und etliche ſchlechte Fürſten/ was derſelben Chur und Fürſten/ Hertzogen/ Marggraffen/ Pfaltzgraffen Hoheit und Ampt ſey: daß die Churfürſten den König wehlen/ welcher dann Keyſer wird/ und von andern nützlichen dingen mehr/ *habetur in iure Saxo. Arti 3. & ibi in gloſſ. 6. lib. 1.* Land Recht/ *Arti. 53. & ibi in gloſſ. 1. Arti. 54.*

Et ibi de iuramento regis Romanorum & de qualitate perſonæ regis Romanorum eligendi vel electi, *Arti. 58. & ibi in gloſſ. lib. 3.* Land R. de ordine electorum Romani Imperij, *in Arti 57. eo. lib. 3. & in gl. 6 ibid* de officijs eorum deq; Imperatoris coronatione, *in d. gl. Arti. 58.* vide ibi, Von unterſcheid der Fürſten und dann wobey man erkennen ſol/ daß ſie ein Reichsfürſt/ oder ſchlechter Fürſt ſey etc. 21

De principis poteſtate, Pruck. *§. fol. poſt ſtat.* ¶ Quo pacto princeps valeat tollere aut mutare teſtatoris voluntatem, quò ad fidei commiſſa & maioratum, Covar. *V. R. lib. 3. c. 6.* item poteſt derogare iuri naturali: *ibid. verſ. ſecundo.* Item in capacitatem tollere: *ibid. verſ. tertio.* 22

certio. Item legitimare poteſt ad ſucceſſionem: *ibid.nu.2.*

23 Princeps poteſt bannitis bona reſtituere, & revocare alienata per fiſcum: Capyc. *deciſ.69.n.1.2.3.* & ibid. plura poſſ. de eius poteſtate. Poteſt damna & injurias ſubditis illatas remittere, imponendo ſubditis perpetuum ſilentium: *nu.23.*

24 De poteſtate principû, vide etiam Raud. *de analog.lib.1.c.28.paſſim,* & *n.3.4.5.6.7.* & *paß.itē n.90.91.* Et Capyc. *dec.166.* Feſſ. *dec.91.* & Dauth: *l.3. §.ex imperfecto, C. de teſtam. fol.543.* & *ſeqq.*

25 Princeps ſolus poteſt corporalem pœnam in pecuniariam commutare: Capyc. *deciſ.27.n.14.* nec inferior inconſulto principe ordinariam pœnam egredi poteſt: Pecc. *d.c.peccati venia, de R.I.in 6.*

26 De voluntate & iuſticia principis, Carol. Tap. *in rubr. de conſt. Princ.c.2.per tot. de poteſtate.* P. Prem. *d.loc.c.1. de æquitate* & *clementia.* Dauth. *in l. Domicius 27.nu.4. de teſtam. c.3.* ubi de remiſs. delictorum & pœnarum. Item M. Fich. *de exiſ.lib.3.c.30.n.9.* reſtitutione gratioſa quò ad res vel perſonas, de liberalitate, *c.4.* de principis diſpenſatione, *c.5. ibid. per tot.* quomodo diſpenſatio interpretanda. De principis privilegio & eius interpretatione, *c.6.* de beneficio & eius interpretatione; *c.7.* & *idem in l.fin. de conſtit. Princip. per tot.*

27 Solus princeps criminis remiſsionem, indulgentiam & impunitatem facere poteſt: *limita ut Teſſaurus deciſ.2.* quando pax nondum ab offenſo eſt obtenta: *de teſtam.* Clarus *quæſt.59.* P. Prem. *de ſecur. promiß.* & *fide pub. quæſt.1.fol.12.in pr. lim. ibid octo mod. ibid. ampl. vide* Cacher. *dec.101.* & *lim. uno modo, ut Bod. de Rep.c.8 fol 100. verſ. quanto æquius.* Pecc. *c. peccati venia, n.1. de R.I.in 6.*

28 De principis fide, quæ omninò non debet vacillare, P. Prem. *quæſt.7 d.lo.fol.40.* & *ſeq.* ubi multa congeſta: vide item Bod. *de Rep.lib.1.c.8.fol.99.lit.D.* Dauth. *d.l.3. § ex imperfecto, n.2.C.de teſta.fol.544.* & *545.* Koich. *in priv.Duc.Sax.c.5. fol. 163.* & *ſeq.*

29 De Principis teſtamento, quando valeat, & quibus probetur, Raudenſ. *de analog.lib.1.c.28.* ¶ De principis ſuperioritate & præeminentia, Georg. Lorich. *in compend. repreſſal. n.175.fol.24.* & *n 199.* & princeps eam alij concedere nequit: *ibid.* Bodin. de Repub.

30 Princeps omnibus ll. ſolutus eſt: Bod. de Rep. *c.8.fol.85.* & *ſeq.* ¶ Num princeps, qui alterius principis clientelæ ſe ſubjecit, eius imperio ſubditus videatur, Bod. *de Rep. lib.1. c.7.fol.68.lit.B.*

31 Princeps (Bodin. *d.loc.fol.86.*) an ſtatutis ſubditorum à ſe confirmatis, item an proprijs ligetur, Raud. *de analog. lib.1.28.n.59. uſq. ad 75.* item an ll. prædeceſſorum ſuorum, Bod. *de Rep.lib.1.c.8.fol.85.*

De plenitudine poteſtatis poteſt alicui auferre defenſionem in cauſa civili, non criminali vel cauſa ſtatus: Raud. *de analog. lib.1. c.34.n.109 declarans:* Nam quæ ſunt iuris poſitivi, in his ſtandum, quæ diſponit Princeps, etiam ſi ſola voluntate moveretur: *num.109.* Imò in lege poſitiva poteſt facere; quòd conſtitutio antea obſervata, habeatur pro infecta: *ibid.* & facere quòd factum habeatur pro infecto, *ibid.* & Papa eſt omnia, & ſuper omnia: nam mutat quadrata rotundis, & poteſt omnia tanquam Deus: *n.110.* & Papa eſt tanta celſitudo, quòd non poſſit ſibi lex imponi: *d.n.110.* nam Deus illi ſubjecit ll. & Canon. Et tanta eſt poteſtas Papæ vel Imperatoris, quòd poſſit mutare ſubſtantialia: & ideo quicquid facit Papa vel Imperat. videtur facere ut Deus: *ibid.* & Princeps licèt ſit ordinarius omnium, tamen eſt Dei legatus; & ideo quicquid facit, facit ut Deus. *nu.111.* Poteſt tollere pactum de non petendo exceptionem: *ibid.* plura de eius poteſtate, *n.ſeqq.* ubi quas exceptiones poſſit tollere: *n.113.114. 115. vide in hanc ſent.* Vant. *de null.rubr.* an quævis ſent. poſſ. dici Nulla: *n.7.* & *ſeqq fol.84.* & *ſeqq.* 32

Duces, Comites & Principes perpetui, funguntur vice Imperatoris: & in ſuo territorio omnia facere poſſunt, quæ poteſt Imperator in toto orbe: Raud. *d.c.34.n.115. 116.* & *117. Bl. l. ſancim. C. de donat.* Alex. *conſ.2 n.9. lib.1.* Ruin. *conſ.200.nu.2.lib.2.* & *conſ.130.n.2.lib.5.* Geyl. *lib.1. de pace pub.c.6.n.10.* Cucb. *de moratoria præſcript.n.1.c.231* & *ſeqq* Idem eſt in civitatibus liberis imperialibus: Geyl. *d.lo nu.11.* And. Knicb. *in privil. Duc. Sax. verb. Duc. Sax. c.1.fol.69.* & *c.4.fol.119.* 33

Lex lata an præſumatur, ut liget filios vel hæredes Principis, Men. *lib.2. præſ.5.* ¶ Princeps quilibet an poſſit habere parlamentum, ſicut Rex Franciæ, Guid. Papæ, *deciſ.34.* 34

Principis autoritatem, vel alterius ſibi uſurpans, qua pœna ſit afficiendus, Men. *lib.2.cent.3.c.320.* 35

Principis mandato non obtemperans, qua pœna puniendus, Men. *lib.2.cent.4.c.365.* ¶ Omnia à principe facta cenſentur, quibus autoritatem impertitur: Pruck. *§.ſoluta poteſtas, nu.11.* 36

Princeps quilibet in ſuo territorio cenſetur imperator: *d.§.ſoluta poteſtas, eff.2.n.42. fol.258.* Dauth. *de teſtam. in explicatione cauſæ efficient.nu.36.fol.68.* ¶ Principi, ceu ordinationi divinæ, reſiſtendum non eſt: Pruck *d.§. ſoluta poteſtas, eff.2.n.57.fol.265.* Vide Schultz. *in addit. ad quæſt 70.* Modeſtin. Piſtor. *n.7.* 37

39 Princeps quando ſubſidium poſſit petere à ſubditis, Theſſ. *dec. 258 n 9.* & quando collectæ imponi poſſint, ad donationem Principis, *ibid.*

40 *P*rincipes Germaniæ legis condendæ habent poteſtatem: Dauth. *de teſtam. tit. de mutandi teſtamenti poteſtate, ſub nu. 86. verſic. tamen quòd Princeps Germaniæ, fol. 130.* Et an hoc Ius conditú à Principe inferiori, dicatur Civile vel prætorium, *ibid. in add. marg d. fol. 130.*

41 Princeps concedens alicui teſtamenti factioоem, intelligitur conceſſiſſe ſecundum formam conſuetám: Dauth. *d. l. tit. de mut. teſtam. poteſt. n 113. fol. 165.*

42 Principis privilegio an fieri poſſit, ut teſtamentú ſit irrevocabile, Dauth. *fol. 167. nu. 114. §. lim. 2. verſ. Covar.*

43 *P*rinceps an poſſit Judæos recipere, & uſurarum exactionem eis permittere, Geyl. *lib. 2. obſerv. 5. n. 19.* Men. *lib. 2. præſ. 10 u 46.*

44 *P*rincipis aſſertio quando faciat præſumrionem, Menoch. *lib. præſ. 11.* ¶ *P*rinceps quando præſumatur quid conceſſiſſe vel reſcripſiſſe ſecundum jus commune vel ſpeciale, Menoch *præſumt. 12. & 9.*

Statuto cavente probationem fieri non
poſſe, niſi per publicum inſtrumentum,
quinque tamen teſtibus fieri poterit, ut qui
113 vicem publici inſtrumenti præſtent: Anton.
Trigon. *ſing. 84.* Johan. de Arnono *ſingul. 94.*
Virgil. ab Agaruira *in hortō iuridic. ramo 2. ar-
bor 140.*
Quando lex ſtatuit, quod aliquid habea-
114 tur pro plenaria fide & probatione, non ad-
mittitur probatuo in contrarium: *idem rā-
mo 2. n. 13. arbo. 140.*
Admiſſa probatio per judicem quæ non
115 debebat admitti, parte tacente nec contra-
dicente, puta quia fuerit facta poſt dilatio-
nem, vel contra Juramentum valebit: Jaffr.
Lanfr. Balb. *deciſ. 244.*

*P*robatinnes perpetuo faciunt fidem 116
inter eaſdem perſonas, vel babentes cauſas
ab eis, tamen teſtes examinati per viam ex-
ceptionis inter eaſdem perſonas non faci-
unt fidem in judicio per viam actionis: Cæ-
ſar. Damatus à Fogueras *deciſ. 19. n. 90 lib. 3.
deciſ. regni Granatæ ibi adducit Puteum deciſ.
68. lib. 1.*
Satutum probationem ad certum mo- 117
dum reſtringens valet, tamen ſi per ſtatu-
tum caveatur quod probatio non poſſit fie-
ri, niſi per inſtrumenta, admittitur nihilo-
minus probatio per quinque teſtes: Anton.
Trigon. *ſing. 84.* Mynſing. *obſervat. 5. cent. 1.*
Si quis plura proponat, quorum alterum 118
ſufficeret ad obtinendum in cauſa ſufficit
unum probare, tamen quando ſe a-
liquis aſtrinxit in poſitionibus ſuis vel libel-
lo ad plura, debet omnia probare, licet u-
num ſufficeret ſi non ſe aſtrinxiſſet: Fer-
rant. Ganguar. *conſ. 11. n. 112. lib. 1.*
Produci poſſunt teſtes ante litis conteſta- 119
tionem, ſi reus vult in ſe ſuſcipere onus pro-
bationis: *idem n. 149.*
Ubi probatur rem apud aliquem ſemel 120
perveniſſe, ſi is dicat ſe amplius non habere,
ei incumbi onus probandi: Ozáſcus *deciſ.
108. n. 5.*
Narrativa principis motu proprio fa- 121
cta licet non probet, transfert tamen onus
probandi in partem adverſam: Georg. Ca-
bed. *deciſ. 123. lib. 2. n. 3*
Pluralitas apocharum & quittationum. 122
inſtrumentorum, contractuum, aut facto-
rum non præſumitur E. qui eam allegat
probare tenetur. *idem d. deciſ. n. 19.*
Bona reperta apud cretorem præſumun- 123
tur ſua, & contrarium aſſerenti incumbit o-
nus probandi: idem *d. deciſ n 28.*
Probatio non eſt de ſubſtantia judicij: 124
idem deciſ 16. n. 18. lib. 1.
*P*robatio per juramentum ſufficit in 125
28. caſibus traditis per Caſſaneum in con-
ſuet. Burg. *titu. de. Inſticer* §. 5. *gl. 13. num. 176.*
*P*robationum fides multum debilita- 126
tur, quando agitur contra perſonam gravē,
& contra leviores ſufficiunt, quando agitur
contra perſonam vilem, Ferrant. Ganguar.
conſ. 73. n. 33. lib. 2.
Æquivocum non probat, nam quod 127
multipliciter intelligi poteſt, ejus veritas
ignoratur: idem & *conſ. n. 62.*
Veriſimilitudo eſt magnæ importantię, 128
& effectus circa materiam probationis, ideò
teſtibus etiam minus dignis Judex debet
adhibere fidem, quando vero ſimilia depo-
nunt: Joſeph Ludov. *deciſ. Lucens 3. nu. 31.* 129
*P*robatio per poſſibile non concludit,
ſed per neceſſe, fallit in his quæ ſunt diffici-
lis probationis: *Petr. Salaſ. deciſ. 61. n. 43. lib. 2.*
Appel-

Digitized by Google

130 Appellatione probationis in dubio venit vera probatio: Cald. Pereira *obſer.81.lib.1.num.6.*

131 Virtute clauſulæ, ſola facti veritate inſpecta judex poteſt credere probationi vero ſimili & perſuaſiuæ, licet non coeludenti & tunc ſufficiunt leuiores probationes: *idem obſeruat.82.lib.*1.

132 Ex pluribus coniecturis reſultat plena probatio: *idem d.obſeruat.n.16.* Rota Genuenſ. *deciſ.21.n fin.*

133 Fauore dotis probatio, quæ alias non reciperetur, admittitur, & verba enunciatiua probant, quæ alias non probarent: *Petr.* Benintendis *deciſ.61.n.6.*

134 Teſtis unus de viſu, & exemplum inſtrumenti conjunguntur ad faciendam plenam probationem: Anton. Ayerue de Ayra *lib ſing.collectan.forens.c 2.*

135 Probationes imperfectæ in criminalibus coniunguntur, quando una quæque ſpecies probationis eſt perfecta in ſua ſpecie: Ludouic. à *Peguera in ſuis. qu.criminalib. c. 17 n. 43.*

136 Omnis ſemiplena & imperfecta probatio plenè probanda eſt, ut coniungatur ad faciendam plenam probationem: Hieron; Magon.*deciſ.46.n.27.*

137 Duæ ſemiplenæ probationes etiam diuerſi generis, ad eundem finem tendentes, inducunt plenam probationem.

138 Unus teſtis de uiſu, & duo teſtes de fama coniunguntur ad plenam probationem faciendam: Virgil. ab Agatuira *in horto irrid. ramo 10. arb.66.*

139 Teſtes deponentes de ueritate facti, cum deponentibus de confeſſione conjungantur ad plenam probationem: *Aff. idē ind. horto & rub. 66.* Petr. de Rauenna *ſing. 714.*

140 Teſtis unicus non facit ſemiplenam probationem, niſi ſit omni exceptione maior, & hæc qualitas præcisè probanda eſt: *idem in d. arbore.*

141 Teſtis unus ſi deponat ſuper facto, & idem teſtis deponat ſuper confeſſione, non ex hoc poterit plus facere, quam ſemiplenam probationem: Georg. Cabedo *deciſ. 28. n.4.lib.*1.

142 Teſtis unicus non facit ſemiplenam probationem, quando non fuit interrogatus de cauſa ſcientiæ: *Idem dicta deciſ n.98.* Anton. Corſetus *in ſuis ſingul. lit. T. ſing. teſtis 3.*

143 *P*robatio plena quæ alias eſſet neceſſaria non requiritur ubi de leui præjudicio agitur, ideò dicto unius teſtis in cauſis leuibus & vilibus ſtandum eſt *Petr.* Benniatend. *deciſ. 62. n.7.*

144 *P*robatio negatiua coarctata loco & tempore præfertur affirmatiuæ Did. Hydalg. *de los caſos qu. forenſ. 1. numer. 76. lib ſing.*

PROBATIO PER CONFESSIONEM.

HÆs ſpecies probationis, inter probationes refertur, per multas rationes, ab Hippo. de Marſi. *in repe. ſua rubr. C. de proba. vrſ. capio modò, n. 97. ſequutus ordinem* Baldi. *in repe. rubr. C. de proba.* 1

Sed. Bald & Hipp. *in allegatis locis*, referunt aliquorum Canoniſtarum & legiſtarum opiniones, per quas conantur defendere, quòd confeſsio propriè non ſit probatio, ſed ab onere probationis ſaltem releuatio: Bal, *allegat. Dd in rubri. ext de probatio, &* Hipp de Marſi. *multos præcipuè Canoniſtas, & ipſe* Hippo. *ſequi videtur in ſingula. ſuo 110. in ip. communis Doctorum opinio*. In dicta tamen rubr. C. *de proba. n. 76. verſi. & ſcias, ulterius dicit:* poſito ſine veritatis præjudicio, quòd ſit probatio, non tamen intelligas de qualibet confeſſione, ſed ſolùm de confeſſione legitima, quæ habet requiſita in confeſſione. 2

Et incipit enumerare, quæ requirantur, ut ſit confeſſio legitima, & ſic ad probationem valeat, & pro prima requiſitione ponit, quòd debeat continere cauſam *per l. cū de indebito, §. fin. cum gl. ff. de probat.* Sed nota limitatiónes ſeu ſallentias, in quibus caſibus confeſsio contra confitentem, plenam vel ſemiplenam ſaltem faciat probationem, non obſtante, quòd ſine cauſa ſit facta: *apud* Hippo. de Marſi. *in d. repe. rubric. C. de proba. à num.78. & verſ. ſcias tamen, uſq; ad num. 89.* & ibi. *num. 80.* præcipuè de confeſsione judicialiter vel apud acta facta, plenè notatur. 3

2. Requiritur, quòd fiat confeſsio parte præſente: aliàs, ſi fiat parte abſente non probat: *l. certum, §. ſi quis abſent. ff. de confeſ.* Decian. *in conſi. 56. vol.2. nu. 22. & hac* D. Hip. *in d. repe. rubr. num. 89. verſi. modò ultra.* 4

Sed limitat. Hipp. prædictam doctrinam, adducendo ſpeciales caſus, in quibus confeſsio facta, etiam parte abſente, plenè vel ſaltem ſemiplenè probet: *num. 90. verſi. & circa hanc confeſsionem, uſq; ad num. 101. incluſi. verſi. item teneas.* 5

Confeſsionem abſente parte, probare in ſpiritualibus, & ubi fiat pro exoneratione conſcientiæ, *notauit* Franc. Hercul. *in tractatu ſuo de probatione negatiua, n.198. in fin.* 6

3. Requiritur, quòd non ſit facta calore iracundiæ: aliàs, ſi ſic ſit facta, non præjudicat confitenti: *ita dixit gloſſ. nota in c. ex literis, de diuor.* Hip. *n.102. verſi item addi.* 7

4. Requiritur etiam, confeſsio quòd ſit probata, ita quòd iudici verè vel vereſimiliter conſtet, iſtam confeſsionem eſſe veram: 8

& hoc

& hoc præcipuè habere locum in criminalibus, declarat per exempla Hipp. *num. 105. verſ. & pono exemplum, cum ſequentibus. Et in practica ſua criminali §. principium.* In ciuilib. conſuluit Decian. *in conſ. 10. vol. 3. nu. 92. & 93.* docet de confeſſione, relata fortè ad teſtamentum: ſi in illo teſtamento nihil reperitur certi, confeſſio non nocebit: neque plus cōtinere poteſt cōfeſsio, quàm in teſtamento continetur: non eſt plus in referante, quàm in relato.

9 5. Requiritur, quòd cōfeſſio ad hoc, ut probet, ſit poſſibilis: quia ſi eſt impoſſibilis, non probat, nec nocet confitenti: *dicit & declarat* Hippo. *nu. 105. verſ. requiritur etiam.* Imò dicit, *num. 107.* quòd impoſſibilitas nedum vitiet confeſsionem, ſed etiam dictum teſtis, ſi dicat id, quòd ei impoſsibile ſit ſcire, *per jura, quæ ibi allegat*: & poteſt ibi colligi impoſsibilitatis & poſsibilitatis materia: *de qua ſupr. in lit. I. verſ. de impoſſibilibus.*

10 6. Requiritur, quòd ſit veriſimilis: aliàs, ſi non ſit veriſimilis, non facit probationem, nec nocet confitenti: *dicit* Hipp. *n. 108. verſ. item & ulti. per* Bal. *in l. ſi quis hoc genus, C. de epiſc. & cle* & per alia jura tractatur veriſimilitudinis materia, *de qua infr. in lit. V. verſ. de veriſimilitudine*: Confeſsio reſultans ex productione alicuius ſcripturæ non præjudicat producenti, niſi ab adverſa parte acceptata ſit ſcriptura: Ozaſcus *deciſ. 39. Aff. deciſ. 14.*

11 7. Requiritur etiam, quòd ſit acceptata per partem: alias non nocet confitenti, ſed tanquam erronea poteſt revocari: *Decianus in conſi. 55. vol. 2. num. 23.* Hippo. *num. 113. verſ. item ſcias etiam.* Imò (dicit) requiritur, quòd iſta acceptatio fiat tempore, quo fit confeſſio, & non ex intervallo: *ſecundum gl in l. conſenſu, ff. de actio. & oblig.* & ibi vide de materia acceptationis: *notavi ſupr. in lit. A. verſ. de acceptatione*: Mynſing. *docuit aliqua in obſerv. 51. centu. 4. (Ibi diſtinguit inter obligatoriam, ad quam requiritur acceptatio partis, & liberatoriam, ad quam ſola præſentia ſufficit.)*

12 8. Scias quoque, quòd confeſsio debet eſſe pura & ſpontanea, aliàs non nocet confitenti: Hippo. *ibi num. 115. verſ. item etiam ſcias, & in ſingu. ſuo. 201. incip. in confeſſum.*

13 9. Animadvertas, an contra eam ſit ſententionatum ſeu judicatum: *(Quia tunc confitens non tenetur ei ſtare.)* Bald. *in l. ſi quis ne hoc genus, C. de epiſ. & cle de quo* Hippol. *numer. 116. verſ. ultimo, & latiùs idem* Hippo. *in ſingulari ſuo 275. incip. nemo audiendus eſt,* Mynſing. *in obſervat 51. cent. 4.*

14 10. Requiritur, quòd confeſsio ſit vera, & non ficta: quia ficta confeſsio nunquam producit talem probationem, ex qua poſsit ferri ſententia diffinitiva vel condemnatoria, maximè in criminalibus: *prout notat* Angel. de Maleſi. *in verſ. qui dominus judex, videas numer. 28. verſ. quæritur tamen, & adaj. Auguſti ibidem uſq; ad finem, &* Hippol. de Marſil. *in practica ſua crim. §. poſtquam, verſ. & primò ſciat, num. 35. & ibi apud* Angel & Hippol. vide pulcherrimè de confeſsiona ficta: *ſequitur* Rolandin. à valle *in conſi. 31. n. 12. lib. 1.* In civilibus etiam, ex ficta confeſſione, non dari diffinitivam, totam finiens cauſam, *notatur per tex. gloſſ. & Dd in c. quoniam ſequenter, ut lite non conteſta.* vel lata ſententia contra contumacem, præſumitur potiùs lata propter vitium contumaciæ, quàm propter jus partis adverſæ. *Textus eſt ſimilis in l. præſes, C. de pigno l. ſi ideo, ff. de evictio. facit addi. latina litera E. Art 24. lib. 2. LandRecht.*

Quomodo autem id intelligendum ſit, quod diſponit Ius Saxonicum, contumacem habari pro confeſſo, *prout habetur in addi. latina litera B. ad Art. 41. lib. 1. Landrecht. Nota in dicta addi. latina, litera E. in fin. Arti. 24. lib. 2. Landrecht.* 15

11. Requiritur, confeſsio contra confitentem ut probet, & præjudicium faciat, quòd confitens de Iure Civili annos compleverit 25. quia iſta ætas dicitur perfecta, & appellatione perfectæ & legit. ætatis in dubio venit: *l. fina. C. de his qui ve. æt. impe.* & in caſu, quo contra puberem facit obligationem, meretur reſtitutionem, ſi læſus fuerit, *l. certum, §. pe ff. de confeſ.* De jura Saxonico requiritur ætas 21. annorum, quia tunc dicitur legitimæ ætatis; *ut Art. 42. lib. 1. Landrecht.* 16

Imò minori confeſsio ſua neq; in civilibus, neq; in criminalibus obeſſe poteſt, ſi fiat curatore ejus abſente: nam nunquam habet legitimam perſonam ſtandi in judicio, ſine curatore: *hæc refert ſecundum* Angel. Hip. & Cyn. Roland. à valle *in conſi. 31. n. 8.* 17

12. Requiritur, ne fiat per errorem: revocatur enim, quandocunq; ante ſententiam, errore probato: *c. fin. ext. de confeſ. l. non fatetur ff. eo.* juris verò ignorantia non excuſat: *l. 2. C. de juris & facti igno* niſi certet de damno vitando: *t. q. 4. §. Notandum,* Specul. *in tit. de confeſſionibus, §. ſequitur videre, num. 2. verſ. tertiò non valet.* Revocatur etiam ex intervallo, dum tamen doceatur de errore. Non habet locum in confeſsione, quæ facta eſt in judicio, ex abrupto, & abſq; deliberatione: nam poteſt revocari, etiam aliter non docto de errore: Ioan. de Arno. *in ſingu. ſuo 1.* 18

Et de erronea confeſsione, quòd non valeat, *conſuluit* Decian. *in conſi. 33. nume. 61. vol. 1. idem* Decian. *in conſi. 56. nume. 24. & in conſi 10. vol. 3. num. 80.* & in ſequentibus, ampliando illam Theoricam, quòd confeſsio errore facta, omnino poſsit revocari & ſit invalida. 19

13. Requiritur, quòd ſit contra confitentem: pro ſe enim nullam facit probationem: *l. exemplo C. de proba.* 20

21 14. Requiritur, ut fiat coram ſuo judice: non enim valet, ſi fiat coram noo ſuo judice: *ut in c. at ſi clerici. ext. de judic. c. ad noſtram, de confuc.* Specu. *in titu. de confeſ. §. ſequitur, n. 3. verſ. 5. non valet;* & hoc verum eſt, niſi crimen aliàs eſſet notorium: *c. evidentia. ext. de accuſa.*

22 15. Ad validitatem confeſsionis maximè facit, quòd ſit facta judicialiter: *de qua tractat* Hipo. de Marſi. *in repe. Rub. C. de proba. nu. 81. verſ. intellige etiam.* & de confeſsione judiciali, *benè dicit* D. Maranta in ſuo Spec. *in ju. par 6. c. de confeſsione.* Extrajudicialis autem, an probationem faciat, vel non, *vide* Spec. *in titu. de confeſ. §. nunc videndum, n. 5 ver. nunc dicendum reſtat* Geminatam autem confeſſionem æquiparari judiciali, quòd noceat, & tollat metus præſumptionem, *conſulit* Mynſing. *in 7. reſpon. deca. 1. n. 7.*

23 Huic ſpeciei confeſsionis judicialis addas illud, quod producens quid in judicio, dicatur fateri & approbare omnia, in ſcriptura producta contenta: Bal. *in l. cum precium, C. de libera cauſa.* Decian. *per multos in conſi. 49. vol. 3. n. 20.*

24 16 Requiritur confeſsio ne ſit contra Ius: quia in his, quæ contra jus ſunt, nec pactum, nec confeſsio valet: Spec. *in d. tit. de confeſ. §. ſequitur, n. 8. verſi duodecimò non valet.*

25 17. Requiritur, confitens quòd ſit ſanæ mentis, & non furioſus: *l. in negotijs contrahendis* § *ibi* Decius, *ff. de regu. juris, & ibi vide* Utilia *de furore ſeu furioſo.*

26 18 Procuratoris confeſsio, ut contra dominum faciat probationem, vel ei præjudicet, requiritur, quòd non ſit ante ſententiam revocata & de errore probatum, vel quòd habuerit ſpeciale mandatum, ſeu ſit generalis procurator, Specul. *in titu. de confeſſio §. poſtremo, num. 2. verſi. Si verò ſit, & ibi facit addi. litera I. in verbo præjudicat.*

27 Confeſsio autem prælati non præjudicat Eccleſiæ, niſi aliàs probetur veritas Felin. *in c. edoceri, de reſcript.* & ibi plenè hanc vide materiem. *apud.* Paul de Caſt. *in conſi. 1. volum. 1.* De procuratoria confeſsione, De-

28 cian. *conſi. 10. volu. 3. num. 91.*

19. Confeſsio mutui ſaltem probat elapſo biennio, infra enim biennium non probat: ſed vera numeratio aliter debet probari, niſi ſit exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciatum: *in toto titul. C. de non nu. pecun. & in Inſti. de litera. obliga.* Ange. *in Inſtien.. §. item ſi quis in fraudem, de exceptio* reliqua de materia confeſsionis dic. *ut per* Specu *in titu. de confeſſio.* Laodfr. de Oriano, *in ſua praxi. cap. de confeſſione,* Robet. Maran. *in ſuo ſpeculo ordi. judi. parte 6. c. de confeſſio. fol. 451.* Barto. Bal. *& alios Dd in l. uni. C. de confeſ. CC in c. ſi. & per totum, extra eo,* Mynſing. *in 2. reſpon. decade 1. n. 6. & dicit* Mynſing. *in obſervat. 94 centu. 1. obſer. camera Impe.* quòd probatio per confeſsionem poſsit in omni parte judicij etiam poſt ſententiam, & publicatis atteſtationibus produci, monet hoc tanquam ſingulare obſervandum. Et de confeſſionibus in criminalibus, *vide* Ange. *in tract. de maleſ. in verſ. comparuerunt dicti inquiſiti, & confitentur totum, &* Hipp. de Marſi. *in pract. ſua crim. §. poſtquam à n. 5. uſq; ad n. 34 incluſivè* 29

Item nota, quòd confeſsio debet fieri ſuper proceſſu, & libello bene formato: aliàs ſuper proceſſu nullo & libello inepto facta non valet: Roland. à valle *in conſi. 31. n. 16. & in ſequentibus.* ¶ Imò exceptio ineptitudinis ſemper judicium & ſententiam reddit ipſo jure nullam: *gl. ſingula. in Inſtitu. de oblig. in gloſſa magna ad finem.*

Et hæc probatio per confeſſionem admittitur, etiam concluſione in cauſa facta: 30 D. Robet. Maran, *in ſuo tractatu de ordi. judi. par. 6. c. de concluſione in cauſa, fol. 509.* Et vide elegans ſingulare, Do. Hippo. de Marſi. *329. incip. plures ſunt caſus*

Et ſpontè confeſſus, an poſsit etiam criminaliter condemnari, licèt proceſſus ſit nullus, *vide (quòd ſit) ſingulare 53 incip. Nota utilem regulam* D. Matthæi de Matheſila. ¶ Sed quod ſpontè confeſſus delictum, non ſit criminaliter condemnandus, niſi judici de delicto aliter conſtet, *nomvit* Mynſing. *in obſerv. 81. centu. 3. Et vide* Hipp. de Marſi. *in ſingula. ſuo 445.* quoniam non auditur perire volens: *l. non tantùm ff. de appella.* 31

Quid ſit diſpoſitum tàm de jure Saxonico quàm civili, *vide* Chriſtian. Kôuing *in ſua pract.* qui ibi inducit jura civilia & Saxonica *c. 62.* Wann der Beklagte der Klagen in ſeiner Antwort geſtendig iſt/*c. 63.* Von der Bekentnüß/ wenn dies ſchaden thut/ oder nicht/ *c. 64.* Von dem Bekentnüß das euſſerhalb Gerichts geſchicht/*c. 65.* Von wiederruffung der Bekentnüß. Et de hoc modo probandi per confeſsionem, vide, tàm in civilibus quàm in criminalibus, Frane. Hercula. *in tracta. ſuo de probanda negativa, numer. 196.* Et per illum *numer. 198.* cumulantur quadraginta ſex fallentiæ, in quibus confeſsio non probet neq; noceat confitenti: de quibus ibi vide, & habebis plures caſus, quàm ſunt ſuprà notati. 32

Requiritur, ut confeſſio ſit facta cum cauſa: nam ſine ea non valet: Seraph. *pri. 94. ubi lom. diſt. Br. 766. & 768.* ¶ Confeſſio moribundi ſe fuiſſe vulneratum à tali, nil probat quia potuit eſſe, quòd non fuerit memor ſalútis æternæ: Raud. *de analog. lib. 2. c. 31. n. 58.* Laz Fœo. *de mom. tem. c. 7. de poteſt. conſt. in mort. arti. c.* Novell. *tr. cauſ. crim. fol. mihi 83. numer. 12. 13. 14.* 33

Confeſ-

Confeſsio procuratoris extra judicium facta non obligat dominum: *l.fin.ff. de action & obligat.*

34 Confeſsio extra judioialis ſina axpraſſione cauſæ non probat, ſecus in judiciali & facta coram arbitro. Ludo. Roman. *ſingula, 300*.

35 Confeſsio tutoris extra inventarium non præjudicat varitati, ſed confeſsio facta in inventario adeo præjudicat, ut non poſsit contra probari & omnino ſtandum aſt invantario: *l.fin.C. de arbitr.entel.*

36 Confeſſus ſe plus recepiſſe quam receperit, poteſt non recepti liberationem condicere: *l.4.C.de cond.cauſa dam.*

37 In confeſſum nullæ ſunt partea judicis, niſi in condemnando atiamſi proceſſus ſit inordinatus & nullus, niſi nullitas deveniret ex defectu juriſdictionis judicis: Hippo. *ſing.201*. Guido Papa *ſing.124*. Afflict. *deciſ.191*. Ozaſens *deciſ.134*. Rota Genven. *dec.74*. Mat. Matrheſilao. *ſing. 53*. Bartol. *in l. 5. ff. de cuſtodia reorum* Franc. Marcus *q*. 393.

38 Produeens inſtrumentum, cenſetur: fateri etiam qoæ incidenter & enonciative continentur: Cravetta *conſ.77. num.8. & conſil:1.nu.222.* Cravarta. *conſ.134.*

39 Confeſsio advocati præjudicat ſuo principali, niſi eodem die revocetur: *vide c. cum cauſam ext. de appellat. & ibi gloſſa.*

40 Confeſſio appoſita in contractu inutili probat: Bartolus *in l. 122.* §. Chryſogonus *ff. de verb.obligat.*

41 Confeſſio ad obligandum facta parta abſente favor. animæ, & ad exonerandam conſcientiam valet: Afflict. *deciſ.164.*

42 Quando confeſsio non tendit ad obligandum, ſed ad probandum aliquid, ex qua probatione abſenti quæratur obligatio illa præiudicat: Afflict *deciſ.375*.

43 Facultas revocandi confeſsionem erronaam, quæ, à lege datur competit hæredi, ſicut defuncto viventi: Bartol. *in l.error.C.de Iuris & facti ignorant.*

44 Minor non reſtituitur adverſus eius confeſsionem, tanquam læſus (ſaltem Semiplenè) veritatem eſſe in contrarium: Ozaſcua *deciſ.87.*

45 Confeſsio non præjudicat niſi inter confitentes, ſed confeſsio prælati ſive capituli quando præjudicat Ecelesiæ: *vide* Afflict. *deciſ.245*. Aegid. Bellamer. *concl. 695.*

46 Verba enunciativa propter aliud emiſſa vim irrevocabilis confeſsionis non habant: *l.38.ff.famil. Ercicunda.*

47 Confeſsio prætextu erroris non poteſt revocari poſt ſententiam definitivam, ſecus poſt præceptum de ſolvendo, factũ à judice: Anton. Corſetus *ſingul. confeſſio.*

48 Confeſsio extra judicialis abſente parte emiſſa, confitenti non præiodicat, fallit in tribus caſibus 1. quia facit ſemiplenam probationam. 2. prodeſt ad debiti liberationem. 3. de æquitate canonica obligat confitentem: Jacob. Marchiſel: *q.39. lib. recollect.*

Confeſsio eſt tantæ efficaciæ ut nunquam intelligatur rejecta, ideo ſempar opponi poteſt, etiam contra præſumptionem juris, & de jure, nam confeſsio partis elidit & eſt major quocunpue inſtrumanto publico, quibuſcunq; teſtiũ depoſitionib. & ubi aſt cõfeſsio, ibi eſt relevatio omnis probationis, nec judex poteſt judicara confeſſionem nullam eſſe, & eſt excellencior omni probatione: Joſeph. Ludov *dec.Luc.5.* Cravetta *conſ. 61. & 175.272.* Sed Limita in confeſsione facta ſuper actu prohibito & certo caſu permiſſo, tunc anim de veritata illius caſus permiſsi aliter conſtara debet, quam per confeſsionem partis, & tunc pars confitens poteſt venire contra talem confeſsionem: Craverta *conſ.175.* 49

Confeſsio notorium inducit Grammat. *deciſ.65*. Capella Toloſana *q.177.* 50

Confeſsio qui non emanavit principaliter, ſed relative & incidenter vim perfectæ probationis non habet: Franc. Marc *q.710.* 51

Confeſsio non poteſt facare quod dominium rei meæ in te ſine traditione conferatur, veluti ſi confiteor rem certam aſſe tuam, quæ tamen mea eſt, in mei præiudicium confeſsio pro veritate habetur, licet dominium vere non transferatur: Menoch. de arbitrar. *l. 2. caſ.336*, Ægid: Bellam. *conclu. 684*. 52

Confeſsio non recipit verborum extenſionem: Ægid. Ballaoi. *concl.733.* 53

Teſtis ex confeſsione quam teſtificando facit non poteſt condemnari: Franc. Marc. *q.439. par.2. Dd. de Rota deciſ. 4. alias 855, tit.de confeſ.in antiq.* 54

PROBATIO PER FAMAM.

FAma quòd probet, *notat* Hoſtien. *in ſumma C. de proba.* & ſecundum eum ſeu ordinem eius, *ſequendo* Hippol. de Marſil. *in eadem repetitio.num. 245.verſi.reſtat. modo venire* Specula. *in titu. de noto.crimi.* § *fama eſt*, & ibi optimè per additiones, *facit gloſſ.l.3. §. ejuſdem ff. de teſtib. gloſſ.l. in bona fidei C. de requis cre.gloſſ. l.admonendi, ff. de jurejur. & gloſſ. l.2. ff. de excuſ. tuto.* quæ jura communiter ſolent allegari, *per d. gloſſ. l. 3, ff de teſtibus:* tenet optimè pro hac opinione, quòd ſit probatio, Salicetus *in l. ea quidem. C de accuſa. col. 60. & 61.* qui Salicetus, licèt ibidem addu- 1

adducit gloſſarum & Dd. opiniones, tamen ultra omnes concludit, quòd fama ſola in civilibus faciat ſemiplenam probationem, cum uno teſte verò plenam: *per gloſſ. l. 2. ff. de excu. tuto.* aſſerens, quòd ita ſic ſe habeat communis practica: *Concordat* Ange. *in tract. ſuo de maleficijs, §. quòd fama publica præcedente, num. 41. verſic. tene tamen menti, per gl. c. veniens, el. 1. de teſtibus.*

2 Aliquibus etiam concurrentibus interdum pro cauſæ ſtatu adminiculatur fama, ita quòd ſit probatio per regulam: quæ non proſunt ſingula multa ſimul juncta juvant: *tex. & gloſſ. c. cum cauſam, ext. de probatio.* ¶ Et quòd ſola fama non plenè probet, poſuit pro regula, Duennas in regulis fallentia. *regula 299. mihi fol. 423.* fecit ibi multas remiſsiones, & iſtius regulæ poſuit limitationes viginti quatuor.

3 Sed prædicta ſunt intelligenda in cauſa civili, ſecus in criminali, ad condemnationem: quia ibi requiruntur probationes, luce meridiana clariores: *l. fina. C. de proba & faciunt gloſſ. & Dd in c. veniens, el. 1. ext. de teſtibus.*

4 Et quòd in criminalibus fama non probet, neque ſemiplenam probationem faciat, *affirmat* Decian. *in regulis fallentia, in regula 300.* ampliat quinque & limitat ſex modis.

5 An autem fama faciat judicium ad torturam, communiter concludunt Dd. quòd ſola fama non ſufficiat: ſed junctam cum alijs indicijs, demum ad hoc valere volunt: Ange. *in tractat. ſuo malefi. verſi. quòd fama publica præcedente, num. 41. verſic. & an fama, & in verſic. comparent dicti inquiſiti. & totum negaverunt, num. 15. verſi. quæro, an ex diverſis generibus,* Duennas *in regulis fallentia. in regula 301. cum quinque limitationibus & fallentijs. Idem in regula ſequenti 392. cum duabus ampliationibus & quinque fallentijs.* Gandi. *in tractatu ſuo malefi. cap. de quæſtio. numer. 39 verſi. ſed de uno quæro, tenet* Hippo. de Marſi. *in practica ſua crimina. §. diligenter, numer. 18. verſi. & primò ſcias,* rationem dicit, quare ſola fama non faciat indicium: quia fama eſt fragilis, & pernicioſa, tranſmiſſa ab his, qui deſiderant, de hac famam eſſe: Hippol. de Marſil. *in dict. §. diligenter, dict. numer. 18.*

6 Facias autem huius doctrinæ ſequentes declarationes, dicendo primò, quando fama vehemens eſt contra malefactorem, tunc eſt ſufficiens indicium ad torturam *ita dicit* Angel. de Malefi. *in verſi. quòd fama pub. præce. numer. 42. verſi. limitarem tamen prædicta. per* Bartol. *in conſil. 191. incip. Domino Patri, & conſi. 208. & per eundem* Barto. *ſic tenuit* Hip. de Marſi *in practi. ſua crim. §. diligenter numer. 19. verſic. ſtud. autem,* & ibi vide, quid vehementia operari poſsit: Hippo. de Marſi. *in ſingul. ſuo 97. incip. fama ſola non facit indicium.* quæ autem dicatur vehemens fama, dicit relinqui arbitrio iudicis, per Bart. *in d. conſi. 186.*

Secundò, ſi conſtet, quòd iſta fama habuarit originem ab honeſtis perſonis: nam tunc benè facit indicium ad torturam: ita pro limitatione, Hippol. de Marſi. *in ſingul. 97. incip. fama ſola, per multos Dd. ſic tenentes.* 7

Tertio declarat Angelus, niſi ſit cum fama denunciatio Syndici cum juramento, niſi etiam cum fama probatum ſit, diffamatum eſſe malæ vitæ, famæ, & conditionis Angel. *in tracta. de maleſi. verſi. quòd fa. pub. præced. numer. 43. & 44. verſi. & an fama,* Anton. Blan. *in repet. l. fi. ff. de qua. num. 241. cum ſequentibus.* 8

Et tandem pro deciſiva declaratione hujus quæſtionis, *dic ſecundùm* Bartol. *in l. de amte, §. plurimum, ff de quæſtio.* quòd qualitates & cauſæ, ex quibus fama eſt orta, ſunt conſiderandæ: qualiter vrgeant ad faciendum ſemiplenam probationem, & ad indicium: *docuit* Anthon. Blancus *in l. fi. ff. de quæſtio.* dicit, quòd debes videre, unde fama ortum habuit, & ex quibus, & ex qua cauſa, nam ſi ex cauſa urgenti, probabili & veriſimili, erit indicium ſufficiens ad torturam *l. excuſantur, §. 1. & ibi gloſſ. ff. de excuſ. tuto.* ſubdens, quòd niſi trahit originem ex cauſa probabili, & apud fida dignos, quòd non ſit fama: ſed vana vox populi, quæ non eſt exaudienda: & ſic arbitrabitur judex ſecundùm bonam fidem, & prout meliùs ex conſcientia ſua ſibi viſum fuerit: Barto. *in d. l. de amte, §. plurimum, ff. de quæſtio.* Angelus de Maleſi. *in verſic. non quidem à malevolis,* & Anthon. Blan. *in repe. l. fi. ff. de quæſtio. numer. 319. verſic. quòd qualitates, & num. 311. verſ. fama,* ubi dicit & enumerat, quæ requirantur ad hoc, ut dicatur fama probare: Salicet. *in l. ea quidem. C. de accuſa.* in materia famæ: *vide* Iacob. de Bellovi *in practica ſua criminali. c. de judicijs. num. 37. verſic. ſed quid ſi jam, cum ſeq.* 9

Et finaliter, in quibus caſibus, & quandoplenè vel ſemiplenè probet fama, vel in quibus ſaltem adminiculetur, *notat* Salicetus *in l. ea quidem, col. 62. verſic. ſecunda eſt quæſtio, C. de accuſatio.* Bar. *in l. de minore, §. plurimum, ff. de quæſtio. &* Abb. *in c. veniens, el. 1. de teſtib.* & Salicet. *in d. l. ea quidem. col. 63.* 10

Quarta quæſtio, ubi par exempla declarat, qualiter fama plenè probet. Et pro complemento materiæ famæ, quid ſit fama, unde dicatur, *vide* Salicet. *in d. l. ea quidem, C. de accuſa. colum. 46. 47. & 48. C. de accuſa.* Per quot homines fama habeatur, vel induca-

educatur, *idem* Salicet.*in d.l.col. 49. verſ. ad tertiam.* In quo loco debeat eſſe, *dicit colu.50. verſi, ad quartam quæſtionem.*

12 In quinta quæſtione, *col. 51. quærit* Salicet. unde & à quibus, quælibet fama debeat habere originem, ad hoc, ut probet? & dicit: interdum trahit originem à facto, cuius ſume exemplum in delictis, *l. ſi hi qui, C. de adul.* In extrà delictis ſume exemplum, *in l. 1. & 2. C. ad Macedo.*

13 Interdum trahit origioem à perſona, & tunc aut à certo auctore, aut ab incerto: *ut docet* Corſe. *diſ. 4. c. ſanctum.* Et quando à certo, nunquam debet habare ortum ab illo, in cuius favorem tendit: *l. miles, §. pe ff. ad l. Jul. de adul.* nec etiam à malevolis, ſed à providis & honeſtis perſonis: *ut in c. qualiter, ext. de accuſa.* & prout ſuperiùs eſt annotatum. Et hoc ultimum fallit, niſi facti qualitas vel perſonæ aliud requirat: *de quo dicit* Corſet. *in ſingula. ſuis, verbo Mors, nu. 3. & nominibic* Salicetus.

14 Unde debeat fama habere originem, quot teſtes illam probent: & quid teſtes deponant, maximè in cauſa ſcientiæ: & interrogari à quibus perſonis ſic dici audiverint, an teneantur illos nominare? *vide* Hipp. de Marſi. *in ſingula. ſuo 477. incip. in teſtibus*, & ibi adverte, quia multùm prodeſt: ſolet enim ſemper cæteris articolis Articulus de fama ſubiungi: & ibi poteris videre, an teſtes iſtũ Articulum probaverint, nec ne? Sali. *notat in d. l. ea quidem. colum. 57. in fi. 52. 53. 54. 56. 57. 58. & 59.*

15 Et tandem, quos fama producat effectus, *notat pulcherrimè* Dn. Salicet. *colu. 59. & 60.* & poteris ſic in famæ materia, apud Salicet. & alios, multa colligere utilia: *Et vide* Specul. *cum addi. titu. de notorijs crimi. §. fama eſt. qui ibi in prin. dicit*, quotupliciter fama ſumatur. Et omninò de fama, *vide* Bart. *in l. de minore, §. plurimum, ff. de quæſtio qui etiam ſicut* Salicet. *ibi, de ſingulis ſupra annotatis & requiſitis, quærit & decidit.*

16 Et ad hanc famæ materiam, nota unum notabile, quòd bona fama multos producat effectus: præcipuè quod tollat indicia etiam ſpecialia ad torturam, contra ipſum exiſtentia: *de quo vide* D. Bruno. de Sole *in conſ. ſuo criminal. nu. 148. verſic. imò fortiùs, uſq; ad num. 155. &* Hyppol. de Marſi. *in repe. l. qui falſam, ff. ad l. Corne. de fal. verſi. ſed hanc conclusionem. nu. 224 uſq; ad nu. 226. incluſ. & idem* Hipp. *in practica ſua crimi. §. diligenter, numer. 196. cum verſi. ſequen. idem* Hippo *in ſingul. ſuo 392. incip. advertas, cum ſimilibus.* Et facit ad prædicta notabilis & pulcher. *text. c. cum in juventute, ext. de præſumt.*

17 Per famam delictum qualiter probetur, & quæ in iſto caſu requirantur ad famæ probationem, *vide in addi. ad ſingula. 51.* Matthæi de Matheſil. & ibi ſtat quæſtio, an per ſtatutum poſſit diſponi, ut per famam ſolam probetur delictum? (*Concludit non valere, ſed eſſe irrationabile.*) 18

Fama probat plenè in re modica: quia in minimis rebus admittuntur probationes, quæ aliàs non admitterentur: Seb. Med. *regu. 5. nu. 78. fol. 180. & nu. 159. fol. 199.*

PROBATIO PER FUGAM.

Fuga inter probationes *refertur per* Hipp. de Marſi. *in repe. rubr. C. de proba. mihi nu. 259. verſi. alio modo etiam fit probatio.* ¶ Sed dicit, fuga in criminalibus regulariter non facit probationem, ſed tantùm indicium ad torturam: & hoc, quando aliquis fugit, antequam contra eũ ad aliquid ſit proceſſum: ſecus; ſi poſtquam fuerit accuſatus: vel inquiſitus: quia tum talis fuga non facit indicium contra eum: Bart. *in l. 1. ff. de bon. eo. qui mortem ſibi conſciver.* Angel. de Maleſi. *in verſi. quòd ſama publica præcedente num. 46. in verb. an fuga ſit ſufficiens indicium pro maleficio.* 1

2 Et quatenus fuga faciat indicium ad torturam, *vide* Anthoo. Blanc. *in repe. l. fin. ff. de quæſtio. num. 277. adde* Matthæum Matheſila. *in ſingul. ſuo, 145. & ibidem additio* Gebriel. *Sarai*, Hipp. de Marſi. *in ſingula. ſuo 497. incip. ſæpiſſimè in jure & c. & in ſing. 119. incip. fuga omnes docent*, quãdo & quæ fuga faciat indicium. Sed Hipp. de Marſi. *in d. rubr. C. de proba. nu. 260.* Felin. *in c. nullus, de præſumt.* incipit enumerare aliquos caſus, in quibus ipſa fuga nun ſolùm faciat indicium ad torturam, ſed etiam faciat probationem: & ultra Feli. *addit* Hippol. *in loco allegat. alios caſus notabiles, quos ibi vide.*

3 Inter alios hîc dicit, de fugiente effractis carceribus: quia talem haberi pro confeſſo, & ſic in iſto caſu fugam facere plenam probationem, *gloſ. & Barr. in l. eos, per illum text. ff. de cuſto. reo.* quod tamen non habere locum (dicit) de eo, qui aufugit carcere aperto: *per* Bald. *in l. ſuccurritur. ff. ex quibus cau. majo.* & idem dicit, ſi non aufugiſſet de carcere, ſed de palatio prætoris: idem in fugiente, oſtio aperto: & non habere locum in eo, qui ſtetit in carcere pro generali inquiſitione, Hipp. *in lo. allegato, nume. 261. cum ſequen.* & de tota fugæ materia, *vide Dd. in locis allegatis. Et ea, quæ notavi infr. in litera T. in verbo de tortura, verſi. de fuga.* ibi quatenus faciat indicium ad torturam, & quomodo poſſit purgari per reverſionem & ſpontaneã comparitionem.

4 Et quoniam hîc cadit materia fugæ, vide quo caſu ſit fugiendum, & quàm ſit ig-

Z 3 hominio-

nominioſum fugere ab hoſtis & inimici aggredientis conſpectu: *vide* Franc. Zoan. *in tract. ſuo defenſio, ad l. ut vim, ff. de juſt. & jur. parte. 2. num. 14. & in ſequenti. &* Bario. Romnleius. *in compen. homicidij, in 1 parte nume. 59. & in multis ſeq. ſimiliter*

5 Fuga excuſat ſi fugiens poſt fugam ſponte ſe ſiſtat judici, aut fugiens fuit homo bonæ famæ, aut niſi conſtat quod judex de facto voluerit procedere in captura, aut niſi conſter quod judex ſibi ſuſpectos ſevere tractare ſoleat, & ſiniſtra ſuſpicio de fuga purgatur juramento: Matin. Benckendorff. *ad Seraphin. in addition. privileg. 6.* Proſper. Farinacius *in pract. crimin. lib. 1. tit. 5. p. 1. qu. 48. per totum* Bertazol. *conſ. crim. 37. n. 10. conſ. 113. n 8. conſ. 133. n. 6 lib. 1.*

6 An ſuſpicio de fuga debitoris juramento probari poſſit? communis opinio eſt quod non ut debitor incarcerari poſſit, ſed alio modo ſummariim probari debet: Joſeph. Maſcard. *lib. 2. de probation. concl. 823.* Marian. *de juram. p. 4. eſſ 6. nu. 2 limitat tamen* Martin. Benckendorff. *ad Seraphin. in addition privil. 7 nu. 9.* ſi creditor non habet alias probationes ſuſpicionis de fuga, aut etiã ſi debitor eſt vilis perſona aut debitũ modici præjudicij: Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. cent. 1. caſ 87. n. 8.*

7 Ut debitor de fuga ſuſpectus capi poſſit, præſtito juramento debitum omnino liquidum & certum eſſe debet: Martin Benckendorff. *ibidem nu. 16* Maſcard. *de probation. lib. 2. concl. 823. nu. 15.*

PROBATIO PER JURAMENTUM.

2 Quod juramentum propriè non ſit probatio, ſed ſaltem probationis relevatio. *notat* Bald. *in repetit. Rubr. C. de probat. &* Hipp. de Marſi. *dicendo*, quod ſit communis opinio, & etiam ipſe quòd iſtam teneat, *in ſua re. dictæ Rubr. C. de probat. numer. 119. verſ. ſed in contrarium:* & multas, nec non varias doctorum adducit auctoritates, quibus hanc ſententiam fortiter defendere conatur: Nihilominus tamen dicit in ſequen. numer. quòd prædicta determinatio intelligatur de juramento voluntario: ſecus, de juramento delato à parte parti, vel à judice parti: quia tale juramentum (affirmat) quod faciat probationem, *allegando l. admonendi, & l. manifeſtè, ff. de jurejurando, l. in bonæ fidei, C. eo.* Conſcripſit & enumeravit autem *d.* Dn. Hipp. *in d. repe. Rubr. C. de probat. numer. 121. verſ. iſtam tamen*, multas fallentias ad prædictam concluſionem in caſus, in quibus juramentum faciat probationem, vel juramento qui poſſiat probari: quos ibi per ordinem, *vide à num. 121. uſq; ad num. 151.* elegantiſſimè tractatos: & lector illos legendo, multas ibi inveniet utilitates.

Sed an juramento probari poſſit, quòd quis non ſperet, ſe conſecuturum juſtitiam? quòd poſſit, concluſum fuit, *per* Fel. *in c. accedens, el. 2. ut lite non conteſta.* ſed quatenus habeat locum, ut juramento quis poſſit probare, (*Ne videlicet antea perjurus ſit,*) *notavit* Mynſing. *in obſer. 58. cent. 3.* Et de hac materia juramenti, *vide* D. Rober. Marant. *in ſuo ſpeculo de ordi. judi. part. 6. c. de juramento, ejus differen. & uſu. fol. 474 aliqua dixit* Franciſ. Hercula. *in tract. ſuo de proban. negativa. à nu. 201. uſq; ad n. 107.* Et ibi bona de præſtatione, recuſatione, vel relatione juramenti. In qua forma præſtetur juramentum, & alia quædam, *vide per* Spec. *in tit. de jurejuran. per totum.* 2

An autem in criminalibus juramenti delationi ſit locus, ita quòd poſſit fieri, *vide* Bart. *in l. maritus, col. 2. in princ ff. de quæſtio. &* Hippo. de Marſi. *in pract. ſua crimi. § poſtquam nu. 1. 2. 3. 4. & 5.* 3

Was einer kan mit Gezeugen vberwunden werden/dai vor mag keiner nicht ſchweren: *Art. 15. lib. 1.* Land Recht. Was auch vor Gerichte geſchehen darvor mag einer auch nicht ſchweren: *Art. 13. lib. 1.* Land Recht. Alia in materia juramentorum tractavi *ſuper in lit. I. verſi. de juramentis.* Item perjurus non admittitur ad jurandum: *ſupr. in hac lit. P. verſi. de perjuro.* 4

Juramento ſolo probatur aliquid, cum tractatur de modico præjudicio: Seb. Med. *reg. 5. n. 106. fol. 186.* nam in modicis ſufficit præſumpta probatio: *ut ibid. & nu 159.* 5

PROBATIO PER NOTORIUM.

Notorium quid dicatur, & quomodo inducatur, Menoch. *lib. 2. cent. 2. c. 166.* Coler. *de proceſſ. exec. p. 4 c. 1. n. 43. vide melius,* Capr. ¶ Notorium inducitur probatione 10. teſtium: Aſin. *de exec. §. 3. c. 295. nu. 2.* 1

Vide, quæ ad hanc materiam notavi in Schneid. *§. item ſerviana, n 82. vide item* Mynſing. *cent 6. obſer 3. &* Fœn. *de mom. temp. c. 10. n. 1.* Novell. *tract. cauſ. crim n. 29. & ſeqq. fol. 24* 2

De facto notorio, vide Denais *in diſput. de mero iure imper. fol. 24.* 3

In notorijs ordo juris eſt, ordinem non ſervare: Coler. *p. 3. c. 1. nu. 12.* hinc nec citatio nec ſententia requiritur, nec recuſatio judicis locum habet: Novell. *d. lo. fol. 26. nu. 34.* Aſin. *de execut. § 3. c. 247 & 248.* Dauth. *de teſtam. n. 140. in fine fo. 186.* Contr. Vant. *rubr. de null. ex def. proceſſ. n. 5. fol. 536.* 4

An, ſi videt judex coram ſe delictum committi, ſine aliquo proceſſu & probatione poſſit reum condemnare, *remiſſ.* Novel. *in cauſ. crim. fol. 25. n. 29.* 5

Notorium & manifeſtum quid, Fœn.

de mom.

*de mom.temp.c.8.n.1.*Nov.*d.lo.n 30 f.25.*Capr. *d.lo.* ¶ Negativa notorij non eſt probanda: Herc.*de proban.neg.n.60.f.77.ubi lim.ut n.ſeqq.*

6 Occultum, evidentia facti, certa notitia, fides, dubitatio, argumentum, indicium, opinio, præſumptio, credulitas, notorium, ſama, timor, manifeſtum, publicum quid, Capra. *tr.reg.in tr. notorij, fol.75.*

7 Notorium facit recedere à regulis iuris communis: Seraph. *privil.33 n. 152.ubi illationes.*

*P*robatio per notorium, admittitur contra præſumptionem iuris & de iure. Menoch. *lib.1.præſumt. quæſt. 67.*

8 Notoria & ea ſunt, quæ in conſilio civitatis fiunt: Theſſ. *dec. 249. n. 4.* ¶ In notorio facti permanentis, Iudex ex officio ſupplere & procedere poteſt: Aſin. *de exec. §.3.c.193.* ¶ Acta faciunt notorium: Cavalc. *p.2. dec.1. n.19.*Menoch. *d c.166.*

9 Quòd notorium induceat probationem, & relevet quem ab onere probandi, *dicit per* Hoſtienſem Hippo. de Marſi. *in repe.Rubr.C. de proba.nu.196. verſic* & circa hanc ſpeciem, *facit gloſſ. in l.emptorem, in prin.ff. de actio. empt.* quæ dicit, quòd relevet notorium ab onere probandi: *& in gloſſ. ſequenti*, quòd æquiparetur ſententiæ: quod tamen accipiendum, *prout declarat* Bal. *in l. 1. C. de cura.furio. & dicit* Bald. *in l.1. verſi. porrò, C. de his, quæ in frau cre. aliena. ſunt*, quòd notorium ſit probatio probata, vel ſaltem de facili probabilis: dicendo, quòd in notoria paupertate non requiratur excuſſio, *per l.decem,ff de verbo.oblig* & ubi eſt notorium, ibi non eſt diſputare, ſed diſputatum eſſe: Bald. *in l.1.in 2. colum.C. quomo. & quan.ju.*

10 Sufficit etiam notorium allegare, nec eſt neceſſe excipere: Barto. *in l. 1. ff. de exceptio.in fine.* Bald. *in d. l. 1. C. quomod.& quand.* Imò multos notorium ſpeciales producit effectus, de quibus ſpecialiter in multis caſibus fecit mentionem, Hippo. de Marſil. *in d.repe. Rubr. C. de probat. num. 196* & circa hanc ſpeciem, cum ſequentibus, potes ibi per totum videre, & invenies multa bona.

11 Sed pro expeditione materiæ notorij, *vide ea, quæ eleganter notavit* Salice. *in l. ea quidem, C. de accuſa. circa medium, ibi tractat iſtam notorij materiam per 10. quæſtiones, quas hic notabo, adducendo etiam alios Dd. & habebis bonam materiam.*

12 1. Quærit Salicetus, quid ſit notorium? & ad quæſtionem ponit generalem definitionem, (*quòd ſit jus ſeu factum tranſiens in notitionem omnium vel maioris partis eorum.*) *Sed* Specul. *in titu.de notorijs crimi. §. iam de notorio, num.1.2.& 3. cum ſequentibus*: ad quamlibet notorij ſpeciem adducit ſingularem definitionem, defendit eam, & per exempla declarat, ubi vide.

Secundò quærit *S*alicetus, unde dicatur notorium? & breviter reſpondet, a notione omnium. 13

Tertiò quærit, quotuplex ſit notorium? 14 Reſpondet ſecundum Canoniſtas, quòd ſit triplex notorium: juris, præſumptionis, & facti: & notorium facti diſtinguendo pulcherrimè, de qualibet ſpecie examinat & tractat: ſimile facit Specu. *in tit. de notorijs crim. §. jam de notorio dicendum reſtat.* Non viſa hac diſtinctione notorij, materia non poteſt intelligi: De effectu ſimul & de cauſa notitiæ iſtius diviſionis & ſubdiviſionis, notare incipit Specu. *in d.titu.de noto. crimi. §.jam de notorio.nu. 71. verſ. iſtud autem notorium.* Vbi inter alia notabiliter tradit & docet, qualis in quolibet notorio ſit facienda probatio.

Quartò movet *S*alicetus quæſtionem, 15 qualiter notorium cognoſcatur? & breviter dicit, notorium juris cognoſci ex actibus iudiciarijs, notorium verò facti evidentis vel præſumti, ex actibus extrajudiciarijs, cognoſci ex tribus, videlicet loco, tempore & numero: conſiderari enim dicit, an in loco publico ſit factum, an tempore diurno vel nocturno, & quod homines illius facti habeant noticiam: hæc ſub præſenti quæſtione tractat *S*alicetus. Vide.

Quintam format *S*alicetus quæſtio- 16 nem, an ordo juris in notorio ſit ſervandus? & reſpondet diſtinguendo, an factum ſit notorium judici vel alijs: & an ſit notorium judici ut iudici, vel ut privato: & hanc quæſtionem movet Hippo.de Marſi. *in repe.Rubr. C.de proba.nu.217.verſic. ad quæ etiam faciunt*, diſputat pro & contrà, tamen dicidit, quòd in notorio, etiam judici ut judici, non procedatur ad condemnationem, niſi parte citata: & non fiat executio, niſi ſententia declaratoria ſit lata, dicendo, ſe remanere in iſta opinione: *Idem* Hippo. *ſic affirmat in practi, ſua crim. §. aggredior, à num. 105. uſq. ad finem*, uti in multis caſibus etiam notorijs requirit ſententiam declaratoriam; *vide pulcherrimum ſing.* Anto Corſe. *in verbo, notorij, & pulcherri.notat* Specula. *in tit.de notorijs crimi. §.jam de notorio, num. 11 verſ. iſtud autem notorium*: & proſequitur, *uſq. ad num. 15.* Angelus *in tract.de maleſi.verſic.etiam per modum notorij, & ibi.in addi. & Apoſtill.*

Sextò quæritur à Saliceto, qualiter no- 17 torium probetur? Reſpondet *ſecundum Innocentium in c. tua nos. de coha. Cle. & mul.* quòd ad probationem notorij exigantur duo probari: Eſſentiam rei vel facti, & notorietatem eius: ut, ſic teſtes duo dicant, quòd viderunt rem, vel factum, de quo teſtificantur: & quòd tot alij erant præſentes, per quot crimen res vel factum fuerit vel ſit notorium.

18 Et quatenus per famam notorium probetur, *vide ſub hac quæſtione per* Salicet.& pro deciſione quæſtionis præſentis, *require* Specul.*in d.titu de notorijs crim. §.jam de notorio, num.16. & 17.*

19 Circa ſeptimam quæſtionem, quæ eſt, per quot teſtes notorium probetur, deciditur, quòd per teſtes duos idoneos, licèt plures ad cautelam, imò interdum tota vicinia adhibetur: *hoc dicit* Salicetus, Specul.*in titu. de noto.crim. §.iam de notorio,num.20.verſ.item nota. & idem dicit* Hippo. de Marſ.*in repe.ſ. Rubr.C.de prob.nu.228. verſi. quot autem teſtes.*

20 Octavò quærit Salicetus, an notorio probato, ſit neceſſe ſuper notorietate pronunciare? & breviter reſpondet diſtinguendo, *(quòd ſic, ſi per modum exceptionis objectum fuiſſet, rem non eſſe notoriam: aliàs ſecus)* prout ibi videre licet.

21 Nonò format Salicetus quæſtionem iadem, an notorietate probata, & ſententia ſuper ea lata, judex, abſq; alia probatione habita, ſuper delicti commiſſione, & ſic ſuper & de criminis eſſentia & qualitate, poſſit condemnatoriam ferre? in civilibus eſt expeditum, quòd probato notorio, ſine alijs probationibus poſſit pronunciari: *ſecundùm gloſ.Cle.appellanti, de appella.& per ea, quæ ſuperiùs ſunt notata.*

22 Sed, quia in criminalibus majus vertitur periculum, ideo curioſius agendum: *c.ubi periculum,de elec.in 6.*& requiruntur in criminalibus probationes luce meridiana clariores: *ut in l.fi.C de proba.*ideo in iſta criminali ſic diſtinguit, & contrarias opiniones ad concordiam reducit Salicet.*in d.l.ea quidem, C.de accuſat.* aut ſola notorietas eſt probata ſine qualitatis eſſentia, & tunc non poſſit ex tali probatione ſententia condemnatoria ferri, ſed judici datur facultas de commiſſione delicti, id eſt, de eius eſſentia inquirendi: *allegat l.ea quidem,C.de accuſ.* ſuper qua eſt commentatus. Aut eſſentia ſine notorietate eſt probata, & tunc poteſt ſententia dari condemnatoria ſolennis, & in ſcriptis, ſecundùm regulas juris: *in l.2. C.de ſenten.experi.recit.*

23 Aut utrunq; eſt probatum; eſſentia & notorietas, vel ab ijſdem, vel diverſis teſtibus, & etiam poteſt ferri ſententia condemnatoria ſine alijs probationibus, ſed non exigitur ſolennis; & in ſcriptis: ratio eſt, quia non omnis juris ordo eſt neceſſarius in notorio: *ut in c. ad noſtram, el.3.ext.de jurejur. & ibi utiles à* Saliceto *vide quæſtiones motas & deciſas.*

24 Decimò format Salicetus quæſtionem: an condemnatus de crimine notorio audiatur appellans? Et quibus caſibus audiatur appellans, vel non? Vide hæc per Salicetum deciſa, ſub hac quæſtione decima: *(ubi concludit, ſi evidentia facti crimen notorium ſit, appellationem non admittendam: ſecus, ſi ſententia vel confeſſione delinquentis.)* Specula. *notavit pulcherr.in titu.de appellatio. §.in quibus autem caſibus, num.2.verſic.ſecundo homicida:* meliora autem ad quæſtionem, *in eo.§.num.13.verſi. decimo in delictis notorijs,* Angel. *in tractatu de maleſi.§.præſente dicto Caio & appellante,nu 19. verſi.ſed adverte.s. Et ibi in apoſtilla & additio.* & de materia notorij, *vide* Gandi *in tracta.de maleſi.*Rubr.*quomodo de maleſi cognoſ.*&quando crimen notorium eſt, *&* Specul. *in titu. de no.crimi. per totum, & ibi in addi ad §.nunc de occulto.*

Et ſpecialiter notandum venit, quòd 25
hæc ſpecies probationis multùm fraternizet cum probatione per evidentiam facti, vel per oculorum inſpectionem: *prout dicit* Hippo. *in repe. Rubri.C.de proba. num.196.verſic.& circa hanc ſpeciem:* & habet aliquid commune cum probatione per communem hominum opinionem fienda, *prout notat* Bal. *in repe. Rubr.C.de proba.* In quid autem differat à fama, *vide* Salicet. *in l. ea quidem, C.de accuſa. col.40.verſic ſed fama.*

Et in quid differat notorium à commu- 26
ni opinione hominum, *dicit* Specu.*in titu. de notor.crimi.§ ſequitur de manifeſto, num.2. & ibi etiam tractat, quid juris de manifeſto.* ¶ Repugnantia notorij ſunt, quæ ſunt penitus occulta, ſecreta, vel quæ nulla ratione poſſunt probari, vel penè occulta, *de quibus vide* Specu.*in d. tit. de noto crim.§.nunc de occulto, cum §.ſequen.*vel quæ ſunt clandeſtina: de quibus *vide* Decium *in l. quo tutela, §.clàm, ff. de regu. jur.* & bona apud Barto, & Joan.da Plate. *in l. 2. C. de his qui ex pub.ratio.lib.10.* De notoriè injuſtò, *vide* Hippo. de Marſi. *in ſingula ſuo 473.incip.memini.*

PROBATIO PER PRÆSUMptionem violentam.

SEcundùm Hoſtienſem; Hippo. de Marſi. 1
in repe. Rubri.C.de probat.n.230. verſi. modò venio, violentam præſumptionem poſuit ad ordinem probationum, tantummodò videre volens de violenta præſumptione, de alijs enim præſumptionibus notavit ſuprà, prout in hoc commentario ſecundùm eum *& alios Dd.in ſpeciebus probationum, per rationem conjecturalem ex conjectura l. & hominis annotatum eſt.*

Et fieri per violentam præſumptionem 2
probationem, *notat* Spec. *in tit.de proba.num.10.verſi.idem in qualibet violenta præſumptione, facit gloſ.c. dixit, 32.q.1.& c.literis,de præſumt.* quæ diſponunt in caſu fornicationis, ubi præſumtio violenta probata inducit probationem, & lex eſt contenta: quia non ſe offert viſui: *gloſ.in d. c. literis,de præſumtio.*

Vio

3 *Violenta antem præſumtio ſurgit ex veriſimili probatione, & dicitur præſumtio juris, quando jus præſumit ita eſſe: ſic illam verbis & pulcherrimis exemplis, *declarat* Spec. *in tien. de præſumtio. §. ſpecies antem, verſi. violenta antem, numer. 3.* inducit judicem ad pronunciandum pro ea, niſi probetur contrarium: nam benè contrariã admittit probationem, prout eſt ſuprà dictum, *& nota in c. propoſuiſti, ext. de prob.*

4 In quantum autem jura dicunt, quòd ex violentis præſumptionibus diffinitiva ſit ferenda ſententia, *prout nota in d. c. dixit. 32. q. 1. & in c. literis. de præſumptio & in l. ſi quis adulteri, C. de adultor.* loquuntur in crimine fornicationis & adulterij, quæ crimina directe probari non poſſunt: *prout dicit gloſſ. d. in c. literis de præſumt.* ſunt enim jura contenta levioribus, quantum ad pœnam pecuniariam, vel ſeparationē. *Et notat* Hipp. de Marſi. *in repe. rubr. C. de probatio. num. 8. verſi. & quomodo adulterii*: expreſſè ibi volens, quòd probatio adulterij ſufficiat fieri per conjecturas, & præſumtiones. cùm non poſſit fieri directe: *Idem tenet* Hippo de Marſi. *in d. repe. rubr. C. de proba. numer. 239. verſi. ſed ſuſtinendo contrariam.*

5 Secundò jura dicentia, quòd ex violentis præſumtionibus, & indicijs indubitatis, poſſit ferri diffinitiva, *ſecundum c. afferte ext. de præſumt.* ſunt intelligenda & accipienda in civilibus, non autem in criminalibus, ubi agitur de vita hominis, & ubi majus eſt periculum: *de elec. in 6. cum ſimilibus, eſt pulcherrimus text. in c. literas, ext. de præſumpt.* ibi, cum propter ſolam ſuſpicionem, quamvis vehementem, nolumus illum de tam gravi crimine condemnari.

6 Et quòd in capitalibus ex præſumtionibus & indicijs etiam indubitatis non poſſit judex venire ad condemnationem diffinitivam, *notat* Hippo. de Marſi. *in d. repe. rub. C. de proba. num. 234. verſi. attamen, contrariam partem. dicendo per* Bal. *in l. fi. C. de har. inſtit.* quod tutius & meliùs facit judex, qui non habet alias probationes. quam dicta iudicia indubitata, ut extorqueat confeſſionem per torturam, ut ſic ex confeſſione ſua tortus poſſit condemnari: *per l. & ſi excepta, cum ibi nota. C. de maleſi. &.* Math. plus dicens quod iſta opinio ſit juſtior & æquior: & hanc opinionem *tenet Ange. in tract. ſuo, Maleſi. verſi. quod fama pub. præcedente, nu. 13. & ibi Auguſt. in addi. num. 22.*

7 Dicit tamen, quòd benè ſufficiant ad torturam: & addit unam limitationem, *nu. 26.* niſi pœna ſaltem pecuniaria, vel levis corporalis, pûta fuſtigatio, erit infligenda, ibi videntur ſufficere præſumtiones indubitatæ: nota ſecundùm Auguſti. *videtur facere tex. & nota ibidem in c. literas ext. de præſumt.* Hippo. de Marſil. *in practica ſua crimina. §. quoniam, num. 29. verſi. quæro ulteriùs clariùs pro noſtra ſententia, num. 31. verſi. ſed contrariam partem,* Gandi. *in tract. ſuo maleſi. c. de præſumt. & indi. indubi ex quibus condem. poſ. ſequi.* Spec. *in titu. de præſumt. §. Species autem, numer. 4. per totum, & numer. 6. verſi. in ſumma.* D. Matthe. Matheſi. *in ſingula. ſuo. 118. incip. nota quòd præſumt. violenta, & ſecundùm Dd. deciſiones communiter obſervatur in praxi, de conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres, l. ſi interpretatione. ff. de legibus.*

Et ſic habet, quòd violenta præſumtio inducat plenam probationē, etiam ſufficientem ad condemnationem, niſi probetur contrarium, in civilibus vel pecuniarijs cauſis: ſecùs in criminalibus, quia ibi non uſq; ad diffinitivam ſed ſaltem uſq; ad torturam facit probationem: niſi criminalia civiliter agantur, vel, niſi lex præſumat & ſtatuat, quia tum ſit præſumtio juris, & de jure: *de qua dicit* Specul. *in d. titu. de præſumpt. §. ſpecies, num. 5. verſi. neceſſaria autem,* & ſic cum alijs ſuperioribus declaratū eſt, quatenus ex præſumtionibus, conjecturis, vel ſuſpicionib. reſultet plena vel ſemiplena probatio. 8

PROBATIO PER RATIOnem naturalem.

QUòd evidentia facti ſit probatio, *notatur per* Bald. *in repet. Rubr. C. de proba. per* Hippo. de Marſi. *in eadem repeti. num. 157. verſ. modò reſtat devenire,* Specula. *in titulo. de proba. num. 9. verſi. quartò per evidentiam facti, eſt tex. in c. de manifeſta, 2. q. 1. l. ſi irruptione, ff. fin. regundo. Imò dicit* Alex. de Imo. *in conſ. 35. col. 3. in prin. vol. 4.* 1

Quòd talis probatio, quæ ſit ſubjiciendo locum oculis, ſit tantę virtutis, ut illi nunquam intelligatur eſſe derogatum, & præferatur cuicunq; alij probationi. *allegat* Azon. *in ſumma, C. ad l. Aqui. &.* Bald. *in l. contra negantem, C. eo. concordat* Bal. *in d. rep. Rub. C. de prob. in 2. col. in pr.* dicens, quòd ſit optima, & ſuperlativa probationum: quia illi ſunt veriſſimi ſermones, qui concordant rebus ſeu factis, *teſte* Ariſtotele & Averroe, *allegat l. ſi irruptione. ff. fini. regund.* & concludit, quod ergo illam nulla legis virtus poſſit excludere. Simile tenet per multos Dd. Hippo. de Marſi. *in d. repe. Rubri. C. de proba. num. 157. verſ. modò reſtat, & ibi in ſequentibus per Hippo.* 2

Vide per exempla declaratum, quatenus propter inſpectionem inſtrumenti, vel propter exiſtentiã evidentiæ facti, nullatenus intelligatur exceptioni derogatum: vel quod quis cum exceptione, ſeu ſubterfugio minimè audiatur: *allegat* Bal. *ſi ex prædictis, C. de evictio.* vide ea, quæ ſunt bona & commendatione maximè digna. 3

In

4 In tantum etiam hæc probatio eſt privilegiata, quòd admittitur poſt concluſionem in cauſa: Bal. *in l. contra negantem, in fi. C. ad l. Aquili.* Maranta in ſua *tracta. de ordi. judi. parte. 6. c. de concluſio. in cauſa, num. 6. verſi. item admittitur, fol. 512.*

5 Evidenter autem apparere id dicitur, quòd fortè ex inſpectione inſtrumenti, actorum, vel alterius alicujus ſcripturæ, vel circa ſubjectum oculari inſpectione ita apparet, quòd nulla tergiverſatione poteſt celari vel negari: *notatur per Dd. & text. ſuprà allegatos,* Imo. Bal. *in d. repe. Rubri. C. de probat. col. ſin. in princ. dicit:* quòd hæc probatio inducat notorium facti permanentis.

6 Ad hanc probationis ſpeciem refer de probatione homicidij, quę fit circa inſpectionem vulnerum vel cicatricum: *de qua notavi ſuprà in lit. M. verſi. de medicis,* & probationē, quòd mulier ſit prægnans, quæ fit per ventris inſpectionem: *de qua ſupr. in hac lit. P. verſi. de partu perfecto & imperfecto.*

Res an ſit in conſpectu vel proxima, ut
7 poſsit citò ad conſpectum deduci, nil refert: Seb. Med. *reg. 5. n. 174. fol. 206.*

8 Quòd per vehementem opinionem, inducatur & fiat plena probatio, *notatur per* Bal. *in repe. Rubri. C. de probatio.* Imò quòd inducat notorium actus non permanentis, Hippo. de Marſil. *in ea repeti. num. 173. verſi. ſupereſt modò.* & quòd præſumatur vera, *notat.* Bal. *in d. l. cum aliquis, in 1 col. C. de jure delib.*

9 Requiritur autem, quod ſit probata & quòd probetur per inſtrumenta antiqua: *dicit* Bal. *in d. l. cum aliquis, in 1. col. C. de iure deli. &* Alex. *de Imo in conſi. 89. circa med. 2. colum. volum 5.* ubi dicit, de probatione antiquorū confinium, per communem hominum opinionem: probetur etiam per teſtes volentes probare communem opinionem hominum: *notat* Specu. *in titu. de proba. num. 20. verſic. ultimò quæritur,*

Requiritur, quòd ſit veritati conſona:
10 tunc enim idem operatur, quòd certitudo: *gloſſ. eſt notabi. in l. ſi quis extraneus, in § ſciendum, in gloſſ. fina. ff. de acqui. hære. & ibi.* Bald. & *ad idem eſt gloſſ. in l. 2. § idem Labeo. el. 1 ff. de aqua. plu. arcend.*

11 Sic etiam vehemens credulitas habetur pro certitudine: Bald. *in l. 2. §. quòd obſervari, in 3. notab. C. de jura. calum.* Et hanc probationis ſpeciem declarat per exempla, Hippo. de Marſi. *in d. repe. Rubr. C. de proba. n. 173.* & ibi vide aliquos caſus, in quibus vehemens opinio vel credulitas, puta teſtem, excluſit à pœna falſi: & de ſimilibus vide quia ſunt valde bona.

12 Et quòd vehemens opinio ſit ſemiplenæ probationis, vel defectus probationis ſuppletio, & vehemens infamia, quòd ſine alio alio indicio ſufficiens ſit ad torturam, *notat* Hippo de Marſi. *in ſingu. ſuo 105. incip. vehemens opinio,* & ex prædictis etiam ſequitur, quòd illud dicitur certum, quod probabili ratione certum eſt: *tex. in l. filiusfamilias, ff. de ritu nuptia.*

Et nota id, quod dicit Bal. *in Rubr. C. de proba.* quòd per vehementem opinionem 13 poſsit probari notorium ſine probatione ſubſtantiæ, id eſt, abſq; eo, quod probetur ſubſtantia per ſenſum corporis: *allegat l. ſi is ad quam ff. de acqui. hære.* 14

Quod per rationem naturalem fiat plena probatio *notat.* Bal. *in repe. Rubr. C. de probatio. & ſecundùm eum* Hippo. de Marſi, *in eadem repetitione, num. 175. verſi. capia modò aliam ſpeciem:* per exempla hæc ſpecies probationis poteſt declari, primo in mortiferè vulnerato & mortuo: quia naturali ratione præſumitur ex vulnera mortuus, cum æquiparetur mortuo *de qua vide* Bal. & Alvo. *in c. 1. titu. quib. mo. feu. amitta. in uſibus feudo, & notatur.* ab Ange *in tractatu ſuo de maleſi. & ibi in addi. verſi. & ex intervallo d. Titius ex dictis vulneribus mortuus fuit.*

In probatione mortis ſunt plurima ex- 15
empla: poſito enim, quod teſtis dicat, ſe vidiſſe hominem eviſceratum, probata eſt mors: quia de neceſsitate naturæ ſequitur, quod ſit mortuꝰ: *ſecundùm* Bal. *in l. ex perſona, col 2. C. de prob.* vel quia dicit, vidi eū decapitari vel abſcindi venas gulæ, cum ſanguinis effoſione: quia concluditur ex vi neceſsitatis naturalis, quòd ſit mortuus: Bal. *in Rubr. 3. col. C. de probatio* Barto. *in tracta. ſuo. qualiter probetur mors, col. fina.* vel quia probati ſunt anni centum & decem à tempore nativitatis alicujus, & tam ſecundum naturam, quam ſecundùm juris intellectum præſumitur deſijſſe: Bald. *in l. ex perſona, col. 2. C. de prob. per l. cum proponebatur, ff. de judi. l. ulti. C. de S. S. Eccleſijs.*

Item poteſt poni exemplum in hærede, 16
producente teſtamentum defuncti in judicium: nam tunc ex naturali ratione ſatis dicitur probata mors defuncti: quia vivis teſtatoribus non ſolent dari hæredibus teſtamenta: Hippo. *in repe. Rubr. C. de proba. nu. 176. verſi. idem poteſt etiam poni,* Barto. *in l. fi. 3. col. C. de edic. divi Adri. tollen.* Simile ibi ponit exemplum de illis, qui iverunt in bellum, nec finito bello revertuntur: dicit, quod naturali ratione præſumantur mortui.

Aliud exemplum teſtis dicit, quod vi- 17
dit Titium carcerari in carcere, in quo nō erat nec cibus, nec potus, & quod ibi erat appoſitus cuſtos, qui non permittebat dari victum carcerato: nam poſt aliquos dies præſumitur mortuus, attenta naturali præſumptione,

Ptione, quæ eſt, quòd ſine cibo non poteſt quis vivere: *ita* Barto. *in tractatu ſuo, qualiter probetur mors.* De his exemplis enumeratis, *vide* D. Robertum Maran. *in repe. l. ſi poteſt, ff. de acqui. hære. num. 157. ubi incipit tractare de probatione mortis.*

18 Aliud eſt pulcherrimum exemplum ex vi probabilitatis naturali à lege approbatæ: puta filius fuit natus in domo mariti & uxoris, ergo præſumitur ex matrimonio natus: Bal. *in repe. Rubri col. ſi C. de proba. per l. filium diffinimus, ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. jur.*

19 Secundùm Hippo. pone aliud exemplum & elegans. Maritus habet uxorem juvenem, & ipſe eſt decrepitæ ætatis, & impotens ad coitum: vel, quia eſt potens, & ſtetit per tres, vel quatuor annos abſens ab uxore, & ipſa uxor bis peperit: certè ex ratione naturali probatur, ipſam comiſiſſe adulterium: *per d tex. l. filium diffinimus, ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. juris & per* Feli. *in c. præterea de teſtibus.*

20 Et ex probatione, ex ratione naturali, oritur præſumtio violentiſsima, ex qua etiam poteſt ferri ſententia exemplo Salomonis: *de quo in c. afferte mihi, ext. de præſum. & ibi* Abbas: *eſt hiſto. cap. 3. lib. 1. Regum.*

21 Et notantum eſt in hac materia, quòd ratio naturalis ſubrogatur loco legis, & pro lege habetur: *l. cum ratio ff. de bo. damn.; & dicit* Bald. *in l. teſtium, in 5. col. in prin. C. de teſtibus, per* Ariſto. *quòd meliorem teſtem habere non poſſumus, quam rerum naturam, quæ mentiri non novit.* ¶ Et multa alia bona circa hanc materiam rationis naturalis, quomodo ſecundùm eam diſpoſitio ſit reſtringenda, qualiter ſit alleganda, circa teſtium depoſitiones attendenda, & ſimilia, *inducit* Hippo. de Marſi. *in d. repe. Rubr. C. de proba. n. 177. verſic. & primò ſcias, cum ſequnetibus.*

22 Nota ſingolare ad hanc materiam in criminali: quando ſuſpectus de homicidio ducitur ſuper cadaver, ſi illud emittat ſanguinē, hoc ſit aliquid naturæ inſitum, & faciat cum quot alijs indicium ad torturam: Hippo. de Marſi. *in pract. ſua crimi. §. diligenter nu. 181. verſ. nam fuerat mortuus.* Et Anton. Blanc. *in repeti. l. ſi. ff. de quæſt. num. 403. verſ. item ſi exhibeatur.* Patitur tamen contrariam probationem: Hippo. *in d. Rubrica.*

23 Quod etiam ex conjactura uel præſūtione legis poſsit fierit probatio. *dixit* Bald. *in repeti. Rubr. C. de proba. per l. qui duos, in ſi. ff. de reb. dubijs: & notat.* Hippo. de Marſi. *in eadem repeti. num. 183. verſic. reſtat videre:* de alia ſpecie probationis, rationem dicit Hipp. quia cum præſumtiona legis fraternizat: quę præſumtiones legū dicuntur probationes liquidiſsimæ, adeo, quod onus probandi transferunt in adverſariū: *gl. l. ſi tutor, in verbo oſtenderit, C. de periculo tuto.* Habens ergo pro ſe conjecturam, ſeu præſumtionem legis vel canonis; *puta ex l. cum de indebito, ff. de proba. vel ex l. ſive poſſidetis, C eo.* vel ex aliqua lege ſimili, ſeu canone habet intentionem & probationem liquidam, transfert onus probandi contrarium in adverſarium, non probato contrario obtinet; *gloſſ. l. 1. C. de teſta. militis.*

Nam iſtam gloſſam & alia jura multa pro tuitione prædictorum, *allegat & inducit* Hippo de Marſi. *in d. repe. Rubr. C. de proba. n. 326. verſi. dico modò.* Ubi trctare incipit ultimam probationis ſpeciem eo ipſo, quòd non probatur contrarium: *ad hoc est tex. c. poſt ceſſionem, ext. de prob.* dicens, quòd literis ordinarij ſtandum ſit, donec probetur contrarium: & ſic etiam ordinarij admittitur probatio in contrarium: quantum autem literæ ordinarij fidem faciant, *vide in gloſſ. d. c. poſt ceſſionem, in verbo, ordinary.* 24

Et jura prædicta videntur debere intelligi, de veritate præſumta, cùm admittant probationem in contrarium; *prout etiam dicit gloſſ. l. ſive poſſidetis, in verbo facti. C. de probationibus,* ibi eſt tex. de facto, de quo dubitabatur, præſumit, ſic fuiſſe, vel non: benè admittitur probatio in contrarium, ſed veritas indubitata & per ſe nota nō reprobatur; *l. verū, cū ibi notatis, ff de reg. jur. & allegatur in c. ſi Paulus, 32. q. 5 vel dic ſecundùm d. gloſſ. in d. l. ſive poſſidetis,* lex quia præſumit & ſtatuit, & non admittitur in contrarium probatio: iſtō enim caſus jus non vult admittere reprobationē ex cauſa: quia ſic inducitur præſūtio juris & de jure, quæ non admittit probationem in contrarium: *c. is qui, De ſponſa. cum ſimili. Et hac dixit* Ioan. Calder. in. *in repetitiol. c. poſt ceſſionem, ext. de proba. col 5. verſ. primò oppono: & nota tex l. antiqua in princ. C. ad S. C. Velle. cum alijs Dd. in l. cum precibus, C. de prob. & Bal. in l. ſi tutor petitus. C. de periculo tutorum.* Specul. *in tit, de præſum, §. 2. per totum,* 25

De præſumtione autem neceſſaria, quam juris; & de jure vocant, quando plenē probet, & admittat probationem in contrarium, notat in ſpecie, & per exempla eam declarat D. Specul *in d. titu de præſumtione, nu. 3. verſic. neceſſaria autem.* 26

Temeraria autem præſumtio nihil penitus probat, quia eſt talis, quæ procedit à malevolis & malis hominibus, & ex cauſis vilibus & levibus, quæ nullatenus debet movere animum judicantis: Specul. *in d. titu. de præſum. num. 2. verſi. temeraria præſumtio. Et* Angelus de maleſic. *in verſic. non quidem à malevolis.* 27

De probatione, quæ ſit per conjecturas & indicia, *Aflict. deciſ. 13.*

Præſum-

28 Præſumptionem hominis enumerat inter probationes, Bal. *in repe Rubrica, C. de proba. & ipſum ſequendo* Hippo. de Marſi. *in eadem repe. Rubr. num. 184. verſi. venio modò* ad ultimam ſpeciem: allegant *l. in lege Aquilia, ſi de-lenum, ff. ad legem Aqui. & l. 3. in §. cauſa cognitio, ff. ad Carboni.* Ubi ex levi ſuſpicione, ſeu præſumptione, judici facta, obtenta eſt victoria, & ſecundùm petita proceſſum.

29 Hippo. hîc declarat hanc probationis ſpeciem per aliqua exempla ſic, & dicit: ſubtrahens alicui copiam probationis ſuæ intentionis, item falſificans acta cauſæ, quòd perdat cauſam: ratio eſt quòd ex iſtis præſumatur, ſubtrahentem fovere injuſtitiam, & extendit illa ad corrumpentem, judicem vel procuratorem partis adverſæ, vel ipſam partem, ſi cauſa reſpiciat intereſſe tertij ſeu alterius. Ad corrumpentem notarium actorum, item ad diſsigilantem acta tranſmiſſa conſultori. Et tendit quoq; ad minantem teſtibus, ne dicant veritatem, ex quo dicit, quòd is quoq; præſumatur non fovere juſtitiam, & quòd debeat propterea perdere cauſam. Ecce caſus, in quibus præſumptio ſic operatur probationem, propter quam poſſit quis cadere è cauſa.

30 Notandus eſt caſus ad hanc materiam, *§. afferte mihi gladium, ex. præſum.* ubi ex præſumtione lata eſt ſententia diffinitiva, ſecundùm Abba ¶ Item præſumptio inducit purgationem: *gloſſ. in c. ſi quis de gradu, ext. de purga. Cano.* & in caſu, ubi non movis præſumtio judicem ad pronunciandum, cum uno tamen teſte, vel cum conſimili præſumtione, plenam facit fidem: *c. illud, ext. de præſum.* vel movet judicem ad deferendum juramentum ſuppletorium ei, pro quo eſt præſumtio, ut ſententiam ferat pro eo: *l. in bonæ fidei, C. de reb. cre. l. admonendi, ff. de jureju.*

31 Et nota, quòd hic poteſt intelligi de præſumptione probabili, veriſimili, vel violenta: quia multùm illam cum præcedenti fraternizare, *dicit* Hippo. *in loco allega. in pr.* & admittit probationem contrariam, *c. ſuper hoc, ext. de renun.* & de his ſpeciebus præſumtionum, *vide* Specu. *in titu. de præſum. §. ſpecies autem, num. 2. verſi. probabilis autem, & nu. 3. verſi. violenta, cum ſimilib. idem Specu. in titu. de proba. §. videndum reſtat, num. 10. verſi. quintò per præſumtionem.*

32 Et quòd ſaltem hæc ſpecies in hoc à præcedenti differat, quòd in præcedenti præſumatur ex lege, hic verò ex facto hominis, *dicit* Hippo. *in loco allegato in principio.*

Quæ fiunt in occulto, poſſunt probari per indicia & præſumtiones: Vivius *deciſ. 296. lib. 2.*

33 Hippolitus de Marſi. *in repe. Rubri. C. de proba. num. 190 verſi. ſed judicio meo*, ſculpturam in lapide, marmore, ſeu columna, *ſecundùm* Hoſtien. *in d. repe. Rubri. C. de proba.* ad ſeriem probationũ refert: dicendo quòd per literas ſcriptas ſeu ſculptas, in lapide, marmore ſeu columna fiat, probatio: & hoc, quando tractatur de re antiqua probanda, ſecundum gloſſam, quæ ad hoc optimè decidit, *in c. cum cauſam, ext. de probatio. eſt gloſſ. in verbo, poſt mortem, c. ſanè, el. 2. 24. q. 2. Dd. in l. monumentorum, C. de religio. & ſum. fu.* Spec. *in titu. de probatio. §. videndum reſtat, num. 12. verſi. nonò per libros antiquos, & vult* Bal. *in d. c. cum cauſam, in 4. colum. de proba.* 34

Quod ex tali ſcriptura antiqua probentur confinia, & iſta propter auctoritatem antiquitatis, propter quam antiquitatem etiam admitti teſtimonium de auditu alieno, & communi opinione, *tenet* Abbas *in c. cum cauſam, in prin. de probation.* ſic dicendo: nam facta ſic antiquata, de quorum initio memoria non exiſtit, probentur per tale teſtimonium: *per* Innoc. & Hoſti. *in c. venientis, de verbo. ſig. in 6. & per gloſſ. ſi. in c. 1. de præſcrip. in 6.* dicent enim teſtes, quòd ſemper viderunt fines antiquos diœceſis protendi uſq; ad talem locum, & quod nunquam audiverunt dici contrarium: *hæc dicit* Abb. *in d. c. cum cauſſ. in prin.* & quòd ſic probetur antiquitas, imò tempus, de cujus initio, ſeu contrario memoria non exiſtit, *notat. gloſſ. ſi. in c. 1. de præſcrip. in 6. & ibi eſt optima materia.*

Et quòd antiquitati multum deferatur in probatione, *licet videre ex gloſſ. fina. in d. c. cum cauſam, de proba.* dicente, per teſtes antiquos utriuſq; parochiæ, diviſionem eius probari: *per c. plures, 16. q. 1.* 35

Et ruſticis ſenibus præcipuè, in antiquis, quòd credatur, *habetur in l. ſi chorus, ff. de lega.* & fama dicit: in talibus præcipuè valet, quorum memoria non habetur: *per l. ſi arbiter, ff. de proba. per l. in ſumma, §. item* Labeo, *ff. de aqua. plu. arcen.* per ſe tamen, niſi alia adminicula adſint, non probat: *quod notat c. item in criminali, §. ſæpè fit, 4. q. 3.* Huc etiam pertinet id, quòd libris antiquis Eccleſiarum credatur, in finibus probẽdis diœceſis, vel parochiarum: *eſt text. d. c. cum cauſam ibi, quæ per libros antiquos, vel alio modo, & ibi* Abbas *in prin. de proba.* 36

Quòd etiam libris antiquis cenſualibus Eccleſiarum de cenſibus & redditibus credatur, *notatur in c. ad audientiam, ext. de præſcrip.* Hoſtien. & Ioan. Andr. intelligunt, hoc procedere in libris reſervatis in cuſtodia publica & fideli: & pro iſta reſtrictione optimè facit tex: *in d. c. ad audientiam, de præſcrip. & ibi dicunt* DD. quòd libri faciant fidẽ, ſi reperiantur in Camera Cardinalis vel Epiſcopi: & hoc propter fidem ſcriniariorum. 37

Et

38 Et omnia modò dicta, quod ſingula faciant fidem in antiquis, ſunt intelligenda, ſi agatur de nullius præjudicio: quia tunc ſufficiunt probationes non plenæ: ita diſtinguendo, *docuit* Abbas *in d. c. cum cauſam, col. 2. verſi. dico ergo*, quod aut agitur, de proba. & aliam ibi facit diſtinctionem, an videlicet de modico vel magno agatur præiudicio: In quibus caſibus libri antiqui, libri Hiſtoriales, Chronica, libri Philoſophorum, plenam fidem faciant, *vide ibi in allegato capi. per* Abbatem.

39 De iſto modo probandi in antiquis, & ubi vertitur leve alicuius præiudicium, *conſuluit* Decia. *in conſilio 7. vol. 3. n. 25. & in ſequentibus*. ¶ Et ſic habes ſpeciem probationis, per ſculpturam ſeu literam, in lapide ſcriptam, ſiendam: ſub qua ſpecie non incommodè tractandum venit probandi modos in antiquis, & ad eorum expeditionem vide, *quæ novvit* Hippo. de Marſi. *in d. repeti. Rubri, C. de prob. nu. 190. verſi. ſed iudicio meo.* (Et Aymo. Cravetl. *in tractatu de antiquitate tempor.*)

40 Quid autem & quatenus inſcriptiones ſeu ſculpturæ monumentorum circa jura ſepulchrorum probent, *vide* Bald. *& Dd. in l. monumentorum, C. de religio.* & huc refer ſculpturas, in arboribus factas, quæ de conſuetudine ſiunt ad confinium demonſtrationem, & de iſtis faciunt fidem: cogita de ſimilibus.

PROBATIO PER RATIONEM & ſubductionem calculi.

1 Hippol. de Marſil, *in d. repe. rub. C. de proba. num. 252. verſ. dico etiam*, rationem inter probationis ſpecies poſuit: nam dicit, ratio inducit probationem contra conficientem, etiam in favorem abſentis: *ſecundum* Paul. de Caſt. *in conſ. 84. incip. quod præfata ſententia*, ſic dicens, ex quo confectum ſit ſcriptum, juxta ea, quæ habentur *per* Bart. *in l. nuda. ff. de donatio & l. publica, §. fi. ff. depoſi.* ¶ Sicut liber rationum confectus inter tutores, probat contra eos, etiam in favorem abſentis: *l. fi. C. arbi. tute. & vide alia, quæ eleganter adducit* Paul. de Caſt. *in d. conſi.* Deci. *conſi. 109. vol. 2. nu. 18.*

2 Sed quæritur, quæ requirantur fortè, rationibus ut ſtetur pro ſcribente: qui contra ſcribentem regulariter probat, ut in *l. rationes, C. de proba.* & reſpondetur, quando ratio eſt mercatoris, continet data & accepta, tam pro ſe quàm contra ſe, & ſic habeat formam rationis, & ſcribens ſit perſona bonæ vitæ, & honeſtæ famæ: cum iſtis enim adminiculis plenè probat: *ita* Bal. *in l. rationes, verſi. revoco ad dubium, C. de proba. & in l. in bonæ fidei, in 4. colu. C. de reb. cred. idem* Bal. *in l. inſtrumento, C. de proba.* (Geyl. *2. obſer. pract. 20. certis requiſitis addit cauſam obligationis: & tamen nihilominus non niſi ſemiplenè probare dicit, niſi aliud conſuetudine inductum ſit.*)

Quando autem mercator eſt infamis, tali caſu pro ſe non ſtatur eius libro rationis: *ita notat* Joan. de Arno *in ſing. ſuo 45* 3

2. Nota autem attendi debere conſuetudinem mercatorum in credendis rationibus: *ſecundum* Bart. *in l. omnes populi, ff. de juſtic. & jure*: & tunc pro mercatore poteſt operari conſuetudo, niſi liber rationis habeat falſi ſuſpicionem: debet enim convenire conſcientiæ judicis: *ſecundum* Bald. *in l. unica, C. de confeſ.* Bal. *in c. 2. ex de prob.* vel niſi ſit magna ſumma, quia ibi facilè committitur falſum: Abbas *in c. bonæ memoriæ, el 2. de poſtula. præla. citans* Bald. *in l. 1. C. de confeſ.*

Et omnia, quæ in libro mercatoris ſunt ſcripta, contra eum probent: & præſumuntur omnia eſſe ſcripta de eius juſſu, conſenſu & permiſſo: & contrarium aſſerenti non crederetur: *l. ſi quis ex argentarijs, §. rationem, ff. de edendo*, Bart. *in l. quadam ſunt, ff. eod. tit.* Alex. de Imo. *in conſ. 290. incip. ponderatis ... in 2. vol.* nam qui librum, regiſtrum, vel aliam ſcripturam apud ſe habet & retinet, præſumitur, quod contenta ſcripſerit, approbaverit, & confeſſus fuerit: *l. ſi filius famil. patre abſente, ff. ad Macedo. & in cle. 1. de procura.* 4

Et præſertim dicta habent locum, quando nomen, cuius ſit liber, ſuperſcriptum eſt libro: quia per ſuperſcriptiones libri videtur dominus libri in dubio notitiam contentorum in eo habere: *ut per* Alex. *in l. ſi ita ſtipulatur, §. Chryſogonus, ff. de verb. oblig.* Chil. Köning. *In ſua pract. c. 98.* Von der beweiſung der Bücher/ und Regiſter der Kauffleute/ oder Handwercker. 5

Nota: rationes conficiens de alicuius mandato, ratione officij publici, vel privati, illas edere compelliter: *ut l. 1. & ibi per* Bart. *C. de eden.* 6

PROBATIO PER SENTENTIAM.

Quod ſententia res judicata facta, inducat probationem, *notatur per* Bald. *in repe. Rubr. C. de prob. & per* Hippo. de Marſi. *in ex repe. num. 151. verſi. modo tranſeo.* per rationem, quia res judicata pro veritate habetur: *l. res judicata, ff. de reg. juris. Imò dicit* Bal. *in l. 1. C. de fal. cauſ. adlega. in prin. ulti. colum.* quòd non minus operetur ſententia, quàm dicta teſtium, & inſtrumenta ad probandū: allegat *dict. l. res judicata, ff. de regu. juris.* Et quod majus eſt, tollit confeſſionem, ſi ſit judicatum contra illam: & quod ex dicta confeſſione præcedenti nullus poſſit ſequi effe- 1

effectus, *voluit* Bald. *in l. ſed ſi quis in hoc, C. de Epiſ. & Cle. & vide quæ notavit* Hipp. de Marſi. *in d. repe. Rubr. C. de proba. ad ſpeciem proba. num 152. verſ. quinimo nedum. Et per eundem* Hippol. *ſupr. de probatione per confeſſionem, num. 9. notavit.*

2 Et quòd per ſententiam probetur tenor libelli, in caſibus, quando ſit amiſſus, vel quando verba libelli ſint dubia, *notat gl. fin. in c. dudum, ext. de decimis, & per hanc gloſ.* Abbas *ibidem in col. penul. in fin.*

3 An autem per ſententiam poſſit probari in petitorio, vel poſſeſſorio de titulo; *dixit (Quod ſic in poſſeſſorio, ad colorandam poſſeſſionem: ſecus in petitorio.)* Hipp. *in d. repe. Rub. C. de proba. nu. 155. verſ. item etiam ſcias, & vide quæ notavit* Alex. de Imo. *in conſi. ſuo 98. incip. viſis iis quæ eleganter, col. pe. verſ. Rurſus, volu 5.* ubi vult, quod per ſententiam etiam declaratoriam transferatur in victorem dominium, vel quaſi. refert ſe ad communem opinionem, *in l. 3. § item quæri, ff. de rebus eo.* Cyn. Bal. & Saly. *in l. 1. C. com. utriuſ. judi.* & plus dicit, talis probatio tituli reſultans ex ſententia, vel ſimili actu, quòd probet etiam inter alias perſonas: *per l. deſiderium, & ibi per notata* Bal. *C. depoſiti, per* Bal. *in Rub. C. res inter alios acta, in fin.*

4 Sed quatenus & quando per ſententiam intelligatur translatum dominium, *notat pulcherrimè, diſtinguendo circa probationes,* Angelus *tit. Inſtit. de offi. judicis, §. fin. per totum.* Ampliat prædictam doctrinam, Hippol. *nu. 156. verſ. item ſcias, in d. repe.* quòd ſententia etiam inducat notorium, *per gl. l. emptorem, in princ. ff. de actio. empti.* imò etiamſi ſit talis, quæ poſſit retractari anteqnam retractetur: *per Alex. in d. l. emptorem, ff. de ac. empti. & de iſto vide* Landfranc. de Oria. *in repe. c. quoniam contra, de probatio. numer. 27. verſ. ſecunda arguitur.* Et omnia quæ modò dicta ſunt intelligenda ſunt de ſententia, quæ res judicata eſt facta: alias ſecus: *gl. in l. res judicata, ff. de reg. juris.*

5 Quando autem ſententia dicatur tranſiſſe in rem judicatam, & cujus ſit auctoritatis res judicata: *examinat & notat* Roberto Marant. *in ſuo tractatu de ordi. judic. de ſenten. appel. & execu. nu. 128. verſ. venio ad tertiam quæſtionem: & ibi num. ſequenti cum aliis,* enumerat multos caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem judicatam, *fol. 547.* Et de materia ſententiæ, *vide* Specula. *in titulo de ſententia, parte 2. per totum, nota quædam in fin. in litera S. verſ. de ſenten.*

PROBATIO PER SOLUTIONEM.

1 DE hoc modo probandi, *dicit* Hipp. de Marſil. *in repet. rubr. C. de proba. num. 254. verſ. fit etiam probatio alio modo:* & affirmat, quòd dominium ultra alias probationes probetur, per ſolutionem cenſus vel victus: & ideo (dicit) ſi ſolvo tibi penſionem pro aliquo fundo, indicium eſt, quòd illum à te habui, & proprietas eſt tua: *ita ſecundum* Bal. *in l. judicia, in 1. col. C. de rei vendita. per l. litibus, C. de agrico. & cenſi. lib. 11.* Et ſic ex ſolutione cenſus præſumitur, quòd ille, cui ſolvitur, ſit proprietarius, quod eſt notandum ſecundùm Bal.

2 Iſta nedum habent locum in probatione dominij, ſed etiam in probatione poſſeſſionis: quoniam perceptio penſionis vel canonis inducit acquiſitionem poſſeſſionis: Inno. *in c. cum veniſſent, in ulti. colu. de reſtit. ſpolia. per l. quamvis, §. 1. ff. de acqui. poſ.* Bal. *in c. cum veniſ. in pe. colum. de reſtit. ſpolia.* inquit, quod poſſeſſio probetur ex perceptione fructuum, nedum inter ſolventem & dominum, ſed etiam inter omnes.

3 *Et dicunt* Angel. & Alex. *in d. l. quamvis, § 1. ff. de acqui. poſ.* quod contra ſolventem mercedem, vel penſionem, ſemper probetur poſſeſſio recipientis: quia ipſe non poteſt refricare quæſtionem dominij: *l. ſi quis conductionis, C. locat. Et dicit* Bal. *in l. Pomponius ff. quib. mo. uſusfr. amitta.* quòd receptio penſionis probet poſſeſſionem: *& ipſe* Bald. *in l. ad proba. C. loca.* quòd perceptio penſionis repræſentet naturalem actum poſſeſſionis.

4 Et circa dominij probationem, *dicit* Bal. *in l. ſi certis annis, in 4. colum. C. de pactis,* quod qualis apparet ſolutio, talis præſumitur præceſſiſſe conceſſio: quòd dicit eſſe multùm notandum pro emphiteutis, qui perdiderunt inſtrumenta emphiteutica: Item hanc partem, quòd per perceptionem cenſus vel canonis, probetur dominium, *tenuit expreſſe* Specu. *in tit. de locato, in § nunc aliqua, in verſ. 64. incip. quæritur, quid ſi ruſticus, & ibi in verſ. 143. incip. quæritur, quod notat* Bald. *in l. 3. per illum tex. C. de natura. libe.* ubi dicit, quòd per exactionem, & impoſitionem collectarū comprehendatur, terram ſolventem eſſe de juriſdictione eius, cui ſolvitur.

5 Ad quod eſt *tex. etiam in §. ſi ex qualibet in Auth. quib. mod. natu. effici ſui. Et faciunt dicta per* Bal. *in l. data opera, circa 11. col. verſ. ſuper ſitu cadit teſtimonium, C. qui accuſa. non poſſunt:* ubi declarat qualiter debeant deponere teſtes ut probent, unū locū eſſe de aliqua juriſdictione: Inter cætera dicit quod eſt bona ratio: ſi teſtis dicat, quod vidit homines illius loci ſolvere collectas: *& facit ad hunc probationis ſpeciem tractatus* Jacobi Veneti *de annua præſtatione, & vide conſi. 4.* Schur. *cen. 2.* quatenus quis præſumatur ſolvere tanquā cenſititius conductor vel emphiteuta, *vide conſ.* Weſenb. *62. parte 2.* Sed de modis proban-

probandi poſſeſſionem, vel quaſi iuris colle-ctandi, *vide* Weſenb. *in conſi.27.part.1.*

PROBATIO PER TACI-turnitatem.

1 HIppol. de Marſil. *in repet. rubrica, C. de proba.num.248.verſi.& primò dico*, etiam taciturnitatem inter probationes refert: ita, quòd aliquando faciat probationem, & ſic format caſum: ego mutuavi tibi centum, nullo teſte præſente, quomodo potero me iuvare, ut probem tale mutuum? in quo dicas, quòd cantela erit, ut ego ſcribam tibi literas coram duobus, vel tribus teſtibus, qui legant continentiam iſtarum literarum, in quibus ego ſcribam, quòd rogo te, ut mihi reſtituas mea centum, quæ tibi mutuavi, & poſtea, hoc facto, mittam tibi dictas litaras per unum de dictis teſtibus, qui vidit & legit continentiam dictarum literarum.

2 Nam poſtquam tu legeris dictas literas, & ſi non fueris ſtatim protaſtatus, tu mireris de talibus literis meis: eò, quia tu non es mihi debitor in aliquo: ſed ſi tacueris, tum per hanc acceptionem literarum, & taciturnitatem, inducetur probatio contra te, de dictis centum: adeò quòd ex hoc potero te cogere ad ſolvendum dictam quantitatem: *dicit* Hippo. de Marſi. *ſecundùm* Barto. *in l. ſi filiusfamilias, per illum tex. ff. ad S.C. Macedon. idem* Barto. *in l. quo enim, §.1. ff. rem rat. haber.* Dacian. *in conſi.109. volum.2. numer. 16. in aliquibus præcedentibus & ſequentibus.*

3 Sed quælibet epiſtola debet continere & habera nomen, cognomen, & ſuperſcriptionem: aliàs ſic non obligat. Bal. *in 1. conſtit. ff. veteris*, & ſi ſaltem ſigillum, ſine nominis ſubſcriptione eſſet appoſitum, nullius eſſet operationis, neq; obligaret: *ut eſt tex. in l. ad teſtium, §. ſi quis ex teſtibus, ff. de teſtament.* Et ſi erit cauſa gravis, etiam apponatur nomen prælaturæ, dignitas vel officium ſcribentis: caſus eſt in *l. Sacri affatus, C. de diver. reſcript.* quia cauſa gravis cum maiori ſolennitate vult tractari, quàm levis vel vilis: *per tex. in c. per venerabilem, in §. rationibus, ext. qui fil. ſint legit.* & ad hanc ſpeciem probationis faciunt quàm plura, quæ dici ſolent de tacente, qui quandoque conſentire ſolet: *de quibus per Dd. in c. nonne, de præſumpt. & in Regu. qui tacet, de reg. jur. in 6. & notat* Bartol. *in l. ſi cum dos, ff. rer. amota.*

4 Nota, quando literæ ſunt ſcriptæ, & antequam præſententur, ſcribens moritur, quòd non præiudicent eius hæredibus: Hippol. de Marſil. *per jura in repet. rubr. C. de probat. 248. verſi. & poſtquam loquimur:* & de hac probationis ſpecie, *vide* Chilian. Köning. *in pract. ſua, c. 99.* Von der beweiſung der Schweigenheit. ¶ Quatenus quis per taciturnitatem obligetur, vel non, *vide* Corſet. *in ſingula. ſuis, in verbo, taciturnitas, vide quæ notavi infr. in liter. T. verſi. de tacito, tacente, & de taciturnitate.*

PROBATIO PER TESTES.

PEr Teſtes quòd fiat probatio, *notatur per* Bal. *in repe. rubrica, C. de proba. per tex. l. 3. ff. eo.* quòd iſtud autem intelligendum ut per teſtes omni exceptione majores, aliàs non inducere plenam, nec ſufficientem probationem, habetur *c. 1. de teſtib. in l. in bona fidei, C. de jurejur. in l. admouendi, ff. eo.* quia probationis appellatione, in dubio ſempar intelligitur da plena, ut habetur *in l. Lucius, ff. de con. & demon.* & quia, verba ſemper debent accipi in potiori ſignificato: *§. quoties, Inſti. de in natu. gen. & civi. cum ſimilibus.* Et præcipuè hæc habent locum, quando lex vel ſtatutum plenam requirit probationem, nec ſufficit iſto caſu ſemiplena probatio cum iuramento: Archidia. Ioan. An. *& alij in c. pia, de except. lib. 6 per tex.* in verbo apertiſſimis documentis: nec etiam tali caſu ſufficit probatio per unum teſtem cum fama: Specu. *in tit. de noto. crimi. §. fama, verſ. quid ſi agenti, gl. 3. in l. non eſt veriſimile, ff. quod me. cau.* 1

Limitatur, niſi ſecundùm ſubiectam materiam plena probatio fieri non poſſet, vel niſi ſubiecta materia aliud requireret: valebit enim talis probatio, qualis fieri poteſt: notat Hippo. de Marſi & declarat per aliqua notabilia exempla, *in repe. rub. C. de proba. num. 7. verſ.* Sad iſtam concluſionem: & ibi vide de multis utilibus quæſtionibus, in materia teſtium ab Hippo. motis & deciſis. 2

Sed teſtes ut probent, quæritur, quando, ſeu in qua parte iudicij ſint producendi, recipiendi & examniandi? raſpondetur regulariter, poſt litis conteſtationem: *c. 1. & 2. c. quoniam frequenter, extr. ut lite non conteſta.* 3

Fallit autem in caſibus, in quibus ante litis conteſtationem poſſunt teſtes produci, recipi & examinari, poſt conteſtationem demum eorum dicta publicari: Specul. *in tit. de teſte, §. nunc tractemus, enumerat caſus 36. communiter notant Dd. in d. c.* quoniam frequenter ut lite non conteſ. & quòd ſic etiam in Camera peti & dari poſſint ad axaminandum commiſſarij, notavit Mynſing *in obſerv. 18. cent. 1. idem* Myoſing *in obſerv. 71. & 72. cent. 4. &* Geyl. *in obſerv. 92. lib. 1. (Summa. hæc eſt: diſtinguitur inter actorem & reum. Actori non conceditur tale examen, niſi juſtis de cauſis, ſenij, mortis, abſentia longioris. Et tale examen non publicatur, antequā actio inſtituta ſit: quam tamen intra annum actor inſtituere cogitur, aliàs tale examen expirat. Reus verò indiſtinctè ad tale examen admittitur, atq; illud etiam confeſtim* 4

publicatur., ex c. ſignificavit, extr. de teſtibus. Idem eſt, ſi petatur examen ex parte illius, qui & actoris & rei vice fungi poteſt.)

5 Sed à quo iudice ſit petenda commiſſio, ad producendum teſtes, ad perpetuam rei memoriam, de iure communi, *(Iudex cauſſæ principalis eſt adeundus, niſi præſens neceſſitas, puta periculum mortis teſtis aliud ſuadeat. Idem* Geyl.*obſerv. 102. lib.2.obſerv.pr.)* & de iure Cameræ, *(Privilegium ordinationis,* der Außträge/ *in hoc examine locum non habet, ſed Camera adeunda eſt, &c.) docuit* Geyl.*in obſerv.93. lib. 1.* Quomodo commiſſio decernenda, *(In communi videlicet forma,)* & an citatio partis requiratur, *(Requiritur regulariter, niſi periculum in mora ſit.) idem* Geyl. *in obſerva.94 lib.1.* ſed poſt litis conteſtationem debent produci in termino à judice, lege, vel ſtatuto præfixo: de iure Saxonico habemus terminum ſex hebdomadarum & trium dierum: *Arti.62.lib.1.* Land Recht. Quando iudex in ſententia terminum præfigit, numerandum eſt à die, quo ſententia res iudicata eſt facta, niſi partes in termino ſententiam laudaverint, & approbaverint ſine proteſtatione: *gloſſa & addi. ad d. articulum 62. lib.1.* Land Recht / *& facit gloſ. fin. lib. 2. Arti. 6.* Land Recht.

6 De jure civili & canonico terminus probatorius eſt arbitrarius, ita quòd præfigi poſſit arbitrio iudicis, pro qualitate circumſtantiarum, Bal. & Moder. *in l. 1. C. de dila.* & producet teſtes producens ſuis ſumptibus: Geyl.*in obſer.99.lib.1.*

7 Sed notandum eſt, quòd iſti termini probatorij ſint peremptorij & excluſivi: Abbas *in c. cum in tua ext. qui ma. accuſa. poſ.* niſi de legitimis impedimentis poſſit probari: tali enim caſu etiam poſt terminum admittitur: ſed quæ ſint iſta impedimenta legitima, *notat gloſſa Arti.7.lib.2.* Land Recht.

8 Dantur autem de jure communi tres productiones, quarta cum ſolennitate legali: Specul.*in titu. de teſte, §. qualiter autem, per Authen. de teſti §. quia vero multi. per c. ultra c. in cauſis, & c. ſignificavit, ext. eo.*

9 Elector Saxoniæ in hoc caſu ſtatuit, das ein jegliche Parth dem beweiß oder gegenbeweiß aufferlegt/ denſelben in Sächſiſcher friſt ſol verführen/ nicht alleine Artickel einbringen/ ſondern auch bey den Richtern vnd Commiſſarien vleiſſig anhalten/ vnd nichts erwinden laſſen/ Der terminus der gegenbeweiſung ſol lauffen/ von der zeit an/ als jhm die Citation zur publication der geführten gezeugnuß zukommen/ *Arti. 16 par. 1. conſti.*

10 Sed quia forma eſt, quæ dat eſſe rei, *l. Iuſianus, §. ſed & ſi quis, ff. ad exhiben.* videndum eſt, qualiter teſtes producendi, recipiendi & examinandi, ita ut dicta eorum valeant, parti & adverſæ præjudicent.

Et articuli probatorij dentur iudici, qui debent continere intentionem libelli: Bal. *in l. generaliter, in §. ſed juramento, in 1. col. in fi. verſ. item nota capitulum, C. de rebus creditis,* Specula *in titu. de teſte, § nunc videndum, in prin.* qui articuli quandoque vocantur in textu, & quandoque aſſertio: *c. actor. 6. q. ulti.* 11

Et dentur iſti articuli probatorii ab actore vel reo, in ſcriptis, ut appareat ſuper, quo teſtes producantur & deponant. Specula *in d. titu. de teſte, §. 1. verſi.* item quod depoſuit: *num.62.* vt melius teſtes examinentur, & vt videatur, an ſint pertinentes, & qualiter ſuper eis interrogatoria ſint formanda, c. præſentium, *de teſtib. in 6.* quandoque etiam petita in genere in articulis ſpecificantur: *vt notat* Spec. *in tit. de libel. concep. §. ſi. ver. cautus etiam ſis.*

Imò dantur, quia faciunt ad clariorem probationem: *cle. ſæpe, de verbo ſigni.* quare etiam parti adverſæ exhibetur copia, vt videat, an ſint pertinentes, vel non, & vtrum contingat negocium, de quo agitur: *vt in c. cùm cauſam, de prob.* non enim debet quis ad probandum admitti, quòd probatum non releuat probantem: *l. ad probationem, & l. 1. C. de proba. hac tradit* Specula *in titu. de teſte, §. nunc videndum, num. 2. 3. & 4.* & prædicta noſtri fori obſeruat ſtylus & conſuetudo, quare ſunt obſeruanda. ¶ Requirit etiam, quòd in articulis ſit claritas: obſcuritas enim reprobatur: & quod debeant fieri per verba affirmatiua, & non per negatiua: quia negantis factum nulla eſt directa probatio: *notat.* Spec *in d. § nunc videndum, n. 8. verſi. hoc quoque.* 12

Ad unum etiam animadvertas, quòd ſecundùm conſuetudinem loci judicandum & procedendum ſit: Specula. *in d. §. nu. 5. verſi. ſi tamen, 1. cum veniſſem, ext. qui mitt. in poſ. cau. rei ſer. cum ſimilibus.* 13

Contineri etiam debent articuli nomina teſtium: & ad quem finem, *notatur in gloſſ. c. præſentium, in verb. nomina, de teſtib. in 6.* De obſervantia fori noſtri nomina teſtium articulis ſubſcribuntur. 14

Eſt autem reus citandus, ut compareat in termino præfixo ad dandum interrogatoria, ſi velit ad videndum recipi & jurare teſtes, cum cautela, quòd nihilominus eo abſente procedatur. Bal. *in l. publicati, C. de teſta. c 2. & c. ſignificavit, de teſtib.* & quòd parte citata, abſente tamen, teſtes poſſint recipi, jurare & examinari, *notat tex. l. ſi quando, §. ſed cum. C. de teſtib.* nihilominus tamen atteſtationibus publicatis, poteſt ſe ex illis juvare, vel ea, prout eſt juris impugnare. *l. fin. de teſtib.* niſi per compromiſſum aliter ſtatutum ſit, hoc enim obſervabitur: *tex. d. l. fina. in prin. C. de teſtib.* 15

Ante

An teſtes examinati parte non citata aliquid probent in criminalibus, vide Proſper Farina. *in tractat. de teſt. ſub tit. 8. q. 72. vide v. 2. nu. 37. & ſeqq. nu. 104.* Quid ſi examinati non datis interrogatoris à parte? *vide* Farinacium *titu. 8. q. 73. num. 3. & 8.* Vincent. Hondeb. *vol. 1. conſ. 101. per tot. Et illa procedit, etjamſi ex officio inquiratur, per d. jur. alleg.*

16 Vide limitationem, quando parte non citata poſsint teſtes produci, recipi, & examinari, & tamen faciunt fidem: puta, quia ſut in loco multùm longinquo: Ant. Gorſe. *in ſingula. ſuis, in verbo teſtis, 18.*

17 Acceptis articulis reus eos velut ſpeculum diligentar intueatur, & ex eis ſua formet interrogatoria, quæ ſunt interrogationes, quas pars vult fieri ſuper negocijs, circumſtantije, & teſtibus contra ſe nominatis, & producendis: *c. licet. §. 1. de prob. c. cũ cauſam, el. 1. & c. per tuas, ext. de teſti.*

18 Eſt iſta interrogatoria dantur judici ante vel in termino productionis teſtium, quòd ita conſuetudine ſic obſervatur.

19 Hæc autem interrogatoria, de conſuetudine & de jure non dantur parti adverſæ, ne poſsit ſuper his inſtruere teſtes ſuos: *Geil. in obſer. 95. lib. 1.* ¶ Sed judex per ſe, vel per aſſeſſorem examinet iſta, & ſi quæ reperit ſuperflua vel impertinentia, illa reſecet, & ſi quæ illis deſint, ex officio ſuo ſuppleat. Spec. *in titu. de teſte. §. jam de interrogatorijs, in prin. & gloſ. in c. præſentium, in verbo interrogatoria, de teſtib. in 6.*

20 Sed ad hoc animadvertat iudex, quod potius fiant ſuperflua, quam ut omittatur aliquid neceſſarium, vel utile propter periculum: *c. per tuas, ext. de teſtib.* quòd ſi fuerit factum interrogatorium, & omiſſum negligenter vel doloſè, non obſtante publicatione repetetur teſtis: ſecus, ſi non fuerit factum: *d. gloſſa in c. præſentium, de teſti. in 6. & iſta gloſſa cum* Spec. *in d. §. iam de interrogatorijs,* docet, quomodo & qualiter de perſonis teſtium, & de negocii circumſtantiis interrogatoria ſint formanda, & poteris hic quoque reſpicere ad fori conſuetudinem: ne enim quid fiat contra longam conſuetudinem ad ſolicitudinem ſuam revocabit præſes provinciæ: *l. 1. C. quæ ſit longa conſue.* & quia eſt optima legum interpres: *l. ſi de interpretatione, ff. de ll.*

21 Et quòd ob omiſſionem interrogatoriorum repetantur teſtes, quemadmodum ſuper articulo omiſſo, *notavit* Mynſing. *in obſerv. 32. centu. 1. obſervationum.*

22 Datis ſic articulis & interrogatoriis, iudici præſententur teſtes: cum proteſtationibus & reſervationibus ſolitis & conſuetis, ab actore & Reo ſiendis.

Et faciat tùm iudex jurare teſtes, ſecundum formam, quam ponit: Spec. *in tit. de teſte, §. ſequitur de teſtium iuramento.* Non enim valet teſtimonium, à quocunque etiam religioſo non jurato prolatum: *c. nuper. & c. tuis, ex. de teſtib.* omne enim, quod teſtibus aſtipulatur, veriùs conſtat, cum id adjectio jurationis affirmat: *ut 22. q. 1. c. omne,* quod tamen pars iudicis auctoritate poteſt remittere, *ut in prædicto c. tuis, de teſtib* & nota. *in l. Iurisiurandi, C. eo. & idem vult* Hippo. de Marſi. *in ſingula. ſuo 460. incip. notiſſimum,* Mynſ. *in obſerv. 80. cent. 3.* & ibi, quando teſtes jurent: & hæc vera, niſi agatur de matrimonio diſiungendo: *argu. ext. de eo qui cog. conſ. uxo. ſuæ c. ſuper eo.* ſecus, ſi de conjungendo: *arg. c. 2. ext. clan. deſpon.* 23

Neque valet, quòd teſtes poſt depoſitionem demum jurent: *arg. l. Iurisjurandi, C. de teſtib.* niſi teſtis ſit bonæ famæ: *de conſ. 4. diſ. c. ſi non ſanctificatur.* 24

Et debent teſtes jurare præſente adverſario, vel ſe contumaciter abſentante: Spec. *in d. §. ſequitur, n. 4. verſi. & nota: & prædicta notavit d.* Spec. *ibidem nu. 6. uſque ad finem.* ¶ Item debent jurare teſtes in iudicio, non extra: *l. 3. §. Subino, cum gloſſ. ff. de teſtibus.* 25

Item præſtent ſolenniter, & non ſufficit, quòd deponant ſub iuramento, quòd præſtiterint dominis ſuis, niſi ſit à parte acceptatum: *notat* Mynſing. *in obſer. 3. cent. 2. obſer. cap. Impe.*

Quæ autem perſonæ, non tantùm ad iuramenti præſtationem, ſed etiam ad teſtimonium ferendum inviti poſſint per Iudicem compelli, vel non: & quomodo, imò volentes in quid teneantur compulſione per totum. *vide ea quæ notavi inf. litera T. verſi. de teſtibus.* 26

Prædictis terminis ſic obſervatis iudex procedat ad teſtium examinationem, & examinet eos ſuper articulis & interrogatoriis datis, ſecretè, ſigillatim, ac diligenter exemplo Danielis: Arg. *c. quia propter, ext. de Elect. c. venerabili, ext. de teſti. & l. nullum, C. eo.* 27

Et ideo examinandi ſunt in ſecreto, ſeparatim, quia alias unus inſtrueret alium, & ſequeretur dictum alterius, & ita non poſſet facilè falſitas eorum deprehendi: *gloſſ. in d. c. venerabili, de teſtib.*

Expedit autem & melius eſt, imò requiritur, ut teſtes examinentur ab ipſo iudice *ut eſt tex. l. 3. § Ideoq. divus, cum § ſeq. ff. de teſtib.* 28

Sed quod poſſit idoneis & diſcretis perſonis committere judex ex cauſa, *eſt tex. cum ibi notatis, in c. ſi quis teſtium, ext. de teſtib. in c. præſentium, §. teſtes de teſtib. in 6. Auth. apud eloquentiſſimum, C. de fide inſtru.*

Sed ſub qua forma committat, *dicit* Spec. 29

in titu. de teſte, §. talis ſalutem in domino, per totum, & §. nunc tractandum, n. 2. verſ. non tamen propter hot.

32 De cõnſuetudine noſtri fori committitur examen notario iurato, qui etiam iudice præſente adhibetur: eius enim eſt officium, ut fideliter omnia ſcribat, quod ſic iudicis officium non eſt: §. *Nunc tractandum, n. 2. verſ. non tamen, & n. 5. verſ. hoc autem, & notatur in c. quoniam contra, ex. de prob.*

33 Imò examinator teſtibus legat planè de verbo ad verbum articulum, & exponat eum ſibi diligenter: Reſponſiones diligenter audiat, & per notarium in ſcriptis redigi faciat, vel ipſe notarius qui eſt examinator ſcribat: *l. Nullum, C. de teſti. & d. c. quoniam contra, de proba.* ſingula verba quemadmodum proferuntur, ſcribantur: *c. Humana 22. q. c. cum cauſam, de teſtibus.*

34 Et redacta in ſcriptis teſti iterum legat, ut ſe poſſit corrigere, caſu quo ipſe teſtis vel ſcriptor erraverit: *ut in c. præterea, ext. de teſti. cogen.* Spec. *in d. tit. de teſt. §. nunc tractandum, n. 3. verſ. legat ſibi planè articulum.*

35 Imò examinator debet eſſe cautus in hoc, ut dictum cuiuslibet teſtis integrè in ſcriptis redigat, vel redigi faciat: Spec. *in d. §. nunc tractandum, n. 8. verſ. cautiorem quoque, & d. clerd.* Specul. *in d. § n. 13. verſ. ut autem*, quòd de iſta examinis commiſſione conſtet.

36 Sed & an in criminalibus locum habeat, *(De ſtylo Cameræ habet locum,) docuit* Mynſing. *in obſe. 40. cent. 3* & de ſubdelegatione ad examen teſtium, cum conſenſu partium fienda, *idem* Mynſing. *in obſer. 41 d. cen. 3. Vide & Geyl. 1. obſ. pract. 97. n. 6. in fin.)*

37 An alteri judici committi poſſit, docuit *(Quod ſic,)* cum aliis utilibus, Geyl. *in obſ. 96. lib. 1.*

38 Sed commiſſarius inferioris judicis, an teſtem immediatè imperio ſubiectum, examinare poſsit, *(Non poteſt: ſed eo caſu, vel mandata pœnalia ad præſtandum iuramentum & teſtificandum petuntur, vel pro novâ commiſſione ad examinandos teſtes immediatè imperio ſubjectos in Camera ſupplicatur.)* & an vires ſuas alii ſubdelegare poſſit, *(Non poteſt: licet ſecus ſit in delegato principis, qui etiam criminalia ſubdelegare poteſt,) dicit* Geyl. *in obſ. 97. & 98. lib. 1. de quibus proſequitur* Spec. *hic n. 13. 21. & 22.*

39 3. Quædam ſunt conſideranda circa ipſos teſtes: *de quo* Spec. *n. 22. verſ. viſo, quæ circa.*

4. Quædam ſunt conſideranda circa eorum dicta, An ſui dicti cauſam dicant, quæ ex quinque de ſenſibus fieri debet: *proſequitur Dn.* Spec. *hic in d. §. nunc tractandum, num. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 24. 25. 26. cum aliquibus ſequentibus, de quibus lector ibi videre poteſt.*

40 Sed teſtis infirmus, an à iudice incompetenti poſſit examinari, *notavit (Quod poſſit. Idem de diuturniori abſentia, eáque improviſa tradit.)* Geyl. *in obſer. 102. lib. 1.*

Quando nunc partes non habent ulteriorem teſtium productionem: puta, quia renunciaverunt tacitè vel expreſſe ulteriori productioni: quod fieri poſſe, & quomodo fiat, *præſcribit* Spec. *in titu. de teſte, §. ultimo.* 41

Vel, quia propter legis, vel ſtatuti prohibitionem, ulteriùs non ſunt admittendi: procedit iudex ad atteſtationum publicationem, ad quam ſtatuat terminum, & cites partes: quia eis non vocatis, non debet aperire, vel publicare, *c. cum I & A. ext. de ſent. & re judica* maxime iſta pars, contra quam ſunt producti, quæ in aperitione veriſimiliter vellet aliquid proteſtari: *ut in c. præſentium, ext. de teſtib. in 6.* & partibus jam præſentibus, vel una parte contumaciter abſente, publicentur: quia talis abſens pro præſente habetur: *c. 2. cum gloſſa, ext. de teſtibus*, & licet dicat. Spec. *in titu de teſte, § ſatis utiliter*, quod atteſtationes in termino legantur, hoc tamen hodiè ſic in foro noſtro non obſervatur, ſed partibus datur terminus ad recipiendas copias, & ad diſputandum ſuper dictis teſtium: *c. quoniam contra, de probat l. 2. C. ut lite penden. l. geſta, C. de re iudi.* & quia eſt conſuetudinis, pro lege eſt obſervandum: *l. ſi interpretatione, ff. de ll. c. Mos autem, 1. diſ.*

Et quomodo laboret producentis advocatus ad concordandum dicta teſtium, *docuit* Specula *in d. tit. de teſte, §. publicatis autem.* 42

Sed quòd publicatis & deductis atteſtationibus, ſuper eiſdem articulis, ulterius teſtes propter ſubornationis metum, non ſint producendi, neque admittendi, *dicit Dn.* Specul. *in d. §. ſatis utiliter. numer. 3. & num. 9. verſi. quod autem, & ibi* Speculator *conatur aſſerere*, quòd ſola publicatio non impediat, niſi ſint etiam deducta teſtificata, *per c. veniens, el. 2. § pars autem de teſtibus* & enumerat Specul. *hic in modo dicto §. caſus 21.* in quibus, etiam publicatis atteſtationibus, teſtes poſſint ſuper iiſdem articulis produci. *Vide pulcherrimam gloſſ. c. fraternitatis, ext. de teſtib. & cle. 2. eo. titu.* & nota duos caſus apud Corſe. *in ſingularibus ſuis, in verbo teſtis, 21. & 22.* Mynſing. *obſervatio. 41 cent 1* docuit, quòd recipiantur teſtes in camera, in ſecunda inſtantia ſuper iiſdem vel directo contrariis articulis: licet in prima Inſtantia fuerit facta atteſtationum publicatio: *vide idem* Mynſinger *conſuluit in 2. ſuo reſpon. decad. 1. nu. 12.* 43

Sed omiſsio publicationis atteſtationum, quòd judicium non reddat retrò nullum: & publicatio quod non validet depoſitiones non ritè examinatorum, *voluit idem* Mynſing. *in obſervat. 52. centu. 4.* 44

Et qua

45 Et quæ poſt publicationem atteſtationum poſſint fieri ulteriùs, vel non *docuit eleganter* Geyl.*in obſerv.*105.*lib.* 1. ¶ Nota de diſpoſitione *l. per hanc, C. de tempo. appel. & l. eos, ff. de apella.* quia diſponunt in inſtantia appellationis; vide.

46 Qualiter autem teſtes producti & eorum dicta repobentur, per teſtes reprobatorios: quando autem & qualiter hoc fiat, *dicit* Spaeul. *in d. tit. de teſte,* § *ſæpe teſtes.* & quæ ratione exceptionis, contra teſtes & eorum depoſitiones, poſſint opponi, *notat* Dn. Specul. *in d. tit. de teſte,* §. 1. *per totum.*

47 Sed pro complemento materiæ de teſtibus, videndi ſunt tractatus de probandis vel reprobandis teſtibus variorum Doctorum, in lucem editi & diuulgati: tractatus videlicet.

Nepotis de Monte Albano.
Jacobi Butrigarij.
Bartoli à Saxoferrato.
Eiuſdem Bar: alter tractatus cum addi. Ja. Ægi.
Baldi de Peruſio.
Angeli de Paruſio additio.
Eiuſdem Ange. quæſtio.
Friderici Schencken.
Nelli. à S. Gemi.
Franciſ. Cur. Papien.
And. Barba.
Stepha. Aufrerij.
Tyndari.
Alberici de Maleteis Papi.
Landfranci de Oria.
Mariani Socini ſenior.
Robar. Marantæ.
Joan. Croti de Monte Farra.
Petri Rebuffi Tracta. 3.
Angelij Boſſij.
Jodoci Damhauderi.
Joan. Compe. Bo.
Juſti. Rauberi.

48 In criminalibus, vide Angelum, *in tractatu maleficiorum, verſ. qui judex ſtatuit terminum quatuor dierum*: Clarum *in practica ſua crimina. lib. 5.* §. *fin. quæſt. 53. ibi vide de exceptionibus, quæ contra teſtes proponi poſſint, quò minus quis ad torturam poni vel condemnari poſſit.* ¶ Adde autem: quod teſtes probent, & parti adverſæ præiudicium faciant, neceſſe eſt, quòd de omnib. præmiſſis ſit ſcriptura confecta, & ſint ad acta publica redacta, ita quòd ex illis omnia appareant: *juxta tex. glo. & Dd. in c. quoniam contra, extra de proba.* quæ acta cauſæ faciunt plenam fidẽ abſq; alio adminiculo: Celſus *in add.* 1. Landf. de Oria. *ad d. c. quoniam contra, n.* 1.

49 Et quòd acta judicij debeant probari per ſcripturam, *notat* Hippo. de Marſi. *in repe. rub. C. de proba. n. 20. verſi. ſed ultra Caſus.* Si tamen ſit amiſſa, oportet quòd probentur fuiſſe ſcripta: Bal. *in l. fina. verſ. quæro, nunquid acta, C. de re judica.* & alias limitationes, *vide per* Andream Barba Sicu. *in clemen. litteris noſtris. de proba. col. 7. verſi. prædicta tamen. uſq. ad col. 8. in verbo feciſſe*, Bart. in Authen *niſi breviores, C. de ſentent. ex peri. reci.* Landfran. *de Oriano. in c. quoniam contra, de proba. n.* 15.

Quomodo autem judex cum ſuis Scabinis poſſit dare teſtimonium de actis coram ſe in judicio, *vide Art. 8. lib. 1.* Land R. *& gl. Art. 88. lib. 3.* 50

Nota adhuc unum: quando teſtes ab uno vel diverſis partibus producti ſibi invicem contradicunt, quibus potius ſit fides adhibenda, *notat* Specul. *in titu. de teſte,* §. *poſtquam, de teſtib. per totum: & vide* Rober. Marantam *in repe. l. Is poteſt. ff. de acqui. hære. n. 326. verſi. ſubſequenter nota, cum ſequentib.* 51

Unum nota, quod in dubio credendum eſt potius teſtibus, qui concordant cum præſumptione naturæ, quam teſtibus qui deponunt contra præſumptionem naturæ: Hipp. de Marſi. *in repe. rub. C. de prob. num 179. verſi & dixit* Baldus 178 Von der auſſage der Gezeugen/ vnd erſtlich von der Vrſache ihres wiſſens Chilian. Köning. *in c. 79.* Von der auſſage der Gezeugen/auff die Sache an jhr ſelbſt/ *c. 80.* Von der zahl der Gezeugen/ *c. 81.* Von den eintzlichen Gezeugen / *c. 82.* Von dem gezwang der Gezeugen *c. 83.* Von der aufechtung der Gezeugen *c. 84.* Von den vorleglichen Gezeugen / *c. 85.* Von dem Gezeugnüß zu ewiger gedechtnüß/ *c. 86.* Von der eröffnung vnnd *publication* der Gezeugnüß / *c. 87.* Von der widerverhörung/ & ſic de repetitione teſtium, *c. 88.* Von der Peen oder Straffe der falſchen Gezeugen/ *c. 89.* Von den Gezeugen der Inſtrumenten/Teſtamenten/oder andern Vrkunden. Alia de teſtibus, *notavi infr. in litera T. verſi. de teſtibus.* 52

Et quid iam de jure Saxonico, quàm civili, diſpoſitum & cautum ſit, in formalibus & materialib. huius materiæ, *vide omnia* Chilia. Köning. *in ſua proceſ. in ſeq. capitulis, c. 71.* Von der beweiſung der Gezeugen vnd dem termin, *c. 72.* Von den Artickeln der beweiſung/ *c. 73* Von den Interrogator oder Frageſtücken der Gezeugen/ *c. 74.* Von der fürſtellung der Gezeugen/ *c. 75.* exception wieder die Perſonen der Gezeugen/ *c. 76.* Von dem Eyde der Gezeugen/ *c. 77.* Von der verhörung der Gezeugen. 53

PROBANDI VARII MODI.

Scriptura privata, ſine alijs adminiculis, non ſufficit ad plenam probationem inducendam: *l. inſtrumenta, C. de probationibus,* Eſt autem iſta l. de triplici privata ſcriptura 1

intelligenda: de prima, quæ continet contractum, factum inter me & alium. Et eſt ſcriptura facta per perſonam domeſticam creditoris, & continet quidem cauſam, teſtes, & tempus, ſicut publicum inſtrumentum, tamen non prodeſt ad plenam probationem, ſed ſaltem ad veritatis inquiſitionem: *l. etiam, C. de teſtib.* ideo hæc ſcriptura non valet in totum, propter ſcribentis domeſticitatem: ſed cum alijs prodeſt.

2 Secunda habet quidem teſtes & ſolennia, ſed ſcribens eſt privata perſona: & propterea etiam ſola plenè non probat, quia eſt privata.

3 Tertia ſcriptura non eſt teſtibus & alijs ſolennitatibus munita, ſed in quinterno ſeu memorali mercatoris ſcripta, & ſic privata adnotatio, quæ quidem valet propter ſolitam ſcribentis auctoritatem, quæ eſt apud bonos viros, & quæ eſt ad ſimilitudinem cuiuſdam argentarij: ſed non ſufficit, quia non eſt ad hoc publica auctoritate deputatus: *hæc ſecundum* Bald. *in d. l. inſtrumenta, C. de proba.*

4 Quarta ſcriptura privata eſt, quando creditor ſcribit, aliquem eſſe debitorem ſuum ex certa cauſa: *& de iſta eſt text. in l. rationes, & in l. exemplo, C. de prob.* Summatur ſic à Baldo: rationibus defuncti non ſtatur ad probandum ſibi, vel hæredi, vel ſcribenti debitum fuiſſe.

5 Et ex propria ſcriptura creditoris non convincitur debitor, etiam in fiſcali. ¶ Et tandem dic. privata ſcriptura eſt, quę ſcripta invenitur à privato, vel à notario, tanquam privato, quia non habet publicam formam: Bal. & Angel. *in l. ſcripturas, poſt gloſ. C. qui potior in pign. hab.*

6 Sed quæritur, quæ accedere debeant privatæ ſcripturæ, puta, rationibus forte defuncti mercatoris, ita ut plenè probet? Et dic primò, quando ratio eſt mercatoris alicuius, & continet data & accepta, tam pro ſe, quam contra ſe, & ſic habeat formam rationis, & ſcribens ſit perſona bonæ vitæ, & honeſtæ famæ, quia cum aliquibus adminiculis plenè probat: *ita* Bald. *in d. l. rationes, verſ. revoco ad dubium, C. de proba. & in l. in bonæ fidei, in 4. col. C. de rebus credit.* Bald. *in l. inſtrumento, d. tit. C. de prob. Hip. in repe. rubr. C. de probat. n. 251. & pulcherrimè* Geyl. *in obſ. 20. lib. 2. obſ. Cam. Imp.* docet ibi modum articulandi pro mercatore, & libris mercatorum ut fidem faciant, & alia utiliſſima.

7 Quando autem mercator eſt infamis, tali caſu non ſtatur libro mercatoris: *ſic notat* Joan. de Arno. *in ſing. ſuo 45. n. 2. & vide qua notavi ſupr. in liter. P. verſ. de proba. per rationem.* ¶ Quòd autem in hoc caſu, ut credatur rationib. vel libris mercatorum, ſpectetur conſuetudo loci, regionis, vel mercatorum, *nota per* Joan. Andr. *in tit. de inſtrumento. editio. §. nunc videndum, in addit. magna, quæ incipit, privatorum, circa fi. ſecundum quam conſuetudinem litigantium, & eorum ſtatuta, non autem ſecundum ſuam pronunciabit judex. Ita* Rocch. Curt. *in repe. c. fi. de conſuet. fol. 78 verſ. ſecunda regula. & fol. 79. verſi. quarto infertur, & dicit ibi in ſpecie per* Bald *in l. ſi non ſpeciali, colu. 2. C. de teſta.* quòd ſcriptura, facta in aliquo loco, ſervet privilegium iſtius loci ubicunq;.

Secundo: vel quia ſcriptura debitoris reperitur in manibus ipſius debitoris, prius exiſtente in manu creditoris, quia tendit ad liberationem: Saliçet. *in l. admonendi, ff. de jureiur, gloſ. in l. inter chartulas, & ibi* Lucas de Penna, *C. de conve. fiſci debitoribus, lib. 10.* Hipp. de Marſi. *in repe. rubr. C. de prob. nu. 273.* 8

Tertio accedit, quod privata ſcriptura ſit deputata ad privilegium: quia talis plenè probat, puta in curijs civitatum, epiſcoporum, vel aliorum præſidentium reperiuntur libri, nec manu publica, nec in forma publica ſcripti: tales nihilominus probant de reditibus, & affectibus, quæ dicuntur deberi curiæ, vel de æſtimationibus rerum, ſeu de aliquibus alijs juribus, debitis curiæ, vel de ſtatutis, ſeu conſuetudine civitatum, & de ſimilibus, Bald. *in l. exemplum, C. de probatio.* 9

Libris etiam ſtatur Canonicorum, in quibus continentur ſolutiones Canonum, & conceſſiones in emphyteuſin, & ſimilia Bald. *in rubrica, in ultima colum, C. de fide inſtr.* Anto. de Butr. *in c. 2. eodem tit. &* Pet. de Anch. *in conſi. 41. incip. in Chriſti nomine, circa 2. dubitationem:* Rochus Curtius *in c. fina. de conſue. mihi folio 18. verſi. undecimò poteſt inferri:* Quod etiam in caſu conſuetudinis teneat, ibi dicit: & iſta propter auctoritatem archivi publici, ex quo producuntur: quia inde producta dicuntur publica, notoria, habentia vim publici inſtrumenti, authentica: & ubiq; faciunt plenam fidem: Hipp. de Marſ. *in rubr. C. de prob. mihi num. 291. adducit multorum Dd. auctoritates. Et tenet* Bald. *in l. exemplo, C. de proba. verſ. ſi autem,* Boerius *pulcherrimè in deciſ. 105. parte, 1.* ibi multa notavit de ſcripturis privatis, & in archiuis publicis cuſtoditis. 10

Quartò, quia accedit, quòd eſt ſcripta multum antiqua: illam enim facere præſumptionem, vel ſemiplenam probationem, *notat* Specula. *in tit. de inſtr. editione. §. nunc dicendum. verſi. regulariter,* Abbas & Dec. *in c. cum cauſam, de probati. Dd. in c. veniens, el. 1. de teſtibus,* Hipp. de Marſi. *in ſingula. ſuo 436. incip. latè ſatis.* ¶ Vel, quia longo tempore ſcriptura habita eſt tanquam publica: ut videmus in libris Poetarum, Philoſopho- 11

rum,

rum: quia nullam habent probationem ex illo, quod ab eis ſint compoſiti, ſed quod ab antiquo pro talibus habiti ſint. ¶ Tales ſunt ſcripturæ antiquæ, in quibus continentur privilegia, & jura civitatum, vel prælatorum, vel Baronum, in ſuis territorijs, & quo ad perſonas ſui territorij: ad hoc facit, quod magna ſit auctoritas antiquitatis, cum vim legis obtineat, & pacti, & conceſſionis principis Bal. *in d. l. exemplo, C. de proba. verſi. tertius caſus.*

12 Et plura de auctoritate antiquitatis, in probatione confinium, & in alijs, *vide quæ notavi ſupr. in hac literam P. verſ. de probatione per ſcripturas; vel literas ſculptas in marmore ſeu lapide.*

13 Quintò concurrat, quod privata ſcriptura habet debita ſua requiſita: *ſecundum l. ſcripturas, C. qui potior. in pigno. habeantur:* nam talis ſcriptura facit plenam probationem contra ſcribentem: *l. ſciendum, & ibi gl. & Dd. ff. de verbo. obligat. habetur in Authen. contra, qui propriam, C. de non num. pecu. in l. ex hac ſcriptum, ff. de dona.* quod intellige de Apocha, quæ fit per unam partem tantum: nam talis ſcriptura recognita, vel confeſſata plenè probat: *ut in dictis juribus, in l. publica, ff. depoſiti, l. cum de indebito, ff. de prob. gloſſa in c. ſcripta. de fide inſtru.* Bald. *in l. fina. C. ſi cert. petat.*

14 Sexto autem, quando fit privata ſcriptura inter aliquas partes, ultro citroq; obligatoria: nam ad hoc, ut illa probet requiritur, quòd habeat ſubſcriptionem partium, & trium teſtium, quorum voce, vel literarum comparatione adiuvetur: *ita habetur in d. c. ſcripta, de fide inſtrum. & per omnes in d. l. ſcripturas, C. qui potio. in pign. habeant.* Hippol. *in rubr, C. de prob. num. 265. verſi. ulterius dico.* Chilian. Köning. *in ſuo proceſſu, c. 97.* Von der beweiſung der ſchlechten vñ *privat* Schrifften / *vide* Petrum Duennatem *in regula. 574. in regul. fallen. cum tribus ampliationibus, & 4. fallentijs.*

15 Septimò quia accedit conſenſus partium, pacto valido celebratus, ita quod tali ſcripturæ per eos ſtandum eſſet: pone quod careret omnibus juris ſolennitatibus, tamen fidem inter paciſcentes induceret: *ite. not* Felin. *in alijs in dict. c. ſcripta, de fid. inſtrum.* Barto. poſt Dyn *in l. ſi. ff. de præto. ſtipula. & in l. Theopompus, ff. de dote prælega.* Bart. *in Auth. ſi quis in aliquo, in prin. C. de edendo.* Quia etiam teſtes inhabiles, poſſunt conſenſu partium validari: *eſt dictum* Joan. Andr. *in addi. t. ad* Specula. *in tit. de teſte, §. ſæpe & in eo. tit. §. 1. verſi. quid ſi vidit, per* Bald. *in l. fin. C. de fideicom.* Quod quis conſentiente adverſario poſſit eſſe teſtis in propria cauſa: quod denique atteſtationes invalidæ poſſint ratificari conſenſu partium: & ſemiplena probatio, quod ex conventione partium poſſit effici plena: quodquè ſententia nulla poſſit conſenſu partium validari, ut valeat in vim part. *notat per text. Dd. & CC.* Hipp. de Marſ. *in d. repe. rubr. C. de probat. num. 276. uſque ad num. 280.*

Octavo, quia fortè habet ſcriptura comparationem aliarum literarum, factarum ab eodem debitore: Joan. de Imo. *in l. nuda. ff. de dona. Roman. & alij in l. rationes, C. de probat.* 16
Abbas *in c. cum cauſam, de teſtib. § ſed & ſi quis, Authen. de inſtru. cautione, & tenet* Hipp. *in dict. rubr. C. de probat. mihi num. 297.* Idem tamen in ſequenti, *num 298.* putat periculoſum eſſe, ad comparationem literarum accedere, cum ſoleat ſcriptura mutari ex curſu temporis: nam (dicet) aliter ſcribit homo in juventute, quàm in ſenectute: *per gloſſam in Authen. de trien. & ſemeſ. §. ſi autem, & ibi per* Angelum. Sed ſi vellem reum cogere ad ſcribendum, vel edendum ſuam ſcripturam aliam, ut devenirem ad comparationem: poſſet mihi obijcere exceptionem, quòd non eſſent ſumendæ probationes de domo rei: *per l. nimis, C. de teſt. & l. qui accuſ. C. de eden.* Neceſſe eſt ergo (dicit) quod producat teſtes, qui dicant quòd viderint, illum illam ſcripturam ſcribere manu propria & ſit tunc plena probatio: aliâs autem ſaltem ſemiplena: Hipp. *in loco allegato, & ulterius.*

Nono poſſet quis ſe juvare ex præſumtione ſcripturæ: quia non præſumitur, quod quis faciat ſcripturam falſam: *ita* Bal. *in Rubrica, C. de fide inſtru. colum. antepenul.* Bart. *in l ſcripturas, C. qui potio. in pigno. habeant.* 17

Decimo, quia fortè ſcriptura manu duorum notariorum, vel unius notarij & unius teſtis eſt ſubſcripta: *ſecundum* Bald. *in c. cum à nobis, in fi. de teſtibus.* 18

Undecimo, aut, quia tanta eſſe fides teſtium, vel vis comparationis literarum, quod judex alteri ſolum fidem præſtaret, vel judicaret, ita eſſe omnino credendum: quia tunc eſt plena fides præſtanda: Bal. Barto. & *alij Dd. in l. admonendi, ff. de jureiur. collige ex l. 3. § eiuſd ff. de teſtibus.* 19

Duodecimo, vel quia invenitur ſubſcripta: ſubſcribere enim tantum operatur, quod totum ſcribere: paria enim ſunt: Hippo, de Marſi. *in d. repe. Rubri. C. de proba. n 295.* per jura multa, ibidem copioſiſſimè deducta. Et declaratur ibi ab Hippo. modus probandi per ſubſequentem: Chilian. Köning. *in pract. cap. 99.* Von der Bewerſung der Sendebrieffen *in fine.* ¶ De notarij ſubſcriptione, in inſtrumento, *vide bona apud* Rolan. à Valle *in conſil. 44. nu. 27.* 20

Decimo tertio, aut, quia apparet de ſigilli appoſitione: nam idem operatur, quod 21

ſubſcri-

ſubſcripcio manus propriæ. Er eſt ſignum ratificationis & confirmationis: Bald. *in l. in fraudem, ff. de teſt. milita, Dñ. & CC. in c. ſcripta, de fide inſtru* dummodo ſcriptura contineat cauſam: Bal. *in l. ſi. C. ſi certum peta: gloſſa eſt in colu. 4. in prin. cap. 19,* Lehnr. & *ibi cum apoſtilla docetur,* Wie einer ſein Siegil mit dem Eyde ſelb dritte ſolle abziehen / Chilian, Könmg. *in ſua practica, c. 99 n. 3.* Et ibi vide per eum, quatenùs ſic epiſtola vel literæ commendatitiæ, (Credentzbrieff) per ſubſcriptionem & ſigilli appoſitionem, faciant plenam fidem, vel inducant obligationem. *Et habentur aliqua ſupra in hac litera P. verſi. de probatione per taciturnitatem.* Hipp. de Marſi. *in repe. Rub. C. de prob. mihi nu. 300.* & ibi alia quædam de ſigilli operatione: Petrus Duennatis *in regulis falle. regula. 584.* declarat, in quibus caſibus privata ſcriptura prober, adducendo tredecim fallentias.

22 Item in hac materia teneas mente, quòd ſcriptura privata patris, teſtantis inter liberos, etiam ſine teſtibus valeat: *notat* Hipp. *in ſæpe dicta repeti Rubri. C. de proba. num. 274. per* Bal. *in con. 396. incip. quid ſcedula, vol. 4. & per alios.* Decem concurrentias, quæ facere poſſint, ut ſcriptura privata in cauſa ſocietatis valeat in vim publici inſtrumenti, & fidem faciat, *colligit* Decian. *in conſi. 11. num. 119. volum. 1.*

23 De literis Cambij, credentię & teſtimonialibus, quod probent, & cuius ſint efficaciæ, *docuit idem* Hippo. *in d. Rubri nu. 280. uſq; ad nu. 283.* Sed quæ in ſimulatione & falſitate poſſint Lteris Cambij opponi, *conſuluit* Decianus *in conſilio 109. volu. 2. nu. 57. cum nu. ſequentibus,* & ibi bona de falſitate & ſimulatione probanda. De probatione crediti ſuſpecta, *idem* Decia. *in d. conſi. nu. 78.* & de exceptionibus contra chirographum vel crediti ſcripturam, *num. 82.* ¶ De literis teſtimonialibus Poteſtatis alicuius loci, quid & quando probent, *notavit* Barba. Sica. *in repe. rubri. de fide inſtrumen. colum. 131. verſi. de litera autem teſtimoniali.*

24 In caſu eriam habetur ſcriptura privata pro publica: & ſic probat, quando videlicet judices & aliæ perſonæ ea utuntur indifferenter, & ſtant ſuper ea, tanquam ſuper authentica. exempla poſſunt induci de legibus municipalibus, de conſuetudinibus ſcriptis & in conſuetudinibus feudalibus: quia communis error facit Jus, (ſicut & conſuetudo l. peperit) & præſtat auctoritatem perſonæ & ſcripturæ, ut intelligatur eſſe publica vel authentica: & ſic ex communi reputatione: Bal. *in d. l. exemplo, C. de proba. l. Barbarius, ff. de offi. præto. & l. 2. C. de ſenten. & interlo. omn. judi. & in caſu Authe. quod obtinet, C. de proba.* requiritur, quòd privatam ſcripturam juvet juramentum teſtatoris, ut faciat probationem contra eius hæredes: neceſſe enim habent, ut ſtent religioni teſtatoris: alioquin minimè fruentur his, quæ relicta ſunt: creditoribus tamen nihil ex hoc præjudicij comparabitur: *textus eſt, & ibi notant Dd. d. Authen. quod obtinet, C. de prob. Authen. de jureiur. à morien. præſtito, & Authen. hoc amplius, C. fideicom.*

De modis probandi per comparatio- 25
nem literarum, per ſubſcriptionem & ſigilli appoſitionem, notavi ſupra in hoc verſiculo, de quibus ibi vide.

Qualiter literarum comparatio valeat 26
ſuſtinere privatam ſcripturam, ut probet de voluntate teſtatoris, *docuit bona* Decianus *in conſi. vol. 1. nu. 26. & 29.*

De Sigillo, quòd probet contra ſigillantem, *notavit* Henningus Göden / *in conſ. ſuo de præſcrip. pigno. num. 11. & 12.* ¶ Sed tota ſcriptura reperta in uno vera vel falſa, præſumitur etiam in alio eſſe vera vel falſa: Decianus *in conſil. 46. volum. 2. nume. 10. & 32.*

De modo probandi per actus, tam in-
validos, quàm validos *notavit* Hipp. de Marſ. 27
in repe. rubri. C. de proba. num. 305. ibi inducit exempla de teſtamento, & alio inſtrumento, quæ licèt ſint invalida, dicit tamen, quòd poſſit ex illis probari, voluntas teſtatoris, vel conficientis inſtrumentum. Nulla & invalida non ſunt in conſideratione, & nullum operantur effectum: *l. 4. §. condemnatum, ff. de judica. vide d.* Hippo. *in ſingula, ſuo 274. & 431.*

De probatione ex pluribus indicijs & 28
coniecturis, in quibus habeat locum, in civilibus nempe tantùm, vel in criminalibus ſaltem, quò ad formationem indiciorum ad torturam, & in caſibus, ubi cadit difficilis probatio, *docet & declarat eleganter* Hipp. de Marſ. *in d. repe. rubri. C. de probatio. à n. 309. uſq; ad num. 325. & pulcherrimè dixit de ea idem* Hipp. *in l. ſi fortè mulier, C. ad l. Cornel. de Sicar. à num. 1. uſq; ad num. 7.* & facit ad hanc ſpeciem probationis regula, quæ eſt: quæ non proſunt ſingula, multa ſimul iuncta juvant: *de qua* Joan. de Platea, *in l. cum ſcimus, C. de agri. & cenſi. lib. 11. verſi. & ſic bene probatur:* Petrus de Ravenna, *in ſuo Alphabet. litera Q. verſ. quæ non.*

Sed coniunctio probationum quòd non 29
habeat locum in criminalibus, *dixit idem* Hipp. *in conſi. ſuo 20. nu. 48. cum plu. ſequentib.* & nunquam iunguntur probationum ſpecies, niſi quando unaquæq; ſpecies per ſe, in ſuo genere ſit perfecta: Bal. *in l. ſi quis ex argentarijs, ff. de edend.* ubi dicit quod ſi ſpecies probationum ſunt in ſua ſpecie imperfectæ; puta unus teſtis probuti de veritate, unus de fama; unus de indicio: hæc probatio non valet;

quia in ſua ſpecie eſt imperfecta, Nam ſinguli teſtes non probant prædicta: ad unumquodq; enim probandum requiruntur duo ſaltem conteſtes: *l. fina. C. fami. erciſc.* Inno *in c. ſicut de* Simo. Abbas & Feli. *in c. cum cauſam ext. de proba.*

30 De probatione per coniecturas, qualiſnam ſit, & quatenus admittenda, *vide aliqua per* Hippo. *in practi. ſua crimi. § principium, num. 13.*

31 De probatione, eo ipſo, quòd non probatur contrarium, *vide* Hippo. de Marſi. *in repe. Rubr. C. de probatio. ubibi num. 326. allegat gloſſam, ita dicentem, in l. 1. & 2. C. de teſta mili gloſſ. in l. 2. C. de peti hæredi.* hinc eſt, quòd dicimus: Actore non probante, reus eſt abſolvendus, etiamſi penitus nihil præſtiterit: *l. qui accuſare, D. de edendo.* ¶ Similiter quando quis habet pro ſe præſumptionem iuris, ſi in contrarium non probetur, plena erit probatio: *gloſſ. in l. ſi tutor petitus. D. peri tuto.*

32 De modo probandi per juramentum ſuppletorium, notavi ſupra in verſ. de juramen. & de tota probationum materia, *vide* Specula. *in titulo de proba. & ibidem & § videndum, de probationum ſpeciebus invenies ibi bona.* ¶ Sed cùm regulariter neceſſariò ſit verum, quòd in qualibet cauſa triumphus victoriæ ſtet in probationibus, & ſecundùm illam quod iudex pronunciet, & formet ſuam ſententiam, *iuxta l. illicitas, § veritas, ff. de offi. præſidis.* animadvertendum eſt, in quibus caſibus requiratur pleniſſima, plena vel ſemiplena probatio: *de quibus vide* Specul. *in titulo de iuriſdictio. omn. iudic. § poſtremò, à num. 1. uſque ad num. 7.*

33 Sed in dubio quod requiratur, & nomine probationis quòd veniat plena probatio, quomodo autem illa fiat, *docet* Hippo. de Marſi. *in repe. Rubr. C. de proba. num. 6. & 7.* Sed nota: quando lex requirit legitimam probationem, non ſtatur iuramento: idem, ſic requirat apertiſsimum teſtimonium: *tex. eſt cum gloſſa in l. non eſt veriſimile ff. quod met. cauſa.*

34 Si autem à iudice lege vel ſtatuto dicatur, quòd debeat fieri fides an iſto caſu requiratur tanta fides, ex qua reſultet plena probatio, *notavit (quod ſic, ſi de magno præiudicio agitur: ſin de levi, ſemiplena probatio, vel iuramentum quandoq; ſufficit.)* Angel. *in § item ſi quis in fraudem, num. 4. Inſtitut. de actionibus.*

35 Et ibi nota, quòd probatio ſemiplena plenæ probationi nihil detrahat: & quæ ſint partes iudicis conſiderandæ circa teſtes contraria deponentes, quibus ſcilicet magis credatur, *(attentatur qualitas perſonarum, qualitas dictorum, numerus teſtium.) notavit* Mynſi. *in obſer. 93. cent. 1. obſerv. Cam. Impe. & notavi infrà in hac litera, verſic. de teſtium comparatione.*

De probatione adulterij, *vide* Hipp. de Marſ *in d. repe. Rubr.* C *de proba. num. 8. & nu. 184.* Mynſing. *in 1. reſponſ. decadis 1. per totum.* 36

De probatione eorum, quæ dependent ex conſcientia, ſeu animo ſcientiæ & ignorantiæ, *idem* Hippo. *in d. Rubr. à num. 122. uſque ad num. 126.* 37

De probatione fraudis & doli, *notavit aliqua* Lauren. Sylva. *in conſi. 94. num. 18 lib. 2.* ¶ Imò manifeſta requiritur fraudis probatio: *l. patronus, ff. de probatio. notavi ſupra in litera D. verſi. de dolo.* 38

Quod fraus allegata debeat probari, ex qua nunquam præſumitur, *habetur per* Bal. *in l. quamvis, C. ſi quis alteri vel ſibi.* Sed negativa, quod fraus non ſit commiſſa in ſpecie in caſu alienationis: ubi allegatur, quod in fraudem creditorum ſit facta, qualiter probetur eo ipſo, quod affirmativa non probatur, & qualiter ex pluribus aliis conjecturis, *vide* Decia. *in conſi. 37. volu. 2. num. 20.* ¶ Nota: in dubio debent illæ conjecturæ prævalere, quæ fraudem excludunt, *l. falſus, § ſi. ff. quod falſo tutore, &c.* 39

Probationes vanæ vel impertinentes quæ dicantur, *docuit Bal. in l. ad probationem, col. 1. in fine, C. de probatio.* & ibi habetur in textu, quod quis ad probandum irrelevantia vel impertinentia non admittatur. 40

De probatione numerationis & ſolutionis, Landfranc. de Oria. *in ſua praxi, c. 7 de confeſſione, num 22. & num. 25. notant Dd. in l. 1. C. de probatio. notavi ſuprà in litera M. verſi. de mutuo.* 41

De probatione mentis vel voluntatis *vide quadam apud* Alex. de Imo. *in conſi. 75. col. 2. verſi quod iſta fuerit. volu. 5. & apud* Deciao. *in conſi. 33. num. 88. & in ſequen. vol. 1.* 42

De probatione infirmitatis, ſeu paupertatis, ad hoc, ut poſſit eleemoſyna conſtitui, *notant* Barto. & Ioan. de *Platea, in l. unica,* C. *de mendic. validis, lib. 11.* & ibidem per eos de probatione ſenectutis, & iuvenilis ætatis. 43

De probatione vergentiæ ad inopiam, Matthæus de Matthesil. *in ſingula. ſuo 1. in ultimo colum. in prin. huic addas id, quod dicit* Geylius *in obſ. 83. nu. 13.* ad inopiam quis vergere variis modis dicitur: primò, ſi accepti & expenſi nullam rationem habeat: ſi ſupra vires patrimonii ſumtus faciat: plus conſumat, quam eſt in facultatibus & reditibus quem Cicero Gurgitem & Voraginem patrimonii vocat, quotidiè grandes cui fumant pultibus ollæ. Secundò, ſi frequenter, ocioſe, & animi relaxandi gratia tantum, peregrè longinq; proficiſcatur: Nam frequentes peregrinationes inopiam comitem habent. *per tex. in § hac conſiderantes, in ſi. Authen. ut omnes obedi. iudi. provin.* Tertiò, ſi facilis ſit in fideiubendo: is 44

dò: is

do: is enim malè dicitur uti ſua ſubſtantia, &ad inopiam vergere, qui pro aliis frequenter fidem ſuam interponit: Angelus *in l. in perſonam,§.1.ff.de pact.per illum textum*. Quartò qui frequenter pecunias accipit ſub uſuris, eaſque diu retinet & ducit, aut verſuram facit: Geyl.*in obſervat.83.num.13. lib.2. & ibi notat*. Et de probatione paupertatis, Bal. *in l. ſi quis,col.2.in fi.C.de Epiſcopo.& Cler.*

45 De probatione filiationis, Petrus Duen. *in regulis fallent.in regu.334.335.336.& 337.* & ibi, quod regulariter natus in domo patris, tractatus pro filio, & nominatus filius, habeatur pro filio: *declarat & notat eleganter* Robertus Maranta in *repet.l.is poteſt,ff. de acqui. heredit.a.cum ſuis ampliationibus & limitationibus,num.330.uſq. ad num.335.* ¶ De probatione quaſi poſſeſſionis filiationis, Bald. *in l.non ignorat,C. de his,qui accuſa.non poſſunt,* & Hippo. *in rubri. C. de proba. num. 9. notavit* Landfranc.de Oria. *in ſua praxi,c. de teſtibus, num. 95.verſi.qualiter probetur filiatio,* Alex.*de Imo. in conſi.25.colum.4.*

46 De probatione furoris & inſaniæ, Maria.Socin.*in repe.c. ad audientiam,in c. quæſtio. colum.6. verſi.quintò, quartò & octavò quæro, extra de homicidio*. Robertus Maranta *in repe. l.is poteſt, ff.de acqui.hære.a num 136.uſq. ad nu. 143.incluſivè*. Lancfranc. de Orian. *in ſua praxi,c. de teſtibus, num 93. vide ſupra in litera F. verſi.de furore.*

47 De probatione meritorum; quomodo merita debeant probari, *notat* Bal. *in l. liberi, in 2.notabili. C. de inoff.teſtament.*

48 De probatione, quem eſſe uſurarium, Lud.Rom.*in ſingul.ſuo.360. incip.volo probare.*

49 De probatione inimicitiæ, qualiter fieri debeat, *docet* Bal. *in l. liberi, in 4. notabil. & ibi in apoſtilla,C.de inoffcioſo teſta.eleganter* Antho.Blan.*in repe.l.fina.ff. de quæſtio. à num.90. uſq. ad num.152.notavi ſupra in litera I. verſi.de inimicitia.*

50 De probatione damni vel intereſſe, Bal. *in l.ſi quando.C. unde vi*, Bart.*in l.ſed mihi,in §. actione,ff commodati*, Chilia Koning. *in practica ſua,c.136.& 137.*in iure Saxonico *Arti.47. lib.3.*Landrecht/*3.q.3. c.inducia, §.quòd fieri non debet in gloſſa fina, in verbo iuraverit, notavi ſupra in litera D.verſi.de damno,& in litera I.verſi.de intereſſe.*

51 De probatione negativæ. *vide quadam apud* Alex.de Imol. *in conſi.123.colum.8.volum. 4. text gloſſa & Dd. in c. quoniam contra, extr. de probat. notavi ſupra in litera N. verſi. de Negativa.*

52 De probatione gratiæ, Bal.*in l.ſi qua per calumniam, C. de Epiſcopo. & Clericis, & in l. humanum,C.de legib.* Petrus de Ravenna *in ſuo alphabeto, in litera G.verſi.gratia.*

53 De probatione confinium *vide* Bal.*in l.* *conventiculã,in 4.col.in fine,C.de Epiſc.& Cleric. notavi ſupra in lit.P.verſi.de probatione per ſculpturas vel literas, in marmore vel lapide facta.*

De probatione diminutionis gregis, vel animaliũ, quæ gregatim paſcuntur, Bart. *in l.quod ad præſens C. de murilegis,lib.11.notavi ſupra in litera C.verſi.de cuſtodia.* 54

De probatione erroris, Sylvanus *in conſ. 62.num.16.parte 2.* Alexan. de Imol.*in conſi.69. in prin.4.colum.volum.5. notavi ſupra in literâ E.verſi. de errore.* 55

De probatione ejus, quòd bona ſint feudalia, *notat.* Sylva.*in conſi.1.parte 2* & quomodo contra præſumtionem, quod bona in dubio ſint allodiala, probentur feudalia, Alex. de Imol.*in conſi. 15. in prin.vol. 5. vide* Weſenbe.*in conſi.4. parte 1.* Decianum *in conſilio 33. num.50. & in ſequentibus, volum.1.* qui ibi examinat tres modos probandi: per inveſtituras & inſtrumenta, per famam, & per teſtes. 56

De probatione ſoluti canonis, tributi, vel cenſus, Franciſ. Cremen.*in ſingula. ſuo 79. incip.Tuſcus, & in ſingula ſeqq. 80 notavi ſuprà in litera C. verſi. de canone ſolvendo.* 57

De probatione mortis hominis & animalis, Anto. Corſetus *in ſingul. ſuis, in verb. Mors.* ¶ Cuſtos animalis poteſt cum delatione pellis etiam probare caſum fortuitũ mortui animalis: Ioan.de Arno. *in ſingula, ſuo 31. ſup.in litera G. verſi. de Cuſtodia.* 58

De probatione mortis hominis invenies bona, & multum utilia, *apud* Rober.Maran.*in repe.l.is poteſt, ff.de acqui.hære.à.nu.156. uſque ad nu.183. &* Barto.*in tract.a.ſuo,qualiter & quando probetur mors, vide* Alex. de Imo.*in conſi.25. in prin,2. colum. volum, 4.* Lancfranc. de Oria. *in ſua praxi, c.8. de teſtium depoſition. num. 98. verſi. quæro: ultra prædicta. quomodo inducatur per rationem naturalem*, Hippo. de Marſi.*in repe.Rub.C. de proba.mihi num.175.& in ſequentibus, notavi ſupra in litera M. verſi de morte.* Lancfranc. de Oria *in ſua praxi, cap.de teſtibus,num.98. verſi.quærò ultra.* 59

De probatione mentis vel voluntatis, Alex.de Imo.*in conſ.75.vol. 2.vol.5.* 60

De probatione amiſſionis equorum, mercium vel alterius rei, in remotis partibus, quomodo fiat etiam parte non citata, ut faciat fidem coram iudice competente, *docuit* Ioan. de Platea *in l.ſi quis navicularius,verſi.ex quo nota,C.de naufrag.lib.11.*& ibid.de probatione naufragii, idem Platea *in l. quoties, C. eo.tit. notavi ſup.in lit N.verſi.de naufragio.* 61

De probatione tanti temporis, cujus contrarii non extat memoria, Alex. de Imo. *in conſi.16.colum. 4.ferè per totum, vol.5.gloſſ.in c.1 de præſcrip.in 6.* 62

De probatione civitatis, *d.*Alexan.de Imo.*in eodem conſi.16. colum.2. & 3.volu 5.verſi. ſed in propoſita.notavi ſuprà in litera C. verſi.de cive & civitate.* 63

De pro-

64 De probatione, quem eſſe in quaſi poſſeſſione juriſdictionis, filiationis, maternitatis, paternitatis, clericatus vel alterius juris: *vide* Bal *in l. non ignorme, C. de his, qui accuſa. non poſſ. colum. 4. verſic. in tertio paſſu, & apud* Alexan. de Imo. *in conſ. 25. colu. 5 volu. 4.*

65 De probatione ejus, quòd mutuum ſit verſum in utilitatem mutuantis, minoris Eccleſiæ vel civitatis, *habetur in ſingul. 58.* Mathæi de Matheſi. *& notant. Dd. in l. ſi civitas, ff. ſi certum petat.*

66 De probatione communis opinionis vel præſcriptionis tanti temporis, cujus initij memoria non exiſtit, Specula: *in titu. de proba. §. 1. num. 20. & in c. 1. de præſcriptio. in 6.*

67 De probatione nobilitatis, *vide quadam apud* Guid. *Papam, in conſi. 117. incip. omiſſa facti narratione, notavi ſuprà in litera N. verſi. de Nobilitate.*

68 De probatione matrimonij, *notavit* Lud. Roma. *in ſingul. ſuo 451. incip. nunquid per inſtrumentum.* Hippo. de Marſi. *in repe. Rubr. c. de probatio. mihi num. 22.* Bald. *in l. ſi qua per calumniam. in ultimis verbis, C. de Epiſco. & Cleri.*

69 Da probatione malę fidei, Hip. de Marſ. *in ſingu. ſuo 34. incip. mala fides.*

70 De probatione continuatæ poſſeſſionis, Lancfranc. de Oria. *in ſua praxi. c. de teſtibus, mihi num. 91. verſ. & quia non ſufficit, Dd. in l. ſuper longi ff. de præſcrip. longi temporis 10. vel 20. anno docuit* Mattheſil. *in ſingul. ſuo 116. & ibi* Gabr. Saray.

71 De probatione dominij, Lancfranc. *de* Oria. *in ſua praxi. c. de teſtibus, mihi num. 90.* Alexan. de Imo. *in conſ. 1. in fine in conſi. 10. & in conſi. 11. volum. 4. notavi quadam ſuprà in litera D. verſi. domino.*

72 De probatiooe poſſeſſionis, *idem* Lancfranc. de Oria. *in d. ſua praxi, c. de teſtibus, n. 90. verſi. ad primum dic, quod multi ſunt modi,* Alex de Imo. *in conſ. 3. volu. 4. notavi ſuprà in hac litera P. in verſ. de poſſeſſione & remedijs poſſeſ. & in verſi. de probatione per ſolutio cenſus.*

73 De modo probandi, quòd res non fuerit in bonis alicuius, *d.* Lancfranc. *in ſua praxi, c. de teſtibus, num. 91. verſi. ſed quomodo probabitur.*

74 De probatione quòd quis locupletior ſit factus, *Pynalius in 4. cap. partis 2. l. 2. C. de reſcin. vendi.*

75 De probatione affinitatis, vel conſanguinitatis, *idem* Lancfran. *in ſua praxi, c. de teſtibus. nu. 96. verſi. ſubſequenter eſt videndum, habetur in c. licèt ex quadam de teſtib.*

76 De probatione negligentiæ, *idem* Lancfranc. *in ſua praxi, d. c. de teſt. num. 97. verſic. dic breviter, notavi ſupra in litera N. verſ. de negligentia.*

77 De probatione valoris rei, *idem* Lancfranc. *in ſua prax d. capi. de teſtibus, num. 89. verſic. quaro ergo qualiter,* Alexan. de Imol. *in conſi. 85 in 2. parte.* Socinus *in conſi. 8 incip. viſis, in 1. par.* Barto. *in l. pretia. rerum, §. nonnulli, ff. ad literam falcidi.* Bald. *in l. ſi quos, C. de reſcin. vendi.* Abbas *in c. cum cauſam, de teſtibus.*

Qualiter rei valor publicus per æſtimatum & per teſtes probetur, *conſuluit quadam* Decian. *in conſil. 17. volum. 2. num 25 & in ſequentibus.* Et ibi. *num. 35.* habemus bona de æſtimatorum auctoritate & fide, præſertim accedente eorum juramento, das ſie bey Eydes pflichten werdirt hab.n. 78

De probatione, quòd partes judicij legitimæ ſint obſervatæ, *habetur in c. quoniam contra ext. de probatio.* Celſ. *in addi. prima ad* Lancfran. de Oria. *ad d. c. quoniam contra de probat.* 79

De probatione actorum judicialium, Hip. de Marſi. *in repe. Rubri. C. de proba num. 20 d. c. quoniam contra, & ibi* Laocfranc. *num. 15.* Bald *quadam in verſi. quæro, nunquid acta, C. de re jud.* Andr. Sicul. Barba. *in Clemen. literis noſtris, in colum. 6. & in ſequentibus, de probationibus.* 80

De geſtis in judicio invenies modum probandi de jure Saxonico, *Artic. 88. lib. 3.* Landrecht 81

De modis probandi, aliquem eſſe ſolvendo: *vide gloſſam nombil. in verbo, juratoriæ, in ſi. in l. fina C. de prin. agenti: in rebus, lib. 12. & in l. fina. §. verſi. ſed pone Scholaris, ff. ſi cert. pet. notavit* Decius *in c. ex parte, num. 45. de appella.* Barto. *in l. quamvis, §. ſi conductor, ff. de Acquir. poſſeſ.* Alexand. de Imo. *in conſ. 12. volu. 4.* Bald. in *prob. feudo. colum. 5 in fine, verſi. & ſcias, & in l. hac edictali, §. ijs illud, C. de ſecun. nup.* Alex. de Imo *in conſi. 162. incip. viſo proceſſu, in 1. colum. volum. 5 eleganter & multùm copiosè* Hip. de Marſi. *in repe. Rubri. ff. de fidejuſſor. num. 241.* Petrus de Ravenna *in ſuo Alphabe. litera P. verſi. pauper & paupertas:* Ioan. de Platea *in l. cunctis, C. de mendi. val. d. lib. 11.* Petrus à Duenna. *in reg. fallentia. reg. 590.* 82

De probatione colonatus, vel juris emphyteutici: Schurff. *in conſi. 4. cent. 2. l. cum notiſſimi, §. fina. l. competit. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum: Dd. in l. ſi certis annis, C. de pactis:* & nota theoricam, quòd qualitas inviſibilis debet probari per actus exteriores, qui videri poſſunt: Barto. *in tractatus teſtimo. verſi. quæro qualiter teſtis,* & iſtis modis probatur dominium, poſſeſſio & aliud jus incorporale, vel inviſibile. 83

De probatione ætatis, *habetur in l. minor ff. de minor. & per* Barto. *in l. de ætate, ff. eo tit. l. 3. §. dua ff. ad Carbonia. & notatur in l. 2. ff. de ſer. ſup. verb ætate, in l. filium diffinimus, ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. jur. l. de tutela, ff. de in integ.* 84

veſtitu.dixit etiam Barto *in l.1.ff. Si cert. pet.* *ſequitur* Paul. Caſtren. *in conſi. 141. incip. in Chriſti nomine*, Barto. *in conſi.92. incip. in quæſtione vertente*, Specula. *in tit. de teſte*, § 1.*nu.4.* & creditur hoc caſu annotationi privatæ patris: quia non præſumitur, neq; eſt veriſimile: quòd pater falſam fecerit iſto caſu annotationem vel ſcripturam: Bal. *in Rubr. C. de fide inſtru. in antepen. colum.* Barto *in l. ſcripturas, C. qui potior. in pigno. habean:* Rolandus à Valle, *in conſ.31. in prin. & ibi addit*, quòd etjam ætas filij probetur teſtamento matris: qualiter & quando probetur per inſtrumentum, Bald. *in l.neq; natales, C. de proba.* & *gloſſ d.l. allegat Authent. ut fia. filij, leg. in princi.*

87 De aſpectu, vide Barto. *in l de ætate, ff. de mino.* Probatur etiam per inſpectionem, an habeat barbam, vel ſit pubes circa pudenda, & ſub brachijs: *Arti.42. lib.1.* Landrecht, probatur etiam ætas juramento ejus, qui ſe dicit majorem, vel eius tutoris; ſeu in cauſa feudi. unius paris curiæ; *tex. eſt in cap. 26.* Sechſiſchs Lehnrecht.

Et probatur ætas per patrinos: Von
88 Gefattern Barto. *in d.conſil ſuo 92. item* Andr. *in addi.* Specula. *in tit. de teſte*, §. 1. *incip. adde quod optimè, item per dationem tutoris*, Decis. *conſ.53. vol.2.*

De probatione læſionum mortalium,
89 Wie dieſelben mit Gezeugen vnd Beſichtigungen der Wunden vnd Narben bewieſen werden/ *habetur in Arti.63. lib.1* Landrecht. & *notavi ſupra in litera M. verſi. de medico, & infra in litera V. verſi. de vulneribus.*

90 De probatione defenſionis, & qualiter convincatur mortuus, quòd juſtè & licitè ſit occiſus, *vide in Arti.64. lib. 1.* Landrecht/ & *ibi in addi latina, litera B. Arti.14. in fin. verb. lib. 2. & ibi in addi. ultima latina. Vide, quæ notavi*
91 *ſup. in litera D. verſi. de defenſionibus.*

De probatione legitimi impedimenti, *vide in Arti.7. lib.2.* Landr. Lehnr. *c.24. in textu & gloſſ penult* Weichbild. *Arti.34. in textu & gl. regulariter quòd fiat juramento, voluit* Pet.
92 a Duen. *in regulis fallen. regula. 414.*

De probatione contra judicem, vel eum judicio fienda, de actis & actitatis in judi-
93 cio, *Arti.22. lib.2* Landrecht. *in prin.*

Wie ein Mann ſich zu ſeinem geſtolenem Gute/ das er in eines andern gewehren findet/ mit recht mit beweiß ziehen ſoll/ *habet in Arti.*
94 *36. ibid. in addi. latina, lit. L. & in gl. lib. 2.* Landr.

Der Zinsman beweiſet ſeine Arbeit am
95 Zinsgute mit ſeinem Pflug: *Art. 59. lib.2.* Landr.

Morgengabe behelt das Weib auff den Heiligen/ die Gewehre aber des Guts/ da die Morgengabe auffgelaſſen war/ mit Gezeugen: *Arti. 20. lib.1* Landrecht & ibi in addi. latina ultima declaratur, quomodo ſit intelligendum, ne
96 repugnet jure communi.

Quomodo mulier debeat ſe oſtendere prægnantem ex viro ſuo, docet Barto. *in l. ſenatus*, §. *permittitur, ff. de libe. agnoſcen.* in jure Saxonico, *Arti.33. lib.1.* Landrecht/ Weichbild. *Arti.94. in gloſſ.*

De probatione prius, quod partus ſit natus vivus & perfectus ex utero matris ſuæ, 97
eſt tex *in d. Arti.33. lib. 1.* Landrecht,

Præterea in hac probationum materia 98
nota aliqua ſcitu digniſſima.

Probationes regulariter non ſunt ſu- 99
mendæ de domo Rei: *l. nimis gravè, C. de teſtib. l. qui accuſare, C. de eden. cum ſimilibus.* conſuluit Decian. *in conſi. 61. vol.3. per totum.*

Sed limita, quando tractatur de peri- 110
culo animæ, vel ex magna cauſa, judex poteſt compellere reum, ut edat rationes vel inſtrumenta, ſibi judici, ad fundandam intentionem agentis apud eum: *ſic* Hippo. de Marſ. *in ſing. ſuo 271. incip. probationes*, Joan. Andr. *notavit in addi incip. ſatis eſt magna cauſa, apud* Spec. *in tit. de inſtru. editio. §. videndum, circa nu.17. in medio.*

Probatio invalida vel ſemiplana an 101
conventione partium poſſit fieri valida vel plena, *vide* Hippo. de Marſi *in repe. Rub. C. de proba. à nu 276 uſq; ad n.281.* & ibi vide, quatenus ſententia nulla poſſit validari, ut valeat in vim pacti.

Nota: Probationis facultas regulariter, 108
quòd non ſit anguſtanda: *eſt tex. in verb. fin. in l. quoniam, C. de hæretic.*

Sed an per pactum vel ſtatutum poſſit 113
anguſtari, vel reſtringi, *vide* Hippo. de Marſi. *pro & contrà diſputantem in d. repe. Rubri. C. de probatio. mihi à num. 32. uſque ad num. 38.* Alexan de Imo. *in conſi.36. incip. viſo proceſſu, in 1. & 2. colu. vol. 5.*

Quid juris in cauſis ſummarijs, *idem* 114
Hip. *in d. Rubri. num. 443. uſque ad finem.* quid ſit deciſum in Camera Imperiali, (*Statutum de probatione per inſtrumentum ita interpretati ſunt Domini Camerales, ut etiam per quinque teſtes probatio illa fieri poſſit.*) *notavit* Mynſing. *in obſerv. 5. cent. 1.*

Conſuetudo quomodo valeat ad indu- 115
cendum novam probationis ſpeciem, quæ alias de jure communi non faceret plenam fidem, *dicit tex. in c. cum dilectus, de fide inſtr.* nec mirum, quum & non habenti juriſdictionem det illam: *l. 1. C. de emanc. libero. l. famina. & ibi* Decius. *ff. de reg. juris*, Henn: Göden *in conſil. ſuo de præſcrip pigno. mihi num 9. & 10.*

Nota: producens jura, fateri intelligi- 116
tur omnia, in illis juribus expreſſa: *notat* Sylva, *in conſi 91. num. 27. parte 2. per l. cum precum, C. de libera. cauſa*, Joan. de Platea. *in l. rura, C. de omni agro deſer. lib 11.*

Sed declara: quando quis producit 117
inſtrumentum, videtur ſaltem aſſerere ea, quæ diſpoſitive ſunt prolata in eo, non autem

quæ

quæ enunciativè: Alex. de Imo. *in conſ. 16. colum. 3 verſi. præterea etiam. volu. 5.* ſecùs in illo, qui fortè in ſupplicationa ſaltem per verba enunciativa dicit, quem eſſe procuratorem ſuum, quòd probet, ipſum procuratorem conſtitutum contra ſe, non antem in præjudicium tertij: *dixit* Ludovic. Rom. *in ſingula. ſuo 359. incip. ſecundò, & ibi* Pignol. *in addit.*

106 Nota probatio, parte citata & præſente producta, non plenè probat, niſi talis probationis ſit parti adverſæ copia data, & terminus ad opponendum conceſſus: *ita notabi. dixit.* Barro in Conſti. *ad reprimendum in verbo, de plano, notat* Hippo. de Marſi. *in ſingula. ſuo 81. incip. advertas.*

107 Item probatio debet concludere per neceſſe, non etiam ſufficit per poſſibile: *l. neq; natales, & ibi* Bal. *C. de proba. l. non hoc, C. unde cogna. c. in præſentia. ext. de proba.* & ibi habetur, quòd probatio obſcura vel dubia, nō ſolùm non proſit producenti, ſed etiam contra ipſum producentem ſit interpratanda: *& faciunt CC. in c. cum in, ext. de teſtibus,* quòd concludat probatio per neceſſa: intellige ſecundùm Barto. *in d. l. neque natales, C. de proba.* neceſſariò vel præſumtivè, vel ex præſumtiona juris tali, quæ ſecundùm ſubjectam materiam ad condemnationem ſufficiat, adducit exemplum, dicendo: hoc apparet in probando dolo, ubi dolus non poteſt probari neceſſariò: *per l. dolum, C. de dolo.* Quomodo autem probatio, puta dictum teſtis, circa qualibet objecta, & circa quaslibet res neceſſariò concludat, docuit Bal. *in l. non ignorat, colum. 3. verſi. ſi de factis C. de his, qui accuſa. non poſ.* ubi omnium ſenſuum objecta recenſet, & cuilibet ſenſui ſua objecta tribuit.

108 Et tandem, cùm velis ſcira, an teſtis incertè, dubitativè, malè, concludentar vel benè depoſuerit, *vide* Bal. *dicta teſtium ibi reducentem per omnia decem prædicamenta Dialecticos, in l. data opera, colum. 7. 8. 9. 10 & 11. uſq; ad verſic. revertor, C. de his, qui accuſa: nō poſſ.* Imò, quòd probationes incertæ, non neceſſariò concludentes, non probent, neque aliquem operentur effectum, *notat* Hippo. de Marſi. *in d. repe. Rubri. C. de proba. mihi num. 350.* Affirmat ibid. quòd depoſitio teſtis per verbum ambignum, inducat dubitativam, & ſic contra producentem interpretandum: declarat per verb. *auferre,* quòd protularunt teſtes inducti, ut probarent rapinam: *per* Ange. *in l. poſtquam, ff. de peti. hæredi. in fine*: ſecundò per verbum *violentia, per* Barto. *in l. 2. §. 1. in. fi. ff. de duobus reis*: quia poteſt intelligi activè, & paſſivè: quare ex ſimplici depoſitione da violantia nemo venit condemnandus: *idem* Barto. *in l. ſi uxor. in §. ſi quis uxori. ff. ad l. Iul. de adul. vide ad hoc pulcherr. ſingul.* Matthæi de Mattheſil. *102. incip. nam quòd ſi.*

109 Sed hujus materiæ vide unam ſingularem limitationem, *apud* Hippo. de Marſi. *in ſingula. ſuo 494 incip. probationes, dicens,* ubicunq; cauſa eſſet commiſſa, ſola facti veritate inſpecta: Nam tunc receditur à regulis juris communis, & talis cui committitur cauſa eo modo poteſt credere probationi, ſolùm perſuaſivæ & nō conludenti: *ita* Bal. *in l ſolam, in fin. C. de teſtibus:* maximè quòd probatio dubia non relevat probantem, procedit in criminalibus: nam ibi debent probationes luce meridiana eſſe clariores, puta ad condemnationem; *l. fina. C. de proba.* Sed vide unam limitationem de probante rixam plurium præcedentem, cui vulneratio eſt ſubſecuta, *apud.* Hippo de Marſi *in ſingul. ſuo 188. incip. dixi tibi*: *remittit tamen ad* Angel. *in l. ſi quis alieni. C ad l. Iu.. M. ieſt.*

110 Et hic non incommodè venit notandum, quandu deduco unam cauſam in libello, & probem de alio, quòd ſuccumbam: *l. habebat, in prin. ff de inſtito actio,* Barto. *in l. 1. in pr, 2. col. ff. de edend.* limitatur, niſi cauſa ipſa eſſet cognoſcenda de æquitate, vel ſola facti veritate inſpecta: nam tali caſu, licèt actor in libello deduxerit unam cauſam, & probaverit de alia cauſa, nihilominùs debet obtinere: *ſecundùm* Bart. *in l. Æmilius in 2. col. ff. de minòrib.* Hippo. de Marſi. *in ſingul. ſuo 272. incip. in hac inlyta.*

111 Sed quæro, cui eſt probatio facienda? Et dic, judici: quia pars adverſa ſemper negaret, & nunquam ipſi ſatisfieret: *gloſſ. in l. quinquaginta, in verb jud ff. de proba.*

112 De probatione in inſtantia appellationis, regul. eſt *in l. per hanc, C. de tempo. appella.* non probatum probabo, & non deductum deducam, habet locum, ut probetur in inſtantia appellationis de novo, circa prius petita in cauſa principali: non autem, ut de novo aliquid petatur vel deducatur: quia non pertinet ad judicem appellationis: *ut in l. eos, §. ſi quidem, C. de appella.* Abb. *in c. ſignificaverunt, de exceptio.* Hippo. de Marſi. *in ſing. ſuo 240. incip. regula legis, gloſſ. in c. cum Iohannes, in verb. pendebat, de fide inſtru.* & prædicta regula (non probata &c) habet locum, quando ignoranter fuit aliquid omiſſum, & non probatum vel deductum in cauſa principali: ſecus ſi ſcienter, vel per negligentiam fuerit omiſſum: quia tunc in cauſa appellationis non poterit probari, nec adduci: *notavit de iſto dicto* Hippo de Marſi. *in ſing. 360 incip. ſcribitur, in remedio. Et* Bal. *in l, per hanc C. de tempo. appella.* colligit ex verbo defuerint, ſic dicens: quòd ſi in prima cauſa actor habebat probationes, ſed cauſa morandi judicij & ſub ſpe futuræ appellationis, noluit

eas producere in cauſa principali, non audiatur eum illis in inſtantia appellationis.

113 In quibus caſibus, & quare probatio etjam in inſtantia appellationis, non admittatur, *vide tex. glo. Dd. & ibi* Franc. de Zabe. *in Clemen. 2. de teſtib. & vide aliqua in addit. latina, lit.* C. *ad Art. 62. lib. 1. Landr.* Elector Saxoniæ in inſtantia appellationis addmittit teſtes ſuper Articulis iisdem primæ inſtantiæ, vel ſuper articulis directò contrarijs: *Art. 21. par. 1. in conſtitutio.*

114 Inſtrumenti cancellatio per creditorem facta inducit liberationis præſumptionem in perſona obligati: Coler. *p. 2. c. 2 n. 51.* ¶ Inſtrumenti redditio facta debitori, inducit debiti remiſſionem: Coler. *d. n. 51.* item ſi reperiatur apud debitorem, qui non eſt domeſtica perſona: Strach. *d. lo. n. 11. fol. 746.*

115 Alias inſtrumenti traditio inducit tacitum mandatum de exigendo: Coler. *ibid. n. 63. declara. ut n. 68. vide melius Stracham. tr. de adjecto p. 4 q 8. per tot fol. 741.*

116 Traditio à creditore facta inſtrumenti, in quo ego & alius ſum obligatus, quo ad me, inducit liberationem: quoad alium, inducit mandatum de exigendo: niſi conſtet de animo donandi: Coler. *p. 2. c. 2. n. 63.*

117 Statutum ſi extat, quòd depoſitum vel quid ſimile non poſſit probari, quàm per inſtrumentum, quod ſi non experiatur, quæ erit cautela: Carac. *de depoſ. p. 1. q. 3. c. 3. n. 37. n. 9. ad 46. fol. 23.*

118 Officialium Epiſcopi, nec non principis literis, quando credatur: Vivius *lib. 1. dec. 54. n. 6.* ¶ Negans propriam ſcripturam, convictus convenitur in duplum: Marſi *de bannit. verb. negantur, n. 12.*

119 Inſtrumentum non dicitur liquida probatio: Plot. *de in lit. jur. §. 2. n. 30.* nec legitima, *nu. 31.* nec propriè probatio: nam per juramentum quis non dicitur probare, ſed relevatur ab onere probandi, *ibid.* & lim. hæc, *n. ſeqq. & infer ut ibi.*

PROCURATOR.

1 PRocurator dicitur is, qui aliena negotia mandato Domini adminiſtrat: *l. 1. in prin. ff. de procurat.* Uſus autem procuratorum per quam neceſſarius eſt: ut qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe, vel nolunt vel non poſſunt, ſaltem per alios poſſint agere & conveniri: *l. 1. §. uſus, ff. de procurat. l. non ſolùm §. agere, ff. de injur. l. ſi. C. de procurat. cum ſimilibus:* Omnes enim cauſæ civiles habent regulariter hanc naturam: ut ſi quis ſimpliciter citatus fuerit, intelligatur tacitè incluſa poteſtas comparendi per procuratorem: *d. l. ſi. C. de proc. c. ſi. de dilat.* Schurff. *eleganter in conſ. 76. cent. 1.*

Imò citatus ut perſonaliter compareat, non tamen tenetur perſonaliter comparere: niſi juſta & legitima cauſa exprimeretur in ipſa citatione: d. Schurff. *in d. conſi. per jura ibidem, n. 5.* 2

Invitus autem procurator dari quis non poteſt: *l. invitus, C. de procurato.* ¶ Servi ſurdi, fatui, infantes, mulieres & virgines non ſunt procuratores: *gl. Art. 60. lib. 1. Art. 30. lib. 3. Art. 46. & 47. lib. 1.* Landr. de muliere vel fœmina: *gl. eſt in l. 2. ff. de reg. iur.* Spec. *in tit. de procuratore, §. 1. n. 1 verſi. Item, quòd eſt mulier: ibidem tamen* Spec. enumerat quinq; caſus, in quib. procuratrix poſſit exiſtere. Sed ut habeas pleniùs materiam: quis poſſit eſſe procurator, & quæ ipſi procuratori ratione ſui, & ratione cauſæ, reſpectu conſtituentis, & ratione iſtius, quòd ſit in rem ſuam conſtitutus, ratione formæ opponi & objici poſſint, *vide* Spec. *in d. tit. de procu. §. 1. 2. 3. & 5. per totum.* 3

De formis conſtituendi procuratorem, *habetur per eundem* Spec. *in d. tit. §. 4. ut autem & ibi n. 3.* vide, qua cautela dominus procuratorem poſſit relevare ab onere ſatisdationis: quòd fieri poſſe dicit, *per l. ſi ad defendendum, ff. jud. ſolui, §. ſi autem, Inſt. de ſatiſd.* Tempus & modum conſtituendi, præſcribit Chil. Kôning. *in ſua pract. c. 1.* wie vnd wann der procurator geſatzt wird. 4

De procuratore falſo & ſuſpecto, *idem* Chil. Kôning. *in c. 13.* de procuratore ſubſtituto, *c. 14. & 15.* & de procuratore actoris, ſive caveat de rato, ſive non: ſi dominus ratum non habeat, vel de mandato non doceat, tenetur ad intereſſe, & contra ejuſmodi procuratorem rei ſit ſententiæ & executio, *(Si tamen ſciens ſe procuratorem non eſſe, ſuſcepit judicium: ſecus ſi per errorem.)* Mynſing. *in obſ. 75. cent. 1. obſ. Cam. Imp.* 5

De procuratoris revocatione, Chil. Kônig. *c. 16. & inc. 17.* de procuratoris appellatione: cogitur enim appellare: *l. invitus, C. de proc. & ibi vide per gl. in v. extendere:* tenetur etiam ad juſtificationem, ſi habeat ſpeciale mandatum: Bar. *in l. qui proprio, §. item quæritur, in ulti oppoſi. ff. procu.* Quando autem lædit dominum, tenetur ad intereſſe: non ſolùm autem tenetur, de dolo, & lata culpa, ſed etiam de levi & leviſſima: *l. procuratorem, C. mandati.* Et quando contra procuratorem poſſit fieri ſententiæ executio, *vide apud* Spec. *in tit. de exec. ſenten. §. ſequitur videre, n. 7. verſi. ſed quid ſi procurator.* Et quod ſup. per *l. 1. inſ. uſus, ff. de procu.* diximus, quòd ſit admittendus, in tantum habet locum, ſive Dominus ſit legalior, ſive non, per iſtum textum: hoc tenet Robert. Maran. *in rep. l. is actor, ff. de procu. num. 60.* ſed ibi vide pulcher. limitationes, & declarationes, quibus caſibus 6

procura-

procurator poſſit repelli, & non admitti. Et quando principalis venit examinandus, an eius advocatus, vel procurator ab examine poſſit repelli, *(Quòd ſic,) notavit d.* Matan. *in d.l.is actor,nu.67.* Et tandem vide pulcherrimas quæſtiones, quæ poſſint in hac materia occurrere, *apud* Pet.de Raveo. *in aureo ſuo alphabet.lit.P. verſi.procurator aliquid faciens.*

7 De actibus procuratoris nota: poteſt facere procurator ea, quæ conſuevit facere dominus eius: quando autem poſſit contrahere, donare, vel tranſigere, & quando poſſit iuramentum apponere pro obſervantia contractus, docuit idem *Pet.*de Raven. *in ſuo alphabe.lit.Q.verſi. quadrienny præſcriptio.* & non ſufficit interdum, ut habeat procurator mandatum generale, ſed requiritur ſpeciale: ad quos autem caſus, enumerat & colligit Spec. *in d titu.de procura.§.1.n.4.vinginti & quatuor.* Et quòd ad omnia iuramentum præſtandum & recipiendum, requiratur ſpeciale mandatum, *notavit* Myſing. *in obſ. 99.cent.4. in fine.*

Sed quando dubitatur de mandato, etiam ſpeciali, admittitur cum cautione de rato: *l quod ſi ſpeciali, ff. de mino. etiam ad tranſigendum,c.penul.de relig.domi.& c.contingit, de tranſact.notavi ſupr.in lit. C.verſi.de cautione de rato.* ¶ Procurator autem quid petens ex mandato, & non habens mandatum, in quam pœnam incidat, dixit Bartol. *in l. ſi pupilli, §.item ſi fundum,ff.de nego geſtis*

8 Sed quomodo probet quis ſe procuratorem: Reſpondendum videtur, per inſtrumenti procuratorij oſtenſionem & productionem,& quæ poſſint contra eiusmodi inſtrumenta, excipi & opponi dicit Spec. *in d. tit de procu. §.ratione autem formæ, in prin. & quadam* Myſi. *in obſ.99. cent.4. (Ubi docet, omiſſa mentione litis conteſtationis, valere mandatum, dummodò contineat nomen conſtituentis conſtituti, & adverſarij contra quem,& cauſa in*
9 *qua conſtituitur, cum clauſula de rato.)*

Sed an poſſit probari mandatum per ſcripturam, etiam privatam, per teſtes vel per ſigillum conſtituentis, *vide per notata ad c.ſignificavit, ext.de appella.* Spec. *in d titu.de procura.§.ratione autem forma.nu.2.verſi.privatæ verò,& verſi.pono,ubiquis,& ibidem in addi. lite.E.& lite.F.illa diligenter vide,quia quotidiè poſſunt in pract.accurrere: notavi aliqua ſupr. in lite.L.verſi,de legitimatione ad judicium.* Sed non ſufficit,mandatum procuratorium ſaltē ut producatur,ſed etiam neceſſe eſt,ut apud acta dimittatur,& regiſtretur in illis: ut tenet Specu. *in tit,de procurato. §. ratione autem forma, verſic.ult. ubi* Bald. *in add. in verſic. procuratorium generale,* Decian. *conſil.120,vol. 3.n.9.* Imò,pro ut relictum eſt apud acta, legi debet, & parti debet ejus dari copia, dató quòd illam petierit: aliàs mandatum nihil relevat: *ut eſt textus,& ibi notant omnes, in c. appellatio,de appella.in 6. in clemen, cauſam. de electio.* Decianus dict. *conſi.121.volum.3.numer. 15.18.& 19.*

Imò oportet,mandatum ut ſit apud acta regiſtratum: nec ſufficit vel probat mandatum diuturnitas temporis, neq; mandati qualitas(quòd fortè ſit ſpeciale vel ſufficiens(per eam inducitur: Decia. *d.conſi.n 8.& in ſequentibus.* Nolens etiam producere mandatum ad acta,& recuſans dare copiam eius, habet contra ſe præſumtionem,quod non ſit legitimum: Decian. *d. conſi.n.16.* 10

Sed quod etiam per verba enumerativa, ſupplicationi fortè inſerta, contra ſcribentem conſtitutum, dixit Lud. Rom. *in ſingul.ſuo 359.incip. ſecundò,& ibidem Pigno.in addi.* Et oſtenſio chirographi vel inſtrumenti debiti,(in quo cōtinetur clauſula, quod ſolvatur exhibenti,(quod probet mandatum de recipiendo ſolutionem debiti, debitoris nominati in iſto inſtrumento, probat Decian. *in conſi.68.vol.3.* Niſi ſit domeſticus,vel alius,qui poſſit eſſe ſuſpectus,quod facto ſubtraxerit & receperit eiuſmodi inſtrumentū: *n 11.in d.conſi.* Et ibi in hoc conſilio vide de adjecto,quod per dictam clauſulam videtur ſic conſtitutus, ut poſſit petere debitum etiam agendo judicialiter in judicio. 11

Procurator autem,quod per litis conteſtationem fiat dominus litis, habetur *in l. procuratorib.C.de procu* In cauſis autem ſummarijs,in quib.non requiritur litis conteſtatio,(quæ enumeratur *in clem. diſpendioſam de jud & in l de alimentis,& ibi per Dd.C.de procura.*)Procurator actoris ſtatim fit dominus, lite inchoata: procurator autem rei, fit dominus litis,quando præſtitit cautionem de judicato ſolvendo: Bal. *in l.mandatum,verſic. ſecundò quæritur C. manda.* in foro Saxonico præſtita Guaranda: quia ibi habet vim litis conteſtationis. Fieri autem ſic dominum litis, habet ſuos affectus in conſtituendo procuratorem ad judicia: nam tutor vel curator in cauſa pupilli non poſſunt conſtituere procuratorem, niſi domini litis ſint facti: *l. neq; C.de procura.* ¶ Et procurator, habens generale mandatum, non ſubſtituit alium: niſi dominus litis ſit factus,vel niſi ſit conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi: Specul. *in d.tit: de procura.§,1.nu 22.& 23.* 12

In criminalibus, criminaliter agitatis, procurator regulariter non admittitur ad tractandum cauſas cauſæ, ſed benè ad allegandum cauſas abſentiæ. *Notavit & benè declaravit per limitationes, Dn.* Rober.Marant. *in* 13

Spec.

Spec *ſuo ord jud.in 4 part.prim.diſtinct.jud.n. 35. & in ſeqq.* ¶ Ad inſtruendum aorem judicem,an admittatur, notát Joa.de Arno. *in ſingul. ſuo 75. incip.in criminalibus.*

14 De cautelis aliquibus,quib. poſſit intervenire in criminalib.& de tota hac materia, docuit Hip.de Marſi. *in pract ſua crimin.§ ſequitur, per totum, & n.18.* De cautelis: *vide que notavi ſupr. in lit.C. verſi.de conjuncta perſona & in lit.D.verſi.de defenſore,ibi (quomodo, qualiter & quando conjuncta perſona, & defenſor poſſint vel debeant admitti.)*

15 Et de exceptionibus procuratorijs, *vide* Oldend. *in Enchiridio excep. verſi. exceptiones procuratoria*: & objicitur exceptio procuratoria etiam poſt litis conteſtationem: *l. non ſolum,§.qui alieno, ff.de procu.e.t. eo. tit. & in l. licet C. eo.* Bar. *in l.ſi quando,C. de dilatio.*

16 In Camera Imperiali excipitur, etiam contra procuratorem, vel mandatum ejus procuratorium,quòd non ſit ad formam eam ſim conſtitutus,vel procuratorium factum: Mynſing. *in obſ 46. cent.1.*

17 Sed quando ex procuratoribus pluribus, quilibet in ſolidum conſtitutus cenſeatur,(*Si adjecta ſint verba, & utrumq; eorum, ... non exprimatur;quòd conſtituantur, in ſolidum,*)docuit idem Mynſing. *in obſ. 47. ejuſ. cent.1.*

18 Sed per mortem domini quatenus extinguatur procuratorium, vel mandatum procuratoris,notavit idem Mynſing. *in obſ. 84.cent.2.& idem in 2.ſuo reſpon.dec.1.reſp.n 46.*

19 In principatu Anhaldino bene moneantur advocati & procuratores, ne ſuſcipiant cauſas calumniantium, neq; injuſtas,neque iſtas faciant intricatas: Und was vor Leute daſelbſt in denen Landen/ nit zu advociren,oder zu procuriren ſollen zugelaſſen werden/ refert Conſtitutio Anhaldina *in Art 9. von advoca* und *procuratorn.*

20 *P*rocurator prius debet videre mandatum,antequam contrahat: Hier. Laur. *dec. 11.n. 2.* ¶ Quando procurator nomine ſui Principalis contraxiſſe præſumatur, & quãdo quis nominè alterius idem feciſſe dicatur: Men. *lib.3.præſumt.46.& 49.*

21 Procurator generalis poteſt ex juſta cauſa, quam dominus ignorabat, mandati fines excedere: Geyl *de pace pub.lib.3.c.4.nu. 29.per l ſi hominem,ad ſi ff mand. & n.30.& 31.* Procurator & advocatus quomodo differát, *vide differentias 7.per* Iaſo *in Rub.C. de procur.*

22 Officium procuratoris eſt vile & oneroſum:*l ſi quis procuration.C.de Decur* Imò eſt viliſſimum:*vide* Jo de Plat.*in d.l.ſi quis procurationem,C.de Decur lib* 10. Sed advocati eſt laudabile: *l. laudabile, C.de advoc. diver. jud.*

23 Procurator & nuncius quomodo differant,*vide* Goz. *in l.1.de juriſd.om.jud.*

24 *P*rocuratoris contumacia an Domino noceat,*vide* Bar. *in l contumacia, de re jud. &* Bart. *in l. quamvis de damn. infect. &* Bar. *in l.1.§. ſi procurator, ff. ſi quis jus dicendi*, *vide* Ioh.Fabr.*in ſuo Breviario ſuper,C. in l.eum qui, de procur.* Io.de Plat. *in l. ſi.C de nau. non excuſ.lib.*11.Soe.*in reg.325.ibi limitat.* ¶ Et quando iniquitas procuratoris,domino præjudicare poſſit,*vide pulcrè* Alex.*in conſi.237. vol.2. fol.84.*

Item quando dicatur contumacia Domini, & quando procuratoris, & quomodo diſcernantur inter ſe,*vide* Bar. *& ibi* Alex.*in l.cum filius,§. ita,in 2.col.de v.obl.* Ubi etiam, quando procuratoris contumacia Domino noceat. ¶ An & quando procurator comparens,poteſt petere dilationem ad conſultandum,& loquendum cum parte ſua principali,ut certificet eum quid reſpondeat, *vide* Bar *in l.non ſolũ de procur.*Abb.*in c dilect.eo.e.* 25

Procurator lite conteſtata efficitur Dominus litis:*l.quod quis,l.neq; l.nulla C. de procur.* Ideo ſi poſtea ſuccubuit, poteſt appellare: *l. ab executore, §.ſi. de Appell.* Procurator de leviſſima culpa tenetur: *l. à procuratore,C Mand.quam ad hoc allegat* Bar. *in l,eum qui, §.ſi.de furt.* 26

Procurator ſi poſt factum mandatum, factus fuit ribaldus inimicus, vel aliás ſtatum mutaverit in deterius, eo ipſo videtur mandatum revocatum: *ita* Barto. *per illum tex.in l.ſi cum Cornel.ff. de ſolue. in ſi.* ¶ An quis procuratorio nomine, vel ſuo,in dubio aliquid dicatur facere, *vide in v.facere.* 27

Procurator ſine mandato aliquem defendens in judicio,defenſor dicitur, & contra eum fertur ſententia, & etiam fit executio:*l. Plancius,de procurat.* ¶ Procurator cogitur mandatũ oſtẽdere:*l.licet C.de procu.*vel derato ſatiſdare.*l.1.C.eod.*Soc *in reg.313.& ſeq* 28

Falſi procuratoris exceptio eſt peremptoria,& poſt ſententiam opponi poteſt: *l. licet, de procur.* Habes & alias exceptiones, quas potes opponere poſt ſententiam, *in gl. in §. appellantur, Inſt.de except.* ¶ Procurator non debet eſſe illiteratus: *gl. in Auth.de jud. In verb.qui ex ſe.* 29

Procurator actoris,duas præſtat cautiones,ſcilicet de defendendo,& de rato:*l.maritus,C. de procurat.* ¶ Procurator, acta vel alia ſecreta ſuæ partis, adverſæ parti manifeſtans,eſt infamis, & punitur extra ordinem: *l.1.ff de pæn.& incidit in pænam,l aliquis,§.inſtrum.de pæn.* 30

Procurator infamis eſſe poteſt:*§.ſi.Inſt de except.* ¶ An & quando poſſum conveniri de contractu inito cum procuratore meo, *vide* Pet.*q.32.* 31

*P*rocurator qua actione ſalarium ſuum petat,*vide* Pet. *q. 46. & . q. 6.* ¶ Procurationis officium gravatum eſſe debet: & procu- 32

Procu-

rationem ſuſcipere non eſt res illicita: *l. litem, C. de procur.*

33 Procurator in publico crimine non intervenit: *l.pen.§.ad crimen, publ.iud l. tuue gonvenie, C.de accuſ.vide* Soc.*in reg.322.* Tamen dicit. Ioh. Fab *in breviario ſuper, C. in l. reos, C.de accuſat.& inſcripe.* quòd in cauſa criminali procurator admittatur.

Per procuratorem condemnatus, non notatur infamia, nec ipſe procurator: *l.furti, §.ſi quis alieno, de inſa. vide in v. infamia.*

34 In procuratorem debet ferri ſententiã, aliâs eſt ipſo jure nulla: *l.1.C.de ſentent.* Executoria tamen verba debent referri in ipſum Duminum, *vide ibi* Bart.*in tit. qui ſatisd. cog. col.55 n.30.*

35 Per procuratorem acquiritur poſſeſsio & dominium. *per procuratorem, C. de acq. poſſeſſ.* etiam ignoranti: *l.1.C.eod.* & per notariũ: *l.2 ff. rem pupill ſalu.for.*

36 Dominus ſi juravit nolle revocare procuratorem, poteſt nihilominus non obſtante juramento eum revocare, licèt efficiatur periurus: *per gloſſ.iu c.ſi.ſup.verb revocatus, de procur.lib.6.* Sic in ſimili, ſi quis juravit nolle contrahere, poteſt oon obſtante juramento contrahere: *vide ad hoc pulera jura ſupr. in verb.juram artic.ſi juro me nolle vẽdere, donare, vel alium contractum facere.*

37 Nota optimam clauſulam, per quam procurator relevatur ab omni onere ſatiſdãdi, ut ſolvat: dicatur in mandato tutorio, prædictum ſumptum tutorem ab omni onere ſatiſdandi, judicio ſiſti, & judicatum ſolvi ſub obligatione, & Hypotheca omnium bonorum conſtitutam: hanc clauſulam cõmendat Card.*in Clem 1.de procura.De hoc vide* Zaſ.*in para int.qui ſatisd.cog.col.55.n.20.lin.20.*

Procurator generalis cum libera non
38 nocere poteſt in his quæ ſunt magni præjudicij: Anton Quæſa da *c.31.var quaſtion.*

39 Procurator ſi in judicio falſa inſtrumenta produxerit, & ſtatutum eſt quòd falſa producens inſtrumenta cadat cauſa, dominus non tenetur, quia non præſumitur dediſſe mandatum ut procurator delinqueret: quæ aſſertio, procedit in generali procuratore, ſecus in ſpeciali ad cauſam certam tunc enim diſtinguitur, ut ſi fecerit ante L. conteſtation: dominus non tenetur, ſecus poſt. Litis conteſtation: Anton. Quæſada *pulchrè in alleg.loco* Anton. Capic *deciſ.67.*

40 An paoper procurator excuſetur ab interpoſitione appellationis, quando ſumptus requiruntur? N. niſi magni ſumptus, ot ſi interfaciendũ ſit: Anto. Quæſada *dict.c.31.n.30.*

Quando procurator appellationem omittit quam interponere debet, currit tempus ad appellandum, nec dominus reſtitutionem haber, ſibi enim imputet: Anton. Quæſad.*d.c.31*

Quid ſi procurator conſtitotos ſir ad 41
litem conteſtandam quid nam importet hoc mandatum? Reſp. quod appellare poſsit: Anton. Quæſada *d.c.31* Anron. Capitius *deciſ.28.* Hartmao Hartman.*lib.2.obſervation: titu.de appellat.c.11*

Procurator ad lites conſtitutus an poſſit 42
petere executionem ſententiæ in qua procuravit? N. Anton. Quæſada *c.31.n.34* Roder. Xuarez.*declar.ff.ad l.regni n.6. limita niſi pars adverſa non exceperit.*

Minor habens procuratorem generalẽ 43
an poſſit cogi ad eligendum curatorem ad lites? Affirm. quia nihil damni infertur minori nam illum procuratorem nominare poteſt, Garſias Maſtril. *deciſ.54.*

An mandarum procurarorıs poſsit per 44
teſtes probari, aut ſi tabellio quidam dicat ſe vidiſſe mandatum? N. quia præciſe requiritur ſcriptura propter ſolennitatem: Anton. Quæſada *c 31.variar.controverſ.juris* Didacus Perez.*ad l.1.titu.4.lib 3.ordinat.col.893.*

Procurator cum cautione de rato non 45
admittitur, quando ille qui dicitur mandaſſe in propinquo eſt, aut agitur de præiudicio magno: Anton. Quæſada *d.loco.*

Mandatum procuratorium in rem ſuãm morte mandãtis non extinguitur: Alfonſus Monta. *leg.18.titu.10.lib.1. fori.*

An procurator appellationem proſe- 46
qui teneatur? Diſting. aut procurator eſt generalis, aut ſpecialis ad certam cauſam, primus tenetur proſequi ſecundus nun: Anton. Quæſad.*c.31.*

Procurator ſi deliquerit in aliqnn ne- 47
gotio antequam procurator conſtitutus fuit non nucet domino, ſi autem deliquerit poſt mandatum, tunc diſtinguitur aut procurator ad judicia, aut ad negotia erat conſtitutus, ſi ad judicia, aut tunc delictum commiſit ante litis conteſtationem & contra dominũ non poteſt excipi & agi, aut poſt L. Conteſtat: & tunc poteſt excipi, ſi verò exiſtebat procurator ad negotia, tũc indiſtincte nocet domino: *l.apud celſum §. quaſitum. ff. de doli mali except. l. ſi procurator ff. ibidem l. ſi procuratorem ff de Mandat*: Anton Quæſ.*d.c.31.*

Confeſsio procuratoris nocet dumino 48
l.proinde ff. ad L. Aquiliam, limita ſi ſtatutum ut alicujus confeſſio noceat tunc non nocet quia confeſsio ficta eſt, Anton. Quæſada.*d.c.31.*

Procurator an poſsit præiudicare domi- 49
no redeundo coram iodice à quo poſt appellationem? N. Stephan. Gratian. *in addit. dec.provin.*March.*deciſ.144.*Caputaqu. *dec 29.*

Fœmina licet non eſſe poſsit procura- 50
trix, admittitur tamen in cauſis parentum, liberorum cauſa cognita, quæ cognitio cauſæ hoc in caſu in eo verſatur, ut certum fiat, an parentes aut liberi morbo vel alia cauſa,

ne cauſas ſuas procurare poſſint impediantur, nec quem qui agat habeant, quo tamen caſu vellejano renunciet omnino neceſſe eſt D.Frider.Pruchmannus *in l.in multis 1.part. principal.memb.2.articul.2. nu.6.ff. de ſtatu hominum.* Caſſian. *in conſuetud.Burgund.rubr. 1. §. 6.gl.i. num.60. Dd. ad l.fœminar. ff. de procurator.*

51 Fœmina poteſt eſſe excuſatrix in judicio: Anton de Caoario *de executione part.1.n.3.item favore libertatis, quot quando liberorum sutrix eſt procurare poteſt* Pruckman. *allegato loco num.22.23.*

52 Exceptio tu oon potes eſſe proeuratrix quia es fœmina in ſecuoda inſtaotia opponi noo poteſt, appellatio enim ad eum ſtatum litigantes reducit in quo ſunt poſt, non verò ante litis conteſtationem *arg. L. ab execetione C.querum appellat.non recip.* Mar. *tr.ord. judic.4.p. diſt. 6.n.16.* Kilianus Kônig. *in ſuo proceſſu c.60.* Matthes. *ſing. 66.* D.Pruchmannus *alleg.loco n.30.& ſeq.*

53 Procurator non tenetur probare mandatum ſi ei inſtrumenta domini voluntate tradita eſſe conſtat: Alciatus *de præſumpt. reg.1.præſumpt.33. n.2. & 4. p. l.ult. C. pact.* Convent. Romanus *ſingul.637.*

54 Procurator conſtitutus in prima inſtantia an ſine novo mandato poſſit in cauſa appellatioois comparere, & valeat ſententia contra eum in meritis lata? Negat.Caſpar. Anton. Teſſaur.*quæſt.forens.per totum.*

55 Uſufructuarius utrum cenſeatur procurator in rem ſuam & habere mandatum generale circa res fructuarias? Diſting.uſufructuarius in his, quæ reſpiciunt uſufruct. dicitur procuratot in rem ſuam & proprio quidem nomine abſque mandato proprietarij agere poteſt, ratione vero proprietatis & rei ut fructuariæ nō dici poteſt procurator in rem, aut procurator generalis, ſed quoad quædam tantùm videlicet, quæ reſpiciunt cuſtodiam, defenſionem, adminiſtrationem & conſervationem rei & jurium ejus: Johan.del Caſtillo *de uſufr. c.20.* Caballin. *milleloq. 1.n.11* Achill.Pedrocha *conſ.7.n. 178.* Johan.Garſias *de expenſ.c.11.* Eſpino *in ſpecul. teſtamentar.gl. 13.de legat.uſufr. nu. 80.* Ludov. Molina. *de Hiſpanor. primogen. lib.1.c.22.*

56 Procuratores Cæſaris ſunt judices inter fiſcum & privatum, non autem ioter privatos tantum: procurator cæſaris poteſt adire hæreditatem cæſari delatam, quæ ſi non ſit ſolvendo habetur pro non adita, ita & repudiare: Procurator Cæſaris vendens, non poteſt habere fidem de pretio, poteſt tamen cōfiteri ſe precium recepiſſe, & confeſſio probat etiam contra fiſcum: item poteſt conſtituere procuratorem ad vendendum rem obligatam fiſco & ſubhaſtandum, hæc omnia affirmat & decidit Lancellottus Conradus *in temple omnium judicum lib.1.c. 8 de procurator: cæſaris.*

Procura[illegible] fiſci generalis, convenitur pro negligentia procuratoris ſpecialis non exigentis debitores fiſcales: Lancellot.Conradus *in templo omn.judic. c.8. lib.1. de procurat.cæſar.* 57

Procurator cum libera nemo conſtituitur niſi ſpecialiter.*idem n.9.* 58

Procurator eum illis verbis io mandato, ut poſſit facere omnia, quæ domious diceatur conſtitutus eum libera: *idem n.11.* 59

Procurator inhabilis admittitur, ſi non excluditur à partibus Aoton. Queſada *c.29. nu.4. nar. quæſtion.* 60

An minor 25.annis poſsit eſſe proeurator ad lites.N.Bronchorſt.*cent.1.aſert.49.* Erneſtus Cottman.*lib. 1. diſput. coro.2.* Pacius *cent.2. qu.16.* Anton.Matthæus *ad §. iuſta inſtit. ex quibus cauſis man.* Cujacius *lib. 12. obſerv.16.* 61

Procurator eauſæ non poteſt fatalia ſine ſpeciali mandato prorogare: Cæſar Barz.*deciſ.32.n.27.* 62

Procurator in cauſa criminali intervenire poteſt, quaodo pœna criminalis in defectum civilis imponitur, aut quando quæritur de nullitate ſententiæ, quæ ex illius judicij actis vult oſtendi, præſertim quando nullitas eſt evidens, item de jure canonico intervenire poteſt: Cæſar.Barz. *deciſ.172.* 63

Procuratoris confeſſio de recepto, qui ad recipiendum eſt conſtitutus non præjudicat domino, ſi non conſtet de reali numeratione, ſi autem procurator, una cum alio teſte, mediante juramento, deponit de receptione debiti, ſolutio contra dominum plene probat Martin Beockendorff: *Seraphin. de Seraph. in addition. privileg. 148.* Johan.Gutierez.*de juram. confirmat.p.2.c.50. in princ.* 64

Procurator eum libera poteſt exigere & confiteri de recepto, & proeurator mutuo ſumere vel etiam de recepto confiteri poteſt, in præjudicium domini, ubi dominus juravit ejus geſta rata habere: Martin Beockendorff.*in addit.d.privileg.* Johan.Gutterez. *de juram.confirm.p.1.c.50.n.21.* Mancin. *de juram. p.4.effect.246.* 65

Procurator ut juret ſpeciale mandatum requiritur: *Ierem. Rezer. de juram. lib. 1. c.14.n.10.* 66

Miles ipſo jure proeurator eſſe poteſt, niſi exeipiatur: Niellius *de feud.diſput.4.the. 5. litera B.* 67

Appellatione procuratoris in ſtatutis, non venit procurator in rem ſuam Coſtal. *ad l.34.ff. de procurator.* Franck.Duaren. *de jur-* 68

jurisur c.4. lect. 2. Scrader. *p.10. de feud. Sect. 18.num.5.105 106.*

69 An abſque, conſenſu actoris, ex parte rei procurator in rem ſuam conſtitui poteſt: in præjudicium actoris, Neg. Scrader. *p. 10. de feud Sect.18.n.40.*

70 An amicus etiam arcta familiaritate conjunctus, pro amico admittatur ſine mandato: Affi. Joban. Coras *de ar.jur.pant. 4.c.12 Sed hæc opinio in Camera rejecta eſt.* Gayl. *lib 1. obſer.133.* Herman Vulteius *2.juris prud 3.nu.39. Socius tamen pro ſocio & conſors pro conſorte admittitur* Vulteius *all.loco.*

71 Baſtardus dicitur conjuncta perſona, quo ad hoc ut ſine mandato ad agendum admittatur: Peceius *de jure ſiſten.c.3.*

72 Utrum Pater in bonis filij, in quibus uſum fructum habet ſine eius conſenſu etiam ante litem conteſtatam procuratorem conſtituere poſſit? Diſt. an Pater ratione proprietatis, an vero ratione uſus fructus actione experiatur, in priori caſu negatur, in poſteriori affirmatur: Valent. Forſterus. *de ſucceſſ.ab inteſtat lib.7.cap.21. qu. 2.* Philip. Hoenius *diſpu.22. qu. 2.*

73 Tutor, Curator, Syndicus actorem ante litem conteſtatam conſtituere poſſunt: Gœdd. *de contrali. ſtipul. c. 5. nu. 319.* Vulteius *ad §. final. inſt. de curator. & ibi* Cujacius Hartman Hartman. *titu.5.obſer 1.& 6.*

74 Procurator Salarium ſuum non mandati, ſed extraordinaria perſecutione petere poteſt: Becerus *ad l. 23.c.4.n. 5 ff. R. J.* Philippus Hoenonius *diſpu.22.qu.4.*

75 Procurator conſtitutus ad recipiendã ſolutionẽ, non poteſt confiteri ſibi ſolutum à debitore, ideo eo in caſu ſua confeſſio non nocet domino, fallit in procuratore cum libera: Paul. Æmil. Verall. *deciſ. 423. par. 2.* Georg. Cabedo. *deciſ. 261.lib.1.*

76 Regulariter moriente principali ante litis conteſtationẽ extinguitur mandatum, fallit ſi Dominus ſatisdetit de iudicato ſolvendo aut iudicio iſti procuratore conſentiente, ſecus ſi poſt litis conteſtationem: Hieron Magon. *deciſ. 48 rota* Florent. Paul. Aemilius Verall. *deciſ. 188. & 189. par. 2.* Mynſing. *obſer. 84. cent. 2.*

77 Quando in ſtatuto habetur quod quis aliquid faciat in perſona, nunquam verificatur ſtatutum, ſi fiat per alium etiam cum ſpeciali mandato: Virgilius ab Agarura *in horto juri ramo 18. arb 163.*

78 Procurator habens mandatum ad cauſam jam integram ſopitam, habet etiam mandatum ad illam reaſſumendam, per reſtitutionem in integrum: *idem in d. nume.*

79 Si quis procurator conſtituitur ad certam cauſam, & poſtea principalis generalem omnium negotiorum procuratorem conſtituit, tunc prior non cenſetur revocatus, quia per genus non derogatur ſpeciei: Georg. Cabedo *deciſ.14.n 15.cum ſequ.lib.1.*

Procurator nullo modo eſſe poteſt ſervus, religioſus, pupillus, quia comparere nequeunt, neque pro ſe neque pro alio E. exceptio illa reddit iudicium retro nullum, ſi autem illa perſona conſtituatur pro procuratore, quæ pro ſe comparere poteſt, non pro alio, ut fœmina, miles, reus, criminis, minor &c. tunc valet proceſſus, niſi ante litis conteſtationem excipiatur. Anton. Ayorve de Ayora *lib. ſing. collectan. forens. c. 1. numer. 18. cum ſequent.* 80

Subſtitutus poſt litis conteſtationem viciſſim ſubſtituere poteſt: *idem d cap. 108. numer 7.* 81

Procurator conſtitutus in certa cauſa, contra ſempronium & alias cauſas intelligitur reſpectu ſempronij, non aliorum: *idem d. c. 108. n. 120.* 82

Si conſtituens habet plures cauſas, præſumitur in dubio magis ad cauſam neceſſariam conſtituiſſe: Petrus Salalar. *deciſ. 138. num.16.lib.1.* 83

Plures procuratores conſtituti, in ſolidum ex ijs nemo agere poteſt, ſed quilibet tantum pro rata conſtitutus cenſetur. Et ſimul agere debent, *idem d. deciſ. numer. 68. cum ſequ.* 84

Exceptio tu non es procurator quandocunque opponi poteſt, ſed exceptio tu non potes eſſe procurator tantum ante litis conteſtationem: Cæſar Damatus à Fogueras *deciſ.148.n.6.cum ſequ. lib.1.* 85

PRODITOR

DE patriæ proditoribus & proditionibus habetur apud Ang. *& ibi in addi. in tract. maleficiorum, in verſic. & hic tradito.* ¶ Proditor quis, & quod modis dicatur, *vide* Petr. de Raven. *in ſuo alph. lit. P. verſi. proditor.* ¶ Quomodo fiat quis proditor relevando ſecreta, & quæ ſit eius pœna, quod etiam perjurij maculam eo ipſo ſuſtineat, conſuluit Decia *in conſi.48.vol.3.n.23. & in ſeqq.* Hippo. de Marſi. *in ſing. ſua 16. incip. proditores,* pulcherrimè dicit, proditor odio quod ſit Deo, hominibus & juri: quod non debeat ſtare in curia & palatio principis: qualiter à tergo recipiat precium pro proditione. 1

Sed an puniatur, proditoriè occidens bannitum, *dixit poſt* Hip. *in d. ſing 16.* Roch. Curt. *in c. ſi de conſue. mihi fol. 20. col. 4. circa medium, verſ. ſed aliũ caſum.* ¶ Quodupliciter quis proditor dicatur, habetur *in add. latin. prinul. ad Art. 78. lib. 3.* Land R. *& in c. 77.* Lehn R. Bal. Alvo *& aly in tit. quib. mod. feu. amitt. in c. 1. §. 1. & in c. 1. de for. fidel. in uſib. feudo.* 2

In

3 In jure Saxo. Proditori ſtatuta eſt pœna ordinaria rotæ: Man ſoll die Vorräther Radbrechen: *tex. ex in Art. 13. lib. 2.* LandR. *Item* die da Srädte vnnd Veſtungen verrathen verlieren damit Ehr/Leib/ vnnd Guth. ob ſie deß vberweiſen werden: *gl. 9. Art. 16. lib. 2.* LandR. *1. Art. lib. 2.* LandRecht. *l. quiſquis. C. ad l. Iul. majeſta.*

Proditor dicitur ille, quem vulgus appellat proditorem: qui ſine aliqua cauſa & ſine ulla diffiditione, eum qui de eo confidebat, vulnerat & graviter offendit: Guid. *Pape dec. 191. nu. 5.* maxime committendo proditionem contra majorem ſuum: & proditorie agunt; bellum moventes ſine denunciatione: item proditores ſunt, dantes potionem venenatam: item qui revelant ſecreta: item qui permittunt tranſire gentem inimicam: *ibid.*

4 Proditor quis, & quot modis dicatur, *vide* Joh. de Plat. *in §. interdum, in fin. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* & *vide* Cepoll. *in conſil. 34. n. 6.* ¶ Quale ſit crimen proditionis, vide Alex. *de Imol in conſ. 13. vol 6. n. 8.*

PROHIBITIO

1 PRohibita ad tempus, poſt tempus videntur permiſſa: *l. Pater filium, §. fundum, ubi* Barto. *de leg. 3: arg. l. Imperatores, de Poſtul.* ¶ In uno caſu conceſſum, in alijs cenſetur prohibitum: *gl. in l. 1. in verb. non aliter, ff. de off. ejus.*

2 Omnia videntur conceſſa, quæ expreſſe non ſunt prohibita: *l. nec non, §. quod ejus, ex quib. cauſ. majores, l. cum prætor, de judic. l. maritus, C. de procurat.*

3 Cum aliquid prohibetur, cenſentur omnia prohibita, per quæ ad illud pervenitur: & quando aliquid permittitur, cenſetur omnia permiſſa, per quæ ad illud pervenitur: *l. oratio, de Sponſ. l. 2. de juriſdict. om. jud. vide latè Dd. l. ad rem mobilem l. ad legatum, C. de procurat* Bar. *in l. omnes. populi, in 1. q. ff. de juſt. & jur.*

Nota: prohibitio legis & hominis, puta teſtatoris, quando concurrunt fortè circa alienationem rei alicuius, corroborata eſſe intelligitur iſta prohibitio in tantũ, quod non poteſt res illa alienari, etiam in caſu jure permiſſo: Joan de Imola. *in l. filius fam. §. Divi ff. de legat. 1. per eum:* Ant. Corſ. *in ſing. ſuis in verbo prohibitio*: quia duo vincula magis ſtringunt, quam unum: *Auth. itaq. C. commu. de ſucce. c. 1. de treuga & pace.*

4 Prohibitio duplex effeic, ut quid non poſſit fieri etiam in caſu à jure communi permiſſo, intelligitur tamen de duplici prohibitione legis, & hominis, non legis & ſtatuti: Cæſar *Barz. deciſ. 107. n. 16.*

5 Statutum prohibens alienationem bonorum immobilium, habet locum etiam in ultima voluntate, Ferr. Ganguar. *conſil. 66. lib. 2. n. 31.*

6 Alienatione prohibita ſub Pœna per ſimplicem alienationem vel oppignorationem, ipſa pœna non committitur, niſi deventum ſit ad realem traditionẽ: Anton. Ayer. de Ayora *lib. 5. ſing. collecta. forenſ. c. 52.*

7 Qui tenetur ſub pœna uni alienare, illo exiſtente in mora poteſt alienare cui vult, & ſufficit unica interpellatio legitimè facta, ad conſtituendum emere debentem in mora: Harsman. Hartman. *c. 2. titu. de emptore.*

8 Prohibitio cum cauſa, videlicet ne res exeat de familia, extenditur uſque ad quartum gradum, Petr. Salasarez *deciſ. 3. numer. 13. lib. 2.*

9 Prohibita alienari non publicantur propter delictum, tamen quando alienatio eſt prohibita favore perſonæ alienantis, tũc non eſt prohibita propter delictum: Georg. Cabedo. *deciſ. 7. n. 26. lib. 1.*

PROMISSIO.

1 PRomiſſio ſub fide: bey meinen wahren vnd guten Glauben vnnd trewen: Item bey den Wort der warheit/ juramento æquipollet: *c. 1. ad aures, ext. quòd met. cauſ. c. pervenit. D. fide inſt. c. pervenit. de jureiurand.* Gravet. *conſ. 241. lib.* Sichard. *in l. fi. n. 13. C. de edict. D. Adria. tollend.* Fichard. *in addi. ad Villa. leg. in v. Fides, in Theſau. com. opin:* Laur. Kirch. *cent. com. opin. concl. 23.*

2 Et ejusmodi fidei interpoſitionem, præſertim ab illuſtrib. perſonis juramẽto æquiparari, commune eſt Dd. placitum: eandemq; clauſulã idem operari quod juramentum, reſpondit Pariſ. *conſi. 110. n. 6. & 40. vol. 1.* Marc. Mat. *conſi. 70. nu. 7. volu. 2.* Natt. *conſi. 479. n. 11. & conſi. 480. n. 12, & 13. vol. 3.* Franck. Burſat. *conſi. 306. n. 12. lib. 3.*

3 Et hanc communẽ Dd. ſententiã etiã in Camera imperiali obſervari, uno ore, affirmant Mynſi. *cent. 1. obſr. 17. & conſi. 4. obſ. 40.* Geyl. *2. obſer. 59.*

4 Hæ clauſulæ, atteſtantibus omnibus practicis & probatis, JCtis à Princip. præſertim, bey meinen Fürſtlichen: comitib. bey meinen Gräfflichen: & nobilib. bey meinen Adelichen Ehren/trewen vnnd guten Glauben prolatæ, vim juramenti veri inducunt & operantur: darauß dann vnwiderſprechlich erfolget/ wann ein Fürſt/ Graff vnnd vom Adel etwas zuſaget/ oder verpflichtet/ bey ſeinen Fürſtlichen/ Gräfflichen vnd Adelichen Ehren trewen vnd guten Glauben/ auch bey dem wort der warheit/ alles vnnd jedes ſo der verſchreibung

hung einerſelbet / ſtet feſt vnd vnverbrüchlich wol zuhalten zuerfolgen vnd deme zugeleben / er ſolches von rechtswegen eben zuhalten / als ob er ſolches mit einem leiblichen Eyd geſchworen / bey Peen deß Meinendes: practicatur quotidie.

5 Promiſſor declarat promiſſum obſcurum, ſed ipſa declaratione facta, amplius variare non licet: Matth. Mattheſ. *ſing.171.* Promiſsio regulatur ſecundum qualitatem perſonæ cui promittitur: Corſetus *ſub C. ſing. Conditio perſonæ.*

6 Promittens aliquem non moleſtare, intelligitur reſpectu juris competentis de præſenti, non de futuro, etſi renuociet iuri quod habet aut habere ſperat Hieron. Magon. *deciſ. Lucenſ. 7. nu. 42.*

7 Promiſsio de non offendendo intelligitur ſi non cauſam dederit: Bartolus *in l. 56. §. iudex. ff. de Locat.*

8 Promiſsio ſimpliciter facta, præſumitur in antecedentem contractum emiſſa: Jacob. Marchiſel. *qu. 93. lib recollectar. n. 8.*

9 Promiſſio defenſionis eſt promiſſio facti individui: Jacob. Marchiſ. *qu. 132. num. 9. lib recollectar.*

10 Promiſſio de emendo vel vendendo nō eſt emptio vel venditio, promittensque pœnitere poteſt, ad intereſſe tantum conveniri valet, licet juramento promiſſio vallata ſit: Jacob. Marchiſel. *qu. 28. per totum lib. recollectar. de jure canonico hac opinio non admittitur.*

11 Promiſsio de vendendo, tranſit, in contractum traditione ſecuta cum pretij receptione: Marchiſel. *d. qu. n. fin. lib. recollectar.*

12 Socer qui habet beneficium deductione agent an pro rati promiſsione poſsit carcerari. N Garſ. Maſtril. *deciſ. 69.*

13 Promiſsio in carceribus facta ei, ad cuius inſtantiam quis ibi juſte detinetur, valet: Cæſar Barz. *deciſ. 24. n. 11.*

14 Promittens factum alienum cum juramento, ita quod feciſſe ſuum poſſe non excuſetur, dicitur præciſe obligatur, & ſi illud non ad impleat dicitur fieri periurus: Martin. Benckendorff *in tract. Seraph. de Seraph. in addit. privileg. 4 n. 38.* Petr. Surd. *deciſ. 224. n. 16. lib. 1.* Johan. Bapt. *Coſta de facti ignorant: inſpect. 1. n. 9.*

15 Promittens juramento abſenti, etiamſi nullus adſit, qui acceptet promiſsionem obligatur: Martin. Benckendorff. *ad Seraph. in addition. privileg. 115. nu. 10.* Jere. Setzer. *de juram. lib. 1. c. 25. n. 29.*

PRODIGUS.

1 Prodigo hodie non ipſo jure, ſed per prætorem bonis interdici, Jacob. Cujac. placet *ad l. Iulian. ff. de curat. furioſ.* Cujac. *in l. is cui lege, ff. q. teſt. fac poſſ.* And. Geyl. *lib. 2. obſer. 51. num 2.* Weſ. *de curat. furioſ. & c. num. 3.*

Prodigus & furioſus, poſſunt petere reſtitutionem: *firmat.* Bar. *in l. Marcel. ff. de fideiuſ. in l. 1. ff. de bono. poſſeſſ. infant. vel fur. delata.* Joan. And. *in Rubr. de præſcript. in addi. ubi prodigo non currit præſcript.* Abb. *in c. cum non liceat, de præſcript. tenet* Petr. de Raven. *in ſuo alphab. lit. P. verſ. beneſ.* ¶ Sed ut quis habeatur pro prodigo, neceſſe eſt, ut præhabita cauſæ cognitione prodigus ſit declaratus. 2

Sed de prodigo, redeunte ad frugalitatem, & quod ſuſtineatur eius teſtamentum atq; furioſi intervallaris, conſuluit Decia *in conſ. 2. vol 3. per totum.* Et quatenus per dationem curatoris ut prodigo, prodigus quis probetur, docuit Barto. *in l. is cui bonis, ff. de verb. oblig.* 3

Imò prodigus quis dicatur, (*Qui nec finem nec modum de coquendi & prodigendi habet,*) quomodo ſtipuletur, (*Active ſtipulari poteſt, non paſſivè,*) an potuerit obligationem contrahere & alienare, antequam ſibi à judice adminiſtratio eſſet interdicta, (*Bart. & communiter Dd concludunt, quod ſic, in qua ſententiam & Zaſ. inclinat,*) in quantum æquiparetur furioſo, (*Quo ad diminuendum patrimonium, non quo ad acquirendum,*) & de eius delicto, an ex illo puniatur, (*Punitur pœna corporali, non pecuniaria,*) docuit Zaſ. *in d. l. is cui bonis, ff. de v. obl.* 4

Prodigus an ex juramento obligetur N. Anton. de Padilia. *ad l. 2. C. R. vend. numer 36.* Anton. Gomezius *de contract. c. 14. numer. 22.* Fachineus *lib. 2. controverſ. c. 64.* Antonius Faber *in pragm. errorib. dec. ad 6 error. 9.* 5

Teſtamentum factum per eum, cui tanquam prodigo fuit datus curator & pro tali habitus & reputatus non valet, nec ex eo admittitur ſubſtitutus ad probandum eum non eſſe prodigum: DD. de Rota, *deciſ. 8. de teſtam. in antiquis* Virgilius ab Agaruira. *in horto vinduo ramo. 2. arbor. 12. numer. 19.* 6

Declaratus prodigus per ſuum judicem, non poteſt alienare etiam bona exiſtentia in territorio & juriſdictione alterius judicis: Joan. Pagon. *lib. 6. titu. 9. arr. 10.* 7

Cognati & affines prodigi, cui poterat interdici bonis, poſſunt adverſus eius contractum reſtitutionem petere, etiam eo contradicente; nam prodigus notorius, ſi ante interdictum contrahat, poteſt poſtea eius curator adverſus geſta illius contractus reſtitui, juſta cauſa probata Jaffred. Landſ. Balb. *deciſ. 437.* Anton. Ayerve de Ayora. *lib. collect. c. 130.* 8

Interdictū quod à jure fit, non ſufficit ut cenſeatur interdicta furioſo adminiſtratio. 9

bono-

bonorum,& non ſufficit ſententia prodigalitatis declarans quem prodigum, nac curatotis datio, niſi expreſſè interdicatur illi bonorum adminiſtratio: Anton. Ayerve da Ayora *lib.ſing.collectam foren.c.96.n.1.*

10 Interdictio prodigo facta ceſſat ſtatim cum redit ad ſanos mores & deſinit eſſe prodigus, pariter & cura ipſo jure abſque judicis facto, ſi hoc eſt manifeſtum, alias ſecus Iaſſe. Landf. Balbus *decif.* 61. Cæſar. Damatus à Foguetas *lib.3.decif.80.n.2.*

PROROGATIO

1 PRorogatio termini, facta principali debitori, non liberat fideiuſſorem, niſi fideiuſſor obligatus ſit ad certum tempus ſaltèm: *Dd.in c. conſtitutus, ext. de fideiuſſor.* Pet. de Raven. *in ſuo alphab. lit. P. verſi. prorogatio termini.* Decian. *in conſi.102. vol.3. num.13. in ſequent.* Hippo. de Marſi. *in repe Rubr. ff. de fideiuſ. mihi n.89. in 6. q. notavi ſupr. per* Geyl *& alios, in lit. F verſi. de fideiuſſore, & in lit. N verſi. de novation.*

2 Nota prorogatio intelligitur facta cò omnibus qualitatibus ſuis: *juxta caſum, & materiam l. ●ecta, in prin. ff ſi cert peta. ſecundum Bar. in l.1. §. & poſt operis, ff de oper. novi nunciat.* Bald. *in l acceptam, in 7. quaſt. C de uſu. idem* Bal. *in l ſi conſtitutio, C. de don. ante nap. facit ad hoc bona apoſtilla ad* Bal. *in d. l acceptam, in verb. purgata liter. T. Et ex iſtis infert.* Henning Göden. *in conſi.1.8. volum de Hypothecis, ſecundū Caſtren. in l. qui ſic ſtipul ff de verb. oblig.* quòd in dubio, & quando non expreſſè ſecunda obligatio animo novandi ſit facta, & quando non contineat plus ſecunda, quàm prima, tunc quòd cenſeantur repetitæ dies, & obligatio in prima obligatione expreſſa: & tam acceſſorium, quàm reliquæ qualitates cenſeantur repetitæ: Bart. *& Dd. in l.3. §. filius, ff de libe. & poſthum. & in l. licet. ff. de lega. 1.* limita hanc doctrinam: quia non habet locum, quando fit alterio in ſubſtantia contractus: Bal. *in l. acceptam, in 7. quaſt. C. de uſu.* quia tunc non dicitur prorogatio: *idem* Bal. *in c.1. de mu. peti.*

3 Limita, etiam in iuramento poſito in primo compromiſſo, de non veniendo contrà: quia tacitè in ſecundo non videtur repetitum: Bal. *in conſ. 468. incip quaritur ſi factum,* neq; etiam pœna in compromiſſo videtur prorogata: *notabiliter idem dixit* Bal. *in l. penul. §. uxor, ff. ſolut. matr.* non etiam dicitur prorogatio, puta locationis, vel fideiuſſionis, quando lapſum eſt tempus: quia amplius non extitit, quod prorogari debebat, ſed dicitur actus novus: Dacian. *in conſil. 72. volum. 2. num. 25. & ●● bona notavit in hac materia prorogationis* Hipp. de Marſi. *in ſing. ſuo 300. incip prorogatio.*

4 De prorogatione iuriſdictionis, Cepra. *reg. poſt. reg. 53. fol. 56.* ¶ De prorogationa, vide item Gabr. *de lutat.* ¶ Per proteſtationem antecedentem, limitatur obligatio ſubſequens: Raud. *de analog. lib.1. c.29. nu.17. & notario ibid.* nam proteſtatio removet conſenſum ab actu, & per conſequens ſubſtantialitatem actus: ut ibi intellige in Roger. *de proteſt. rub. 1. §.1. & §.7. n.6.* Hoc intellige, ſi in ſpecie in actu ſequenti de proteſtatione dicitur ſecus ſi nil dicit, nam tunc videtur à proteſtatione receſs. Seraph. *priv. 75. n. 59.*

5 Proteſtatio probatur iuramento: Seraph. *priv. 169.*

6 Proteſtationis contrariæ probatio admittitur adverſus præſumptionem iuris, & præſumptionem iuris & de iure: Menoch. *lib.1. praſ. quaſt. 75.*

7 Proteſtatio contraria facto nihil operatur: ſed ſi non repugnat actui, interpretatur ut non ſit receſſum ab actu: Vivius *dec. 251. lib.2.*

8 Prorogandi juriſdictionem facultas unica prorogatione dicitur extincta: Cæſar. Barz. *decif. 32 nu. 28.*

9 Prorogatio in necem fidaiuſſoris facta cenſetur, quādo tempore illius debitor principalis erat ſolvendo, advaniēte autem tempore ſolutionis non eſt: Cæſar. Barz *decif. 20. num. 17.*

10 Prorogatio juriſdictionis ante litis conteſtationem, licet tunc pœnitentiæ regulariter locus eſt, non poteſt tulli; quando intervenit juramentum: Martin Benekendorf. *ad ſeru pliu. in addition. privileg. 134.* Johan. Gubetez. *de juram confirmator. p.1. c.35. n.2.* Jerem. Setzerus. *de juram. c.25. nu.110.* Iohan. Dauth. *de teſtam. u.9.*

11 Prorogatio non fit à partibus, quando terminus à lege vel ſtatuto datur: Garſ. Maſtril. *decif 61. n.9.*

12 Procurator cauſæ non poteſt fatalia prorogare, ſina ſpeciali mandato: Cæſar. Barzias *decif. 32. n.27.*

13 Sufficit prorogationem fieri, in ultimo momento primi termini, quando ſumus in termino per legem ſtatuto: Stephan. Gratian. *in addition. decif. 31. decif.* Marchiæ.

PROTESTATIO

1 PRoteſtatio cum facti ſit non præſumitur, ſed qui eā allegat probara tenetur: Martin Benekendorf. *ad Seraph. in addition. privileg. 69.*

2 Proteſtationem interveniſſe iuramento proteſtantis probatur: Maſcard. *lib.2. de probation. cl.1241. n.2.* Seraph *de Seraph. privileg. 169. in tracta. de juram.*

3 Proteſtatio operatur ſuos effectos, ſive fiat in principio, ſive in fina, dummodo fiat ante conſummationem contractus: Guid. Papæ *ſing. 933.*

4 Proteſtatio non valet, niſi exprimatur cauſa quare fiat, ſicot non valet petitio ſina cauſa: *idem ſing. 928.* Prote-

5 Proteſtatio ſimplex præcedens non trahitur ad actum ſequentem ex intervallo fa[illegible]n: Rora Genuenſis *deciſ.6.n.3.*

6 Proteſtatio per aliquem facta poteſt probari juramento: Cald. Pereira *obſer. 106. lib.2.*

7. Proreſtationes quæ fiunt in genere nihil relevanr: *idem d. decis n.7.*

8 Proteſtatio quando ſuccedir loco actionis, debet in ſcriptis fieri, ſi verò loco acceptionis poteſt fieri ſine ſcriptis, Cæſar Damatus à Fogueras *deciſ. 73.l.3. per* Bartol. *in authent. Hanc antem C. de non num. pecun.*

9 Proteſtatio facta à viro pro uxore prodeſt, ut denuncians à dolo excuſetur, non aurem ad præjudicium mulieris, ſed facta ſyndico vel procuratori Reipub. nocer ipſi Reipub. *idem deciſ.6.num.9. lib.4.* Bartol. *in l. 8.5.§ & ſi forte ff. quod vi & clam.*

10 Proteſtatio licer conſervet jus quod proteſtanri comperir, tamen jus novum non tribuit: Ferr. Ganguar. *conſ.216.n.19. lib.2.*

11 Proteſtatio ſatis eſt, quod fiat coram iudice & deinde parti notificetur: *idem conſ. 89.n.16.lib.1.*

12 Proteſtationem qui fecit qnod non intelligir, ſe gerere pro hærede, ſi poſtea fecerit actum eoutrarium proteſtationi, videtur ab ea recedere: *idem conſil.17.lib.1.n.33.*

13 Comparens coram judice recuſato, citra conſenſum iuriſdictionis, & nonnullos actus faciens cum proteſtatione, talis proteſtatio nihil operarur & proceſſus valet: Petr. Salaſarez *deciſ. 13.n.3.lib.2.*

14 Quod dicitur proteſtationem conſervare ius procedit, quando tale jus futurum eſt poſsibile de iure exerceri per ipſum proteſtantem, ſeu cònſiſtit in potaſtate ipſius; ſecus ſi impoſſibile eſt, quia tunc talis proteſtatio nihil operatur, neque jus futurum conſervat: Georg. Cabedo *d. caſ.18.n.83.lib.1.*

15 Proreſtatio tantum valet quantum valet actus ſuper quo interponirur: *idem d. deciſ.n.88.*

16 Fideiubere rogatus ſi proteſtatur ei, apud qnem fideiuſſurus erat, quod nõ intendir ſe velle fideiubere, ſi poſtea fideiubaar non tenebitur. Petr Gerard. *ſing.52.*

17 Proteſtatio & denunciatio extraiudicialis an & quando malam fidem inducat. *vide* Petr. Benintend. *deciſ.9.*

PROTHOCOLLUM.

1 EX quibus cauſis, vel ob quos defectus impugnetur, & qualiter ſuſtinearur, & an ex prothocollo notarii mortui alius notarius, ad rogatum & de commiſsione iudicis; poſsit conficere inſtrumenrum publicum? quod ſic docet Rolan. *à Valle in conſi.44. incip. præſens conſultatio, num.27.* ¶ Apoſtilla in margine prothocolli, an & quando fidem faciat, conſuluit Decian. *in conſi.100. vol.2.*

Protocollum ſeu regiſtrum eſt illa ſcriptura quæ à Tabellione conficitur, ut apud eũ ad perpetuã rei memoram maneat & da protocolli materia & eius requiſitis: *vide* Orcſcium *in l. ſi quis ex argentarijs § ſi initinm nu. 67. ff. de edendo* Parlador, *rerum quotidianæ: lib. 2. cap. fin. part. 1. § 12. limit. 2. nu. 7.* Marc. Anton. Engenium *conſ. ſi per tot. lib. 1* 2

Vrrum protocollum in iudicium productum executionem paratam habeat: Simon de Prætis *de interpretat. ultimar. volnntat. lib. 2. ſolut. 2. à nu. 60.* Burgos de paz. *conſ. 14. à nn. 4.* 3

Protocollum ut fidem facit & ſolenne ſit, atque ex illo authenrieum inſtrumentum ſumatur, continere debet omnes ſolennitates in Inſtrumenro publico requiſitas: Iohau del Caſtillo *c. 16. quotidian. controverſ. à num. 40.* Burgos de paz. *conſ.14.* Marc. Anton. Eugen. *conſ.51 lib.1.* 4

Protocollum neceſſario apud Tabellionem permanera deber, ut parti exhiberi poſſit, & conferri cum originali: Azebedius *in l.12. tit.25. lib.4. recompilat. nu.4.* Iohan. Caſtillo *c.16. nu.47.* 5

PROVISIO.

PRoviſio hominis, tollit proviſionem legis: *Gabr. lib.6. conc de reg. iur. concl.8.* 1

Narrariva providentis ranquam pars gratiæ per proviſũ debet verificari. Anaſtaſ. German. *in Tract. de Indult. Cardinal. §. ac irritum num.28.* 2

Qui poreſt providere de beneficio ad Papam devoluto, non poteſt de reſervato, Anaſt. German. *in. Tract. d. § ac irritum n.46.* 3

Proviſio facta à nuncio inpulto privato & igoorante poſt bimeſtre à die publicationis revocati indulti incipiens, non tribuir titulum coloratum: Anaſtaſ. Germon *in d. Tract. d. §. Ac irritnm nu.63.* 4

Proviſio ex indulto, ſi de beneficio viginti quatuor ducatorum ualorem excedente fit à Papa per nouam collationem, confirmanda eſt. Anaſt. German. *in. d. tract. de Indnlt. Cardinal. §. volumus autem num. 1.* 5

Si proviſus à Cardinali non expediar litteras novæ proviſionis, & beneficium imperretur ab alio, dabitur proviſio de reſervato ad ſedem Apoſtolicam: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d § volumus autem num.34.* 6

Proviſus à Cardinali poteſt quandocunque expedire etiam elapſo termino expeditionis & ſolvendorum iurium Cameræ antequam rertio ius acquiratur, ne Camera fraudetur: Anaſtaſ. German. *in. d. Tract. d. §. volumus autem num.37.* 7

8 Mandatum de providendo de perſonatu aut dignitate, non comprehendit perſonatus, aut dignitates electivas: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. § Ac beneficia num. 4.*

9 Proviſio à nuncio incumbit onus probandi Valorem beneficii collari, adverſus proviſum ſummo pontifice: Anaſtaſ. German *in d. Tract. d. § Ac irritum num 27,*

10 Appellatione Proviſionis ſedis Apoſtolicæ, veniunt & Legatorum Pruviſiones: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. de Indult. Cardinal. § Tibi quoad vixerit num* 101.

11 Commiſſio ac Proviſio debet eſſe cum effectu: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. §. Volumus autem num. 49.*

PVPILLVS.

1 QVia ſpectat ad materiam tutelæ, igitur notavi de iſtis, *inf. in lit. T. verſi. de tutoribus & tutela.* ¶ Sed tamen, ubi pupillus ſit educandus, quærit? Et reſpondet, quòd ſequenda durante omnia mens, voluntas & præceptum teſtatoris niſi ex rationabili cauſâ aliud viſum fuerit prætori. ¶ Sed ceſſante teſtatoris voluntate, an apud novercam vel apud illum, cum quo pupillus habet, vel habere poſsit lites educetur, conſuluit Decia. *in conſ. 49. vol. 1. idem* Decia, *conſuluit in conſil. 8. volum. 2.*

2 Vratisl. *in ſtat. Art. 16.* Der vnter ſeiner Eltern Vormünden/oder Curatorn gewalt iſt/ kan ohne derſelben wiſſen keine Schuldt machen/ſondern ob es geſchehen würde, dieſelbe für vnkrafftig gehalten auch darauff wieder ihren willen nicht geholffen: es were dann das die Eltern Vormünder/ oder Curator oder auch ſie die Contrahenten ſelbſt/ als ſie mündig worden, daſſelb außtrücklich ratificirt hetten/ oder die Schuld auß Ehehaffter noth gemacht/ oder aber das geliehne Geld oder wahren noch vorhanden/ oder ſonſten an des contrahenten nutz kommen: auff welchen fall ſie den ſolches/ ſo wol was ſie mit wiſſen vnd gedult ihrer Eltern/ Vormünden oder Curatorn/ kauffmansweiſe vor ſich gehandelt/ zu halten vnd zu zahlen vorbunden ſein ſollen.

3 Pubertati proximi doli ſunt capaces, & ex l. 12. tab. puniuntur, ſi furtum fecerint: Cuiac. *lib. 6. obſerv. 22.*

Pupillus conventus & eius tuto[illegible]n teneantur ſuper libello valido & claro [illegible]em conteſtari, vel copiam habere ſcripturæ in libello mentionatæ, quo actor uſurus non eſt, ſed ſine ea deliberare poteſt: Viu. *lib. 1 dec.* 374. Vbi & à quo educari debeat pupillus, Franc. Viu. *dec. 16. lib. 1.* Aſin. *de exec. § 3. c. 128. vide* Menoch. *lib. 2. cent. 2. c. 168.* & quomodo pupillo alimenta præſtanda, *c. 169.* 4

Pupillo vel infante decedente hæreditate non adita, licet eius hæres poſſet reſtitui adverſus aditionem omiſſam, ex clauſula generali, ſi qua iuſta cauſa videbitur, cum in articulo mortis læſus fuerit, illud tamen procedit, ſi tutori nulla poſsit imputari negligentia, alias beneficium dictæ reſtitutionis ceſſabit, cum contra tutorem agere poſſit: Cæſar Damatus à Fogueras, *lib. 2. deciſ. 19. nu. 20. cum ſeq. regni Granatæ.* 5

Pupillus in cauſis civilibus regulariter agere, ſed in criminalibus accuſare non poteſt: *idem in d. deciſ. n. 19.* 6

Pupillus dicitur indefenſus, ſi tutor vel curator in iudicio non compareat pro eius defenſione, & ſententia eſt nulla contra pupillum indefenſum lata: Garſ. Maſtrill. *deciſ. 73. num 9.* 7

Pupillus rem ſua pecunia emptam utili vindicatione à tutore petere poteſt: Donell. *lib 5. comment. in fine* Bronchorſt. *cent. 2. aſſert. 65. in fine vide diſſentient.* Antoni Fabrum *lib. 5 conjectur. c. 8.* 8

An pupillus ſine autoritate tutoris vetus feudum renovare poſſit. *Aff.* Roſenthal. *in ſynopſi feudali f. 3. concl. 8* Vulteii *sc. 3. de feudis* Duarenus *l. 6. de feudis* 9

De obligatione pupilli quod non naturaliter obligatur niſi locupletior factus ſit, pro abundantia vide etiam Cuiacium *in l. 127. D. V. oblig. lib. 17. obſer.* 4. Pacium *cent. 4. qu. 10.* Herman. Vulteium *lib. 1. diſcept. c. 16.* Gæddeum *de contrah. ſtipulat. c. 7. concl. 9. n. 112.* Giphan & Philip Matthæum, Sturtium Hyppol. *à collibus ad l. 5. & 88. ff. de R. Iuris* Guhielm. Forſter. *de pactis. c. 5.* Erneſtum Cottman. *diſputat. 11.* Arumæum *diſputat. 32. exercit. 6.* 10

Quæſitum

Digitized by Google

QUAESITUM IUS.

MAGNA eſt differentia inter ius quæſitum, & quærendum: Socin. *in conſi.77.* Anton. *Burgos in repe. Rub. ext. de emp. & vendi. in 6 col.* & ideo dixit gloſſ. *in § fin. 16. q. 9.* Quod prælatus poteſt præiudicare Eccleſiæ in obtinendo, non autem in obtento: Bald. *in conſil. ſuo 249. volum. 2.* dicit, quòd Daciatii poſſiot abeſſe ſeu præiudicare fiſco in iure quærendo, non autem in quæſito. Facilius enim tolluntur fienda, quam facta: *ut in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iuris, in c. iur. quemadmodum, de iureiuran. Dom. in c. quamvis de pactis, in 6. & adduxit alia* Hipp. de Marſi. *in ſingula. ſuo 194. incip. magna eſt differentia.* Pet. de Anch. *in conſ. 366.* conſuluit, in caſu conceſſæ & acquiſitæ immunitatis à collectis & oneribus. Io quærendis ſem per facilius alicui, quam in iam quæſitis præiudicatur Pruchman. *conſ. 7. n. 112. vol. 2.*

QVALITAS.

1 QValitas, in iudicium deducta, debet probari, antequam ulteriùs procedatur: & quando ſit probanda, notavit Bald. *in l. non ignorat, in princ. C. de his. qui accuſa. non poſſ.* Non probata qualitate, probatio reputatur incerta: Hippol. de Marſil *in repe. Rubr. C. de probatio. mihi num. 436. verſi. dico igitur, uſque ad num. 443. tenet, & per exempla declarat* Pet de Raven, *in ſuo aureo alphab. litera Q. verſi. qualificat. factum.*

2 Et qualitas appoſita in accuſatione, vel inquiſitione, debet probari: aliàs illa non probata, debet ſequi abſolutoria: *dicit* Hippo. de Marſi *in ſingula. ſuo 187. incip. qualitas,* Deciaous *in conſil. 4. volum. 3. num. 7. & in ſequentibus Vide, quæ docnit iſto caſu diſtinguendo, (quòd videlicet ſuperius dogma ita demum verum ſit, ſi qualitas adiecta & crimen & pœnam alteret.)* Mynſinge. *in obſerva. 40. cent. 1. & ſiguavit ibi, quid in aliquo uno caſu ſit obſervatum in Camer. idem* Mynſing. *in obſerv. 98. cent. 3. in cauſa violatæ pacis, (quod videlicet negatio qualitatis, ſi factum principale reſpiciat, non impediat litis conteſtationem, ſed ea impoſita reſervetur hæc exceptio ſeu defenſio, poſt litem conteſtatã proponenda. Idem tradit* Mynſing. *obſerv. 27. cent. 2.) & in obſerva. 80. cent. 4. ubi in iſta materia multa ſcitu digna quis inveniet, idem* Mynſing. *(tradens eaſdem qualitates requiri, ſi agatur de damnis fracta pace ſeorſim illatis, quæ requiruntur, ſi ad pœnam agatur.) in obſerv. 29. cent. 2.* exemplum eſt ibi, de ſupplicante ſuper fracta pace: quia debet ſupplicare cum qualitatibus nec ſufficit, quòd velit defectum in proceſſu ſupplere: Geyl. *in obſerv. 3. num. 5. lib. 1.* quando autem qualitas in libello poſita ſeu producta & in quibus caſibus poſſit augeri vel minui, notat Bal. *in l. edita, colum. 7. verſi. oppono nonò, C. de edend.*

3 Nota: ubi lex vel ſtatutum ponderat ſcientiam actus, reſpectu certæ qualitatis, ille non dicitur ſcire, qui ſcit actum, & ignorat qualitatem: *gloſſ. iſi notab. in c. concertat. de appella. in 6. Et vide* Anto. Corſet. *in ſingula. ſuis, in verb. ſententia, 10.*

4 Qualitas facti declaratur & præſumitur ſecundùm qualitatem perſonæ facientis: Vnde malum præſumitur, quod actum eſt à malo: & vice verſa, quod a bono, bonum. Et ſemel malus, ſemper præſumitur malus, in eodem vel ſimili mali genere: Maſcard. *concluſ. 1005. n. 37. & mult. ſeq.* Menoch. *lib. 5. præſ. 1. n. 32. & per tot.*

5 De Qualitate, vide omnino Med. *Reg. 6. de Reg. Iur* ¶ Res ſciri non dicitur, niſi ſciatur cum ſuis qualitatibus: Seraph. *privil. 100. n. 9.* Si enim ignorentur qualitates, non poteſt dici ſcientia & cognitio: Cavalc. *deciſ. 17 nu. 62. p. 2.*

6 Qualitas extrinſeca non præſumitur: *Menoch. lib. 1. præſumt. quæſt. 24. n. 53. & lib. 3. præſumt. 40. nu. 11.*

7 Qualitas habens ſe ad eſſe & non eſſe, ſi eſt fundamentum intentionis, ſemper evenit probanda: Colet. *de proceſſu execut. p. 2. c. 2. n. 69. fol. 439.* item ſi requiratur à ſtatuto non præſumtione, ſed liquidò debet probari: *ibid. & n. ſeq.* idem eſt in ſimilibus *ibid.* enumeratis. Et qui ex ſtatuto vel lege aliquid intentat, debet capitulare & probare omnes qualitates: *l. vel ſtatus,* Plot. *§. 8. n. 2.* [illegible] *in lit. iur.* Rauch. *l. 3. § ubi duo, n. 154. de duobus reis:* Marſ. *de banni.* verb *ſervatis ſervandis, n. 6.*

8 Qualitas caſus, quando de caſu conſtat, probatur iuramento: Seraph. *privil 43. ubi lim.* ¶ Qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi: Seb. Med. *de acq. poſſ. n. 420. fol. 415. ampl. 12.* Colet. *p. 4. c. 1. num. 200.* Pruck. *l. in multis, de ſtatu hominum, p. 1 n. 4. art. 8. n. 10.* Medic. *p. 1. reg. 6. n. 7.* lim. ut procedat in momentaneis, ſecus verò in ſucceſſivis: Fœn. *de mom. c. 10. n. 34. 11.*

9 Si actu aliquo intervenit iuramentum: Seraph. *privil. 98. n. 20. & ſeq.* ¶ Obligationis qualitas non mutatur ex mutatione ſucceſſorum: Seraph. *privil. 67. n. 38*

10 Teſtis probans rem, & non qualitatem rei, nil dicitur probare: Seraph *prsvil. 100. n. 10. in fi.* ¶ Aſſertio qualitatis delicti non attenditur, quando conſtat de delicto: Fœn. *de mom. tempor. c. 7. n. 27.*

11 Qualitas in actu requiſita, ab inſtio debet adeſſe. Taſtar. *de error. Notar, c. 4. n. 2.*

12 Qualitas ſine ſubiecto eſſe nequit. *l. 2. de uſufruct.* ¶ Qualitas poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem: Ioan. de Plat, *poſt* Bartol. *in l. 1. C de Dign. lib. 12.*

13 Non entis non ſunt qualitates: *l. ſi ſervum mihi, §. 1. de act. empt. l. nam & ſi, § 1. de iniuſt. rupt. l. 1. de verb. obl. ita allegat* Bart. *in l. ſtipulationes non dividuntur, in 3. q. in princip. de verb obl.* ¶ Qualitatis non ſunt qualitates: id quod Dialectici dicunt, accidentis non eſt accidens: *l 1. de uſufr. leg l. 2. § rectè Neratius, Si ſervit. vind.*

14 Qualitas iuncta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi, cui adjicitur: *l. in delictis, § ſi extraneus, de nox. act. l. Titius, & ibi* Bart. *de teſt. milit. latè* Bart. *in l. ex facto, in princ. de vulg.*

15 Antiquæ qualitatis quæ olim fuit, licet iam non ſit, reliquiæ & memoria multum operatur. Hanc. regulam o. ſimilibus confirmat Fel. *in c. qua in Eccleſiarum, col. 34. de conſtu* ubi inter alia dicit, quòd Abbas ſine culpa ſuâ depoſitus, debet habere primum locum in choro & conventu, poſt Abbatem: in memoriam priſtinæ qualitatis & dignitatis. ¶ Et ad hoc, quòd reliquiæ rei, quæ fuit, operentur, *vide* Petr. *in q 95. in fin. verb.*

16 Quando in una diſpoſitione ponuntur duæ qualitates, una nocens, altera quæ prodeſt: qualitas quæ nocet, eſt conſideranda: *Dd. & Bart in l. ſi quis in gravi, § fin. ad Sill. text. bonus in l. ſi pupillus, in princ. ad l. Falcid.* ¶ Hoc fallit, niſi illa qualitas, quæ prodeſt, eſſet potentior, & obfuſcaret alteram: quia tunc illa attenditur: *ita Bart. in l. ſi vir, de uſucap. pro donat.* Io. de Monte. Ferr. *in Rubr. ff. de v. obl. col. 15.*

17 Quando duæ qualitates concurrunt in eodem ſubiecto una prohibitiva, altera permiſſiva: attenditur potius permiſſiva, quàm negativa vel prohibitiva: *vide* Iaſ. *in l. 1. §. veteres, de acq. poſſeſſ. in 2. nobilitate.*

18 Quando duæ qualitates concurrunt, quæ inſpicienda ſit, *vide* Iaſ. *in l. imperium, in 3. col. ubi 8. ſimilia, ff. de iuriſdict. om. iudic.*

19 Quando concurrunt duæ qualitates incompatibiles in aliquo actu, quæ attendi debeat? & dic, quòd potentior: *l. quæritur, de ſtat. hominum.*

20 Eſt autem potentior, favorabilior: per quam actus potius ſuſtinetur, quàm corruit: *l. quotiens, de verb. obl. & l. quotiens, de R. I. vide* Carol. *in l. ſi quis arbitratu, fol. 141. ff. de verbor. obligat.*

Qualitas appoſita in fine legati, an reſtringat verba præcedentia, Dec *conſ 202 vol 1.* 21

Quando à lege, vel ſtatuto aliquid profertur cum qualitate aliqua: tunc utrumque debet probari, & illud, & qualitas eius: *l. 1. ubi Bart. per illum text. ff. ne quid in flum publ.* Ex quo ſequitur, ſtante ſtatuto. ſicut eſt Bononiæ, Quòd ſi alicui fuerit illatum damnum, & ignoretur quis fecerit, tota villa teneatur emendare damnum: quidam damnificatus ſi vult, quòd emendetur ſibi damnũ per villam, debet probare damnum, & cum hoc qualitatem, quòd ignoretur: *ita conſuluit Barba. conſ. 17. volum.* & Alex. *in conſ. 114. volu. 4.* 22

Item: ſtatutum eſt Bononiæ, quòd ſi quis perſonam, libidinis cauſſa, per vim publicè & palam detinuerit, ad mortem puniatur: quis probat tantum vim, & quòd libidinis cauſſa detinuit: non ſufficit, ſed accuſatus debet abſolvi: niſi etiam probet, quòd publicè & palam detinuit: *ita conſuluit* Alex. *in conſ. 1. volum 3. per doctrinam Bart. in d. l. 1. ne quid in flum publ. vide D. Goz. in l. quod te, lect. 45. Si cert. petat.* 23

Qui vult gaudere beneficio ſtatuti, debet probare & ſervare qualitates ſtatuti: aliàs non poteſt ſe ex illo iuvare: *Barto. in l. 1. § prætor ait, ff. ne quid in loco publ.* 24

Qui ergo ex ſtatuto iuris congrui, ratione vicinitatis, ſi vult fundare: debet probare, ſe vicinum prædio vendito. 25

Qui agit tanquam agnatus, de quo ſtatutum loquitur, debet probare, ſe agnatum. *Barto. in l. non ignorat, C. de his qui accuſa. non poſ.* dicit: non debet quis admitti, ut talis, niſi probet ſe talem Exemplum: qui agit ut filius, debet probare ſe filium: Angel. *in l. liberor. ff. de his, qui notan. infa. notavit* Rolan. à Valle *in conſil. 63 num. 9. & in ſequentib. idem in conſi. 45. num. 9. pulcherrima tradit.* 26

In cibariis & veſtimentis conſtituendis attenditur qualitas perſonæ: Abb. *in c. cùm omnes, de conſtitu.* Item in taxatione expenſarũ: ruſtico enim vincenti cauſam, non computatur equus: quia debuit ire pedeſter: *gloſſ. eſt in l. idemq. §. idem Labeo, ff. mandati.* Pet. de Ravenn. *in ſuo alphabe. litera Q. verſi. qualitas perſona.* pulcherrimè dixit: peccatum eſt, pauperibus miniſtrare cibaria nimium delicata: *per text c. unum Orarium, circa fin. verſic. ſi pauperib. 25. diſtinct.* Et voluit Anton. de Butri. *in c. nobis, de iure patrona* dum dixit, quòd patronus ſuſtentatur ab Eccleſia ſecundùm qualitatem generis ſui, tam in cibis, quàm in veſtimentis: Abbas *in c. ſtatuimus, de maior. & obedi. l. ſed & ſi quid, ff. de uſufruct. dum dicitur, quòd Abbas debet melius cæteris indui,* gloſſ. *eſt in c. conquerente de Cleri. non reſiden. & in c. cùm adeo, de reſcrip. qua volunt,* quod in 27

conſide-

conſideranda ſufficientia, attenditur nobilitas & dignitas clerici: & quod ſecundum dignitatem cibaria ſint præſtanda, *habetur in text. l. habitat. ff. de ven. in poſſeſ. mittend.*

28 Qualitas perſonarum actum aliquem celebrantium, à regulis iuris communis ut recedamus, facit: Pruckm. *de regal. c. 5. n. 74.*

¶ Qualitas perſonarum quòmodo iudici & partibus conſideranda, & unde, Seraph. *privil. 4. n. 78. 79. & ſeqq.* ibid. de effectu qualitatis bonæ circa perſonas.

29 Et de coniecturis & præſumtionibus ſumtis ex qualitate perſonæ, Meooch. *de præſumt. lib. 1. quæſt. 15.*

30 In contrahendo, qualitas perſonarum conſideratur de tempore contractus: Seraph. *privil. 71. num. 45.*

31 Quaodò in ead. perſona concurrunt diverſæ qualitates vel dignitates, ſemper inſpiciendum eſt, cuius qualitatis vel dignitatis reſpectu, actus fit vel geritur: quia ex eo diverſus reſultat iuris effectus: Gl. *in l. tutor peritus, §. qua tutoribus de excuſat. tutorum.* Nam ſemper eſt inſpiciendum, quo nomine aliquid fiat, quo reſpectu ſeu cuius contemplatione: *l. ſi quis damnum, §. pen. in ſi locati, l. debitor, §. fi. ad Trebell. l. fideicommiſſa, §. interdum, de leg. 3. Vide in ſimil. Brattium de R. I. lib. 4. tit. 2. c.*

32 Secundum conſiderationem qualitatis loci, aliquando actus corruunt, aliquando ſuſtinentur: Exemplum cape in eo, qui fecit teſtamentum ruri, ſine ſolennitatibus requiſitis: *l. fina. C. de teſtamen.* quandoque etiam delictum facit atrocius: *Angel. de maleſi. in verſi. in platea communi, & in verſi in Scholis S. Petronij.* Pet. de Raven. *in ſuo aureo alphabe. litera Q. verſic. Qualitas loci.*

33 Diſpoſitio relata ad aliquem ſub nomine qualitatis, videtur ad eum relatã, ſecundum privilegium iſtius qualitatis: *l. ex militari. ff. de teſta. milita.* & ibi dicit Barto. quòd ſermo debet intelligi ſecundum conditionem perſonæ, ad quam refertur: Bald. *in l. liberti libertæ, C. de ope liberto.* ubi ſi fiat bannum, quòd quiſque vadat in exercitum, intelligitur ſecundum qualitatem & conditionem perſonæ ſuæ.

34 Quaodò unum delictum eſt punibile cum certa qualitate, ſi non probatur qualitas, non punitur delictum: Barto. *in l. non ſolum, §. ſed ut probari, ff. de ope. novi nun,* Bald. *in l. matrem, C. de probatio.*

35 De variatione qualitatis, an & quando, ceſſante qualitate, ceſſet effectus qualitatis, *vide* Petrum de Ravenn. *in ſuo alphabe. litera Q. verſic. qualitas*: ponit exemplum de tabellione, qui factus eſt miles: *de quo in l. univerſos, C. de decurio. lib. 10.* item de ſcriptore, qui factus eſt rector Medicorum: nam non tenetur amplius ſcribere: *l. quiſquis, C. de Epiſcop. & Cler.* de amico, qui factus eſt inimicus, de donatorio, qui factus eſt ingratus, & de ſimilibus remiſſive notat d. Pet. de Raven. *in litera Q. verſi. qualitas.*

Et de effectu mutationis qualitatis, vi- 36
de aliqua notabiliter dicta, in caſu ſtatuti: quòd attendatur qualitas tempore ſtatuti conditi, & non obſtet mutatio ejus, per Hippo. de Marſi. *in repe. l. fina ff. de iurisd. om. iudi. num. 102. & in ſequentibus, uſq; ad num. 114.* & ibi nota, quod dicit de iure quæſito, quod non tollatur per qualitatis mutationem.

Et ad hanc materiam qualitatis, nota 37
iſtam theoricam: Qualitas ſi in aliquo requiratur, iuri non eſt ſatisfactum, ſi illud ſine illa qualitate interveniat: Abb. *in c. Abbas, ext. quod met. cau. c. Piſanis, de reſtitu. ſpolia.* Cyn. & Bal. *in l. 2. C. de proba.* facit gloſſ. *in c. ut circa, de Electio. in 6.* quæ dicit, quod ſi ad actum requiratur iuramentum, cum tactura ſcripturæ: non eſt ſatisfactum conſtitutioni ſeu diſpoſitioni, licet in veritate ſit iuramentum ſine tactura. *Et vide, quod voluit gloſſ. in c. verſi. corporal. à ſe tacta, ext. de hæretic.* per illa Anto. Corſet. *in ſingularibus ſuis, in verb. qualitas.*

De concurrentia qualitatum ſic nota: 38
Si minor qualitas concurrat cum maiori, minor qualitas confunditur per maiorem: licet, ſi ſint pares, ſe ad invicem tollerent: *l. general. & in l. ſequent. ſi reus, ff. de fideiuſſ.* Ioan Croti *in repe. c. 1. & 2. mihi fol. 199 colum. 2. verſi. ſecundò arguit, de conſtitutio.*

De præſumtionibus ex qualitate reſul- 39
tantibus: Ex qualitate rei præſumitur, quid ſit actum à contrahentibus: Alexan. de Imo. *in conſ. 26. in fin. volu. 4. gloſſ. in l. ſemper, in ſtipulationibus, ff. de reg. iur.* item ex qualitate perſonæ: item ex conſuetudine loquentis, *dicit gloſſ. allegata, quam vide,* Zaſius *aliqua in l. quicquid abſtrahenda, num. 15. ff. de verb. oblig.*

Qualitas requiſita in diſpoſitione, pro- 40
bari debet: tam in intereſſe publico, quàm privato: Seb. Med. *i. de R. I. reg. 2 illat. 99. f. 71.*

Qualitates novæ appoſitæ in ſecunda 41
diſpoſitione attendi debent rejectis his, quæ in prima diſpoſitione poſitæ fuerunt: Ozaſcus *deciſ. 52.*

Oratio quando ab unico verbo regula- 42
tur, ſemper debet intelligi eum qualitate adiunctâ verbo, quæ ſemper cenſetur repetita, nam qualitas poſita in una parte orationis, in alia cenſetur repetita Ozaſcus *deciſ. 71. num 54.* Ozaſc. *deciſ. 167. nu. 7.* Gaſp. Caballi. *milleloq 395.*

Qualitas adiecta in una re ex pluribus 43
copulatis, in eadem oratione ad alias omnes porrigitur Dec. *conſ. 92.*

44 Qualitas perſonatum poſita in ſecunda parte alternativa, quãdo eſt diverſa à qualitate perſonatũ poſita in prima parte, tunc alternativa eſt ordinis & non electionis: Iohan. del. Caſtillu *c. 26. controver. iur. num. 48.*

45 In alternativis cum ponuntur duo, quæ ejuſdem qualitatis & naturæ ſunt, tunc utrumque in obligatione non eſt, ſed alterum tantum & alterum eſt in facultate ſolvendi: Iohan. del Caſtillo *d. c. 26. num. 49.*

46 Qualitas inhabilitans quando à principio nun adfuit, ſed poſtea ſupervenit, nec inhabilitat in iure iam acquiſito: Iohan. del Caſtillo *c. 15. num. 12. par. 3. var. iuris.*

47 Qualitatis repetitio ab una perſona, ad aliam, in eadem oratione de facili conceditur, ac etiam in diverſis rationibus inter eandem perſonarum conditionem: M. Anton Petegr. *conſ. 54. à num. 19. vol. 2.*

48 Qualitatis præcedentis repetitio non fit in materia exorbitante & correctoria, M. Anton. Petegrin. *conſ 8 num. 34. vol 1.*

49 Qualitas nova, adiecta in ſubſtantialibus, novum ſtatutum facit: M. Anton Peregrin. *conſ. 7. num. 48. vol. 2.*

50 Qualitas ſi ſine filiis decedat, an conveniat perſonæ non nuptæ, & præſupponat de neceſſitate carnis copulam: & in nõ nupta etiam verificetur: M. Anton. Petegr. *conſ. 85. n. 14. lib. 1.*

51 Qualitas à ſtatuto requiſita, ad id conſequendum ad quod agitur, debet concludenter probari: Cæſar Barz. *deciſ. 148. n. 10.*

52 Qualitas in ſecundo caſu expreſſa non refertur ad primum: *Cæſar Barz. 119. n 3.*

53 Qualitas ſi in inſtitutione prioris teſtamenti ſit appoſita, ſi in poſteriori ea inſtitutio ſimpliciter fieret, non intelligitur eadem qualitas repetita: Cæſar Barz *deciſ 93 n 7.*

54 Qualitates in teſtamento appoſitæ non cenſentur in codicillis repetitæ, præcipuè quando longo intervallo codicilli ſubſecuti ſunt: Cæſar Barz. *deciſ. 93. n. 18.*

55 Qualitates plures æquivalentes ad idem tempus videntur referendæ: Cæſar Barz *deciſ. 128. n. 89.*

56 Probato ſubiecto facilè probatur qualitas: Martin Benckendorff. *ad Seraph. de Seraph in additione priu.* 43.

57 Qualitas tribuens iuriſdictionem non probatur iuramento, ſed debet legitimè probari: Seraph. *de Seraph. d privil. 43.*

58 Qualitas teſtis conſideratur tempore quo teſtificatur, non autem tempore, de quo deponit, ideo licet quis ante depoſitionem eſſet domeſticus tamen ſufficit ad hoc ut admittatur, quod non ſit domeſticus tempore depoſitionis: Anton. ab Agaruira *in horto iuridico ramo 10. arbor. 130.*

59 Qualitas rei in libello non deſcribatur nec fuerit contra objectum, ſi ex probationibus res fuerit ſpecificata, ſufficit ad hoc ut ſententia feratur pro actore: Capel. Toloſan. *qn. 201. & 202.*

Qualitas, quæ eſt cauſa introducendi judicium probanda eſt ante litem conteſtatam: D. Frideric. Pruchman *conſ. 16. n. 20.* 60

Qualitas quæ eſt de rei ſubſtantia eſt 61
probanda, ſive libello fuerit adiecta clauſula non ſe aſtringens, ſive item illa ſuper quibus omnibus & ſingulis: D. Pruchman *conſ. 10. n. 56. lib. 1.*

Qualitas ubi eſt cauſa alicuius effectus 62
ibi factum probare, abſque illa qualitate inutile eſt: D. Frid. Pruchman. *conſil. 19. n. 5. vol. 2.*

QUARTA.

Quarta quotuplex ſit? Trebellianica, Falcidia, & quarta quæ debatur arrogato in bonis arrogatoris: *vide gl. in c. Raynucius, in verb. quartam de teſtam. & ibi Abb gl in §. ſed quia heredes, Inſtit. de fideicom hered. & in verb. perinde gl. in Auth. unde ſi parens, C. de inoff. teſt.* 1

De materia omnium quartarum, vide 2
pleniſsimè Lancilotum poſitum in Rep. *l. filium quem habentem, C. Fam. heriſc.*

Quarta de legatis & fideicommiſſis re- 3
gulariter detrahitur: *l. Marcellus, §. Pomponius ad Trebell. vide fall. per* Soc. *in reg. 331.*

QUIETATIO.

Quietatio facta à minore, tutori ſuo, an 1
extendat ſe ad ratificationem alienationis, à ſe factæ, rei immobilis? Et de multiplici impugnatione quietationis minoris, *vide per* Barto. *in conſ. ſuo 162. incip. in quæſtione prædicta.*

Super debito Monaſterij quietatio præ- 2
lati quatenus præiudicet Monaſterio, vel Eccleſiæ, invenies cum aliis bonis apud Paul. Caſtren. *in conſ. ſuo primo. (vide ſupra lit. P. cap. de prælato Eccleſia verb. & quatenus Confeſſio. ubi notatum eſt conſ 34. vol. 1.)*

Quietatio debiti quòd poſſit peti per 3
debitorem à creditore, dixit Ioan. de Arno. *in ſing. ſuo 77. incip. debebam. textus eſt ad hoc, quem* Salyc. *reputat ſingularem, in l. enim, à quo, C. de ſolutio,* imò etiamſi erit redditum, laceratum vel cancellatum inſtrumentum debiti, nihilominus poteſt debitor à creditore petere quietationem: *dictum eſt Bal. in l huiuſmodi, §. ſi ita in fin. ff. de lega. 1. allegat l pecunia, C. de ſolutio. & l. diſſoluta, C. de condic. ſine cauſſa,* Feli. *in c. accedens, el. 1. in 2. colum. ut lite non conteſt. ubi multa pulchra congerit, ſpecl. in tia ad hanc materiam quotidianam.*

Sed quæritur, intra quæ tempora quieta- 4
tio inducat plenam probationem ſolutionis? & reſpondetur: Quietatio data debitori

Digitized by Google

tori, per 30. dies inducit veram ſolutionis probationem: *tex. eſt in l. contractibus, § ſuper cæteris, C. de non nu. pecu* & tunc amplius exceptio Non ſoluti debiti, non competit creditori; *notat* Lancfr de Orian. *in ſua praxi, c. de confeſſio. mihi nu. 22.* Quietatio quatenus probet ſolutionem contra pupillum, Eccleſiam vel Monaſterium, & cuius ſit talis ſcriptura liberatoria importantiæ, *vide* Bal. Caſtr. *in d. conſ. 1. per totum.*

5 Quietatio generalis an extendatur ad non cogitata & ad futura, *vide* Alex. de Imo. *in conſ. 8. in prin. conſ. 19. in prin. & in conſ. 22. in 2. col. volum. 5.*

6 Quòd autem quietatio ſe ſaltem extendat ad expreſſa & ſpecificata in eo, ſuper quo eſt facta, eſt tex. *in l. emptor. §. Lucius, ff. de pact. facit l. cum Aquiliana. cum l. ſequen ff. de transactio.* Schurff *in conſ. 75. in fine, cent. 1. & vide addi. latinam primam, circa fin. Artic. 12. lib. 1.* Land Recht. *per* Jaſon. *in Authen. unde ſi parens, C. de inoffic. teſtam. nu. 7.*

7 Liberatio vel quietatio facta transfert dominium: *ampl. l. & lim. 7. mod.* Med. *de amitt. poſſ. gloſſ 3. verb. aut. in minuendo, nu. 18. fol. 732.* ¶ Limita in quietatione, quam facit pupillus tutori ratione adminiſtrationis redditæ: Teſſaur. *deciſ. 74.*

8 Cogi nemo poteſt ad quietationem generalem: Medic. *de acceptilat. q. 10.* & ad quæ quietatio generalis extendatur & reſtringatur, ibi latiſſimè.

9 Actio realis in generali liberatione non venit & abſolutio quamtumuis generalis tutori vel curatori facta non extenditur ad bona quæ apud abſolutum de bonis abſolventis eſſent. Franc. Marcus *quæſt. 456.*

Jus depoſiti remiſſum non cenſetur per 10
generalem quietationem in tranſactione factam: Franc. Marc. *quæſt. 608. p. 2.*

Quietatio generalis facta propter rati- 11
ones redditas, non porrigitur ultra deducta in rationibus: Gomez. Leo. *deciſ. 78. in deciſ. diverſorum autor. Tomo 2. vide* Bartolum *conſ. 162. lib. &* Cravettam *conſ. 221.*

Si ſoror fecerit generalem quietatio- 12
nem fratribus de omni eo quod ſibi debetur, iſta quietatio, non extenditur ad res, quæ poteſt ſoror vindicare actione reali: Jaſon. *de action. §. ſupereſt nu 103.*

Quietatio facta per verba ampliſsima 13
etiam cauſa dotis cõprehendit: Natt. *conſ. 410.* ¶ Frater ſi fecerit quietationem de omni eo, quod petere poſſit in hæreditate paterna, non prohibetur petere feuda & bona Emphyteutica: Bartolus *in l. 20. ff. de petition. hæredit.*

Pactum appoſitum in quietatione, de ul- 14
terius non petendo debet referri ad ſummam ſolutam & non ad aliam: Abbas *conſ. 97. lib. 2.*

Generalis acceptilatio non porrigitur 15
ad aliam rem quanquam ad expreſſam & connexam: Feli. *conſ. 51.*

Habens duo quietationis inſtrumenta 16
ejuſdem ſummæ, in dubio præſumitur bis ſolviſſe ideo ipſi datur repetitio: Ludov. Romanus *ſing. 553.*

R

RAPTUS.

1 Qui adit domum meam cum armatis, cauſa inferendi violentiã, licèt neminem invenerit, tamen quia cauſa inſerendi violentiam acceſſit, dicitur raptor: *ſing. 1ſt in gl. in Inſt. in ti. ut bon. rapt. in pr.* ¶ Rapinã variè cõmitti, notat Angelus *ibid. in iſto tit. prin. n. 1.*

2 Qua pœna raptor bonorum alienorũm & ſuorum putans illa eſſe ſua, de jure cõmuni puniatur, vide *d. tex.* Aret. *& alios Dd. ibid.*

3 De jure Saxon. iſta bona reddit cum emenda, & mulcta Mit Wette/ vnd Buſſe/ vnd iſt allen erlittenen Schaden zugelten/ abzutragen/ vnd zu bezahlen ſchüldig. Et iſta locum habent de ſimplici rapina.

4 Illi verò, qui públicas vias obſident & rapiunt, ultimo ſupplicio afficiuntur: Bart. *in l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœn.* concordat jus Saxo. *in Art. 13. lib. 2.* LandRecht/ *ibi:* Die ſo einen Mann ſchlahen vnd fahen/ oder berauben/ etc. denen ſoll man allen die Häupter abſchlagen vnd ob er gleich an Leib vnd Leben geſtrafft/ ſoll nicht weniger dem Beraubten ſein geraubtes Gut wider geben/ vnd ihm nicht von dem Richter vorenthalten werden/ ſo er ſich auch innerhalb Jahr vnd Tag/ wie Recht/ darzu ziecht: *textus eſt ibi in gloſ. fina. Arti. 13. lib. 2.* LandRecht. Auch ein ſolcher/ der einem etwas nimbt/ dadurch er den Landfriedẽ bricht/ iſt vmb ſolchs Landfriedbruchs willẽ/ mit dem Schwerte zu Leib vnd zu Leben zuſtraffen: *d. Art. 13. lib. 2.* LandRecht: *prout etiam notavi ſup. in lit. P. verſ. de pace & treuga, in fin.* De forma libellandi in iſta actione vi bonorum raptorum contra raptorem, notavit Angel. *in §. ex maleſi. verſi. nunc deſcendamus, inſti. de actio.*

5 Dominus territorij an teneatur deprædato reſarcire rapinam in territorio ſuo cõmiſſam? Reſpondet (*quod ſic, dummodò per viam ſolitam iter fecerit.*) Geyl. *in obſer. 64. lib. 2. obſer. Came. Imp.*

Contra raptorem virginum honeſtarum vel ingenuarum: ſivè jam deſponſatæ fuerint ſive non: vel quarumlibet viduarum fœminarum, licet libertinæ vel ſervæ alienæ ſint, pœna capitis in jure communi eſt ſtatuta: *prout eſt textus clarus in l. unica, in prin. C. de raptu virg.* quam approbat conſtitutio criminalis Caroli V. *Art. 118.* declarando, cui competat talis accuſatio, nempè marito vel patri.

7 Et hæc vera ſunt, ſi rapiantur cum violentia: ſi verò volentes, tunc eſt pœna fuſtigationis: *declaratur in addi. Latina, litera M. ad Art. 13. lib. 2.*

8 Et quando propriè ſit raptus, vel ſaltem ſtuprum: quæ requirantur, ut pro raptu habeatur, nempè quòd per vim rapta fuerit mulier, & transducta de loco ad locum, ad effectum abducendi, non autem cauſa commodioris coitus, docuit Hippo. de Marſi. *in ſingu. ſuo 65. incip. ſtatuto cavetur,* Jul. Clarus *in lib. 5. ſententiarum, §. raptus in princ.* Sed d. conſtit. Carolina, *in Arti 118.* vult, quòd accuſatio de raptu habeat locum, etiamſi fœmina abductioni conſenſerit.

9 Simile, ſi virgo per vim fuerit rapta, & adhuc pœna capitis habet locum: *ut in §. item lex Iul. de vi, Inſtitut. de publ. jud.* ¶ Sin autem, quando virgo ſine vi rapta fuerit, ſi rapiens ſit honeſta perſona, irrogata eſt ipſi pœna publicationis partis dimidiæ bonorum: ſi humilis, corporis coërcitionem cum relegatione ſuſtineat: *§. item lex Jul. in fin. Inſtitu. de publ. judi. omnino tex eſt clarus in d. l. unica, C. de raptu virgi.* Pulcherrimè de ſtuprante virginem vel viduam honeſtè viventem, loquutus eſt Matth. de Mattheſil. *& ibi in addi.* Gabri. Saraij *in ſing. 99. incip. nota textum, quem pauci ſciunt.* Et ibi pœnam ſtupri pro qualitate perſonarum & circumſtantiarum imponenda invenies benè tractatum.

10 Et quatenus fœmina dicatur cum violentia rapta, notavit Hip. de Marſi. *in rep. l. unic. C. de rap. virg. nu 14. & in ſequentib.* quodq; violentus coitus, etiam ſine raptu factus, ad mortem puniatur, dixit d. Clar. *in d. §. raptus, n. 1. in fi. tex. eſt in Art. 13. lib. 2.* LandR. *conſt. Elect. Art. 30. parte 4. conſt. crimin.* Carol. V. *Art. 119.*

11 Sed teſtes volentes probare violentiam, quomodo & qualiter deponant de illa, quod poſſit locũ habere pœna, *dixit eleganter* Math. de Mattheſi. & ibi Gabr. Saraij *in ſing. 102. inc. nota. quòd ſi capitulum,* Bart. *in l. 2. §. fi. ff. de duob. reis. cum multis. Dd. ibidem allegatis.*

12 Sed rapiens aliquam, & non cognoſcens illam, (*Quia non potuit, & nihilominus ordinaria pœna locus eſt: Sin quia non voluit, mitiganda eſt pœna: ita* Clar. *contrarias opiniones, quarum utraq; communis aſſeritur, conciliat.*) quatenus pœna ordinaria raptus, vel mitius puniatur, docuit Clar. *in d. §. raptus, nu. 4.*

13 Meretricem rapiens jam meretricantem vel emendatam, an incidat in pœnam, quæſivit & declaravit idem Hip. *in d. l. unica, à n. 19. uſq; ad nu. 32.* & ibi vide pulcherrima de meretrice emendata, & de regula vulgari: ceſſante cauſa, ceſſat effectus.

14 Quod autem rapiens meretricem per vim, alia pœna, ſcilicet injuriarum teneatur & pro injuriæ atrocitate etiam pœna capitali quod poſſit puniri, tenuit Matth. de Mattheſil. *in ſing. ſuo 101. inc. nota unum,* & ibidem Gab. Saraij *in ſua add.* docet diſtinguendo inter iam meretricantem, inter nuptam & non nuptam: & ibi vide de ſignis emendationem & pœnitentiam d[illegible]ntibus, & apparentibus vel non ce[illegible]ata vel tractata ab alio;

ab alio, vide Hip. de Marſi. *in pract. ſua crimin. §. diligenter, mihi nu. 106. eundem Hip. in ſing. 74. incip. tu habes in medio*, Gandi. *in tracta. maleſi. Rubr. de aliquibus quaſt. varijs, mihi nu. 3. De pœna rapientis publicam meretricem, (Ubi extraordinem coërcere docet.)* Clar. *in lib. 5. ſent. § raptus, n. 5.*

15 De meretrice ſtante in lupanari, quid juris, vide Dec. *in l. invitus nemo, ff. de reg. jur. in fin.* qui vult, quod cogatur invita ſe volenti proſtituere: ſed negat Matheſil. *in d. ſingul. 101 in fin.* & dicit, non videri verum, ne ſic cogatur ad delinquendum: *per* Alcia. *in l. rogaſti, in pr. in fi. ff. ſi cert. peta. vide.*

16 Concubina conjugati, vel ſoluti, reputatur mulier inhoneſtè vivens, ita quòd rapiens illam non puniatur pœna iſtius legis: ſed fallit, *prout declarat idem* Matth. de Matheſi. *in ſingul. ſuo 110 incip. nota quod concubina, &* Gabr. de Sarаij.

17 De jure Saxonico meretricem & concubinā rapiens, pœna capitis puniatur: *Art. 46. lib. 3.* LandR. *& in gloſ. 1. declaratur ibidem, & in addi. latina, quod intelligatur de meretrice emendata.*

18 Vide Hip. de Marſi *in d. l. unica, à n. 37. uſq. ad n. 43. & in ſeq. alia de monialib. vel religionem ingreſſis.* ¶ De raptu viduarum, idem Hip. *in d. l. un. n. 47. & in ſeqq. invenies multa alia.* quæ privilegia perdat vidua honeſtè & inhoneſtè vivens, & quatenus inhoneſtè vivere dicatur, honeſte autem vivens quæ jura primi matrimonij retineat. *Vide uſq. ad num. 62.*

19 De rapientibus ſponſam ſuam, *idem* Hipp. *in d. l. n. 68.* ¶ Sed auxilium & opem huic delicto præſtans, quòd regulariter ſimili pœna puniatur, habetur *in hac d. l. unica, C. de raptu virg. & in Art. 13. lib. 2.* LandR. *Sed quomodo intelligatur. declarat* Hip. *ibidem, num. 80. & in ſeqq.*

20 Qui commiſit crimen raptus non habet beneficium fugientis ad Eccleſiam: Hip. *in d. l. n. 109. & ibi multa bona* vide de ijs, qui confugerunt ad Eccleſiam: Clar. *in lib. 5. ſentent. § fi. quaſt. 30. verſi. quaro nunquid, n. 10* ¶ Condemnatus de tali crimine raptus, non habet beneficium appellandi, ſed ſibi præcluſa eſt iſta via, propter delicti enormitatem: Hipp. *in d. l. ſecundum & poſt textum clarum, voluit n. 158. ſ. d ibi in ſequentib. v. de multos alios caſus, in quib. appellare non licet: limitationes per eundem*

21 Hip. *tamen vide nu. 158. & in ſequentibus.*

Quod ſi committens raptum non habeat declaratoriam, propter delicti atroci-

22 tatem & magnitudinem, idem Hipp. *n. 232.*

Parentes non poſſunt facere pacem de raptu filiæ vel alterius mulieris, & ſi per precium remiſerint hoc crimen, puniendi ſunt: Hipp. *per gloſ. in d. l. n. 241. verſi. venio ad gloſſam.*

Rapta non poteſt nubere raptori, de jure civili: Bal. *in ſumma ad d. l. unicam:* ſecus de jure Canonico. *c. de m. q. c. tua, & c. fin. ext. de rapto. declaratur in gloſ. Art. 1. lib. 3.* LandR. Clarus *in lib. 5. ſententia. § raptus, num. 7. & 8.* vult, quòd non obſtante matrimonio puniatur pœna confiſcationis bonorum. 23

In hoc crimine affectus ſine effectu an puniatur, notavit Hip. *n. 254.* 24

Filius ex raptu vel violento coitu natus, an dicatur ſpurius, Idem Hipp. *in d. l. n. 257.* 25

Wie das Sachſen Recht den Nothzoger mit der Straff verfolget / alſo das es auch die Gebewdt und Thiere entgelten müſſen *habetur in tex. Art. 1. lib. 3.* LandRecht, *& ibidem in gl. colum. 1. 2. & 3.* Wie aber gleichwol der Notzoger zu vberwinden ſey / *notatur Art. 66. lib. 1.* LandRecht. 26

Raptus pœna nunquid locum habet ſi mulier raptui conſenſerit? Aff. Harpr. *in §. item lex Julia de vi publ. Inſtitu. de publ. judic.* 7

Utrum pœna raptus maneat eum, qui raptam carnaliter non cognovit? N. Johan. Harprectus *in dicto §. n. 17.* 28

An raptor etiam is cenſeatur, qui blandis verbis alijsq; malis artibus perſuaſam volens abducit, & an pœna ordinaria raptor puniendus ſit? Aff. Cæſar. Damatus à Fogueras *lib. 1. deciſ. regni Granatæ deciſ. 88 per l. un. §. pœnas verſ. niſi illam eam ſollicitaverit: De raptu virgin.* 29

An mulier virum rapiens ſimiliter teneatur? Aff. ex Jodoco Damhaud. *in praxi c. 95. nu. 10.* exempla fœminarum quæ viros rapuerunt: vide apud Tiraquel. *de ll. connub. gl. 1. p. nu. 112.* 30

Contra raptorem etiam manifeſti furti actio datur: Cujacius *in paratit. C. de vi bonor. raptor.* Bronchorſt. *cent. 4. aſſert 74.* Heigius Vulteius Anton. Matthæus *in inſtitut. de vi bonor raptor.* 31

De ratione cur raptor mitius puniatur quam, fur manifeſtus, mira inter DD. concertatio eſt, teſte *Petro* Heigio *ad titulum de vi bonor. raptor. n. 9.* nos mitiorem pœnam quam furto manifeſto conſtitutam eſſe negamus cum Arumeo *diſput 17. exerc. 10.* Elia Robero *diſput. 19. th ult.* Hiberto Giphanio *ad d titul.* Philippo Hœnonio *diſput. 15. quaſt. 20.* 32

Actio in bonorum raptorum intra annum in quadruplum eſt poſt annum in ſimplum, quia actio prætoria eſt: Harprect. *inſt. de vi bonor. raptor. nu. 13.* 33

Semper raptor præter rem ſurreptam tenetur ad triplum, fur autem ad quadruplum non aliter quā ſi deprehendatur & ita raptor non mitius fure punitur ſecundum Harprectum *in allegato loco.*

RARO

RARO.

1 Arò quæ accidunt, contemnunt legiſlatores: *l. nam ad ea, ff. de LL.* ¶ Omne rarum plus amplectimur, unde pulegium apud Indos eſt pipere precioſius: *c. legimus, § ſed dicis, 93. diſt.* Hinc vulgò dicitur, Omne rarum charum. ¶ In his, quæ raro fiunt, miraculum eſt: *tex. eſt in Auth. de conſul. §. quantumq; ergo, in fin.*

RATIO.

1 Quando ratio legis amplior eſt dicto legis, extenditur diſpoſitio legis ad amplitudinem rationis: *l. regul. ibi* Bart. & Bal. *ff. de juris & f. ie. igno. l. pater filium, §. fundum, ff. de leg. 3.* ¶ Ratio naturalis habet vim legis: Boreh. *4. 2. nu. 32. de feud.*

2 Ceſſante ratione legis, ceſſat & ipſa lex. *l. adigere, §. quamvis, ff. de jure patro. & l. quòd dictum, ff. de pactis.* E diverſo ceſſante lege, ceſſat & eius ratio: *l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matr.* Ex quo & illud conſequens fit, ut correcta ratione legis, lex ipſa correcta cenſeatur: *volnit gl. in l. in 1. prin. in verb. providentia, & ibi* Ale. *in addi.* Bar. *in prin ff. de l. suto, l. 1. C. eo.*

3 Ratio eſt: Nam legis ratio eſt mens legis: Dyn. *in c. ult. ad fin. de regu. in 6.* Cyn. Bar. & Bald. *in l. non dubium, C. de legibus.* Et ratio legis eſt ſicut anima, verba ſicut corpus ſive ſuperficies: ut ſcribit Bald. *in l. ſi quis ſervo, colnm. ulti. verſi. ex his apparet, C. de furtis.* Imo ratio legis debet attendi, tanquam virtus intrinſeca legis, & tanquam genus prædicans de ſingulis ſuis ſpecieb. *ut probatur in §. 1. Inſtitut. de legi. patro. inte. & in c. 1. §. & quia vidimus, colu. antepe. verſi. extra quaritur, tit. qui feudum dare poſ.* dicit, quod eſſentia legis vel ſtatuti, conſiſtat in mente ſtatuentium: declarat hanc materiam rationis legis, Tyraquellus *in regulis fallen. regula. ceſſante cauſa, lit. L. nu. 130. verſi. legis cauſa,* Decianus *in conſ. 43. vol. 2. n. 152. & in alijs.*

4 De rationis identitate: ubi eadem ratio, ibi non dicitur fieri extenſio: *gloſ. in c. 1. in verbo Italia, de tempo. ordi. in 6.* Bald. *in l. data opera in 9. colu. C. de his qui accuſa. non poſſunt.* Et ubi eſt eadem ratio, ibi dicitur mens convenite: *l. cum mulier viri lenocinio, ff. ſolut. mat. & ibi Bartol. in prin.* Dyn. *in c fin. de regu. jur. in 6.* Ubi eadem ratio, ibi idem jus: diverſitas autem rationis diverſum facit jus: *habetur in c. 1. de conſi. in 6.* Decian. *in conſ. 43. vol. 2. nu. 19. 20. & in ſequentibus.*

5 De ratione in teſte, quomodo ſit reducenda ad ſenſum proprium, *vide* Bald. *in l. non ignorat, colnm. 3. verſi. de factis, qua atatem hominis, C. de his qui accuſ. non poſ. ideoq; ibidem omnium ſenſuum objecta recenſet, & cuilibet ſenſui ſua obiecta attribuit, ead. col. 3. verſi. obiecta oculorum.*

6 Et nota: ratio viſus ſimpliciter probata intelligitur de viſione perſpectiva, ſeu intuitiva non de viſione intellectiva, abſtractiva à præſentia corporalis objecti: Bald. *in d. l non ignorat, col. 3. verſi verbum tamen viſus, C. de his qui accuſa non poſ. De iſta ratione, notavi infra, in lit. T. verſi. de teſte.*

7 Ratio diſpoſitionis ubi unica tantùm poteſt reddi & excogitari, habetur pro expreſſa: Raud. *de analog. lib. 1. c. 15. nu. 9.*

8 Ratio naturalis tunc inſpicitur, ubi alia non apparet: Raud. *de analog. lib. 1. c. 33.* & præſumitur finalis, *ibi nu. 151.* ¶ Irrationalibilia non præſumi, Menoch. *lib. 6 præſ. 31.*

9 In ll. Juſtiniani non ſemper eſt arguendû ab illarum ratione, quia multoties carent viva ratione: ut inquit Corn. *l. fin. C. ad Terull.* & plerumq; fiebat pro arbitrio Triboniani, qui modo unum, modo aliud pro lege dictabat, avaritiæ ſtudens plus debito: Theſa. *decif. 156. num. 4.*

10 Dialecticorum tendicula, non tam ſunt vincula appellanda, quàm phaſmata, id eſt, umbræ quædam & imagines, quæ citò petenunt atq; teſoluuntur: *c. vino. diſt. 37.*

11 Rationes reddere quomodo quis teneatur, Vivius *lib. 1. decif. 153.*

Ratio in lege, ſtatuto vel conſtitutione jus commune corrigente expreſſa, unica ubi eſt, ibi licita eſt extenſio: Molle. *conſ. 23. par. 2. nu. 8.*

12 Ratio præſumpta in lege impulſiva eſt, non finalis, & tunc impulſiva eſt quando eſt generalis lege: M. Anton. Petegr. *conſ 85. nu. 20. cum ſeqn. lib. 1.*

13 Ratio præſumpta ex lege non tribuit efficax argumentum, quando in lege concurrunt plures probabiles tationes, & tatio præſumpta in lege non operatur, ut ea deficiente ceſſet diſpoſitio legis in caſu comprehenſo in lege, ſecundum proprietatem verborũ: M. Anton. Peregr *d. conſ vol. 1.*

14 Ratio à teſtatore expreſſa præſumitur finalis: Peregr. *conſ. 45. nu. 14. vol. 1.*

15 Ratio naturalis quæ potuerit principem movere ad agendum ſufficit pro cauſa: Peregrin. *conſ. 4. nu. 28. vol. 1.*

16 Ratio quando una ſola reddi poteſt in aliquo actu, habetur pro expreſſa, licet non ſit expreſſa: Cæſar. Barz. *decif. 58. nu. 28.*

17 Ex ratione finali etiam ſcripta & expreſſa diſpoſitionis extenſio non fit, ſi adſit alia etiam non ſcripta tatio, extenſionem fieri diſſuadens: D. Frid. Pruehman. *conſ. 5. nu. 196. vol. 2.* Alphonſ. Villagut. *in tract. de extenſ. legum corr. & pen ſimil nu. 45.*

Ratio

16 Ratio legis reſtricta, reſtringit quoq; legem verbis generalibus utentē: D. Pruchman. *conſ.13.nu.147. vol. 1.*

RATIHABITIO.

1 REgula eſt: ratihabitio retrò trahitur, & mandato comparatur: *c. ratihabitionem, de reg. jur. in 6. l. ſemper, qui non prohibet, §. ſed ſi quis rationi, ff. eo. tit.*

2 Quòd hæc regula habeat locum, etiam in requirentibus ſpeciale mandatum, & in delictis, notat Dec. *ad prædictam l. ſemper, num. 7. & 8* Et ibi de delictis, Hieron. Cuchalion. *in apoſtil. litera B. in verb. delictis*, multa bona & utilia: limitationes remiſſivè ſaltem, & inter alia, quòd ratificatio non extendatur ad ignorata, quæ ſint neceſſaria ad hoc, ut ratificatio teneat, & quibus modis fiat, docuit idem Cuchalion. *in apoſtill. ad dict. l. nu. 6. liter. B. verb. retrò trahitur, ff. de reg. juris,*

3 Quod autem ratihabitio fiat verbis, & factis, puta perceptione fructuum receptione cenſus, actione ex contractu, exactione rationis adminiſtrationis, item quòd poſſit fieri pendente judicio, & parte abſente notavit Decius *ad dict. l. ſemper num. 8. 9. & 10.*

4 In quibus autem caſibus, non poſſit fieri ratificatio, examinat ibidem idem Decius *per l.* ſex limitationes ſeu fallentia principales, *à numer. 11. uſque ad finem.* Et vide de quinq; fallentijs, traditis & deductis ab Alex. de Imo. *in conſi. 78. col. 4. & 5. verſi. nec prædictis obſtat. & in verſi. ſequenti, volu. 5.*

5 In dubio autem ratificaſſe quis non videtur, etiam per ſecundum mandatum, ubi ratificantis præjudicium, præter eius propoſitum verſari poterat, & quando; actus tempore mandati ſupervenientis, non in totum erat conſummatus: hæc & alia de ratificatione in cauſa matrimoniali, notavit Alex. de Imo. *in conſi. 146. colu. 3. verſi. ſecundò poteſt, & in ſequenti vol. 5.*

6 De iſta materia ratihabitionis, vide quædam apud Bart. *in l. ſi pupilli, §. ſed ſi ego, circa finem, & in §. item quæritur, ff. de negot. geſtis.* De ratihabitione, approbatione, ſeu repudiatione, vide plenius eundem Bartol. *in l. Pomponius, ff. eo. tit.* Dynum *in regula, ratihabitionem, de reg. jur. in 6.*

7 Sed nota: ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine nō eſt geſtum: *c. ratum, & ibi* Dyn. *eo. tit. de reg. jur. in 6.*

8 Procuratoris falſi geſta, an & quamdiu ratificari poſſint, (*Poſſunt tàm ante quam poſt ſententiam quæ ſententia benignior eſt: in conſiſtorio tamen principis acta à falſo procuratore nō ratificantur.*) notavit Mynſing. *in obſer. 44. cent. 1. obſer. Cam. Imp. De ratificat. geſto. per procuratorem vide tit. de procurator.*

9 Non ſuo nomine geſtum, ratum haberi non poteſt: ſi ſuo ſit nomine geſtum, ratum haberi poteſt: & ratihabitio retrò trahitur, & mandato comparatur: Bened. Capra. *concl. & reg. 54. ubi ampl. & lim.* Pece. *reg. 11. & ſeq.*

10 Sciens & tacens actum geri ſuo nomine, videtur illum ratum habere: Capra. *d. lo. reg. 55.* ¶ Tempus quod ſit datum domino ratificanti ſolutionem, falſo procuratori factam: Menoch. *lib. 2. cent. 1. c.* 32. item ſententiam ſub falſo procuratore latam.

11 Ratificatio tacita, an idem operetur quod expreſſa, ita ut inanis ſit oppoſitio, quæ contra falſum procuratorem fit, cum jam in meritis proceſſum eſt, Theſaur. *deciſ. 7.* ¶ Actus nullus, ex facto à poteſtate mea non dependente, à me ratificari, nec nullitas ſuppleri poteſt: Vant. *de nullit. rubr. ult. nu. 18. fol. 633.*

12 De ratificatione, vide utilia in Giac. *conſ. 1.* poſt Julium Clarum, *poſito num. 55. 56. 58. 59.* Ratificatio appellationis pro alio interpoſitæ debet fieri intra decem dies, quod intelligitur procedere à die ſcientiæ, & in dubio intelligitur facta, intra tempus decem dierum, ſed interpoſita per conjunctam perſonam poteſt ratificari poteſt decem dieus: Hieron. Magon, *deciſ. Lucenſ. 6. & deciſ. 49. nu. 29.*

13 Ratificatio requiritur in contractu ultro citroq; obligatorio ad effectum ſibi alteri obligandi, acquiritur enim abſenti revocabiliter non irrevocabiliter, & per ſtipulationem Notarij acquiritur jus abſenti ſine eius ratificatione, ſolum enim cenſetur acquiſitum jus abſenti ex notarij ſtipulatione ad hoc, ut contractus non poſſit revocari per contrahentem, & ad effectum, ut abſens poſſit acceptare ita, ut neq; detur pænitentia aut revocatio donationis, quamvis donans decederet antequam donatarius ratificaret: Stephanus Gratianus *in addit. ad deciſ. 88. provin.* Marchiæ Rubeus *conſil. 117.* Bartazol. *clauſ. 18. gl. 6. num. 2. in princ* Gozad. *conſ. 14. nu. 18.* Covarruvios *in rub. de teſtamen p. 3. nu. 15.* Surdus *deciſ. 206. nu. 4.* Ludov. Molin. *de hiſpanor. primogenit. lib. 4. c. 2. nu. 77.*

14 Ratificatio actus præcedentis tacite inducitur per actum ſubſequentem, qui fieri non potuiſſet data invaliditate præcedentis actus, ſic etiam ratihabitio actus præcendentis inducitur per actum ſequentē quando actus ſubſequens aliàs valere non poſſet: M. Anton. Peregrin. *conſ. 4. num 31. et conſ. 60. nu. 8. vol. 1.*

Ratifi-

15 Ratificatio indocta ex temporis curſu poſt minorem ætatem, à præſumpto dolo ob omiſſas ſolennitates minime tollitur: Cæſar. Barz. *deciſ.75.nu.14.*

16 Ratificatio, re non integra facta non prodeſt: Cæſar. Barz. *deciſ. 46. nu.38.*

17 Ratificatio ut præſumatur ſcientia adeſſe debet eius qui lædi poteſt, & ſcientia deber eſſe vera, & certa nec ſufficit præſumptio: Cæſar. Barz *deciſ.48.n 30.*

18 Quando mandatum pro forma requiritur, non ſufficit ratishabitio: Martin. Benckendorff. *ad Semphin. in addition. privileg. 24.num.29.*

19 Juramentum facit ut actio abſenti quæſita per ratificationem, tranſeat in eum ſine ceſſione: Jerem. Setzerus *de juram. lib. 1. c. 25. nu. 130.* Camil. Borell. *conſ. 75. num.* 13. Martin. Benckendorff. *ad Semph. in addition. privil.25. n. 5.*

20 Utrum geſta per falſum procuratorem, poſt latam ſententiam ratificari poſſunt à domino in ſui commodum & favorem: N. Sturtius *ad l.60. ff. de R. Jur. & ibi* Hyppolitus à Collibus Hieron. Treutlerus *diſput. 9. de procurat. volu.* 1. *th. 4. lit. c.* Mynſing. *cent.* 1. *obſer.44. vide diſſent.* Anton. Teſſaur. *deciſ. pedimon.17.* And. Gail. *lib. 1. obſer 47.*

21 Utrum in nuptijs ratishabitio juſſui ſive mandato æquiparetur, *per l. 13. §. 6. ff. ad l. Jul. de adult. per text. in princ. inſtitut. de nupt.* Cojacius *lib. 3. obſervat. c. 3.* Hottomao. *ill. quæſt. 9.* Contius *lib. 1. diſput. 9.* Herman. Vulteius *lib. 1. juriſp.* Roman. *c. 18 n. 91.* Philip. Hœnonius *ad l. 60 ff. de R. J. vide diſſ.* Brooch. *cent. 3. aſſert. 4.*

22 Regula quæ habet ratishabitionem æquiparari mandato limitatur, ut non locum habeat in ſtatutis, nam ſtatutum puniens mandantem non habet locum in ratum habente: Cald. Pereira *obſer. 79 nu. 3 per* Bartol. *in l. 7. C. ad SC. Macedon. in addition. lib. 3.*

23 Conditio poteſtativa non retrotrahitur, ſecus in caſuali: *idem d. obſervat. num.* 14.

24 Ratificatio, actum nõ convalidat in tertij præjudicium, cui medio tempore jus quæſitum eſt, nam ratificationis tempus, non autem contractus inſpici debet, ne in præjudicium tertij retrotrahatur, nec ratificatio domini ſuperveniens agnatis præjudicet: Hieron. Magon. *deciſ. Lucenſ. 21. n. 14.* Ozaſ. *deciſ. 116. & 119.*

25 Ratishabitio ad hoc ut retro fingat, extrema debent eſſe habilia nempe à quo & ad quod: Rota Genuenſ. *deciſ. 5.* Joſeph. Lu. Ludov *Lucenſ. 31.*

26 Quando commoditas alicuius rei pervenit ad aliquem præſumitur, quod habuit ratum factum præcedens: Petr. Salaſarez. *deciſ. 82, n. 12. lib. 1.*

Licet ratificatio ſubſequens tollit effectũ nullitatis, tamen ſententia nulla, quia lata die feriata nõ poteſt per partes tacitè vel expreſſe ratificari, nam talis nullitas procedit ex defectu ſolemnitatis ſubſtantialis, cuius confirmatio in voluntate ratificantis non eſt: Georg. Cabedo *deciſ. 25. lib. 1.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucenſ. 18. n. 14.* 27

Quando conſenſus alicuius requiritur, nullò tempore limitato, ratishabitio retrotrahitur, & iſta ratificatio eſt tantæ importantiæ, quod etiam procedat in his quæ requirunt ſpeciale mandatũ: Georg. Cabedo *dict. deciſ. n. 17.* Rota Genuenſ. *dec. 76. n. 3. &* 4. 28

REACCUSATIO.

De anticategorijs, vide Cujac, *lib. 20. obſervat. 7.* ¶ *Pendente* accuſatione, accuſatus regulariter non poteſt accuſatorem ſuum reaccuſare: *l. 1. & ibi notant* Salicetus. Bald. Bart. *& alij Dd. C. de bis qui accuſa. non poſſ.* ſed demum ex eventu cauſæ judex exiſtimavit, an accuſato permittendum ſit eundem accuſare: *eſt tex. dict. l. 1.* concordat jus Saxonicum, *juxta textum, additionem latinam primam, & gloſſam 5. Artic. 12. lib. 3.* Land-Recht. *gloſſa allegat ad hoc d. l. C. de bis qui accuſa. non poſſ.* 1

Et abſolutus, non poteſt de eodem crimine reaccuſari ab eodem, vel ab alio: niſi fuerit ignorans, & ſuam injuriam proſequatur: Barto. *in l. ſi cui, §. 1. ff. de accuſatio. pro declaratione, vide gloſſam & Dd.* Jacob Novellus *in tract. ſuo defenſio. in capit. qua perſona accuſare non poſſint n. 24.* 2

Et an poſt purgationem obtentam, denuò quis ab accuſatore ſuper eodem crimine accuſari poſſit, declarat (*Quòd ſic, modò paratus ſit docere de perjurio.*) Mynſio. *in obſervatio. 82. centur. 2.* Weſenb. *in paratit. de accuſatio. num. 10 in fin.* tenet regulariter, quod non: Decius *in regula. bona fides, ff. de reg. juris.* ¶ Reconventio de jure Saxonico prohibita non eſt: *ut apparet ex allegatis textibus in diff. jur. civil. & Saxon. lib. 1. diff. 4. 6. & 7. parte 4 d. 4.* Sed aliter quàm de jure civili proceditur 3

Sed quando, qualiter & quomodo nomen accuſati, dicatur inter reos receptum, ita quòd reaccuſatio non poſſit habere locum: & quod valeat alios producere effectus, & quos producat, *vide* Salicet *in d. l. 1. C. de bis qui accuſa. non poſſ. vol. 15. & 16. verſ. quaro nunc quartò, & verſ. duos producit effectus, C. de bis qui accuſa. non poſſ.* Apoſtilla latina, *litera B. ad Arti. 12. lib. 3.* Land-Recht. vult, quod etiam ſupplicatio principi ſeu præſidi eius provinciæ oblata, dicatur facere litem pendere: 4

dera : ita ut alter, contra quem ſupplicatum
eſt, reconvenire non poſſit : niſi prius à cau-
ſa ventum ſit, contra quem ſupplicatum fue-
rat: ſicque pronunciari atteſtatur: & induci-
tur tanquam extenſio tituli, C. quando libel-
lus principi datur, contra *l. 1. ff. de offi. præfect.
præto. Orien. & contra Dd. communiter, in l. 1. C.
quando libellus prin. datus.* Et de hac materia
reaccuſationis, vide Robert. Marantam *in
Specu. ſuo ordi. judi. parte. 4. diſtinctio. 6. princi-
pa. mihi num. 55. & in ſequentibus.*

REBELLIO.

1 QUi ſint rebelles, quomodo contra ipſos
procedatur, & quæ ſint pœnæ rebelli-
onis : *vide text in extravaganti, qui ſint rebel-
les, & ad eam explicationem* Bartoli, *quæ unà
cum explicatione extravagantis ad reprimen-
dum extat.*

2 Sed per rebellionem ſubditorum, do-
minus non privatur ſua poſſeſſiona : *ut in-
quit* Bald. *in l. 2. in 11. colum. verſi. tertiò quæro,
an per negligentiam, C. de ſervitut.* niſi eum ex-
pellerent de territorio, vel caparent & po-
nerent in carcerem : *argumen. l. 1. § pen. ff. de
vi & vi arma. l. moveor, C. de ſervis expo per iſta*
Alexand. de Imo. *in conſi. 94. colu. 1. verſi. nec
non, volum. 5. adde l. 1. C. de ſeditioſis, de pœna
eorum ibi habetur, & notatur per illam in gloſſ.
9. Articu. 16. lib. 1.* Landrecht.

3 Rebellis nemo præſumitur : Mart. Laud.
conſi. 2. nec hoc crimen præſumptionibus
probari poteſt: Franciſ. Catius, *in annotat ad
d. conſi 2.* imò iſtud crimen cùm ſit valdè pœ-
nale & odioſum, ſtrictiſſimè eſt intelligen-
dum : Catius *de lo.* imò aſſertioni Principis
aliquem eſſe rebellem, non ſtandum, nec per
hoc rebellis quis probatur : Catius *ibid.*

4 Iuvare tenentur obedientiam ſuo Præ-
lato, qui aliquando fuerunt contumaces ſeu
rebelles in non obediando : Panam in Rep.
in verbo juramentum.

5 Rex quomodo concedat bona rebelli-
um : *P*aul Fuſc. *in ſingular. in verbo Rex num.*
54.

6 Rex poteſt bona rebellium in prædam
etiam concedere: Paul Fuſc. *in ſingular. de ver-
bo Rex d. num. 54.*

7 Rex poteſt mandare ut bona Rebellium
avacro deſtruantur: *P*aul. Fuſc. *in ſingular. d.
verbo Rex d. num 54.*

8 Rex de facto procedit ad bonarum oc-
cupationem contra rebelles, capta informa-
tione : Fuſc *in d. ſingular. d. verbo Rex d. num.*
54.

9 De proceſſu contra Rebelles Vaſallos :
Hen. *God. conſil. 29.*

Crimen rebellionis an ſententiam re-
quirat : Ant. Gabin. Roman. *n. 7. com. concl.
de Maleficijs concluſ. 11.*

RECEPTATOR.

DE receptatoribus malefactorum: quòd 1
ſit prohibitum, ne quis receptet eos:
hiſce prohibitionibus autem contravenien-
tes, quòd præſumatur contra illos: & convi-
cti, quòd ſimili pœna puniantur, qua rece-
ptati, habetur : *in jure communi, l. 1. C. de his,
qui latro. occulta. in l. 1. ff. de receptatoribus, & in
l. 2. §. non tantùm ff. de incen. ruin. & naufrag.*
concordat jus Saxonicum, *in Articu. 13. lib. 2.*
Landrecht, *ibi,* wer Diebe behauſet / oder Raub
holet / oder einen mit hülffe darzu ſterckt / wird er
deß vberwunden / man ſoll vber jhn rechten / als
vber jenen / der es ſelbſt gethan hat.

Et pro indicio ad torturam, tradit re- 2
ceptationem Boniface. de Vitell. *in tractat.
maleſi. Rubr. de maleficijs, in prin.* Gand. de Ma-
leficie. *Rubri. de præſumptio. & indic. mihi num.
12. & per illos* Blancus, *in repe. l. fin. ff. de quæſt.
mihi n. 222.* Statuit cõtra iſtos receptatores ſi-
milem pœnam, idem Bonifac. de Vitell. *in
dict. tractat. maleſic. Rubri. de receptato. forum
& aliorum malefacto. in pr.* Impera. Alber. *in
conſtitutio. 10. incip.* Wir verbieten. *poſt* Lehn-
recht / Gand. de Maleſi. *in Rubr. de furibus &
latronibus, mihi in num. 30. & in ſequentibus.*

De receptatore rei furtivæ, & ejus pœna, 3
habetur *in l. eos. C de furtis, & ibi* Bald. *item
notavit* Bal. *in l. crimen, C. ad leg. Iul. de vi publ.
in l. 1. C, de crimi. pecula in jure Saxonico, habe-
tur in Arti. 13. lib. 2.* Landrecht / *Art. 35. ea. lib. 2.*

Sed rem furtivam receptatus ut punia- 4
tur, requiritur de jure, quòd probetur ſcien-
tia receptantis, nempè quòd ſciverit, rem
fuiſſe furtivam, nec ſufficit, quòd ſuſpicatus
ſaltem fuerit : Rolant à Vall. *in conſ. 55. incip.
viſa inquiſitione, num. 11. lib. 1.* Imò duo copu-
lativè probari debent, ut ſimilem patiatur
pœnam : ſcilicet, quòd ſcienter receptaverit
& cælaverit : aliàs alterum ſine altero non
ſufficit : *tex. eſt in §. præterea, in verſ. ſuſceperit
& celaverit, Inſt. de oblig. quæ ex delic. naſcunt.*
Rolan. *in d. conſi. 45. num. 25. lib. 1.* 2. requiri-
tur, quòd receptaverit animo & intentione
lucrãdi: ſecus, ſi gratis feciſſet. d. Rolan. *n. 28.*

De receptatore banniti, notavi remiſſi- 5
vè *ſupra in literam B. verſi. de bannito.* vide Con-
ſtitut. Albert. Imper. *12. incip.* wie ſetzen vnnd
gebieten, volens quòd receptans bannitum
ſimili pœna puniatur : Wann ein Gerechter
auff einer Burg / Schloß / oder in einer Stadt
wird auffgehalten / wie wieder die Burg / Stadt
vnd Einwohner zuverfahren / habes *in iſta con-
ſtitut. 12.*

Intelligitur de verè & non de fictè ban- 6
nitis receptis, & de receptatore voluntario,
non de eo, qui coactè receptavit, & contra
cujus voluntatem quis ingreſſus eſt ædes :
Rolandin. à Valle *conſuluit, in conſilio 45. nu.
65. uſque ad finem.* Receptans bannitum an

excuſetur propter ignorantiam, notavit Ioan de Arno. *in ſingula. ſuo 9.*

7 Tandem, qui malefactores nonſint receptandi, enumerat Gandi. *in tractat. de maleſi. Rubri. de furibus & latronibus mihi num. 15. & in ſeqq.*

8 Sed omnia jura, modò contra receptatores, quo ad pœnam ordinariam, inducta, intelligas & accipias ſic: ſi tempore receptationis delictum fuerit perperratum, & receptator ejus delicti fuerit conſcius, & habuerit ſcientiam: quia aliàs hominem recipere eſt humanum: *ut per* Bal. *in l. quicunq, in prin. C. de ſervis fugi.*

9 Requiritur etiam, quòd non ſit conſanguinitas vel affinitas inter receptantem & receptatum: declaraverunt Gandi. *in d. tract. malef. in Rubri. de furib. & latro. mihi num. 13.* Bonif. de Virella *in d. tractat. malef. in Rubr. de recepta. fu. & alio malefacto. in prin. Et per totum. ibid. num. 5.* quid de uxore receptante maritum: limitat tamen ibi, & dicit, niſi ſint participes, & quòd pœna tamen arbitraria puniantur Hip. de Marſi. *in repe. l. unic. C. de rapin. virgi mihi num 197. & in ſequentibus. vide* Roland. à Valle *conſulentem in conſ. 45. num. 11. 25. & 48. lib. 1.*

10 De receptante ſcienter rem furtivam, quòd mitiùs puniatur: niſi ſit particeps: & declarationem l. cos, C. de furtis, *vide per* Hippo. de Marſi. *in repe. l. ſi in rixa, ff. ad leg. Corneliam de ſica. mihi a num. 50. uſque ad num. 63. & unam limitationem in tex. Arti. 35. lib. 2. landr & ibi in gl. 3. verſic.* Zum dritten.

11 De receptante mercatorem fallitum vel eum, qui fregit fidem, an poſſit conveniri, ut exhibeat vel teneatur ad intereſſe? Hipp. de Marſi. *in ſing. ſuo. 366. incip. aliena ſibi dixi,* tenet, quòd non: & ex iſto dicit, quòd titulus de receptatoribus, non habeat locum in civilibus, ſed ſolùm in criminalibus.

12 Bannitorum receptatores, quomodo puniantur, Menoch. *lib. 2. cent. 4. c. 348.*

RECONCILIATIO.

1 Reconciliatio non tollit præſumptionem mali animi, ex inimicitia maximè, ſequuta homicidium, & ſi reconciliatio facta ſit de recenti: præſumitur enim, quòd ille læſus ſe voluerit ulciſci: *ut eſt tex. loquens in teſte, in c. 2. 3. q 5. Et ibi gloſ.* dicit, quòd ex recentia temporis aliquid præſumendum ſit: *per text. in c ſi vivente 31. q. 1.*

2 Idem in judice de recenti reconciliato, quòd non poſſit eſſe judex, & tanquam ſuſpectus quòd repellatur, voluit Iaſon *in l. apertiſſimi, et lum. 2. in fi. C. de judicijs.*

3 Idem in teſte determinatur: *per d. c. 23. q. 5. & per gloſſ. in c. per tuas, de Simonia, hac* Blancus *in repe. l. fina. ff. de quæſt. numer. 16.*

4 Quòd per reconciliationem inter conjuges redintegrentur matrimonia, maximè ſi non ſint judicio Eccleſiæ ſeparata, *eſt tex. & gloſſ. in c. Apoſtolus 32. q 7. Authen. ſed hodie, C. de adulte.* Kling. *in ſuo tract. matrimoniali, in c. de redintegratione,* Mynſing: *conſultit in reſponſ. 2. decadu t num. 33.*

RECONVENTIO

1 Reconventio debet fieri ante litem conteſtatam: *c. 1. & 2. de mut. pet.* vel antequam ſit juratum de Calumn. *ſecundùm* Bald. *in c. cum veniſſent, in pen. col. de judic.* Iaſ. *in l. edita in 5. col. C. de Edend.*

2 Reconventio actoris per reum coram eo judice, quo conventus eſt, licet aliàs ſit judex incompetens, etiam pro cauſſa diverſa & ſeparata à cauſſa conventionis, locum habet: *t. xtum Papinianus, C. de ſent. & interl. omn. judic. vide 18 limitat. per* Socin. *in Reg. 338.*

3 Reconveniens aliquem an poſſit pecuniam in quam primo fuerat actori condemnatus depoſitam arreſtare: Modeſtin. Piſtor. *part. 3. q. 114.* de coutione pro reconventione; Modeſtin. Piſtor. *quæſt. ſeq.*

4 Reconventio in quibus caſibus jure communi admittitur: Menoch. *libr. 2. Arbitrar. judi. quaſtion cent. 2. Caſ. 184.* Thaming. *Decis. 6.* Mynſinger *cent. 1. obſervat. 10.* Marant. *in Praxi part. 6. Membr. 4.*

5 Reconventio coram delegato fieri poteſt: Salycet *in L. Explicata 1. num. 3. & final. C. Expilat. hæredit.*

6 Reconventio in cauſis executivis non admittitur: Joan. Gutierez. *libr. 1. Practic. quæſt. civil. quæſt. 112.*

7 Reconventio quando admittitur ad effectum ut fiat ſimultaneus proceſſus? ſi habet ſimilem naturam cum conventione, nam reconventio non admittitur, ſi eſſet plenaria, & conventio ſummaria; item reconventio de petitorio non admittitur, quando agitur de poſſeſſorio: Garſ. Maſtrill. *deciſ. 41.* Muſcatell. *in pract. civili verbo doctorem.* Petrus Nugn. *in tit. de leais exceptiones n. 51 fol. mihi 161.*

8 Reconventio, quæ perimit actionem intentatã an admittatur? Aff per modum exceptionis aut defenſionis Garſ. Maſtrill. *d. deciſ. d. nu. 10. cum ſeq.*

9 Reconventio coram judice appellationis non habet locum: Cæſar Barz. *deciſ. 106. n. 14.*

10 Mutua petitio, quam reconventionem vocant, omnibus in cauſis ac negotijs, præterquam in expreſſe à jure exceptis, locum habet Virgil. ab Agarutita *in horto jurid. ramo 16. arb. 196.*

11 Reconventionis cauſa habet eadem privilegia, quæ habet cauſa conventionalis: *idem d. ramo*

Arbi-

12 Arbitrium conceſſum judici ſuper conventione cenſetur etiam conceſſum ſuper reconventione, & prorogata juriſdictio in cauſa conventionali, etiam procedit in cauſa reconventionali: *idem d. arb.* Mater agens judicio commoni diuidundo, poteſt reconveoiri per filium pro adminiſtrata tutela niſi aliter reſcripto principis caveatur: Ferrant. Ganguareius *conſ. 69. num. 106. cum ſeq. lib. 2.*

13 Reconveotio in cauſa quæ deſiderat celeritatem, locum non habet: *idem d. conſ. 149.*

14 Compenſatiooem de viginti quę tibi debeo, ſi mihi ageoti ad decem opponas, non condemnabor in aliįs decem, niſi agatur per viam reconventionis: *idem dicto conſi. n. 188.*

15 Ubi quis agit oegotium ibi debet ſe defendere, non obſtante privilegio fori: Anton. Ayeru. de Ayor. *cap. ſing. collectan. forenſ. c. 146. per l. 36. §. Senator ff. de Procuratar.*

16 Recooventio pari paſſu quidem ambulat cum conventiooe & fit proceſſus ſimultaneos, ſed debet prius reus actori reſpondere, & poſtea contra *idem d. cap. n. 14.*

17 Reconventio noo habet locum io cauſa feudali intentata coram paribus Curiæ, ſi de re non feudali in reconventione tractetur: Cald. Pereira *obſervat. 102. lib. 1.*

18 Natura reconventionis eſt quod eadem ſeotentia terminari debet cum cauſa conventioois, quod procedit ſi utraque cauſa æqualiter liquida ſit, alias ſecus: Mynſiog. *obſer. 10. cent. 1.* Vincent. de Franch. *deciſ. 376. p. 1. &* Capel. Toloſan. *qu. 367.*

19 Quando pronunciatum fuit ſuper cauſa conventionis, & ab ipſa pronunciatione provocatum fuit, poteſt adhuc judex procedere ſuper cauſa reconventionis, quia dicta appellatio non ligat manus judicis io cauſa recooveotionis: Mynſing. *d. obſervat. 12. cent. 1.*

20 Licet in cauſa appellationis non admititur reconventio, tamen locum habet compenſatio 2. quando eſſet appellatum ab interlocutoria ante litis conteſtationem: Iaff. Lanf. Balb. *deciſ 65.*

21 Clericus intentans judicium retinendæ, poteſt reconveniri ſuper proprietate coram eodem judice ſeculari, Illephonſ. Perez. dela Lara *qu. forenſ. 48. n. 12. cum ſeq. lib. 1.*

22 Clericus poteſt reconveniri coram judice Laico, ante renunciationem litis, ooo autem poſt: idem, *d. deciſ. n. 15.*

23 Superior quando ſe ſubmittit juriſdictioni Inferioris, coram tali habet locum reconveotio ſecus coram arbitro: Ferraot. Ganguareius *conſ. 12.* Bart. *in l. 14. ff. de jurisd. omn. judicum.*

24 Jodex etiam delegatus compellit actorem ad reſpondendum reo in cauſa reconventionis, & utramque cauſam ordine ſucceſſivo ſimul audiet, & una ſententia terminabit, quia reconventio etiam locum habet coram judice delegato: And. Gail. *lib. 1. obſer. 53. nu. fin. per c. 1. ext. de mut. petition.*

25 Recooventio non habet locum contra Spoliatum, niſi pro ſimphici cauſa ſpolij: Marc. Anton. Natta *conſ. 153. tomo 1.*

RECUSATIO.

1 Qualiter, quando, vel non, poſſit judex ordinarius ſeu delegatus recuſari propter ſuſpiciones, notavi *ſuprà in lit. I. verſ. de judice.* ¶ Sed in iſta materia quæritur, an regimen, vel totus ſenatus poſſit de ſuſpecto argui, & propterea recuſari reſpondet, non niſi ex juſtiſſimis & probabilibus cauſis, Decia. *in conſi. 26. vol. 1. per totum. & ibi habentur bona de juramentis judicis & regimina tenentium.*

2 De recuſatione judicis, notavi *ſup. in lit. I. verſ. de judice ordinaria.*

3 Poſt recuſationem judicis, an & quando proceſſus judicis recuſati ſit nullus: Robert. Lancellot. *in Tr. Attentator. part. 2. cap. 6.*

4 Cauſæ recuſationis judicis libello inſerendæ ſunt: Ioan. Zanger. *in Tr. Exception. 2 part. cap. 3. num. 9.*

5 Coram quo judice recuſatio judicis eſt alleganda & probaoda: Zanger. *d. Tr. Exception. d. 2. part. cap. 3. numer. 11.*

6 An exceptio recuſationis jodicis detur adverſus infamem à principe datum: Zaoger. *in Tr. Exception. d. 2. part. d. cap. 3. num. 24.*

7 Statutum rejiciens omnes exceptiones, non videtur rejicere exceptionem recuſatioois iudicis tanquam ſuſpecti: Cæſar. de Graſſ. *in Tr. Exception. Except. 24. numer. 1.*

8 Statutum tollens appellationem non ceoſetur tollere recuſatiooem: Cæſar. de Graſ. *in d. Tr. d. Except. 24. num. 5.*

9 Arbitrator an poſſit recuſari ut ſuſpectus? Aff. Anton. Ayerue de Ayora *de parti. bonor. 1. p. 1. c. 4. num. 9.* Gaſſ. Maſtril. *deciſ. 19. per totum ibi vide diſſentient.*

10 Iuramento probari poteſt Judicem ſibi ſuſpectum eſſe, & exceptio judicis ſuſpecti ante L. conteſtationem, imo ante omnes exceptiones dilatorias oppooi debet, niſi poſt L. cooteſtationem de novo

emergat, tunc illa ſuſpicio iuramento eſt probanda: Martin Benekendorff. *ad Sempb. in addition. privileg.* 7. Fulc. Pacian. *lib.2. de probation. c.45. n.26.* Joh. Bapt. Coſta. *de facti ignorant. inſpect.* 84. *n.32.*

11 Cauſa ſuſpitionis de iure civili non eſt exprimenda, ſecus de iure canonico, niſi talis cauſa ſit quæ infamat iudicem aut de magno præiudicio eſt: Benckendorff. *in alleg. addition.* Barthol. Græveus *in addition. obſ.33.* And Gailus *lib.1.* Fulvius Pacianus *lib. 2. de probat. c. 45. n.85.*

12 An conſuetudine aut reſcripto principis, recuſatio iudicis ſuſpecti tolli poſſit: N. Baro Schench. *in viridaria concl.* 42. Weſamb. *conſ. 6. n 195.*

13 Hæc exceptio etiam poſt tres conformes ſententias opponi poteſt: Thom. Triviſan. *deciſ.49 n. 5. lib.1.* Cachetan. *deciſ 1. n.30.*

14 An judex recuſatus de cauſa recuſationis ſuæ cognoſcere poſſit? N. ſed arbitri eliguntur: Zanger. *de except. p.2. c.3. n.12* Hartman. Hartman. *lib.1. titu. 1 obſer.10.* poterit tamen judex recuſatus ut ſuſpectus in cauſa ſuſpicionis interrogari ut veritatem dicat: Anton Teſſaur. *deciſ.6.*

15 Iudex recuſari poteſt, ſi conſimilem cauſam habeat cum ea de qua ipſe judicare debet Zanger. *de except. p.2. c.3. n.10* Vultc. *2. jurispr. c. 30. n. 72.* Hartm. Hartm. *lib.1. titu. 1. de judic. obſ.9. n.12.*

16 Præſide ſenatus ſuſpecto totum ſenatum poſſe recuſari ſcribit: Menochius *de Arbitr. lib.2. caſu 458. n.23.*

17 Iudicem incompetentem, quem in uno judicio non declinavi, non poſſum in alio judicio declinare: Cald. Pereira. *libr. 1 obſer. 21.*

18 Cauſæ ſuſpicionis non poſſunt allegari per procuratorem ſine ſpeciali mandato: Johan. Papon. *lib.7. titu.9. arreſta. 1.*

19 Collegium totum unius civitatis non poteſt allegari ſuſpectum in genere, ſed debent ſuſpectorum nomina ſpecificari: Marc. de Mantua *ſing.363.* Ioſeph. Ludovic. *deciſ. peruſina 108.*

REDITUS.

1 REditus nomina propriè ſignificantur penſiones, quæ ex locatione rediguntur, impropriè fructus omnes: Cuiac. *in para. ff. de uſu & uſufr leg. per l. 17. 25. eod.*

2 Reditus annui redimibiles ad voluntatem debitoris perpetui cenſentur: Anton. Peregrin. *conſ.34. nu.4. vol.1.*

3 Reditus annuus fundatus ſuper obligatione perſonali non connumeratur inter immobilia: *conſ.43. nu.10. lib.1*

4 Reditus annui excuſant à ſatisdatione ſicut poſſeſſio immobilium: *eodem conſilio num.6.*

Reditus annui cenſentur prohibiti alienari, prohibita alienatione immobilium: *ibidem nu.7.* 5

Reditus annui etiam non fundati ſuper bonis immobilibus relevant à ſatiſdatione: *ibidem.* 6

Reditus annuus conſtitutus pro pecunia, ſuper omnibus bonis debitoris, non ſuper certo fundo, an jure ſubſiſtat? N. M. Anton. Peregrin. *conſ.97. nu. 5. vol.1.* 7

De reditibus annuis quæritur quomodo præſcribi poſſint? Reſp. in hujuſmodi penſionibus unicujusque anni propria eſt præſcriptio, & quot ſunt anni, tot quoque præſtationes eſſe cenſentur. E. præſcriptio annuarum præſtationum ad futuros annos non extenditur: Reoarus Budellos *lib.2. de monet. c.24.* Barchold. *de pactis c.2. diviſ. 1. n. 23. & in tract. de uſucap. c.4 nu.34.* Aluar. Valaſcus *deciſ. 49.* Bronchorſt. *centur. 2. aſſert. 74.* 8

REGALIA.

REgalia propriè ſunt res regni, quæ ſpecialiter pertinent ad ipſum regem ſeu Imperatorem: Aluoro *in tit. quæ ſunt regalia, in uſib. feudo. in prin.* Non ſolùm autem ad Imperatorem Romanum ſpectant, ſed etiam ad quemlibet alium regem, in cuius regno regalia reperiuntur; cum quilibet rex dicatur Monarcha in ſuo regno: *c. ſcitate 8. q.1.* & regalia rex quidem inveſtire poteſt: non tamen ſic, quòd abdicet à ſe, & transferat totale dominium: quoniam hoc eſſet diminuere, & deformare iura regni: quod rex facere non poteſt: *ut nombiliter probat, & dicit* Iacob. de S. Georgio, *in tractatu ſuo feudo. in gloſſ. ſuper verb. in feudo. in prin.* & eorum inveſtitura, debet fieri cum clauſula, Motu proprio, vel ex certa ſcientia: *idem* Iacob. de S. Georgio *in d. tract. feu. ſuper verb. in feudum per l. 1. C. de pet. bon. ſublati. lib.10.* 1

Sunt autem regalia, 1. Armandiæ, eſt nomen certæ gabellæ, quæ fortè debetur ex armentis animalium: *juxta l.1. ff de abigeis.* Vel Armanniæ eſt gabella, quæ ſoluitur ex licentia faciendi Arma, quòd ſolum principi licet: *in Authen. de Armis.* 2

Iniuſſu maieſtatis crimen eſſe conſtat, iniuſſu principis bellum gerere, delectum habere, exercitum comparare: *l. 3. ff. ad l. Iul. majeſt.* Quin etiam militã nullum ſine ipſius principis probatoria fieri licere, Zeno. *ſanxit, l. penul. C. de re milit.* 3

Et arma vendere Barbaris, Martianus prohibuit, ſcilicet ſine principis permiſſu: 4

l. 2. C. quæ

l. 1. C. qua ex portu, *hac* Hotoman. *in commont. primis, ad tit. qua ſunt regalia, in uſibus feudo quadam* Weſen. *in conſi. 45. parte 1. n 48.*

2. Viæ publicæ dicuntur regalia: Et tales
5 viæ publicæ, tanquam ſpectantes ad principem, non poſſunt alterari ſine ſuo juſſu: *argumen. l. quòd principis, cum ibi notatis, ff. de aqua pluvia arcen.*

Vnnd es ſoll auch derowegen kein newer
6 Zoll oder Wegepfenning/ auff gemeinen Landſtraſſen/von newes gelegt werden/ſondern mag denſelben zugeben ein jglicher ſich weigern. *Hac & alia voluit* Hennin. Göden *in conſi: de publica via.* Von ſtetem Friede auff Königsſtraſſen/ in Waſſer vnd in Felden/ habetur *Arti. 66. lib. 2.* Landrecht.

Von der Breite der Landſtraſſen/ (*ut vi-*
7 *delicet currus alteri cedere poſſit.*) vnd wie einer dem andern darauff zu weichen ſchüldig ſey/ (*currus non oneratus onerato, & minus oneratus onerato, eques currui, pedes equiti cedat. Si autem in via arctà conſiſtunt, ut ſupra pontem, aut ſi equitans vel tranſiens perſecutionem patiatur ab inimico, currus tàm diu ſtet, donec pertranſierint incommoda fugientes*) notatur *in Arti. 59. lib. 2.* Landrecht/ *verſ.* Des Königs Landſtraſſen/ vnd daſelbſt auch/ wie einer vor dem andern vber Brücken fahren ſolle/ (*currus prius pontem aſcendens, primus tranſeat, ſive ſit vacuus ſive plenus*) vnd von der breite der Landſtraſſen vnd Stege/ *Vide tex. arti. 30.* Weichbild. Et ibi in gloſſ. declaratur, Das ſolches/ von Straſſen/ in Wälden/ Waſſern vnnd
8 Städten zuvornehmen. ¶ Quæ tandem dicatur via publica, & quæ privatæ, habetur in *titulo, ff. ne quid in via publica. in l. 2. §. prætor.* Et viæ publicæ, quòd ad regalia pertineant, & ideo etiam, quòd debeant à magiſtratu tutæ ſervari, notavit Geyl *in obſ 64. lib. 2. obſerv. & ibi de tranſeuntib. vias inſolitas, & de vijs in mari.*

9 De refectione viarum pub. deſtructarum quòd debeant refici à dominis domorum juxta viam ſitarum, & non à dominis reip. notatur *in l. ædiles, §. conſtruat. ff. de via publ.* Bart. *in l, per Bithiniam. C. de immu. nemi. conceden.*

10 Sed quid ſi tales domini domorum non ſint ſolvendo, an tale onus ſpectet ad rempubl. Dic, quòd non, ſed incumbit alijs vicinis: *gloſſ. eſt ſingula. in l. fin. ff. de via publ.* per illam notavit Lud. Rom *in ſing. ſuo 817 incip. nota, quòd via publica. Et ibi in addit. per alios ſignavit* Nicol. Pigno. quòd via publica non claudatur, & quòd contradictio unius etiam de alia contracta plus operetur, quàm conſenſus omnium illius contractæ: allegat ad hoc pro ſingulari gloſſ. fin. *in l. 2. ff. ne quid in loco pub. fiat.* De differentia ſtratæ & viæ, & ſtatutum diſponens de ſtrata an verificetur in via, vide (*quòd non*) Corſet. *in ſingula. ſuo, in verb. pœna 4.*

3. Flumina publica, navigabilia vel apta ad 11
faciendum aliud flumen, in quo ingreditur navigabile, & talia flumina pertinent ad regalia, & ſunt juris publici, & ideò nullus poteſt ea impedire, ſine licentia Imperatoris: *probatur in l. quo minus, ff de fluminib.*

Vnd daß ſolche Waſſer, welcher Strom 12
frey fleuſt/ einem jeden zu fahren vnd zu fiſchen frey ſeyn/es were dann ein Hegewaſſer oder es hette es einer vorwahret/ habetur *in tex. & gl. 8. art. 28. lib. 2.* Landr.

Utrum autem & qualiter ex publicis 13
fluminibus poſſint duci aquæ ad fundos privatos, & quomodo in eis molendina fiant, & de materia molendinorum plenè ponit, Bart. *in d. l. quominus, ff. de flumi, & in trac. Tyberiadis per* Bal. *in Rubri. & in l. 3. ff. de rerum diviſio. notavi ſuprà in litera D. verſi. de domino, circa prin.*

Sed alveo fluminis mutato, cui acqui- 14
ratur verus alveus: dato, quòd modica adhuc aqua in eo reperiatur, quærit? Et reſpondet, quòd antiquus iſte alveus efficiatur eorum, qui propè ripam dicti alvei veteris prædia poſſident: Decia. *In conſi. 58. num. 3. vol. 1. ibi in iſto conſilio multa bona conſuluit de fluminib. & ſtagnis.* ¶ Nota: habens molendinum in flumine, an poſſit prohibere, ne aliud inſuper ædificetur, (*Non poteſt prohibere ædificantem in flumine etiam publico non navigabili, & multò minus in privato.*) notatur *in l manifeſtè, C. de ſervitu. & pulcherrimè conſuluit* Weſeob. *in conſ. 67. par. 2. item in conſi. 34. parte 1.*

4. Portus eſt locus concluſus, ubi rates 15
morantur, & in quo merces portantur, & inde exportantur: *ita deſcribitur per tex. juncta gloſſ. in l. portus, ff. de verbo ſignifi.* & ſecundùm text. tituli, *quæ ſunt regalia, in uſib. feudo.* pertinet ad regalia: unde etiam reditus ſeu vectigal hujus portus proveniens ex dictis mercib. eſt regale: Aluor. *in d. titu. quæ ſunt rega. per text. & per l. inter publica. §. fin. ff. de verbo ſigni.*

5. Ripæ quantum ad protectionem, ut ne- 16
mo uſurpet ripas, cenſentur eſſe inter regalia, ſicut ipſa flumina publica: *Rubri. ff. ne quid in flumi. publico ripave ejus fiat* vel intelligas id, quod ex conſuetudine, vel uſu ſolvitur de ripis: Alvoro. *in d. tit. quæ ſunt regalia.* ¶ Der Fiſcher mag auch wol das Erdreich nützen an dem Geſtade, als fern er eins geſchr.tten mag/ aus dem Schiffe an das Geſtade: *eſt tex. in verbis fina. Arti 28. lib. 2.* Landrecht, *& notatur ibi in gloſſ. fin. de riparum dominis, quo ad uſum, & in gloſſ. fina. Arti. 56. eo. lib. 2.*

6. Vectigalia ſunt de regalibus *juxta* 17
text. & Dd. ad d. titu. quæ ſunt regalia, in uſu *de feudo.* Weſenb. *in conſi. 45. parte 1. num. 45.* &

ideo non poteſt conſtitui vectigal, vel pedagium, ſine Imperij conceſſione: *l. vectigalia, & l. non ſolent, C. vectiga. nova inſti. non poſſ. & l. vectigalia, in prin. ff. de publicanis.* & quot ſint neceſſaria ad hoc, ut vectigal imponi poſſint, oorant gloſſ. & Barto. *in l. minis, ff. de verbo ſignif. Canoniſta in c. innovamus, extr. de cenſibus.*

19 Unde dicatur vectigal, docet gloſſ. *in Rubri. C. de vectiga.* ¶ An vectigalia poſſint eſſe in commercio, ita quod poſſint vendi, (Bald. *loco allegato docet, juriſdictiones vendi non poſſe, quod ſint principis.*) & an præſcribantur, & hoc, quanto tempore fiat, (*Requiritur tantum tempus, cujus initij non extat memoria.*) item an fiat ſine ſcientia Imperatoris, (*Scientiam principis requiri in hujuſmodi præſcriptione,* Henning. Göden *tradidit: contrarium in Camera ſervatum,* Mynſing. *tradit. cent. 5. obſervat. 29. ubi docet, alterutrum ſufficere, vel quod juſſio ſive conceſſio principis interveniat, vel antiqua conſuetudo*) benè examinat Bald. *in d. tit. quæ ſunt regalia, in uſib. feudo. vide de materia vectigalium* Henning. Gödeo *in conſilio 11. de publica. per totum. conſ. 7. & 8. de telonijs & vectigalibus.* & habes pulcherrima *in conſtitu. 7. & 8. Alberti Imperatoris,* hinderm Lehnrechte. Das auch niemands einen mit ſeinem Gut: geleiten ſoll / er habe dann das macht vom Reich oder von Keiſer/ habetur *in Conſtit. 5. ejusdem Imperat. Alberti,* hinderm Lehnrechte Von Peen vnd Straff derer ſo die Zolle verführen/ vnnd was nach Sachſenrechte einer zu Zolle geben ſol vnd welche Perſonen Zollfrey ſeyn/ habetur *in Arti. 21. lib 2.* Landrecht. *gloſſa eſt in Arti. 8.* Weichbilde. Et ibi, Von Geleiten/ das iſt/ von Geleitsbrieffen / ſpectantur latiſſimè conſtitutiones, privilegia & regionum conſuetudines: *prout notavit* Mynſinger, *in obſerva. 24. cent. 4. obſerv. Came. Impe.*

20 7. Auctoritas cudendi & formandi monetam publicam, eſt de regalibus, & ad ſolum Imperatorem pertinet: *ut in d. tit. quæ ſunt regalia.* Pertinet etiam iſta poteſtas ad alios reges in regnis ſuis: *ut in c. quanto, de jureiur.* Spectat etiam ad alios principes & communitates, ex privilegio & conceſſione Imperatoris: *l. 1. C. de veter. numiſm. poteſt. lib. 11.* vel ex conſuetudine: *gloſſ. l. penult. C. de falſa moneta. Et notavit* Mynſing *in obſerv. 24. cent. 4.*

21 De fabrificantibus monetam etiam bonam, cingentibus & tondentibus eam, & de Alchimiſtis, vide Alvoro. *in d. titu. quæ ſunt regalia, & vide conſtit. Alberti Imperat. 9. incip.* wir ſetz n. hinderm Lehnrechte *latius iſtam materiam proſequitur & examinat* Hip. de Marſi. *in l. qui falſam, ff. de leg. Cor. de falſis, num 60. & in ſequentibus, notavi ſuprà in litera M. verſic. de moneta.*

22 8. Pœnarum & mulctarum exactiones & receptiones, etiam ad regalia ſpectant: *prout eſt tex. in d. titu. quæ ſunt regalia, & in l. mulctatum, C. de mulcta.*

Quæ ſint differentiæ inter pœnas & mulctas, à quo & quando poſſint imponi, notavit Alvoro. *in d. titu. quæ ſunt regal.* Das die Gewetten an die hohe Obrigkeit gehören vnd vnter Richter nicht mögen erlaſſen werden/ vnd warumb die Gewetten genommen werden *habetur in gloſſ. cap. 65.* Lehnrecht, *colum. 10. & in verſic.* Der Herre ſoll ſeines Gewettes. *Et ſic tit Conſtitutio 4. Alberti, Imperat.* hinderm Lehenrechte. *vide ſententiam,* hinderm Weichbilde von Verwandenen Straffen/ Buſſen vnd Gewette derſelben. Vnd was Sachen einer dem Richter Wetthafftig wird, oder nicht/ *habetur in Arti 53. lib. 1.* Landrecht/ *& ibi in addi. & gloſſis habes per ſe, vel remiſſivè ſaltem, præcipuam mulctarum materiam . notavit aliqua* Petr. de Ravenn. *in ſuo alphabe. lit. M. verſi. mulcta.*

9. Bona vacantia ſunt de regalibus: *juxta tex. d. titu, quæ ſunt regalia:* ſunt autem vacantia, io quibus non exiſtit aliquis hæres, quia ultimo loco ſuccedit fiſcus: *l. 1. & l. vacantia, C. de bonis vacantibus, lib 10.* 24

Sed bona peregrinantium, der Bilger oder Wahlfahrender Leut / non veniunt ad fiſcum, ſed ad Chriſtum, hoc eſt, in Epiſcopum loci, qui diſpenſat ad pias cauſas: Alvoro. *in tit. de ſtatutis & conſue. contra liber. Eccleſ. tollendis, omnes peregrini.* Et quòd etiam alijs modis bona poſſint fieri vacantia, & quibus, *notat d.* Alvor. *in d. tit. quæ ſunt regalia: ibi bona vacantia.* 25

Bona per mortem, & non exiſtentiam hæredis vacantia, an Erbe Gerade vnd Hergewette/ die nimpt nach Sachſenrechte der Richter/ qui ibi ſupremam juriſdictionem obtinet: iode patibula compedes & id genus alia, quæ ad judicium ſunt neceſſaria, parare ac conſervare cogitur. 26

Das aber dem Richter gebühre/ die Güter Jahr vnd Tag nachzuhegen/ ob ſich ein Erbe fünde/ *notatur in Art. 28. lib. 1.* Landr. *& ibi in addi. latina lit. P. vide gl. in Art. 59.* Weichbild. 27

10. Bona, quæ ut ab indignis legibus auferuntur, (*de quib. in ff. & C. titulis de his, quib. ut indign.*) & fiſco applicantur: *l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de in offi. teſta.* Bal & Alvoro. *in d. titu: quæ ſunt regalia:* alſo nimbt der fiſcus der vnehrliche Erbe/ *gl. 1. in Art. 28. lib. 1.* Landr. 28

11. Bona contrahentium inceſtas nuptias confiſcantur, & pertineot ad regalia: *tenet textus,* Alvor & Bald. *in d. titu. quæ ſunt regalia: facit tex. l. qui contra, Authen inceſtus. C. de inceſtis nuptijs. Idem dicunt Dd. de eo, qui committit inceſtum ſine nuptijs* Imò, quòd majus ſit delictum, dicit Alvoro, *in d. titu.* Quando autem, & inter quas perſonas dicatur committi inceſtus, *habetur per gloſſ. in Authen. de inceſtis* 29

inceſtis nuptijs,in prin. vide ea, quæ notavi ſupr. in l.a.verſi.de inceſtu.

30 12. Bona proſcriptorum & damnatorum quatenus ad fiſcum deveniant, de jure communi,in Authen. bona damnatorum.C. de bo. proſcripto.ſeu damnato. ¶ Et bona eorum,qui ſibi mortem conſciverunt, quatenus deveniant ad fiſcum, habetur in titu.C.de bonis eorum,qui ſibi mortem conſcive.

31 Sed quid juris de jure Saxonico, de proſcriptorum bonis,ex tex.& notatur in addi.& gloſſ.Arti.38.lib.1.Land Recht. gloſſ.penul. Arti.ultimo.lib.1 Land Recht,

32 De bonis damnatorum & eorum, qui ſibi mortem conſciverunt,habetur in Arti.31. lib.2.Land Recht. per diſtinctiones, quatenus pertineant eorum bona ad fiſcum, vel cedant hæredibus.Et bona committentium crimen læſæ majeſtatis, quòd pertineant ad fiſcum, & ſic ad regalia, eſt tex. in l.quiſquis, C.ad Iul. majeſta,notavi ſuprà in litera M.verſi.de majeſt. & de bonorũ confiſcatione ſeu publicatione, notavi quædam ſup.in lit.B.verſ.de bonorũ publica.ſeu confiſcatio.& vide Alvoro.in tit. de pace tenenda,§.ſi.verò pacis, verſi,oppono,quod imo : in uſib.feudo.

33 13. Præſtationes angariarum,vel parangariarum, quod pertineant ad regalia, dicit tex.in d. titu.quæ ſunt regal. ¶ Eſt autem angaria onus merè perſonale, videlicet,ut quis ſerviat cum perſona, ipſi imperatori tranſeunti, per loca, cum expeditione & expenſis Imperatoris.

34 Parangaria eſt onus mixtum, ſcilicet, ut ſerviat cum perſona expenſis proprijs,vel quod etiam ſolvat pecuniam, ultra ſervitia perſonalia : Alvor.in d. tit verſi. ibi angariarum, & habetur de his in l.neminem C. de SS. Eccleſ.

35 14. Præſtationes plauſtrorum & navium, in portandis armis & alijs rebus, ad expeditionem neceſſarijs,tex.& ibi Alvoro.in d tit. quæ ſunt rega.per l.neminem,C. de SS. Eccleſijs.

Sed quod aliqui iſtas præſtationes habeant gratis aliqui ſint immunes ab illis, ¶ Fiſcus autem debeat dare precium, notat Alvor. ibidem verſi.ibi præſtationes, per argumen. gloſſ.l.ſi locus, ff. quemadmodum. ſervi. amitta.

36 15. Impoſitio collectarũ extra ordinariarum pro defenſione Imperij cenſetur inter regalia, quæ ſoli Imperatori licet imponere per ſuum reſcriptum : ut probatur in l. unica, C.de ſuper indictis,lib.10.tex.eſt in d.tit.quæ ſunt rega.& ibi Alvoro.

37 An autem Eccleſiæ vel poſſeſſores rerum Eccleſiaſticarum, ab eiuſmodi collectis ſint immunes, vide conſ.Henning. Goden inter conſi.de regalib. conſ 9.de collectis. & Sylva in conſi.73. lib.2.notavi ſuprà in lit.C. verſi. de collectarum ſolutionibus & actionibus: conſuluit & docuit Weſenb.in conſi.27.par.1. quia poſſit collectas imponere, nempè princeps: & quibus caſibus inferior à principe,num.25.& 26. Weſenb.in conſil.45.num.1. & in alijs multis ſequentib.

Sed in hac materia impoſitionis onerum, collectarum & angariarum, quærendum venit,qualiter acquirantur ? & reſpondetur,quod quatuor modis : primò privilegio habentis poteſtatem concedendi tale privilegium : de iſto privilegio notant omnes in Rubrica,C.de vectig.nova inſti.non poſſ.gloſſ. in l.forma,§.ſi vero quis agrum, ff. de cenſibus, & de iſto privilegio, conſuluit Decian.in conſil. 41.volu.2.uſq; ad num 88. examinando privilegij & clauſularum eius materiam bene: ſecundò iſtud ius collectandi acquiritur ex conventione & aſſenſu iſtorum ſubditorum: de iſto modo loquitur tex.in l. ulti.§. præterea, ff.de mune.& honorib.& docuit optima D.Decianus in d.conſ.41.à nu.8.9.uſq; ad nume. 100. & ibi habes de tacita inter dominum & ſubditos contracta conventione. 3.conſuetudine.d. Dec. in d. conſi à n.101.uſq; ad n.110. 4.præſcriptione : à num.111.uſq; ad finem,ibi habes bona de præſcriptione. 38

16. Etiam poteſtas conſtituẽdorum magiſtratuum, ad juſtitiam expediendam, pertinet ad regalia : tex in d tit.quæ ſunt rega. & notatur in Authen. de defenſo. civita. coll.3. per totum. 39

Nam omnis iuriſdictio & diſtrictus apud principem eſt. Et omnes à principe adminiſtrationem accipere debent, & iuramentum præſtare, quale à lege conſtitutum eſt : prout notatur in tit.de pace juramen.firmanda,§.iudices,in gl incipiente. Et ita notat in uſibus feudo.& in d §.iudices dicunt Bal. & Alvoro. quod de iure ſic debeat fieri confirmat. magiſtrat.

Sed dicunt quòd de conſuetudine nõ obſervetur in regis civitatibus,quæ habent ſua regimina & merum imperiũ,ſicut olim præſides : per gl l.fina.C.de præſcrip longi temporis. Dixi aliqua ſuprà in litera I.verſ. de juriſdict. 40

17. Creare tabelliones an ſit de regalibus, quòd ſoli principi,vel ei, cui conceſſit, competat,quærit Alvoro.in d. titu. quæ ſunt regal. & dicit ſecundùm Barto.in l. nec ei, §. eorum, in fin.ff.de adoptio.quod etiam magiſtratus poſſit conſtituere,ſed eius officium ſe non extẽdere,ultra iſtius magiſtratus territorium vel juriſdictionem : Barto.in allegato loco, notavi ſuprà in litera N.verſic.de notario. 41

18. Auri & argenti fodinæ pertinent ad regalia : prout.eſt text.in d.tit.quæ ſunt rega.ideò non niſi ad Imperatorem vel regem ſpectat, niſi ſpecialiter alij ſint inveſtiti, iſto caſu tranſit utile dominium ad inveſtitum manente directo apud inveſtientem : Henning. 42

Goden

Göden *in conſ.1.de auri & argenti fodinis*, Weſenb. *inconſi.45 part.1.nu.24.*

43 Decima ſempar ſpectat ad ſuperiorem, & quando foditur in fundo privato, dotus domioo loci pro ſuo intareſſe: *l 1.l.cunctis, & l.per annos*, C.*de metalla.& c.lib.11.* Tamen ſemper circa hæc metallica reſpiciendum eſſe ad conſuetudinem, *eſt textus in l.ob metallicum*, C.*eo.tit.lib.11.* nota, quòd meralla collecta plerumq; ſolent vendi fiſco. der Obrigkeit wil gemeiniglich den Silber oder vorkauff haben: *l.1.in fin.C.d.tit.lib.11.vide* Alvoro. *in d.tit.quæ ſunt regal. verſ. ibi argentariæ.*

44 Et vida quinq; conſilia pulcherrima Henning. Göden metallaria, *de auri & argenti fodinis. Item* Weſenb: *in conſi.60.par.2.in jure Saxonico, vide tex gloſſam additio. & Apoſtillas, Arti.35.lib.1.* Land-Recht.

45 Quatenus ex inveſtitura vel conceſſione fodinæ metallicæ pertineant ad Vaſallum, etiam ſine decimæ ſolutione, vel non, & quid iuris in vilioris metolli fodiois, ao pertineont ad regalia, *vide, qua conſuluit* Mynſ. *in reſp.ſuo 40 per tot.*

19. Omnes inſulæ principis ſunt: declarat Bol. *in tit.quæ ſunt regal. in uſib feudor.*

46 20. Et palatia ſunt de regalibus ſecundùm tex. *d.titu.quæ ſunt rega.* Bald. *ibi declarat de palatijs deputatis in civitatib.pro iuſticia exbiben.* Alvoro. *addit*, quòd etiam intelligatur de domibus, quos principes habent in civitatibus: quærit hîc Alvoro. an per oon uſum palatio præſcribontur? Reſpondet, quòd non.

47 21. Reditus conſuetos vel vectigal piſcationum: in quibus tamen piſcationibus attendi conſuetudinem, dicit Alvoro. *per jura in d.titu.quæ ſunt regal.* & licèt flumioa publica ſint communia, tamen protectiones & iuriſdictiones eorum ſpectant ad principem: Alvoro. *cum textu, notavi ſup. in hoc verſic.de flumine publico.*

48 22. Item, Reditus ſalinorum publicarum ſpectont ad regalia: *tex. & Alvoro. in titul. dicto.* Sed ſicut in ſoperioribus, ita & in his, ſpectari & attendi conſuetudioem, voluit Alvoro. *ibidem ſecundùm* Andr. de Yſernia, *vide pulcherrimum conſil.* Henning. Göden *de Salinis Halleuſium ſcriptum, conſil. 6. de regalibus, de ſalinis inſcriptum*, Mynſinge. *in reſponſo ſuo 4b.num.8*

49 Theſauri in terris raconditi, quatenus & quando pro rationa terræ & modo inventionis pro porte, vel in totum pertineant ad regalio, *dicit* Alvoro. *in d.titu.quod ſunt regal. verſ.ibi Theſauri.& ibidem notavit, de iſta materia bona. Concordant jura Saxonica cum jure civili, prout declaravit gloſ.1.Art.35.lib.1.* Land-Recht, *nota. in §. Theſaurus, Inſti.de rerum diviſio.* Das aber der textus, *Arti. 35.* alleine von Bergwerck und Ertz zuverſtehen ſey/non etiam de Theſauris reconditis, *declaratur in Conſtit. Elect. Saxo. Arti.23.parti 2.* Unnd darumb wird daſelbſt geordnet / das durch das Sachſen-Recht/die diſtinction der gemeinen Rechte nicht auffgehoben/ſondern nach denſelben ſol geſprochen werden.

De regaliorum diviſiona & cauſæ continentia, & an diviſo territorio, intelligentur etiom diviſa regalia, conſuluit (*quod non*) Weſenbec. *in conſil.32. parte.1.Et ibi invenies*, in qua diſpoſitione regalia cenſeantur eſſe comprahenſa. 50

De pluribus alijs, quæ ſpectent ad ſolum Imperatorem, & ſic pertineant ad regalia, notavit remiſsivè d.Alvoro. *in d.text. quæ regal. circa finem, verſi.ultimò ad materiam.* 51

De regaliorum acquiſitione, & de multis alijs bonis in iſto matorio, *vida* Weſenb. *in inconſil 45.parte.1.* 52

De regalibus *Papæ* vide Specul. in titu. de legato, *§. nunc oſtendendum, inſcrip quæ ſint legato interdicta, & ſoli ſedi Apoſtolicæ reſervata.* 53

De Regimine civitatis, vel directius Reipublicæ, *notavi ſuprà in litera G. verſi de gubernatoribus.* 54

Petr.Greg. de Repub.lib.3.c.4.n.6. Andr. Knich. *in privil.*Duc.*Saxo.c.5.fol 223.*

Rex regalia noo poteſt alienare in præjudicium ſucceſſoris: Seboſt. Med. *rip. nu. 178.fol.207.* Marſil. *de bannit.verb.alienata, nu. 119.* Unde non poteſt aliquam civitatem regni alienare: *ibid.lim.* ita ſi minima res imperij donaretur: *ibid.* item ſi eſſet donatio remuneratoria: *ibid.* itam ſi donaret Eccleſiæ *ibid.* ¶ Jura regni quæ ad regiam dignitatem pertinent, non poſſunt alienari: ex quo ſunt potius regni quàm ragis: Saraph. *privil. 75.num.45.fol.467.lim.* niſi modicum afferet præjudicium regno: *ibid.* & princeps multa ſibi reſervat in ſignum ſupremæ autoritatis, quæ non præſumitur vella alienara, niſi exprimantur: *ibid. n. 46.* ¶ Regalia tempore immemoriali præſcribuntur: Pruckm. *§. ſolum poteſtas, ff. 7.nat.contract.n.111.fol. 608.* 55

Cõceſsis regalibus ipſi baroni, quid intelligatur conceſſum, Vivius *deciſ.208.* ¶ Ambulans per viam inſolitam, arguit ſuſpicionem, & tanetur, ſi damnum aliquod amergit: Vivius *deciſ.190.lib.1.* Knich. *d. lo. fol. 138. Item de flum.publ.fol.135.* 56

Vectigal ubi ſolvitur, dominus tenetur de damno in territorio dator. Marſil. *de bannit.verb.villis, numer. 8. 10. 11.* ita. Knich. *d. lo. col.de proceſſ.execut.p.1.c.2.n.196. & ſeqq.* Geyl. *obſerv.64.lib.2.* & ad plura obligatur: Petr. Greg. in Syntag *iur.lib 1.c.2.idem de repub.lib. 1.c.9. nu.13.14.* 57

Tributi ſolutio eſt ſignum ſubjectionis; Petr. Greg. *de Repub.lib.3.c.4.n.15.* ¶ Vectigal an 58

gal an etiam ſolvendum pro qualibet re ad uſum proprium, Guid. Papæ *deciſ.4.* reguleriter non: Seraphin: *priv. jur. 15.* ubi, quod rea ad proprium pertineat uſum, probatur juramento: *ibid.*

58 Quamvis bona ſint exemta à ſolutione gabellarum, & ſic privilegiata, tamen ſemper debet adiri datiarius, ne bona incidant in commiſſum: Vivius *deciſ. 156. lib. 2.*

59 Subhaſtatio requiritur in venditione gabellarum: & quando ultimus licitator priorem repellat, Vivius *deciſ. 359. lib. 2.*

60 Quando Imperator novum regem conſtituit, vel ducem, marchionem comitem creat, hinc enim etſi ſpecialis regaliorum non ſit mentio, pariter tamen cum nova illa dignitate in conſequentiam eiusdem conceſſa eſſe, communis habet opinio: Gaſpar Valaſcus *in l. imperium n. 228. ff. de juriſdict. omnium judicum ff.* Frid. Pruchman *c. 5. in rubr. de regalibus n. 34.* Jacob. de S. Georgio *tr. de feud. verb. dux nu. 4.* Bertach. *tr. gabell. p. 1. n. 3.* Boſſius *tr. de regal. n. 3. & n. 5.*

61 Regalia etiam maiora conceſſa videntur, ſi regalia generaliter conceſſa ſunt, is vero cui conceſsio facta eſt maioribus quoq; diu patiente illo qui conceſſerat uſus ſit: D. Pruchman *in allegato loco n. 54.*

62 Regalia in generali conceſsione continentur, ſi feudum quod emitur pro eoq; tantum pendatur pretium, quod regalibus non connumeratis dimidium iuſti pretij excederet: Tiraquel. *V. R. p. 1. §. 1. gl. 18. nu. 19.* Alexand. *conſ. 221. n. 6. lib. 6.* Bald. *ad. l. Libertis n. 34. in fin. C. oper. libertor.* D. Pruchmannus *allegato loco n. 61.*

63 Si concedens utatur in conceſsione verbis geminatis aut pugnantibus, puta ſi dicatur concedimus caſtrũ cum omnibus & ſingulis & quibuſcunq; iuribus eius, tunc comprehenſa cenſentur regalia: Late D. Pruchmannus *in precitato loco n. 76.*

64 Regalia acquiruntur ſpacio eius temporis, cuius in contrarium memoria non eſt, & principis ſcientia tunc non eſt neceſſaria; Gravetta *tra. antiqu. tempor. p. 4. §. 1. nu 14.* Burſatus *conſil. 160. n. 61.* Pruchmannus *allegato loco n. 95.* Man. *conſ. 61. n. 9. & 10.* Clau. de Seyſell. *ſpecu. feud. rubr. qui feud. dare poſſunt §. 2. verſ. poſſent tamen aliqui* Cacher. *dec. 101. n. 14.* Tiber. Dec. *conſ. 24. n. 112. vol. 1. conſ. 108. n. 6. volu. 3.* Alexan. *conſil. 6. n. 4. vol. 1. conſil. 19. nu. 18. vol. 6.* Anton. Gabr. Roman. *celeb. concl. 1. nu. 6.* Covarruv. *c. poſſeſſor p. 2. §. 8. nu. 4.* Sapia *num. 229.* Valaſcus *nu. 125. ad l. Imperium ff. de juriſdict.* Vasqu. *illuſtr. controverſ. c. 78. n. 4. & 82.* Albertus Brunus *conſ. 36. n. 4.* *Catellan. Cotta in memorab. verb. exemptus.*

65 Quando regalia præſcribuntur contra privatos tunc temporis longævitas non requiritur, ſed quadraginta annorum curſus ſatis eſt: D. Pruchmannus *allegato loco n. 117.* Cravetta *conſil. 54. num. 8. l. ex Licitatio. §. fin. ff. public. & vectigalib.*

Princeps regalia non privative ſed cumulative concedere poteſt, ita ut quocunque modo alij regalia indulgeat, maior tamen penes principem relinquatur regaliorum poteſtas: *c. dudum §. nos igitur de præbendis lib. 6.* Rolandus à Valle *conſ. 1. n. 138. volu. 2.* Pruchman *n. 94.* Caccialupus *in l. cunctos populos n. 12. C. de ſumma Trinitate.* 66

Epiſcopis & alijs prælatis Eccleſiaſticis regalia non competunt, eo vero reſpectu, quo principes & ſtatus ſunt imperij, ijs concedi poteſt. D. Frid. Pruchman. *in rubr. quæ ſunt regalia c. 4. n. 39.* 67

An caſtro in feudum dato cum omnibus iuribus, principis regalia etiam cõprehendantur? Diſting. eſt, nam eo caſu, quo princeps in caſtro conceſſo alia præter regalia, habet iura non cenſentur conceſſa regalia ſecus eſt quando alia præter regalia iura in caſtro in feudum dato, principi non adſunt: Deinde etiam diſtingui poteſt inter maiora & minora regalia tunc facilius conceduntur, ſecus eſt in illis: Molineus *in conſuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 53.* Roland. à Valle *conſ. 4. n. 46. volu. 3.* Boſſ. *in tract. de regal. nu. 25.* Martin. Laudens. *de princip. concl. 115.* Jacob. de S. Georg. *tr. de feud. verb. de caſtro* D. Pruchmannus *in rubr. de regalib. c. 5. n. 46.* Cravetta, *conſ. 294. nu. 2.* Cephal. *conſ. 150. n. 11. lib. 2. & conſ. 516. n. 20. vol. 4.* 68

In conceſsione, quæ ſit per verba generalia, regalia non cenſentur incluſa: Grammatt. *deciſ. 59. n. 15.* Sichardus *ad l. quoties p. 9. C. famil. Erciſcundæ* Molin. *in conſuetud. pariſiens tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 55.* Decianus *conſ. 123. nu. 10. volum. 3.* Cephal. *conſil. 418. n. 51. vol. 1.* Burſatus *conſil. 190. n. 2. vol. 2.* 69

An princeps regalia conceſſa etiam abſque cauſa revocare poſsit? Affi. quia privilegia conceſſa à principe gratuito ſola eius voluntate, haud conſentiente privilegiato revocari poſſunt, quod tamen limita in privilegiis aut regalibus conceſsis propter bene merita, Bartol. *l. hoſtes n. 4. ff. captiv. & poſt limin. reverſis.* Catellan. Cotta. *in memorab. verb. exemptus col. 1.* D. Pruchmannus *de regalib. c. fin. numer. 2.* Boſsius *de regalib. numer. 27.* Roland. à Valle *conſil. 66. numer. 8. volum. 2. per text. l. ſi quis in princip. teſtam. ff. legat. 3. l. qui fundos C. Omn. agr. deſert. lib. 11.* Caccialupus *l. omnes populi numer. 107. ff. Inſt. & jure Afflictis deciſ. 128. numer. 10.* 70

Regalia

71 Regalia poſsidens, qui habet præſum-
ptionem juris contra ſe, debet probare ſuum
titulum: M.Anton.Peregrio.*conſ.102.num.8.*
volum.2.

In generali conceſsione non regalia ve-
72 niunt, niſi mero imperio ipſo jure inſint, a.
niſi exprimantur & generalis clauſula adij-
ciatur, tunc extenditur ad ſimilia, 3. ſi con-
ceſsio nihil aliud contineret, quam verba
naturam regaliorum explicantia, ſed tunc
in dubio minora intelliguntur, 4 ſi onus nõ
niſi de regalibus expediri poſsit: Caldas Pe-
reira *obſervt.78.lib.2.*

73 Regalia majora, ut legitimare, notari-
os creare, imperator cumulative concedit,
minora quorum uſus eſt in fructu ut vecti-
galia, piſcationes, privative tantum: Cæſar.
Damatus a Fogueras.*deciſ.129.n.120.cum ſequ.*
lib.2.deciſ regni Granatæ

Ea quæ ius ſuperioritatis extingount,
74 ut quod nõ liceat ad imperatorẽ appellare,
non præſcribuntur, minora ut cætera rega-
lia præſcribi poſſũt immemoriali tẽpore, nã
tunc inſtar privilegij ſunt: *item d. deciſ. 120.*
num.242.

Armanda aut eſt vectigal ex armentis
75 animalium aut armamẽtũ publicum *idem*
d.deciſ.132.

76 Argentifodinæ non referuntur inter
regalia, ſed repertis argentifodinis decima
pars ſolvi debet, quæ inter regalia refertur:
Petr.Salaſa rex *deciſ 99.lib.3.*

Inter regalia refertur, quod Princeps
77 metallarijs permittat ius inveſtigandi metal-
la, in alieno fundo, etiam invito domino,
maxime ſi non inferatur damnum ſuperfi-
ciei terræ, imò ſimpliciter inveſtiri de me-
tallo fodiẽdo, in alieno fundo invito do-
mino perſcrutari poſſunt, ſed domino fun-
di, ſicut fiſco decima portio debetur, ſi in
fundo principis ſcrutatores inveniant me-
tallum duas decimas perſolvere tenentur:
Dominus autem fundi ſi ipſe velit inquire-
re, præfertur: Georg.Gabedo *deciſ.129.nu.31.*
cum ſequ. lib.1.

78 Cur regalia a rege nomen habeant?
Reſp. quia in jure feudali potius regis quam
imperatoris fit mentio. 5. Quia regi creato
ſtatim ipſo jure inſunt & competunt: *idem*
d.deciſ.nũ 67.cum ſequ.

Regalia maiora ſunt reges, duces, no-
79 biles, notarios comites palatinos creare, le-
gitimare, famæ reſtituere, legem universa-
lem condere; veniam ætatis dare. Regalia
minora magis in fructu ſunt ut cudere mo-
netam, magiſtratum conſtituere etiam ad
maiora regalia pertinet: Caldas Pereira *obſ.*
78 lib. 3.

80 Si quis inveſtitus fuerit de ducatu,
non conſequitur regalia maiora, nam omnes
in Germania principes & duces Germaniæ
nõ poſſe Academias inſtituere ſine conſenſu
Imperatoris, itẽ præfectus prætorio nunquã
eandem poteſtatem habuit quam Princeps,
Eleganter Roſenthal de feudis. & in tracta-
tu de regalibus.

In generali conceſsione veniunt etiam 81
regalia, ſi concedens in illo caſtro aut terri-
torio, nihil aliud habeat quam regalia: An-
ton.Ayerve de Ayora *lib.ſing.coll.forens c.7.*

Fiſcum habere eſt de regalibus princi- 82
pis: Georg. Cabedo *deciſ 7.n.19.lib.3.*

Regalia non poſsideri poſſunt abſque 83
ſpeciali conceſsione & titulo, & non proban-
tur niſi per conceſsionem, aut privilegium
aut præſcriptionẽ legitimam: Ferran. Gao-
guar *conſ.125.n.13. lib.1.*

Princeps nullo modo poteſt concedere 84
regalia in præiudicium ſucceſſorum: Ozaſ-
cus *deciſ.101.n.13.*

REGULA.

Quid ſit Regula, quid per eam tractetur, 1
& quando perdat officium, *habetur in*
tex.l.1. & ibi notat. Decius, *ff. de regulis juris.*
Nota: in caſibus non determinatis, funda-
tam habet intentionem ille, qui habet regu-
lam pro ſe: *gloſſ. in l.omnis diffinitio. ff. de reg.*
juris, & in rubrica ea. tit. in 6. & ideo dicit Bar-
to. *in l. quoties, ff. ſi quis cautio. quod res dicatur*
certa eſſe pro eo, qui habet regulam pro ſe. Ele-
gans habetur ſingula. 19. incip. nota, quod ſenten-
tia Matth. de Matheſil. & *pulcherrima ad-*
duxit Gabriel de Sarat. *in additione:* & ibi præ-
cipue notant, quod ſententia contra regulam
iuris lata, regulariter ſit nulla: Decianus *in*
conſil.55.nu 8.vol.1.

Limitationes non debent operari de- 2
ſtructionem regulæ: *Knich d.lo.c.8 fol.210. &*
fol.112.

Regulam non fallere, ſi æquitas videa- 3
tur, ineptum eſt: tex. *& ibi. gloſſ. in Auth. ut*
ſine prob. matri. debit. in prin.

Regulæ iuris ſunt tenaces, & ab eis 4
nõ eſt recedendum, niſi contrarium expreſ-
ſe reperiatur in iure: & dicens contra regu-
lam, debet hoc probare: *l. ab ea parte, ff. de*
prob. c. ad Decimas, de reſtit. ſpoliat. lib. 6. Bald.
ita dixit in l.1. verſ quid de Deportat. C. de hered.
inſt & in l tutor, C de ſer. pig. dat. ma. Johan. de
Mont.Ferrat. *in l.1. in princ. 8. colum. ibi, quinto*
poteſt ſic argui, De verbor. oblig at.

Regula

5 Regula, quæ habet limitationem alioquin bonam, tamen ſi talis limitatio habuerit aliam qualitatem adiectam, tanquam exorbitans, tunc non habebit locum. Hoc probatur in c. ſtatutum, de Elect. *lib. 6.* volens, quòd c. licèt canon, quod loquitur in Eccleſi parrochiali, non extendatur ad Eccleſiam parrochialem, quæ habet aliam qualitatem annexam: ut puta, quia eſt etiam collegiata: hanc concluſionem voluit etiam Soc. *in Rubr. de verb. oblig. col. 15. ubi præterea. & tertiò regula eſt:*

6 Standum eſt regulæ, niſi exceptio lege probetur: *c. ad Decimas, in fin. de reſtit. ſpoliat, in 6 & in l. ſuus quoq;, verſ. puto. ff. de hered. inſtit.* Bald. *in l. ſi tutor, in fin C. de ſerv pign. dat. ma. vide* Iaſ *in l fin. in 3. col. C. de Teſtam.*

7 Pro regula præſumitur: *ut gloſſ. in l. omnis definitio, de Reg. iur & in Rubr. eod. tit. lib. 6.*

¶ Et ſecundum regulam pronunciandum eſt, in contrarium probetur: *ita* Bald. *in c. 1. in 2 col. de alien. iudic. mut. cauſ. fact & Bald. in l. ſi tutor, in fin. C. de ſerv com. man. de hoc vide* Dec *conſ. 142 vol. 1. & pro tenni.*

8 Sic etiam is, qui dicit eſſe fallentiam ad Regulam, debet eam probare: *Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, in 1. col. refert* Jalon *in l. qui ſe pa ris, in 28 coll. C. unde liber.*

9 De hac materia ipſius regulæ, vide pulcerrime & pleniſsimè Nicol. Euerhard, *in aur. ſuo libell. de locis legalibus, in loc. 3. cui titu. eſt de Exceptione ad regulam, col. 29.* ubi omnia in hac materia cumulata, & ita ordine ſingula diligentiſsimè, & ad amuſsim congeſta habes, ut nihil reliquum deſiderare poſsis.

10 Regulam exempla non reſtringunt, ſed declarant: *vide ſuprà in verb. exemplum.*

REITERATIO

1 DE legitimando, ſecundò legitimando: de baptizato, ſecundò non baptizando: & de adoptato, ſecondò non adoptando: de excommunicato, iterum excommunicãdo: de inſtituto in beneficio, iterum inſtituendo: & de limitibus, conſuluit Decia. *in conſil. 49. volum. 2. num. 38.* Fictionis fictio non conceditur: Cyn. *in l. ſi nondum. C. de furtis:* Servitutis ſervitus non datur: *l. 1. ff. de uſufruct. lega.*

Fideiuſſor fideiuſſoris, beneficium epiſtolæ divi Adriani non habet: *l. ſi plures, §. fin. ff. de fideiuſſo.* Sic etiam fructus fructuum non dantur: *l. videamus, in fin. prin. ff. de uſuris.* Tacitum taciti non datur: *notant. Dd. in l. ſi quid ff. ſi certè petu.* Uſuræ uſurarum non dantur: *l. improbum, C. ex quibus cauſ. infa. irroga.* Sic pariter vicarius vicarij non datur: *c. Clericus, & ibi Rubr. de officio. vicar.* Mutua petitio contra mutuam petitionẽ non conceditur: Specul. *in titu. de reconven. §. nunc dicamus, in fin.* Delegatus non poteſt alium delegare: *l. 1. ubi omne, ff de offic. eius cui manda. eſt iuriſ.*

Decimæ decimarum non poſſunt conſtitui: Abbas *in c. 2. in fin. de deli.* ratio eſt, quia ſpecialia, maximè pœnalia, non ſunt multiplicanda: Decia. *declamt. in conſil. 49. vol. 2. nu. 47.* 3

RELATIO

COnfirmatum, vel aliud factum per relationem ad aliud, dicitur ſpecificè & clarè factum: *vide* Barto. *in conſi. 196. incip. civitati Camerenſi, in 2. colum. in verſ. ſuper quarto.* In teſte & notario quid iuris, qui ſe referunt ad priùs dicta & ſcripta, *(Utrumq; admittitur, quanquam teſtis à iudice cogi poſsit, ut ad articulos propoſitos disertè reſpondeat.) vide* Geyl. *in obſ. 104. lib obſ. Camp. Imp.* 1

Contractus habens relationem ad alium perficiendum, nunquam perfectus dicitur, ſed conficiendus tantùm attenditur, Decian. *in conſil. 36. volum. numer. 5.* Paul *de Caſtro, in l. cum res C. de proba.* declarat ſic: quotidie contingit, quod partes faciant contractum venditionis coram teſtibus de aliqua re pro tanto pretio & utraque pars quidē conſenſit, ſed agitur, quod debeat fieri ſolenne inſtrumentum, quod non dicitur ultima venditio perfecta, & poterant partes pœnitere: & qui ſibi reſervat teſtamenti factionem ſuper iſto, quod teſtatus eſt coram teſtibus, non dicitur teſtatus deceſsiſſe: habetur *in l. is qui, & in l. ex ea, ff. de teſtamen. & in alijs ibi per* Decian. ¶ Relatio facta ad inſtrumentum nullum, nullius eſt operationis: *Bald. in l. 2. C. de erro a duo.* Decian. *conſil. 7. nu. 92. volu. 1. conſil. 91. numer. 30. vol. 3.* 2

Relatum eſt in referente: vide Medic. *de reg. iur. habes in tr. reg.* ¶ Inſtrumentum faciens mentionem de alio inſtrumento, regulariter non probat abſq; relati productione: (niſi reſerens referat ſe ad aliud cum clara facti narratione, quod continetur in inſtrumento relato vel principali: Coler. *p. 3 c. 1. numer. 50. 53. & ſeq. & numer 44. & ſeq.*) nam relativum nil probat, quando de relato non apparet: Raud. *de analog. lib. 1. cap 18. numer. 38.* 3

Clauſula in fine poſita, ad omnia præcedentia refertur: Gabr *concl. de clauſ. 9.* 4

De clauſula, ut ſuprà, vide Raud. *de analog. lib. 1. c. 15. num. 87. & 296.* ubi eius importantia, & *num. 304. & num. 326. & ſeq.* ubi remiſsive de clauſulæ huius vel ſimilis reſtrictione: *Vide tr. reg. regula, relatum eſt in referente ſecund.* Medic. *ut ibi.* 5

Unũ relatiuum, præſupponit ſeu dat intellige- 6

telligere aliud : *Dd. in l. generaliter, in §. cum autem, per illum tex. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condi. factis, & in l. legem Iuliam, C. de indic. viduita.* & ideo ſic dicimus, talis res non ſua, puta Titij, præſupponimus illam eſſe alienam. Ex quo inferunt Dd. quòd ſtante ſtatuto, quod ſi quis per vim arripuerit filium non ſuum, capite puniatur; quod ſi quis rapuerit filium carentem patre, & ſic non alienum, non incidit in pœnam ſtatuti : *per jam ſup. dicta; notavit* Hippo. de Marſi. *in ſingula ſuo 308. incip. dicunt Dd.*

7 De relativo, referente & relato, *vide* Alex. *in conſil. 3. volum. 3. verſic. ita ergo, volum. 3.* Bald. Barto. *& alios Dd. in l. 1, C. de ſumma trinit. & fide catho.*

8 Nota : quando indefinita refert ſe ad aliam diſpoſitionem, omnia quæ in diſpoſitione ad quam fit relatio continentur, dicuntur propriè contineri in ipſa indefinita referente : Aretin. *in l. ſervi electionem, §. 1. ff. de lega 1.* & expreſsim nominari verè dicitur in referente id, quòd expreſſum & nominatum eſt in relato: *l. aſſe toto, ff. de hære. inſtit.* Decian. *in conſi. 56. volum. 2. n. 11. 1*[illegible] *& 13.* Relatum dicitur in referente & pars ipſius: *l. ait prætor, §. ſi judex, ff. de re judica.* ¶ De relatione nuncij, de citationis executione, *vide quæ notavi ſupr. in lit. C. verſi. de citatione.*

9 Relativum, quis, qui; vel ſimile, cuius importantiæ ſit, Marſil. *de bannis. verb. cuius, per totum.*

10 Relatio ſemper eſt facienda ad proxima: *l. ſi ſervus plurium, §. fin. de leg. 1. l. ſervum, filij, de leg. 1. l. hæredes. §. ſed ſi notam, de teſta. Hoc tex. ad hoc allegat gloſ. in §. æquè, in verb. ſed iſte, Inſt. de Act.*

11 Relatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus : & quando diſpoſitio dicatur habere locum, licèt non reperiatur illud, ad quod fit Relatio, Dec. *conſi. 325. volu. 2. in caſu propoſito: idem* Dec. *conſi. 73. volum. 1. in 1. colu.* ¶ Quando unum refertur ad aliud, ſecundùm illud debet intelligi: *l. aſſe toto, de hær. inſt. ita* Bartol. *ad hoc allegat illum tex. in l. ſtipulationes non dividuntur, in 7. q. circa medium, de verb. oblig. l. inſtitutio talis, de cond. inſtitu. vide poſt gloſ.* Bartol. *& maximè* Moder. *in l. petens, C. de pact. circa primum intellectum illius legis, vide pulchrè* Zaſ. *in l. præſes, colum. 115. de re judic.*

12 Et relatio facta ad teſtamentum regulatur ſecundum id, quod in teſtamento continetur, licèt aliud dictum fuiſſet : Dec. *conſi. 63. volum. 1.* ¶ In uno correlativo ſtatutum cenſetur ſtatutum in reliquo: Jaſo. *in l. unum, in 5. colum. ſi cert. petat. & in l. fin. C. de jud. vid. toll. & in l. ſancimus, in 2. col. C. de jud.*

13 Fallit hoc tamen, niſi diverſa ratio reddi poſsit, quia tunc illa regula non procedit Jaſo. *in l. tranſigere, ſuper gloſ. magn. in princ. in 3. colum. in fin. C. de Tranſact. Vide pulchrè de hac limitatione, & eam bene declarantem,* Franciſ. Curt. *in conſi. 6. fol. 75. colum. 3. vide* Gor. *in l. imperium, lect. 2. de iuriſd. omn. iudic. vide de hoc* Abb *in c. 1. de locat.* Carol. *in l. 1. de acq. poſſeſ.* ¶ Prædicta regula etiam locum habet in pœnalibus : Alex. & Iaſon. *in l. ſi prius, in 7. q.* Bartol. *de oper. nov. nunc.*

Hanc materiam correlativorum, vide latiſsimè per Iaſon. *in dict. l. fin. C. de ind. vid. toll. & in l. tranſigere in 2. colum. de Tranſact. & in Authen. quas actiones, C. de SS. Eccleſ. vide gloſſ. &* Socin. *in Rubric. ff. de acqui. poſſeſ. an frater & ſoror ſunt relativa.* 14

Et communis & vera concluſio eſt; 15 Quòd ſtatutum loquens in uno correlativo, etiamſi ſit correctorium juris communis, tamen habet locum etiam in alio : *l. fin. in princ. ubi* Barto. *& omnes, C. de iudict. vid. toll. l. 1. & ibi* Bartol. *C. de expreſſ. lib. 11.* ¶ Quod ſi ſtatutum aliquid diſponit de mulier, intelligitur etiam diſponere de viro : & *Barto. in l. 1. per illum tex. ff. quod met. cauſ.*

Quòd ſi ſtatutum diſponat de uxore, debet etiam intelligi, ut loquatur in viro, cum uxor non poſsit eſſe ſine viro. De hoc vide pulchrè Franciſ. Curt. *conſi. 6. vol. 74. colu. 1.* ubi multa de hoc egregia dicta habes : & quomodo intelligi debeat, *vide eundem eod. conſil. fol. 70. colum. 4. vide præterea etiam valde multa cumulantem in hac materia correlativorum.* Hippo. da Marſi. *in l. ſi quis viduam, numer. 14. cum multis ſeqq. ff. de quaſt.*

De hac materia correlativorum latiſſimè, & omnia ferè quæ in hac materia dici poſſunt, vide ante omnia Nicol. Everhard *in loc. legal. loco 76. cui titulus eſt, à correlativis,* ubi ad ſocietatem, quicquid voles, oſtendet 17

Relatio ad ſcriptum idem operatur quod expreſsio in ſcriptura : Anaſtaſ. German. *in Tract. de Indult. Cardinal. §. Ac irritum num. 4. alleg. L. Aſſe. ff. de hered. inſtit. l. ait prætor. §. 1. ff. de re judic. & c. cum venerabilis §. 1. de exception.* 18

Referens reſpicit relatum: Hieron. Magon. *decis. 96. num. 10.* Bertacol. *lib. 1. conſil. civil. conſil. 14. num. 24.* Franciſ. Pfeil. *cent. 2. conſil. 125. num. 17.* Reverentis nulla dicitur virtus ſine relato : Iaſ. *in l. Marcellus 3. n. 14. ff. ad S.C. Trebellian.* 19

Relatum erit in referente cum omnibus qualitatibus ſuis, ſecundùm ſubſtantiam & qualitates : Milanenſ. *lib. 2. decis. 8. num. 50.* Relatum ſi non appareat, referens nihil diſponit : Pariſ. *vol. 1. conſil. 35. num. 6.* 20

Relatio facienda eſt ad proxima: M. Anton. Peregrin. *conſil. 64. volum. 2. numer. 2.*

Rela-

Digitized by Google

22 Relatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus antecedentibus: *idem conſ 16.n.10.vol 1.*

23 Relativum facit relationem, ac ſi per nomina propria illi fuiſſent nominati: *idem conſ.43.num.4.vol.2.*

24 Relatio non reſtringit ubi ſcriptura referens continet certam diſpoſitionem, item cum ſumus in gratioſi: M.Anton: *Peregrin. conſ.18.num.11. vol.1.*

25 Relationem perſonalem faciunt pronomina, hæc, is, illa, *e conſ.42.n.7.vol 1.*

26 Relativum quis, qui, ſine copula ſtat reſtrictivà: *conſ.38.n.3.vol.1.*

27 Pronomen ſuus à teſtatore prolatum in perſona primi gradus, & ſic in filio teſtatoris verificatur: Cæſar Barz. *deciſ.4 n.9.*

28 Pronomen ſuum in una & eadem ratione poſitum non debet diverſo jure cenſeri: Cæſar Barzius, *deciſ.161.*

29 Pronomina is, ea, ſupra dicta repetunt cum omnibus ſuis qualitatibus: Cæſar Barz. *deciſ.9. num.15.*

30 Relativum quando ad alia præcedentia referri poteſt, per quæ minus ius commune læditur, ad illa quoque eſt referendum: Cæſar *Barz. 69. n.38.*

31 Relativum Quis vel Qui, per quod aliqua qualitas demonſtratur, quæ non omnibus præcedentibus qualitatibus convenit ſed uni tantum, ad illam tantum refertur: Cæſar *Barz. decis. 69.n.40.*

32 Relativum quilibet eſt univerſale diſtributivum Cæſar *Barz. deciſ.n.18.*

33 Si inſtrumentum ad aliud ſe referat relatum etiam tranſumi debet, ſi autem non ſtatim adfuerit nihilominus primum tranſumitur, quia referens ſine relato valet in antiquis *2.* alibi poſtea relatum inveniri poteſt Rutger Rulandi de commiſſari *c.35.lib.3.*

RELEGATIO.

1 AN relegato ſimul poſſint confiſcari bona, (*Relegatorum bona iure civili non poterunt confiſcari.*) & an confiſcata cenſeantur? (*Bona damnatorum nunquam confiſcata cenſentur, niſi id expreſſè in ſententia dictum ſit,*) ſed relegato quando reſtitutio eſt facta, an ei debeantur fructus bonorum publicatorum? Reſpondet, quòd ſic, Decian. *in conſi.56.vol.2. à nu.58. uſque ad finem.*

2 Pœna relegationis, an & quare & per quos poſſit imponi aut mutari, ſuſpendi aut tolli, & an dicatur ſententia aut condemnatio, Antho. de *Butr. conſi.74.*

Bannum & relegatio in quibus conveniant & differant; *ibid. num. 2.*

Relegare & deportare, quid olim, & quid his ſucceſſerit, Menoch. *lib. 2. centur 2. c.310.* Dauth. *de teſtam. num.216, in fi. & ſeq. fol. 249. ibid. differentia.* 4

REMEDIA.

REmedium c. reintegranda 3. q. 1. quando locum habeat, *vide* Dec. *conſi.252. volum. 2. agitur cauſa magni ponderis, eundem in conſi. 502. volum. 2. & pro tenui, &* Alex. *integrum conſilium 39 volum. 2. viſo proceſſu.* 1

De illo remedio c. reintegranda, & l. ſi colonis, C. de agri. & cenſ. vide latè Alex. *conſi. 341. volum. 2. viſo & diſcuſſo, latè & pulcrè* D. Iaſo. *in l. rem qua nobis, in 4. & 5. volum. ff. de acq. poſſeſ. ubi conſilia* Alex. *adducit.* 2

Et an etiam locum habeat in laicis & rebus prophanis, item an competat pro ſpoliatione facta à iudice, *vide* Socin. *in conſ. 10. volum. 1. in 3. colum.* ¶ An in laicis locum habeat, vide etiam Alex *conſi.6. volum.3.* ubi etjam habes, quid in hoc probandum ſit. 3

Et quo tempora huic remedio præſcribatur, *vide* Corne. *conſi.18. volum. 1, per totum,* Abb. *in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpolior. &* Philip. *Dec. conſi.136. volum. 1. in fin. plenius in conſi. 57. eod. volum 1.* Remedium c. reintegranda non infamat, licet interdictum unde vi: Alex. *conſil. 6. volum. 3.* 14

Da remedio, l. diffamari, *C* de ingenu. manum. an intentando ſit adeundus iudex illius, qui attentat, an iudex adverſarii, & de materia vide Alex. *conſi. 103. volum. 5. conſideratis.* 5

Et an ille terminus ſtatutus ad agendum actori, de quo in d. l. diffamari, ſit peremptorius, *vide latè* Iaſo, *in l. fin. ff. de Feriis.* 6

De remedio, l. diffamari, *C* de ingenu. manum. vide pulcrè & latè Ange. *Inſtitu. de Except. in princ. fol 274. colum. 2. in fin.* Vbi etjam tradit formam petitionis, & concluſionis libelli ipſius rei, qui diffamatur, *vide omnino.* 7

An remedium petitorium & poſſeſſorium ſimul intentari poſſint, & quomodo iudex ſuper utraque pronunciare debeat, vide Alex. *in conſi. 218. volum. 2. in cauſa & lite, per totum.* 8

An iuramentum tollat remedium, l. 2. *C.* de reſcind. vend, Alex. *in conſi. 37. volum. 2.* Goz. *in l. 2. §. 1. lect. 20. in gloſſ. fin. ſi cert. petat.* 9

An per iuramentum ruſticus excludatur à remedio, l. 2. *C.* de reſcind. vend Item an & quando poſſit tale remedium competere, vel non? *vide* Alex. *in conſi. 269. volum. 2. viſo proceſſu cauſa principalis.* 10

De diſpoſitione
- Legis,
  - 1. *Si unquam, C. de revoc.donat.*
  - 2. *Penultima, C. depoſiti*
  - 3. *Quodam.ff.de arbitr.*
  - 4. *Confirmatur. ff. de iur.codicill.*
  - 5. *Sciant cuncti, C. de leg.tutor.*
  - 6. *Cum avus. ff. de cond & demonſt.*
  - 7. *Octavi ff. unde lib.*
  - 8. *Si quis in tantum, C. unde vi.*
  - 9. *Extat ff. quod met. cauſ.*
  - 10. *Quiſquis, C. ad l.Iul. Maieſt.*
- Authenticæ,
  - 11. *Res quæ ex comm. de leg.*
  - 12. *Sacramenta Puberum.*
  - 13. *Si qua mulier, C. ad Velleian.*
- Capituli,
  - 14. *Quia propter, de Elect.*
  - 15. *Finalis, de præſcript.*
  - 16. *Quanquam de, uſur.*

Vide in indice ſuper conſilia Du. Soc. in v. Diſpoſitio.

11 De remedio l.2.C.de pact.convent. *vide repetitionem* Lud.Goz. & Hieronym.Schurff. *in conſ. 3.* ubi deciditur, quod qui poteſt redimere, intelligatur ſaltem de uno actu denunciationis & oblationis pretii, & non ultra, *vide etiam* Philipp.Dec. *magni nominis ICtum, in conſil. 80. volum. 1. colum. 1. & 2. ubi adducit fallentiam.*

REMISSIO

1 IN quibus caſibus, & quando remiſſio malefactoris ab uno iudice ad alium ſit facienda in criminalibus, à iudice domicilii, ad iudicem delicti, vel etiam in civilibus notat Hippol.de Marſil *in practica ſua crimen, §. opportunè, à n.31. uſq. ad n.38.* Anthon Corſet. *in ſingul. ſuis, in verb. remiſſio.* Albert. de Gandi, *in tract. ſuo maleſic. in rubri. ubi puniatur delinquens, & ibi numer. 4.* dicit de caſu, quando mandatum, de delinquendo factum, ſit in uno loco, & effectus ſit ſequutus in alio loco, ubi debeat fieri executio pœnæ. *(Concludit ex Dyni ſententia, mandantem in loco mandati puniendum.)* ¶ De relegatis in Gypſum & Oaſin, quæ fuit culicibus, & muſcis grandioribus infeſta, *vide* Cuiac. *lib 8. obſervat. 27.* Gothofr. *ad l. 7. §. 4 de interd. & releg. & l. 26. C. de pœnis.*

2 De Remiſſione delinquentis vagabundi, quo caſu ſit facienda, vel non, docuit Ioan.Bern. dicit in regul. fallen. *regula.* 609. in una ampliatione, & in quatuor fallentiis.

De Remiſſione, fienda in civilibus, notavit Corſet. *in ſingula. ſua, in verb. contumacia 2.* dicens, licet in civilibus remiſſioni non ſit locus, quòd tamen propter nimiam contumaciam reus remittatur: *allegat text. ſingul. ſecundum* Bald. *in l. conſentaneum, C quomodo & quando index.* Quòd incidens quæſtio 3
ſpiritualis coram iudice ſeculari, ad iudicem ſpiritualem ſit remittenda, & interim ſuſpendatur civile iudicium, refert ſic obſervatum in Camera Mynſing *in obſerva. 100. centur. 1.* & ibi, quòd idem in quæſtione præiudiciali.

De Remiſſione damnorum, intereſſe, ſed iniuriarum per has remiſſiones, an dicatur vel intelligatur adeo eſſe remiſſum, quòd 4
in cauſa principali non poſſit quid peti ſeu vendicari, & per remiſſionem iniuriæ, an videantur damna & intereſſe remiſſa. *vide* Alexand. de Imol. *in conſil. 20. per totum, volum. 5.* Per quos actus iniuria intelligatur remiſſa, notavit Bonifac. de Vitel. *in tract. ſuo maleficio. Rubrica de iniuriis, numer 45. 46. 47. & videas, quæ notavi ſupra, in litera P. verſ. de pace inter offenſum & offendentem facta.* ibi invenies, quomodo fiat pax vel remiſſio, ita quod non poſſit quis accuſari de occiſo: *vide.*

Sed nota, quòd remiſſio iniuriæ in foro conſcientiæ, non operetur in foro contentioſo, niſi plenè ſit facta: Hippol. de Marſil. 5
in ſingula. ſuo 246. incip. remiſſio iniuriarum ibi habetur per Bald. *in c. 2. § iniuria, de pace iura. firman. in uſibus feudo.* Ludovic. Roman. *in l. 1. ff. ad Syllan.* Bartol. *in l. non ſolum, ff. de iniuriis, & in l. ſi tibi, §. 1. ff. de pactis.*

Iſta autem plenaria remiſſio exprimatur verbis: prout dixit Hippol. *in dict. ſingula. 246.* Et tenuit ibidem, de ſimplici pœnæ remiſſione, quòd non inducat bonorum reſtitutionem, niſi princeps dixerit, (facimus tibi plenam gratiam) quia tunc etiam recuperabit bona, non alienata à fiſco voluit Hippol. *per* Bald. *in titu. de pace conſtant. in verb. de plenitudine gratiæ noſtra, in uſib. feudo.* 6

De remiſſionibus faciendis in foro pœnitentiali, *vide titu. ext. de pœnitent. & remiſſionibus, præſertim in c. noſtro, & quæ ibi notantur in gloſ. & per Scriben. iſto titulo.* 7

An contra delegatos qui dederunt fideiuſſores de finibus ſervandis, iis non ſervatis, pœna irremiſſibiliter veniat exigenda Vivius *deciſ. 505. lib. 3.* ¶ Remittere crimina Princeps tantum poteſt: *vide verb. princips.* ¶ In impetratione gratiæ à pœna perpetrati criminis, quæ qualitates ſint exprimendæ, Menoch. *lib. 2. centu 2. c. 203.*

Remiſſio in criminibus locum habet, non in contractibus: hoc, ubi in contractu interve-

intervenit iuramentum: Seraph. *privil. 103. lim. vide* Covarr. *5.10. pract. quaſt.* Glarum *in praxi cri. quaſt. 38. verſ. eſt autem tanta potentia, & verſ. ſequent.*

10 Tranſmiſſiones iſtas de iure, conſuetudine non ſervari: ait Pet. Greg. *de ſecurit. promiſſ. praſt. 7. fol. 27. in pr.* ¶ Sex requiſita habet remiſſionis, Guid. Papæ, *dec. 202.*

REMUNERATIO.

1 NOtavi ſupra, *in litera B. verſ. de beneficiente, & in litera I. verſiculo de ingratitudine.* ¶ Remuneratoria conceſſio quod non poſſit revocari, neque per principem ex plenitudine poteſtatis, & quòd habeat multa ſpecialia, conſuluit & refert Decianus, *in conſil. 25. numer. 30. & in ſequentibus volum. 1.*

2 Et quòd propter remunerationem multa ſint conceſſa, quæ alias non concedungur, neq; alias concederentur, *eleganter idem* Decian. *in conſi. 27. volum 3. num. 23. & in ſequentibus.* ¶ Sed ut conceſsiones vel donctiones cenſeantur remuneratoriæ, non ſufficit,

3 ut generaliter de eis fiat mentio in inſtrumento forte donationis, vel conceſsionis: ſed requiritur ad effectum impediendæ revocationis, quòd ſpecialiter de remunerationibus & benemeritis fiat expreſsio.

4 Et iure ex eo, quia alias non poſſet fieri conſideratio, an donatio vel conceſsio excedat remunerationem, vel benemerita: ſed in quantum excedit donatio, in tantum cenſetur ſimplex & revocabilis, non remuneratoria & irrevocabilis: Socinus ſic, quòd generalis enunciatio non ſufficiat, ſed ſpecialis requiratur expreſsio, conſuluit *in conſil. 195. lib. 2.* contra Decium, Iaſonem & Ripam: & iſtum Socinum ſequutus eſt Menoch. *in conſi. 112. vol. 2. &* ibi de benemeritorum & benevolentiæ expreſsione. Et ibi habes, quòd conceſſio vel donatio remuneratoria probetur, adeo ut valeat in vim remuneratoriæ, & poſsit revocari, ſi ex remuneratione ſeu contractu oneroſa ſit conceſſa: Roland. à Valle *in conſ. 5. vol. 1.* Menoch. *in conſi. 156. v. 1.* Alex. de Imo. *conſi. 30. vol. 5. qua notavi ſuprà, in litera C. verſ. de donatione remuneratoria.*

5 Aſſertio inter perſonas ſuſpectas, non probat ea, quæ aſſeruntur, niſi aliter probentur: Seraph. *priv. 40.* hinc nec filii merita probat.

RENUNCIATIO.

1 DE Renunciatione in iudiciis, quæ habetur pro concluſione, *de qua Bal. in add. ad* Spec. *ad tit. de renun. & concluſio. de qua in gloſſ. i. fina. de in integ. reſtit. in 6. tit. paſtoralis, de cauſa poſſeſſio. & proprie. in l. iubemus, C. de indi. notavi ſupr. in lit. C. verſi. de concluſione.*

Sed de cæteris renunciationibus vide hic. Et ſtat communis Theorica, quòd quis 2 regulariter iuri pro ſe introducto poſsit renunciare. *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis, ſed iſtius legis in gloſſa magna ibidem, & per Dd. vide limitationes & declarationes plurimas, quibus ſpecialiter adde iſta.*

Reus in criminalibus, non poteſt re- 3 nunciare termino defenſionis, vel ipſi defenſioni. *Barto. in l. cuſtodias, in fi. ff. de pub. iudiciis, & in l. non tantum, ff. de appel.* Quod credo verum, dicit Bald. *in l. raptores, C. de Epiſc. & Cleri.* quòd hoc ſit verum, niſi dicat inquiſitus vel reus ſciens, ſe non habere aliquam defenſionem, imo carere omni defenſione, ſponte, & ex certa ſcientia dicto termino defenſionis renunciavit, tum talis renunciatio valet; vel quia conſtat, ſibi non competere defenſionem, quia forte eſt inſignis & famoſus latro, vel eſt in crimine flagranti deprehenſus: hæc dicant Angel. de Maleficiis *in verſ. qui iudex dictus inquiſitus, & cuilibet eorum ſtatuit terminum, n. 6. 7. & 8.* Antho. Corſet. *in ſing. ſuis, in verb. defenſio. 1.* Hipp. de Marſi *in pract. ſua crim. §. examinanda, per tot.*: imò dicit, non tantum poteſt fur famoſus, vel inſignis renunciare defenſioni, ſed iudex etiam non debet pati, ut advocetur pro eo, *n. 20.* unam ampliationem & declarationem poſuit idem Hip. *in ſing. ſuo 361. incip. extat crimen.*

Sed quot modis dicatur flagrans, vel 4 manuale crimen Handthafftige that/ & qualiter, neque appellando vel etiam aliter, in crimine flagranti reperto non competat defenſio, ſed ſtatim quod veniat condemnand. *vide tex. gl. & ad in Art. 35. lib. 2.* Landrecht & ſic nota, quod talis etiam de iure Saxonico poſsit renunciare defenſioni.

De Renunciatione exceptionis, non nu- 5 meratæ pecuniæ, vide Aretin. *in titu. Inſtitut. §. idem iuris, de exceptio. 36.* & movet ſecundum Cynum hoc caſu quæſtionem, de renunciatione iurata, an videlicet & quando ea operetur? (*Tandem concludit, iuramentum non excludere hanc exceptionem.*)

De Renunciatione privilegii, vel exce- 6 ptionis fori, è quo (*Non poteſt fieri à clerico, vel aliis, quorum ordini privilegium conceſſum eſt: ſecus, ſi cui ut privato conceſſum ſit,*) quatenus, & qualiter (*Renunciatio fori, non videtur facta per generalem renunciationem omnium exceptionum,*) poſsit fieri, vel non, docuit d. Areti. *in d. §. idem iuris, nume. 42. verſi. viſis regulis* & ibi dixit de prorogatione iuriſdictionis. (*Prorogatio facienda eſt cum conſenſu iudicis, qui pa-*

7 *trimonialem iuriſdictionem habet.)* ¶ Et exemptus privilegio fori, an poſſit renunciare? *ibidem num. 44 (Diſtingue, an exemptio ordinem reſpiciat, favoremq́; ſuperiorum, an vero favorem alicuius privati, ut primo caſu non procedat, ſecundo vero valeat:* Angel. & Geyl.)

8 Sed quòd renunciatio exceptionis fori regolariter non valeat, tenet Specul. *in titu. de renuncia. §. 1 num. 5. & num. 32.* Geyl. *in obſervat. 40. lib. 1.* ¶ Statuto loci, *(Et hic inter publicam privatamq́; utilitatem diſtinguendum erit,)* beneficio reſtitutionis in integrũ, quatenus *(Si fiat in decreto iuditis,)* poſſit renunciari, *idem* Areti. *in d §. num. 45. & 46.*

9 Renunciare quod quis poſſit omni tempore, etiam in die feriato, *idem* Areti. *in dict. § id. iur. num. 47.*

10 Ceſſioni bonorum, & exceptioni, ne quis conveniatur, niſi in quantum quis facere valeat, an renunciari poſsit? notat *(Non valere niſi cum iuramento fiat.)* idem Areti. *in Inſti. in tit. de actionibus, §. fina. num. 13. uſque ad finem.*

11 Ordini iudiciorum quatenus poſſit renunciari, ita ut teneat tacitè, vel expreſſe *(Subſtantialibus iudiciorum renunciari non poteſt, cæteris poteſt,)* idem Areti. *in §. idem iuris, titu. de exceptio. in Inſt. num. 52.*

12 De Senatuſconſulto Macedoniano: de privilegio fori, quod competit Clerico: de Senatuſconſulto Velleiano: de privilegio religioſorum, de non dandis decimis: iure cõſtitutionis principis: quatenus, qualiter & quando hiſce beneficiis, privilegiis, & conſtitutionibus poſſit renunciari vel non, docuit eleganter Specula *in titu. de renuncia. & concluſio. à numer 8. uſque ad num. 10.* de renunciatione beneficii Velleiani eleganter Geyl. *(Ubi tradit communem opinionem eſſe, quod valeat, dummodò mulier prius de hoc beneficio certiorata fit, in obſervatio. 77. lib. 2 obſervat. Camer. Imper.* & qualiter debeat renunciari, ut mulier poſsit obligari pro viro, vel extraneo; præſcribitur in Conſtitu. Elect. Saxo. *Art. 16. parte 2. (Iure communi, ait conſtit. ſi pro marito obligetur, iuramentum requiritur, ſi pro extraneo, etiam non iurata promiſſio poſt biennium repetita valet: ex conſuetudine Saxoniæ, quæ ibi approbatur, etiam non iurata renunciatio in iudicio cum conſenſu curatoris facta obtinet, præterquam in caſu dotis & donationis propter nuptias)*

13 De beneficiis fideiuſſorum, quomodò & qualiter illis à fideiuſſoribus renunciari poſsit: & qui ſint renunciationum effectus, vide eundem Specul. *in dict. titu. de renun. & concluſio. à num. 10. uſque ad numer. 15. & ibi vide* Bald. *in additione verſi. quatuor ſunt beneficia:* & in eadem additione tenuit, quod iſtis beneficiis bene poſsit renunciari: *per notata per l. niſi, ff. de pactis. & in Authen. de fideiuſ. in prin.* non tamen (dicit) præſumitur, aliquem renunciaſſe, niſi de illa appareat. Et modus renunciandi fideiuſſoribus, præſcribitur in Conſtitut. *Electo. Saxo. in Articul. 17. parte 2.* vult, quòd generalis renunciatio non, ſed ſpecifica, teneat: vel ut ſpecificentur aliqua beneficia, & ſubdatur clauſula generalis: *vide qua notavi in ſequentibus.*

De Renunciationibus condictionis indebiti, condictionis ſine cauſa, exceptionis doli, condictionis incerti iuris, Hypothecariæ, ſecundarum nuptiarum: De renunciando beneficio redhibitoriæ, quanto minoris, feriarum, reſtitutionis in integrum quod competit minoribus: beneficio, ut quis condemnetur, in quantum facere poſſit: beneficio, quod dicit, ne liber homo ob æs alienum obligetur: non numeratæ pecuniæ, non numeratæ dotis: privilegio fori: quibus poſsit renunciari vel non, Spec. *in d. titu. de renun. & concluſio. à nu. 25. uſq; ad n. 33.* 14

De Renunciatione generali, an quis iuri, quovis modo ſibi competenti, in genere poſſit renunciare? quærit & per optimas diſtinctiones reſpondet Angel. Aretin. *in §. idem iuris, Inſtitu. de exceptio. mihi num. 41 verſi nunc generaliter quæro.* 15

De iuribus competentibus, & competituris, cogitatis, & non cogitatis: an omnibus poſſit renunciari, docuit idem Agel. *in dict. §. num. 5. verſi. quæro, an omnibus,* Bald. *in addi.* Specul. *in titu. de renun. & concluſi.* voluit, quòd non teneat in competituris, & Specu. *in iſto titu n. 6.* 16

Quid ſi renuncietur aliquibus beneficiis, vel exceptionibus in ſpecie, & demum ſubdatur clauſula generalis: videlicet & omni legum, & ſtatutorum auxilio: tene menti, quòd iſta clauſula ſemper debet apponi: quia in immenſũ operatur: *ut eleganter dixit* Barto *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſta. tutel. verſi quæro, quid ſi renunciavit velleia.* 17

Quatenus autem ſic futuris videatur renunciatum, *dixit* Areti. *in d. §. idem iuris, n. 50.* Si autem ſubdatur clauſula generalis, & omnibus aliis ſibi competentibus, & competituris: videtur renunciatum eſſe aliis defenſionibus non ſpecificatis, ſimilibus tamen expreſſis vel minoribus, non autem maioribus, *argumento l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, cum ibi notat. per gloſſ. & per Dd. ff. ſi quis cautio. e. qui ad agendum, de procura. in 6. cum ibi notat.* & prædicta procedent in iure competenti de præſenti: Aretin. *in d. §. idem iuris, num. 53.* 18

Sed an per ſimplicem renunciationem iuri futuro intelligatur renunciatum, docuit 19

cuit idem Ange. diſtinguendo ſic: quædam iura competunt nobis verè, re & ſpe: quædam ſunt, quæ nobis competunt ſpe, & non re: quædam re, & non ſpe: quædam nec re, nec ſpe: *de quibus per ordinem potes videre apud* Angel. *in ſæpe dicto loco, num.* 54.

20 De clauſulæ importantia, omni ſcilicet legum & iuris auxilio, pro ſe faciente, notat Hippo. de Marſi. *in repet. rubrica, ff. de fideiuſ. num. 35. verſi. reſtat modo.*

21 An autem valeat renunciatio, ſi renuncians neſciverit ſua iura, privilegia, & beneficia iuris, neque de illis certioratus fuerit: & dic, quando intervenit perſona renuncians, quæ præſumitur, ius civile ignorare, ut mulier, vel minor, vel ruſticus, & tunc exigitur certioratio: non enim præſumitur quis renunciare iuri, quod ignorat ſibi competere *l. mater decedens, ff. de in offi. teſtam. argumento l. fina. C. de furtis.*

22 Quando autem intervenit perſona, cui non conceditur ius ignorare, & tunc non eſt neceſſaria certioratio: Bal. *in addi. ad Specula. in d. titu. de renun. & concluſio. verſi. ſed an valeat*: facit Hippo. de Marſi. *in repet. rubric. ff. de fideiuſſo. n. 36. verſi. modo viſis*, dicens, quòd in qualibet renunciatione requiratur certioratio: imò illā ſine certioratione non tenere, (dicit) etiam cū iuramēto, in ſequen. *n. 37. & 38.* Et *in verſi ſequenti*, ponit optimam cautelam, ad faciendūm ſic corruere vel obligationem vel inſtrumentum: facias enim, quòd iudex interroget notarium, qui atteſtatus eſt, ſe certioraſſe partem, ſeū illum, qui renunciavit beneficio, quid ſit illud beneficium, de quo aſſerit, ipſum certioraſſe partem: ſi ipſe notarius neſciat, non valebit tale inſtrumentum, nec talis obligatio: quia non potuit certioraſſe partem, de eo, quod ipſe ignoravit: ſed non facta certioratione, non valet renunciatio: *allegat* Alb. de Roſa, *in l. final. §. fina. ff. ad Velleia.* & licet contraria objiciantur, tamen ea ſoluit.

23 Et quod ſic propter repertam notariorum ignorantiam multi contractus annullentur, *dicit idem* Hippo. de Marſi. *in ſingu. ſuo 18. incip. quotidie*, Geyl. *de illo in obſervatio. 77. lib. 2.*

24 De renunciationibus exceptionum, invenies aliqua apud Ferarienſem *in practica ſua, in forma exceptionis rei conventi, in §. ſaluis alijs exceptionibus, colum. 5. in fine verſi. ultimò quæritur.* Iuri ſuo quilibet renunciare poteſt: quomodo hoc procedat, cum ampliationibus & limitationibus, Vivius *lib. 2. dec. 316.*

25 Renunciatio à conſtituto in mortis articulo vel valde ſene facta, non valet: Fœn. *de mom. ſemp. c. 7. n 47.*

26 Renunciatio quarum rerum poſſit fieri, vel non, Medic. *tr. de accept. lat. q 9. p. 1.*

Renunciari non poteſt legi prohibitivæ: Seraph. *privil 100 num. 3.* niſi accedat iuramentum: *ibid.* Et legi prohibitivæ actumque annullanti renunciari non poteſt, etiam cum iuramento: *ibid. n. 5.* David Moli. *in lib. ſemeſtr. 1. c. 12. num. 0.* 27

Legi prohibitivæ in odium prohibiti, etiam cum iuramento renunciari non poteſt: *d. Privil. 100. n. 7.* 28

Iuri futuro & quærendo facilius renunciatur, quam quæſito: Moli. *lib. 2. Semeſtr. c. 6. num. 3.* 29

Renuncians omni iuri, quod habet vel habere ſperat: haud quaquam iuri quod ſperat de futuro ex nova cauſa, ſed tantum iuri de futuro provenienti ex cauſa de præterito vel præſenti, renunciaſſe intelligitur: Dauth. *l. fi. c. de pact. n. 38.* 30

Si quis habet plura Iura, renuncians uni non cenſetur renunciare reliquis: Seraph. *privil. 83 num. 11.* Et renunciatio eſt ſtricti iuris, in qua non veniunt niſi expreſſa: *num. 12.* 31

Renunciatione generali quæ non veniant, Seb. Med. *de reg. iur. rep. 1. num. 99. & de amitt. poſ. gloſſ. 3. n. 322.* ubi 14. caſus, qui in generali renunciatione non veniunt, & tres, qui veniunt. 32

Renunciare liti & cauſæ, non eſt renunciare iuri ſibi competenti: nam aliud eſt renunciare liti, aliud iuri: renunciare tamen cauſæ, eſt renunciare liti: Seb. Med *de amitt. poſſ gloſſ. 3. numer. 319. fol. 770.* quæ quidem renunciatio poteſt fieri parte abſente: *ibid.* Nec non poteſt fieri renunciatio unius actionis propoſitæ, ſalvo Iure proponendi aliam: *ibid.* & renunciatio inſtantiæ & actioni in totum, dummodo fiat coram iudice cauſæ: alias non valet: *ibid.* & tunc pœnitere non poterit, & ad litem redire *ibid.* niſi ſit minor vel Eccleſiæ, quæ reſtituatur adverſus renunciationem: *ibid.* 33

Renuncians tamen liti, non videtur fateri adverſario fovere ius, licet ſibi præiudicet: *ibid.* Condemnari autem debet in expenſis, niſi cauſa de novo ſuperveniat: *ibid.* Item renunciatio litis non requirit cauſam: *ibid. n. 320.* niſi fiat ab antiquo adminiſtratore. Et fieri non poteſt in præjudicium adverſarij: *ibid.* Et cauſa facta, non ſtatim cogitur renuncians, per iudicem ad ſatisfaciendum adverſario: *ibid.* 34

Qui renunciat liti, & cauſæ videtur renunciare inſtantiæ, & non iuri: ideo per aliam inſtantiam denuo agere poteſt, ſine metu exceptionis renunciationis: Capre. *dec. 156 n. 17. & 18.* 35

Liti renuncians, non tantum inſtantiæ: ſed toti cauſæ & omni iuri, quod in iudicium deduxit renunciaſſe cenſetur, etiamſi ob cauſam de futuro renunciatio facta fuiſſet, 36

Moll. *lib.4.ſemeſtr.c.1.n.3.* ¶ Renuncians exceptionibus, non intelligitur renunciare, exceptionis cauſam ab adverſario habentibus Seraph. *privil.10.n.9.*

37 Renunciatio præiudicat, rebus ſic ſtantibus & permanentibus: *c. pervenit 2. de iureiur.* ¶ De hac clauſula rebus ſic ſtantibus, quæ etiam in iuramento intelligitur, *vide multa ſuprà in verb. clauſula, & in verb. iuramentum.*

38 Abſurdum eſt, quem redire ad hoc, cui renunciavit: *l. ſi quis iusiurandum, C. de iureiur.*

39 Expreſse renunciare iuri ſuo, & ſcienter tacere per annum & diem, de iure Saxonum paria ſunt: *lib. 1. art. 34. ubi text cum gloſſ.* Et quicunque per annum & diem poſſedit ſine iuſta contradictione, bonam in eis habet & iuſtam poſſeſsionem: in Spec. Sexo. *lib. 2. art. 44.*

40 Renunciare iuri & favori ſuo unuſquiſque poteſt: *l. penul. C. de pact. l. ſi convenerit, ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. pactum, quod inter heredem, ff. de pact. ubi locus ordinarius, vide ad hoc* Soc. *ubi 10. limitationes habes, in reg. 339.*

41 An iuribus pro ſe introductis quis renunciare poſſit, *vide gloſſ. in Auth ut ſine prohi. ma. deb. vel cred. vide ſupra in verb. ius.*

42 Hoc fallit in criminalibus. In his enim reus ſuis defenſionibus renunciare non poteſt. *l. ſi non defendatur, ff. de pœn. gl. in d. l. pactum, quod inter, de pact.* Iaſon. *vide in Auth. iubemus, C. de Iudic.* Bart. *in l. publicas de publ. iudic.* Dec. *in l. 1. in 2. colu. C. qui admitt. ubi limit.* ¶ An poſt renunciationem litis vel actionis poſtea quis agere poſsit, *vide* Petr. *not.* 11.

43 Renunciatio ſimplex iuri de futuro non valet: *l. is qui heres, de acq. hered. vide* Soc. *in regul. 338.*

44 Renunciatio iuri de futuro, extra iudicium eſt nulla: *l. ſi ita ſcriptum, § ſi ſub conditione, de leg. 2o. Bart. in l. poſtquam liti, C. de pact* Sed ſi fiat in iudicio, eſt valida: *gloſſ. fin. in l. in plurium. ff. de acq. hered. gloſſ. in l. 1. de curat. bon dand. vide* Io. de Mont. Ferr. *in l. 1. in princ. col 9. ibi ultimo poſſunt, ff. de verb. oblig.* An ad hoc, ut valeat renunciatio iuris alicuius: neceſſe ſit, ut renuncians ſit de hoc iure ſpecialiter certioratus, *vide* Io. Petr. *Ferr. in pract. in form. libell. contra plures reos deb. fol. 134. col. 3.*

45 Filia renucians, cum iuramento hæreditati paternæ amplius ſuccedere non poteſt *text. eſt in c. quamvis, de pactis, in 6.* ſed iſtius regulæ vel Theoricæ, vide limitationes ſeu fallentias per Socin. *in regulis falienti, reg. 194.*

46 Et de iſta iurata renunciatione hæreditatis, & an filiæ contra eam venire poſſint, docuit Weſenbe. *in conſi. 23 parte 1.* & ibi multa habes de vi & efficacia iuramenti, etiam ut hæredes iſtud teneant: Decianus *late in conſi. 6. volum. 1. per totum.* Item de Renunciatione ſucceſſionis maternæ, & quatenus ea filiæ in avita hæreditate obſtet, *(quatenus videlicet ſucceſſionis, non quatenus ſuo iure filij renunciantis veniunt.)* conſuluit idem Weſenbec. *conſi. 11. parte 1.* Filia renuncians fraternæ hæreditati, intelligitur tantum ab inteſtato: Afflictis *deciſ. 350.*

47 Sed in foro Saxonico quomodo ſucceſſionis poſſit fieri renunciatio, *(nimirum in iudicio, vel extra iudicium, adhibitis tamen teſtibus.)* ita ut teneat, *habetur in tex. Arti. 13. lib. 1.* Landtrecht *& ibidem in addi. latina, litera F. & vide conſil. Schurſſ. 74. cent. 1. incip. Auxilio domini.*

48 Et de renunciatione futuræ ſucceſſionis, an valeat, *vide quæ notavit* Zaſ. *in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verbor. obligat. ubi tractavit de pactis futuræ ſucceſſionis.*

49 Nota tamen, quod renunciatio ſucceſſionis paternæ, etiam iuramento formata: non prohibeat, quin poſsit quis petere legitimam, eiuſve ſupplementum: niſi ſpecialiter ſit renunciatum: Mynſing. *in obſerva. 36. cent. 1. obſervationum:* Schurſſ. *in conſ. 96. cent. 1. num. 1. optimè* Decian. *in d. conſil. 6. volum. 1.* idem Decianus de fratre renunciante hæreditati, feudo & fideicommiſſo, cum iuramento, *conſil. 39. volum. 2.*

50 Quatenus eiuſmodi renunciationes valeant: & quæ requirantur, ut coniunctim vel ſeparatim quæque per ſe valeat, *vide per* Decian. Et optima docuit de læſione enormiſſima: renunciationem doloſè extortam, etjam iuramento firmatam non ſubſiſtere, ne iuramentum iniquitatis ſit vinculum: *c. quanto, de iureiur.* Deci. *ibi in conſi. 39. num. 10. vol. 2.* & ibi invenies, quibus aliis rationibus renunciationes, etiam iuramento vallatæ, poſſint impugnari: *num. 14 & in ſequ.* Afflict. *deciſ. 118. num. 3. ubi videndum latius.*

51 De Renunciatione ſucceſſionis in feudo (renunciavit quis ſucceſsioni in parte feudi paterni fratribus ſuis, poſtea filius renunciantis vult ſuccedere patruo ſuo: quæritur, quid iuris?) pulcherrimè diſputat & decidit, *(quod non, ex diſpoſitione iuris Saxonici.)* Weſenbe. *in conſi. 15. parte. 1.*

52 Nota: legibus prohibitivis non poteſt renunciari: Barto. *notabiliter in l. de his. ff. de tranſactio.*

53 Videtur tamen magis communiter concludi, quòd talibus legibus poſſit, renunciari cum iuramento? Imol. *in c. cum contingat, de iureiur.* Petr de Raven *in ſuo aureo Alphabeto, litera N. verſi. ne fideiuſſores dotium dentur? de hac renunciatione vide gloſſ. in l. libertorum, C. de teſtib. in Authen. imo, C. de actio, & obliga.*

Sed

54 Sed pro ſuſtinenda renunciatione hac, quod valeat, concluſit iſte Decian. *in d.conſ. 39.nu.39.uſq. ad finem,per multa ingenioſa & utiliſſima, de quibus ibi videre licet.*

55 Renunciatio autem non habet locum, niſi de illius expreſſione probetur: nam cùm ſit donatio & dilapidatio, non præſumitur: Decian. *in conſ.45.vol.1.nu.4. & in ſequen.*

56 De renunciatione ſucceſſionis, Capye. *decif.159.* ¶ Si pater minus relinquit filio, vel donat per legitimam, atque paciſcatur, ut ſit contentus eum reo, neceſſe eſt, ut filius in ſpecie renunciet legitimæ, non in genere vel per verba æquipollentia: Raud. *de analog.lib.1.c.34.nu.199.Vide reſel.*Teub,*quaſt.3. fel.10.Seraph de juram privil.70.nu.10. & ſeqq.* Gabriel. *de leg. concl.8.*

57 Renunciatio facta à ſorore pacto adjecto, quòd mortuo Titio & Sempronio ſine liberis, liceat ſibi redire ad bona ſua: an ſubſiſtat mortuo uno iſtorum liberis, ita ut altero ſuperveniente à mortui hæreditate excludatur, Teſſ. *dec.189.*

58 De pacto renunciativo, Dauth. *de teſt. tit.de mutande teſtam poteſt.num.* 164 *fol.156.* ¶ Filiæ maritatæ debetur legitime per patrem in bonis maternis: Vivius *dec.187 lib.1.*

59 Filia donata è patre vel fratre de bonis paternis cum renunciatione, ſuccedit fratri ab inteſtato, quamvis bona paterna perveniſſent ad fratrem: Vivius *deciſ.188.lib.1.*

60 Renunciatio totius juris quod renuncians habet & ſperat habere, licet ad futura jura extendatur, intelligitur tamen de jure quod habere ſperat ex aliqua cauſa ſubſiſtente de præſenti, alias renunciatio etiam jurata non extenditur ad incogitata & ad futuram ſucceſſionem: Afflictis *deciſ.350.* Capici *deciſ.129.* Ozaſcos *deciſ.75.* Andr. Gail. *lib.2. obſer.48.*

61 Renuncians & diſponens, ſi ſibi faciat aliquas reſeruationes, ſe excludit ab omnibus alijs, & nihil ulterius ſibi reſervare videtur, imo & reſervationes, ſi quæ aliæ de jure communi eſſent; per hanc reſervationem cenſentur ſublatæ: Guid. Papa *qu 147.*

62 Renunciatio quidem non extenditur ad non cogitata & non expreſſa, ſed non procedit, ſi juris intellectu ſaltem ſint expreſſa: Ludov. Joſeph *deciſ.Lucenſ.5.n.66.*

63 Per actum contrarium juri ſuo non renunciare quiſquam intelligitur ubicunq; alia conjectura capi poteſt: Crevett.*conſ.3.n.8.*

64 Renunciatio facta per verba univerſalia, trahitur ad omnia etiam valde gravia & præjudicialia, & quid de tranſactione facta per verba univerſalia, ſuper oneribus realibus an extendatur ad onera quæ imponuntur tempore famis, belli, peſtis: Cravetta *conſ.290. & 294.*

Renunciatio facta ſuper re aliqua, porrigitur etiam ad præambulum ipſius rei, quare renuncians liti & cenſetur renunciere cauſæ Bartol. *in L. 4. C.de pactis.* 65

Renunciatio per filiam patri facta de bonis maternis cenſetur facta contemplatione fratrum renunciantio utrinq; conjunctorũ, & non patris, minus etiã filiorum habitorũ ex alio matrimonio: Boerius *deci.184.* 66

Renunciatio hereditatis non valet niſi interveniente cõſenſu illius de cuius hæreditate agitur, & talis conſenſus debet eſſe perpetuus durente vita conſentientis, ſecus ſi ille conſenſum mutaret de cuius hæreditate agitur, atq; hac ratione poteſt renuncians non obſtante renunciatione ex teſtamento patris vel matris conſequi quod ſibi fuerit relictũ, nam pactum ſuper hæreditate viventis quoad eum de cuius bonis agitur non obſtente juramento eſt revocabile, ſecus quo ad eos quorum favore facta eſt renunciatio: Caſp. Anton. Theſaur. *quaſt. forenſ. 95. per totum.* Surdus *conſil.355.nu.10. lib 3.* Johan. Gutierez *in reper. cap. quamvis in princip. num.5. de teſtament.* 67

Renunciatio in futurum concepta tollit jus de futuro, quando de præſenti probabilis ſpei cauſa ſubeſt, vel ſi tempore renunciationis una tantum extat cauſa de futuro: Jacob. Marchiſel. *quaſt.1.num.16. lib. recollectar.* 68

Renunciatio fideicommiſſi non tenet, niſi cognitis & inſpectis verbis teſtamenti: Jacob. Marchiſel. *quaſt.144.nu 16.* 69

Juramentum reſtringitur ad caſus in renunciatione expreſſos, neque illam extendit: Iacob. Marhiſell. *quaſt.3.nu.7.lib.recoll.* 70

Renunciari non poteſt beneficio, ne quis conveniatur ultra quam facere poteſt: Garſ. Maſtrill *deciſ. 69. nu. 7.* Gometz. de Ameſcua *de poteſtate in ſemetipſum lib 2.c.24.nu.1.* 71

Renunciatio hypothecæ non præſumitor, licet hypothecariam habens præſens fuerit: Cæſar. Barz. *deciſ.18.nu.17.* 72

Renunciatio generalis à muliere facta ad beneficiũ SCti Velleiani extenditur non ad ſecundas nuptias Cæſar. Barz.*d.dec.n.20.* 73

Renunciare quis videtur petitioni per actũ & incompatibilem & petitioni contrarium: Cæſar. Barz *deciſ. 49.nu 35.* 74

Renunciaſſe beneficio intelligitur qui eo non eſt uſus. *deciſ.22.nu.26.* 75

An maritus cenſeatur renunciaſſe lucro ſibi exſtatuto in dote reſtituenda, quod cõpetit ubi Maritus promittit uxori vel eius hæredibus omnem reſtituere dotem? late examinat: Mancinus *p. 4 effectu 201.de juram.* 76

In generali renunciatione beneficiorum jurata etiam venit SCtum Velleianum, ſi mulier certiorata fuerit: Frider Pruch- 77

man. *in l. in multis par. 1. art. 15. num. 15.* Martin. Benckendorff. *in tractat Seraph. de Seraph. in addition. privileg. 63.* Matth. Cuno *lib. 1. de pact. c. 10. num. 16.* Anton. Hering. *de fidejuſſor.*
78 *c. 7. n. 508.*

An futuro juri renunciari poſſit per juramentum? Aff. modo in genere de futuro jure fuerit cogitatum: Martin. Benckendorff. *in addition. privileg. 109.* Johan. Gutie-
79 rez *de juram. confirmat. p. 1. c. 25. n. 1.*

Renunciari an poſſit beneficio ceſſionis ſub juramento? Diſt. non valet quoad incarcerationem nam licet juramento renunciaverit, tamen includi carceri, non poteſt, ſed bene procedit illa renunciatio ut in ſolidum teneatur ſi ad pinguiorem pervenerit fortunam: Martin. Benckend. *in tract. Seraph. in addit. privileg. 91.* Franc. Beccius *conſ. 10. n. 4, 5, 6. lib. 1.* Johan. Gutierez. *de juram. con-*
80 *firm. p. 1. c. 18. n. 2.*

Renunciari an poſſit reductioni ad arbitrium boni viri? N. Si enormiſſima læſio intervenerit, ita ut abſolutione non ſit opus: Martin. Benckendorf. *ad Seraph. in addit. privileg. 136.* Anton. de Padilla *l. 1. nu. 9. ff. de legat. 2.* Farina. *deciſ. 59. nu 1. & ibi in addit. ſub litera A.* Johan. Gutierez *de juram. confir-*
81 *mator. p. 1. c. 37. num. 16. cum ſeq.*

Renunciatio jurium vel exceptionum jurata eſt latè interpretanda: Martin. Benckendorff. *ad Seraphin. in addit. privileg. 155.* Dalnerus *de renunc. c. 4. nu. 8.* Tiber. Decian.
82 *conſ. 39. un. 73. lib. 2.*

An per diviſionem bonorum cenſeatur renunciatum fideicommiſſo? N. licet juramentum acceſſerit, niſi clauſulæ additæ ſunt, quæ judicant fideicommiſſo: Martin. Benckendorff. *ad Seraphin. in addition. privil. 157.* Morquerchus *de diviſ. bonor. lib. 4. c. 9. nu. 7.* Mohedan. *deciſ. 156.* Anton. Peregrin. *de fideicommiſ. articu. 52. nu. 19.* Andr. Dalner.
83 *de renunciat. c. 3. nu. 59.*

Juramentum auget renunciationem intenſivè non extenſivè: Martin. Benckendorff. *ad Seraphin. in addit. privileg. 21. nu. 22.* Johan. Dauth. *c. quamvis ampl. 38. num. 707. ſub liter. 2.*

84 Renunciatio filiæ ratione ſucceſſionis paternæ debet corporali juramento firmata eſſe, nec ſufficit ob ſie ſchon zugeſaget an Eydes ſtatt/den verzicht ſtett vnnd feſt zuhalten: Martin. Benckendorff. *ad Seraphin. in addit. privileg. 21.* Bartolom. Cellenbetz. *de ſucceſſion. renunciat. quæſt. 1. nu. 2.* Bartul. Muſcul. *de ſucceſſ. convent. mem. 1. cl. 1 concl. 3. lit. B. nu. 49.* Johan. Dauth. *inc. quamvis nu. 22. de pact. in 6.* Henr. Brenle. *de renunciat. ſucceſ. car. 1. par. 2. nu. 10.*

85 In renunciatione remiſſio juramenti pro juramento non habetur igitur filia remitti non poteſt: Joach. Beuſt. *l. nam poſtquā §. jure jurando nu. 12. ff. de jurejuran.*

In renunciatione filiæ de ſucceſſione 86
futuræ hæreditatis, dolus non præſumitur etiamſi læſa fuerit ſi renunciationem ex certa ſcientia & ſumma cum deliberatione facit, omnibus diligenter viſis & perſpectis: Martin. Benckendorff. *ibidem nu. 15.* Tiber. Decian. *conſ. 39. nu. 151. lib. 2.* Johan. Dauth. *in c. quamvis nu. 93. declar. 4. de pact. in 6.*

Licet nativitate liberorum renunciatio 87
de non ſuccedendo non revocetur, tamen ſi filia renuncians ſucceſſioni paterne vel maternæ vel agnati, ante eum de cuius ſucceſſione actum ſuit deceſſerit, ea renunciatio non præjudicat eius liberis, ſi ijs ſucceſſio in hæreditate defertur, renunciationes enim ſunt ſtrictæ, & de perſona ad perſonam aut de caſu ad caſum non extenduntur: Martin. Benckendorff. *ibidem nu. 19.* Joachin. Schepelitz *in prompturio juris Clammari tit. 29. de viduis §. 11.* Johan. Dauth. *in c. quamvis requiſ. 6. num. 44. limit. 13. nu. 48. uſq. ad 60.*

Filia etiamſi juramento renunciaverit 88
paternæ ſuceſſioni, tamen ſi à patre hæres inſtituatur ſuccedere poteſt, licet renunciaverit ſucceſſioni ab inteſtato & ex teſtamento, quia pater cenſetur remiſiſſe juramentum: Anton. Faber. *in pragmatic. errorib. de cad. ult. erro. 13.* Johan. Dauth. *de teſtament. nu. 6.* Bartolomeus Muſculus *de ſucceſſion. convent. claſ. 80 memb. 2. concl. 7. liter. G. nu. 366.* Benckendorff. *in alleg. addition. num. 23.* Schepelizt *in promptuar. juris* Clammar. *tit. 29. de viduis §. 10. n. 3.* Cellenbetz *de renunc. qu. 31.*

Renunciatio etiam jurata de ſucceſſio- 89
ne hæreditatis ſi facta fuerit ſine conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur non obligat, Etſi conſenſerit is, de cuius hæreditate agitur in renunciationem ſucceſſionis renunciatio ea tam diu valet, quam diu is, de cuius hæreditate agitur conſenſum ſuum non revocat, revocato enim conſenſu renunciatio etiam corruit: Bartol. Cellenbentz *de renunc ſucceſſion. quæſt. 31. nn. 9.* Johan. Dauth. *in cap. quamvis requiſ. 2. num. 31. in fin. de pact. in 6* Martin. Benekendorff. *in alleg. loco nu. 18.* Roder. Soarez. *l. quoniam lim. 5. C. de inofficioſ. teſtam.*

Filiā ex renunciatione futuræ ſucceſſi- 90
onis obligatur, etiamſi filia de jure ſuo non fuerit ſufficienter certiorata: D. Frid. Pruchman. *conſ. 48. nu 203. lib. 1* Bartolom. Cellenbetz *de renunc. ſucceſ. quæſt.* 4. Gomezius *lib. 2. variar. reſolution. c. 13. nu. 17.* Benckendorff. *in allegato. loco nu. fin.*

Qui renunciavit appellationi expreſſè 91
vel tacitè non poteſt adverſus ſententiam ſupplicare: Georg. Cabedo *deciſ. 13. n. 34. lib. 2. per l. fin. C. ut lite pendente.*

An

92 An filius SCto Macedoniano renunciare poſſit? N. Petr. Coſtal. *ad l. 1. ff. de SC. Maced.* Borehold. *de mutuis c. 3. & de V. oblig. c. 1. n. 28.* quia in odium fœneratorum eſt introductum. Quid ſi juramentum fuerit appoſitum? N. Anton. Gomez. *tom. 2. var. reſol. c. 6. n. 2.* Fachineus *lib. 2. c. 61. controverſ.*

93 Utrum filia renuncians ſucceſſioni maternæ juxta formam *c. quamvis de pactu lib. 6.* excludatur à legitima Aff.

94 Beneficio, ut pignus vendatur non adhibitis à jure ſolennitatibus, debitor renunciare non poteſt: Cald. Pereira *obſer. 167. lib. 1.*

95 Renunciatio arbitrij boni viri etiam cum juramento non valet: Didac. Hydalg. *delos caſos lib. ſing. qu. forenſ. 122 n. 6.*

96 Clauſulæ renunciationum ponuntur in inſtrumentis potius ex ſtylo & conſuetudine notariorum, quam ex partium procogitatione, ideo non ſemper operantur: *idem qu. 127 n. 31.*

97 Renuncians omni juris beneficio, non intelligitur renunciaſſe beneficio ſtatuti: Marc. de Mantua *ſing. 24.*

98 Renunciatio omnis juris & legum auxilij, non tollit exceptionem erroris nec facti ignorantiam: Anton. Sola *in antiq. Conſt. Saband. gl. 5. ſup. 1. par. decreti quitation. titu. de minor. n. 22.*

99 Filiusfamilias expreſſe renunciare poteſt beneficio illi tributo, ut non poſſit conveniri, niſi in quantum facere poſſit, ſed talis renunciatio non comprehenditur ſub generali renunciatione: Anton. Ayerve da Ayora *lib. ſing. coll. forenſ. c. 96.*

100 Promittens obſervare actum nullum vel cui non poteſt renunciari valet promiſſio in vim pacti, maxime præcedente juramento: Petr. Salaſarez *deciſ. 71. lib. 3.*

101 Renunciatio facta ſuper re aliqua, porrigitur etiam ad præambulum ipſius rei, & qui renunciat liti videtur etiam renunciare cauſæ & inſtantiæ: *idem deciſ. n. 8.*

102 Per electionem unius juris quis non videtur alteri renunciare, quod non procedit quando ſumus in contrarijs: Petr. Salaſarez *deciſ. 19. lib. 2.*

103 Qui renunciat inſtrumentis præſumitur liti renunciaſſe: *idem per c. 4. extr. de pactis.*

104 Renunciatur facilius juri ſpeciali quam communi: *idem deciſ. 91. n. 19. lib. 2.*

105 Solennitati requirenti ſententiam in ſcriptis ferri & recitari partes renunciare poſſunt: Georg. Cabedo. *deciſ. 1. numer. 136. lib. 1.*

REPETITIO.

PRælegatum, factum in inſtitutione, videtur repetitum in ſubſtitutione, inter eaſdem perſonas: & de probanda & præſumenda repetitione, multa bona conſuluit Decian. *in conſ. 102. vol. 2. num. 9. & in ſeqq.* & ibi invenies, in quibus caſibus non cenſeatur facta repetitio: idem Decian. docuit de repetitione præſumenda, invenienda, vel non, *in conſil. 34. volum. 3. num. 108. & in multis ſequentibus.* De repetitione qualitatis, an & quando, poſita in una diſpoſitione, cenſeatur eſſe repetita in ſecunda diſpoſitione, vel non, Menoch. *conſ. 111. volum. 2. numer. 24.* 1

REPRESSALIÆ.

REpreſſaliarum uſum non novitia receptum eſſe conſuetudine, quod Bartolus voluit, ſed à vetuſtiſſimis Romanis legibus radicem ſumſiſſe, tradidit Zaſius *in l. 2. §. & ita leges. ff. de orig. jur.* vocabulum tamen uſum fœdum & barbarum: Geyl. *de pignorat. obſerv. 2. vide etiam* Henning. Göd. *conſil. 5. de jur. civit. n. 38.* 1

Bartolus, *in tractatu ſuo repreſſaliarum,* tractavit hanc materiam per decem quæſtiones principales, quas per particulares quæſtiones claré & bené examinavit. 2

1. Quærit, an repreſſaliæ ſint licitæ: & circa iſtam quæſtionem primam principalem examinat: primò, an ſint licitæ in foro conſcientiæ? (*quòd ſic, modò abſit animus iniquus, & omnia requiſita concurrant.*) 2. An ſint licitæ in foro civili? 3. An ſtatuta ſuper repreſſalijs poſſint fieri licitè, ultra caſus à jure communi permiſſos, & an extendant ſe ad non ſubditos? 4. An ſtatuta quæ circa hanc materiam repreſſaliarum fiant, poſſint exerceri extra territorium? 5. An per pactum repreſſaliæ poſſint fieri licitè? 3

Secunda principalis quæſtio eſt de cauſis concedendarum repreſſaliarum, quare ſcilicet poſſint concedi? Et conceduntur, quando gens vel populus juſticiam facere neglexerit vel recuſaverit, & ſuperioris copia haberi non poſſit: oriuntur quæſt. quinque. Primò, quis debeat requirere dominum, populum ſeu gentem, ut faciat juſtitiam? 2. An poſſit requiri, ut alterius judicis juriſdictionem prorogeat, vel arbitros eligat, cùm in dicta civitate nequeat actor litigare ſecurè? 3. Quis requiratur, ut juſtitiam faciat? 4. Quæ injuſtitia ſit ſufficiens cauſa concedendarum repreſſaliarum? 5. Quomodo intelligatur, quòd ſuperioris copia haberi non poſſit? Weſenbe. *in conſi.* 4

in conſi.46 parte 1.vide F.Schenck. *& alios feudiſtas,in* §. *illud tamen,n.4. qua fuit pr. cauſa beneſ.amitt.in uſib.feud.lib.2.*

5 Tertia principalis eſt quæſtio,per quem judicem rapreſſaliæ poſſint concedi? Circa quam quærit: 1. Quo jure,adeatur quis, ut eoncedat repreſſalias? 2. Quis ſit ille judex, (*Supremus videlicet magiſtratus,adeò ut eò inclinet,nec electores quidem repreſſalias concedere poſſe*) cuius poteſtas drbeat implorari pro rapreſſalijs concedendis? W eſ.*ind.con.46. par.1.vide eund.* Schenc. *n.5. & alios Dd. in d.* §. *illud tamen.*

6 Quarta principalis quæſtio eſt, qualiter & quo ordine repreſſaliæ concedaotur? circa quod quæruntur plura: 1. quo ordina coocedantur ab eo,qui recogoofcit ſuperiorem: 2. quis ſit ordo,quando petuntur ab his,quibus aſt concaſſum par ſtaruta populi,vel per conſtitutiones alicuius Domini? 3. Parta requiſita, quis poſſit comparere ad defenſionem,ne repreſſaliæ concedantur? 4. Si aliquis compareat quibus defenſionibus uti poſſit? 5. Qualiter injuſtitia facta, val juſtitia denegata probetur? 6. An,quando repreſſaliæ cōceduntur,permittatur capi & detineri,ut ex primo & ſecundo decreto?

7 Quinta principalis quæſtio formatur,quibus repraſſaliæ ſint concedendæ? Circa quòd quæruntur ſequentia: 1. Quando rapreſſaliæ ſiot concedendæ, an ſint concedendæ incolis? 2. An civibus non ſubjectis juriſdictiooi ſeculari & non facientib. factiones communes, ſint repreſſaliæ concedendæ? 3. An civibus uoſtris ax conventione poſſint coocedi repreſſaliæ contra civitatem origiois, vel e contra? 4. An ei, qui (poſtquam paſſus eſt injuriam vel iojuſtitiam) factus eſt civis,ſiot repreſſaliæ concedendæ? 5. Quid de his,qui pro civibus habentur ex lega,vel ſtatuto? 6. Quæritur, ſi cives unius civitatis,in alia debent tractari,ut cives illius civitatis ex pacto vel ſtatuto an ibi poſſint petere repreſſalias contra tertiam civitatem?

8 Sexta priocipalis quæſtio aſt, contra quos repreſſaliæ concedantur? circa quod quæritur: 1. An contra rectorem civitatis forenſem,qui injuſtitiam fecit, vel juſtitiam facere denegavit, poſſint concedi repreſſaliæ? 2. Ao contra officiales dictæ poteſtatis ſeu rectores poſſint dari? 3. Ao contra Conſules, vel priores civitatis? 4. An contra ſingulares homines,vel privatos incolas, qui noo ſunt de conſulibus, rectoribus, vel prioribus civitatis, concedantur repreſſaliæ? 5. Utrùm poſſint concedi contra hominas ſubditarum terrarum, quò ad quædam, non ſimpliciter? 6. Utrùm repreſſaliæ poſsint concedi contra certum genus hominum civitatis, denegantis facere juſtitiam?

Septima principalis quæſtio,ſi repreſſaliæ 9 ſimpliciter concedantur contra homines & perſooas alicuius terræ aontra quas perſonas poſsint exercari? & quæruntur circa illam quæſtionem plura: 1. An contra incolam civitatis poſsint exerceri? 2. An contra cives illius civitatis alibi moram trahentis? 3. An repreſſaliæ poſsint exerceri contra cives illius civitatis,qui ſunt cives vel incolæ illius civitaris? 4. Ao repreſſaliæ poſsint executioni mandari contra mulieres? 5. An contra Clericos? 6. An contta Scholares? 7. An contra ambaſiatores? 8. An contra euntes ad nundinas? 9. An cootra euntes ad indulgentias? 10. Utrum contra hominea navigantes,qui vi ventorum impelluntur in aliquem locum? contra hos an repreſſaliæ poſsint exerceri, vide. 11. An eontra eos, qui in jus vocantur? ibi in hac quæſtiooe vide de ao, qui duceret uxorem, & de uoa civitate ad aliam facerat nuptias: item ſi aliquis iret ab una civitate ad aliam ad funus conſanguinei ſi quis eſſet furioſus,vel infans,vel impubes: quia contra tales repreſſaliæ non poſſent exerceri: *allegat l 2.& 3.& l. impubes,ff. de in jus vocand.*

Octava principalis quæſtio eſt,ſi repreſ- 10 ſaliæ ſimpliciter concedantur, cootra quas res poſſint concedi? & examinantur ſequentia dubia: 1. An res dictarum perſonarum contra quas non poſſunt exerceri repreſſaliæ,poſſint pro repreſſalijs capi. 2. Si dictæ perſonæ,contra quas non poſſunt exerceri repreſſaliæ, captent res alienarum perſonarum,contra quas poſſint exerceri? 3. An poſſint capi res exiſtentes in territorio civitatis,contra quam repreſſaliæ conceduntur, & duci ad civitatem concedentis? 4. An poſsint capi res ſitæ in territorio alterius terræ civitatis,ſcribendo judici illius civitatis?

Nona quæſtio principalis, qualiter re- 11 preſſaliæ exerecantur? 1. Ao quis poſſit capere homines, & res urgera repreſſaliarum per ſe, an per miniſtros? 2. An homines & tes captas teneatur quis judiei præſentare,an verò poſsint in ſuo privato carcere & cuſtodia retineri? 3. Qualitar res captæ vendantur & æſtimentur, ita ut ſibi quis eas accipiat in ſolutum? 4. An repreſſaliæ poſsint exerceti, capiendo homines, & res in die feriata, etiam in honorem Dei? 5. Si aliquis vult defendera ſe, & res ſuas occaſione repreſſaliarum captas, qualis cognitio debeat adhiberi?

Decima principalis quæſtio, de reme- 12 dijs exacti per repreſſalias: circa illa quæruntur plura: 1. An exacto ſuccurratur in civitate propria, contra illum privatum, cuius occaſiona conceſſæ ſunt repreſſaliæ?

2. An

2: An exacto ſuccurratur contra rectorem, qui neglexit facere juſtitiam? 3. An talis exactus poſſit ſine alia conceſſione capere homines & res civitatis, in qua iſte captus fuit, exactus occaſione repreſſaliarum? Sic volui notare quæſtiones Bartoli in hac materia repreſſaliarum, & remitto lectorem ad iſtarum quæſtionum examinationes d. Dn. Bartoli, & inveniet occaſionem cogitandi de ipſa materia, & de incidentibus circa illam: *vide tractatum repreſſaliarum* Joan. de Lignat. & Bertach. *in ſuo repertorio; litera R. verſi. repreſſalia. Vide* Weſenb. *in d. conſi. 46. parte 1. per totum* ¶ Et duo eſſe probanda, ut poſſit decerni à ſequeſtrato, 1. Quod juſta ſubſit cauſa. 2. Ut cauſa illa cognita fiat, *conſil. d.* Weſenbec. *in conſilio. 48. parte 1. num. 32.*

13 Repreſſaliæ non ſunt de jure civili aut canonico permiſſæ: & quæ ſit juſta cauſſa concependi repreſſalias, Guid. Pap. *deciſ. 32.* & an ſuperior primo adeundus: *deciſ. 33.* repreſſaliæ poſſunt concedi contra clericos & quomodo: item contra eum, cuius culpa conceduntur: *dec. 34. Vide pulcrè* Coler. *de proceſſ. executi. p. 1. c. 2. n. 269. uſq. ad fin.*

14 Repreſſaliæ concedi poſſunt contra civitatem, quæ denegat facere juſtitiam, ſi non poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem: Bart. *in l. generali, C. de Decur. lib. 10.* Imò propter ſolum delictum judicis, puniuntur omnes cives civitatis: proinde & propter negatam à judice juſtitiam poſſunt repreſſaliæ concedi contra omnes cives: *ita dixit* Bart. *in l. fin. C. navi. ſeu naucl. lib. 11. & ibi* Jo. de Plat. *& per* Bart. *in tract. repreſ. in 6. q. prin.*

15 Quia factum judicis factum populi cenſetur, & imputatur, cur talem huic officio propoſuerunt. Hinc etiam videmus è contra, quòd, ubicunq; offenditur juriſdictio judicis, quilibet de populo poteſt: *l. ſi quis id quod, ubi* Jaſ. *in prin. not. poſt* Bald. & Dyn. *ff. de juriſd. omn. judic.*

16 An autem & quando & in quib. caſibus poſſint repreſſaliæ concedi, & quę requirantur ad eas concedendas & an ſi injuſtè concedantur, impetrans teneatur, *vide per* Fel. *in c. Rudolphus, de Reſcrips. & ibidem remiſſ. in Apoſt. vide* Bart. *in l. 1. in 2. col. in prin. ff. quod quiſq. jur.*

RES.

1 NOta: rem tranſire cum onere ſuo, tenet Joan. dę Platea, *in l. 1. C. de praſ. & omnibus rebus navicu. lib. 11. Et in l. 2. ibidem, verſ. ſecundo nota,* docet, quatenus reale vitium afficiat perſonam, ſeu poſſeſſorē noviter acquirentem. Sed huius materiæ vide pulcherrimum exemplum, & declarationem non negligendam, *per* Hippo. de Marſil. *in ſingula ſuo 34. incip. pendet. unus de facto, &* Ludov. Roman. *& ibi Pigno. in additio. in ſingula. ſuo 70. incip. concedo, allegat textum ſingularem in l. penult. ff. de ſervi. ruſti. prædio.* Et vide Pet. Gerar. *de Petra Sancta, in ſingulari ſuo 10.* ubi onus prædij deſcripti in æſtimo tranſit ad ſucceſſorem, ſi ſit ſolvendo.

Sed an propter poſſeſſoris depaupera- 2
tionem, vel rei diminutionem, diminuatur onus, vide ibi. ¶ In tranſitione onerum publicorum à venditore ad emptorem, conſuluit Decianus *in conſil. 35. numer. 21. volum. 1.*

Res quando ſuccedat loco rei, nota 3
Joan. de Platea *in l. 1. verſi quartò nota, C. de Caſtr. peculio, lib 12.*

Res inter alios actas vel judicatas alijs 4
non nocere, habetur *in Rubro & Nigro, C. toto tit. Et vide ad hunc titulum tractatum* And. Tyraquel. *invenies doctiſſima.*

Mandatum de re integra, domini mor- 5
te finitur: *l. mandatum, C. mandati.* alias ſecus quia non finitur morte: *gloſ. 1. ibidem.*

Sed quærit iſta gloſſa, quando dicatur 6
res integra? Reſpondet: in cauſis ante litis conteſtationem: *l. & quia, ff. de juriſdict. om. judi.* In negocijs autem poteſt quæri, an inceperit aliquid, vel præparamenta fecerit: *l. 1. §. cepiſſe, ff. de policita. l. & ſi pecunia, ff. de condic. pecu. ob. cauſ. data.* ¶ De rebus quæ cui per alluvionem applicantur, vel quæ quis invenit, quomodo reſtituat, vel faciat, ut dominus ea recipiat, *vide text. additiones, & gl. in Art. 29. lib. 1.* Land R.

Rei ſtatus qui eſt tempore contractus 7
conſideratur, non autem qui eſſe poteſt: Dec. *in conſi. 59. vol. 1. nu. 11.*

Non caret culpa, qui ſe immiſcuit rei a- 8
lienæ ad ſe non pertinenti: *l. culpa eſt. ff. de regu. jur. & in c. culpa non caret, in 6. eo. titulo.*

De rebus corporalibus & in corporali- 9
bus, *vide plenius in titu. Inſtit. & ff. de rerum diviſio. & ff. de acqui. rerum domini.* ¶ De rebus pro mobilibus vel immobilibus æſtimandis. Annui redditus, ex communi Dd. opinio. ſi non ſint ad modicum tempus conſtituti, inter immobilia computantur: *per tex. in l. jubemus, C. de SS. Eccleſ. & vide optimas declarationes per* Geyl. *in obſervat. 10. lib. 2. pecunia ad emptiones prædiorū deſtinatæ.* Item actiones vel nomina debitorum, an cenſeantur res immobiles, (*ubi docet ſequi cat naturam rerum pro quibus competunt,*) *idem* Geyl. *pulcherrimè in obſerv. 11. lib. 2.*

De pecunijs deſtinatis ad prædiorum em- 10
ptionem, (*Communis & verior opinio inter mobilia refert,* Geyl. *teſte.*) Decian. *in conſi. 69. vol. 1. n. 14.* & de alijs in caſu deſtinationis, *vide* Geyl. *in d. obſer. 11. & Rom. in ſing. 104. not avi quedā ſupr. in lit. A. de verſi. de annuis redditibus.*

Berg-

Bergtheile, rea metellicæ, quòd computentur inter immobilia, reditus percepti autem quòd inter mobilia, *docet conſtitut.* Electo. Saxo. *Arti 25. parte 3.* utilitates, quædam etus noſce. Quæ ſint mobilia, & quæ immobilia, *notavit* Geyl. *in d. obſervat. 10. lib. 2. in fin.*

12 Rei ſuæ quilibet moderator & arbiter: *l. jure mandata, C. mand. & l. nemo exterus, C. de jud.* Poteſt ergo quilibet ſuperre ſuæ ponere legem, & conditionem, in pacto, puta dotali vel aliàs, quam velit: *c. verum, de condi. appo. l. quoties, C. de dona. quæ ſub mo. conſti. l. ob res, §. 1. ff. de pac. do.* Rolan. a Valle. *in conſi. 62. nu. 13. & in ſequentib.* docet, verbum diſponere, quomodo & per quos actus ultimæ voluntatis & inter vivos verificetur, *nu. 15. & 16.*

13 Ingenuis hominibus non eſt auferenda libera adminiſtratio bonorum ſuorum: *dicit textus in d. l. exterus, C. de judi. etiam abutendo, l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, in verſi. dum ſe abnei putant, ff. de peti. hæredi.* Et licitum eſt unicuiq; bona ſua vendere & alienare, ſine alterius præjudicio: *l. dudum, C. de contra. emp. l. nec emere, C. de ju. delibe.* Roland. *in conſi. 62. num. 21.*

14 Et ex ſup. dictis infertur, quod ſtatutum, auferens alicui liberum diſponendi in rebus ſuis arbitrium, dicatur contra jus, odioſum, & reſtringendum: Roland. à Valle *in conſ. 63. nu. 6.* Decian. *in conſi. 1. vol. 3. nu. 25. de diſpoſitione paterna.*

Et in iſta materia, quòd mater in dote ſua, mortuo marito, ſalva legitima liberis manente, poſſit pro arbitrio diſponere, *conſuluit idem* Decian. *in conſi. 94. in prin. vol. 3.*

15 Res judicata pro veritate accipitur: *l. res judicatam, ff. de reg. jur. l. ingenuum, ff. de ſtatu. homi.* Et licèt res ſe aliter habeat, tamen res judicata jus factum eſt inter litigantes: *c. inter vos, de judica.* & per ea, quæ poſtea emergunt, ſententia non retrectatur: *c. inter monaſterium, & c. fina. eo. tit.* & talis error delectus rem judicatam non retractat: *l. cum putarem, ff. famil. hercisc. l. 1. C. de condic. indebi.* Imò ſententia iniqua facit jus: *eſt text. in l. 1. §. in hoc interdicto ff. de libe. exhiben.*

16 Hæc procedunt: dum tamen ſententia ſit ritè & ſolenniter juris ordine obſervato, promulgata & publicata: *l. 4. §. condemnationem, & l. cum nullà, ff. de re judi.* vel niſi per colluſionem fuerit lata: *titu. ff. de colluſio. delegen.* vel niſi pro præſente, abſente adverſario dicta fuerit: *l. qui repudiantis, §. fin. ff. de inoff. teſta.* Et dicas, quòd propter probabilem errorem benè retractetur ſententia: *gl. eſt in c. fraternitatis, in verb. per errorem, de fugi. & maleſi. & in c. 2. de purga vulga.* Declarat Abb. *in d. c. fraternitatis,* procedere niſi quando detegeretur error per probationes non admittendas: quia poſſit excipi, ut non admitterentur, propter tranſitum in rem judicatam: *c. cum inter, de re jud.* ſed quando aliàs in ipſa re appareat de errore, Anth. Corſ. *in ſing. ſuis in verb. ſententia, 6.*

17 Et ulterius nota, quòd ſententia notoriè injuſta, vel notoriam iniquitatem continens, revocetur, & ſit nulla, licet ab ea non ſit appellatum: quia tunc ceſſat præſumptio pro judice: *idem* Corſe. *in ſingul. ſuis, in verb. ſententia, notat* Rober. Maran. *in prima ſua diſputatione, incipien. plerumq; contingit, n. 36. & n. 37.* ¶ Et quæ ſententiæ, appellatione omiſſa, nihilominus non tranſeant in rem judicatam, vide Hipp. de Marſi. *in repe. l. unica, C. de raptu virg. in ibi a nu. 144. uſq; ad n. 155.*

18 Et de ſententia, quæ propter notoriam & manifeſtam iniquitatem non poſſit fieri res judicata, vide eundem Hipp. *in ſingula. ſuo 473. incip. memini.*

19 Et ſententia vel res judicata, contra jus litigatoris lata, licet ordinario jure reſcindi non poteſt tamen poteſt peti adverſus illam in integrum reſtitutio: Abbas *in c. 2. in fin. de purg. vulgari,* Anton. Corſe. *in ſing. ſuis, in verb. ſententia, 8.*

20 Et licèt ex re judicata oriatur præſumtio juris, & de jure, quod bene ſit lata: tamen nihilominus admittitur partis confeſſio in contrarium, & tollitur ſic iſta præſumtio: *idem* Corſe. *in ſingul. ſuis, in verb. ſententia. 12.*

21 De rei judicatæ exceptione, & modis proponendi eam, *vide* Ferrar. *in ſua pract. de forma reſponſi rei conventi, verſ. reiq; judicata, notavit* Oldendor. *in Enchiridio exceptio. verſ. de excep. rei judic.* ¶ De executione ſententiæ, quæ res judicata eſt facta, *vide ea, quæ notavi ſupr. in lit. E. verſ. de executione in civil. & criminalibus.*

22 Si una res poteſt referri ad duo, debet referri ad illud, quod eſt antiquius: *l. in finalibus, ff. fi. regund.* ¶ Res ſemel mea, non amplius poteſt fieri mea, ex pluribus tamen cauſis deberi poteſt: *l. & an eadem, §. 1. de re judic. §. ſic itaq; Inſtit. de act. §. ſed ſi rem legatarij, Inſt. de legat. vide in verb. mens.* ¶ Rem alienam adverſus Domini voluntatem attingens, furti tenetur: *l. fin. C. unde vi. §. furtiva Inſt. de uſucap.*

23 Et in alienis rebus contra voluntatem Domini aliquid fieri vel paciſci non licet: *l. fin. C. de pact. l. ſi hominem, in princ. ff. Depoſit.* ¶ Hinc eſt, quod rei ad ſe non pertinentis ſe intromittere, culpa eſt: *ff. de judic.*

24 Hinc dicitur: vim alieni facti alteri repellere non licet: *vide Soc. in Reg. 444.* ¶ Et res noſtras nobis invitis retinere nemo debet: *l. ſi filiusfamilias, §. maritum, ff. ſolut. matr. gl. in l. rem alienam, de contrah. empt.*

Et et-

25 Et ergo dicit tex. *in d. l. ſi hominem. Depoſit.*
Quod miſericordiam in re aliena exercere
intempeſtivè, dolus eſt præſumptus : *adde
text. in l. & eleganter, §. item Labeo, de Dolo,
per quem text.* Angel. *ibi mirabilem colligit deci-
ciſionem, de qua vide per* Goz. *in l. ſi quis nec cau-
ſam, in princ. ff. ſi cert. pet. quis* Angel. *reprobat.*
¶ Hinc eſt, quod rem ſuam vendere nemo
compellitur : *l. nec emere, C. de iur. delib. Limita
per* Soc. *in rep. 43.*

26 Et in re ſua quiſque eſt Moderator &
Dominus : *clarus tex. in l. nemo, C. de Iudæis, &
l. in re mandata, C. Mand.* Etiam abutendo : *l.
ſed & ſi leges, §. conſuluit, de petit. hæredit.*
¶ Imò iniquum eſt, ingenuis hominibus
non eſſe liberam ſuarum rerum alienatio-
nem : *l. non uſque ff. ſi quis à par. ſue. man. vide*
Iaſo. *in l. 1. C. qui poſt. facer. poſſ.*

27 Expedit reipub. ne quis malè utatur re
ſua : *§. ſed & maior. Inſtitu. de his qui ſunt ſui
vel alie. iur.* ¶ Suum enim quis iactare non
debet, nec id facere præſumitur : *l. cum de in-
bito, de probat. vide* Ioan. de Platea *in l. 2. C. de
conſu. lib. 12.*

28 Rei ſuæ quiſque præſumitur ſcire vi-
res, meritò & emolumenta : *l. quisquis, de re-
ſcind. vend.* ¶ Rem meam propria authorita-
te non licet mihi ab alio auferre : quod ſi fe-
cero, dominium perdo : *Inſtitu. vi bon. rapt. §.
quantum, l. ſi quis in tantam, C. unde vi.*

29 Sic etiam rem reſtitui debitam. *l. extat,
ff. quod metus cauſ. vide in verb. Creditor.*

30 Res mea dicitur, cuius utilitas vel com-
modum ad me pertinet : *l. 1. §. in proprio, ff.
quando appell. vide* Carol. *in l. ſi prius, in 6. opp.
ſecunda partis, De op. nov. nunc.* quod nota ad
multa, quia nemo in re ſua poteſt eſſe iudex,
teſtis, &c.

31 Si res, in qua, vel pro qua ius habeo, ad
me ſub ſpe reſtituendi pervenit, poſſum per
retentionem ius meum conſervare : *l. ſi ſer-
vus Titij, de leg. 1. quem tex. ibi* Bart. *ad hoc ſom-
niat, vide ad hoc etiam* Barto. *in fin. 2. colum.
&* Alex. *ibi in 6. colum. circa medium ibi ſed* I-
mol. *ad hoc plenè, vide* Barto. *diſtinguentem in
l. ſi non ſortem, §. ſi centum, de cond. indeb. in fin.
vide ſupr. in verb. creditor.*

32 Res ſi dolo ad aliquem pervenit, ille
ſecundario & in ſubſidium conveniri poteſt :
l. fin. ff. de eo per quem fact. eſt, vide Socin. *in
reg. 340.*

33 Rem ſuam vendicans poſſeſſori, preci-
um, quod alij diſſolvit, auferre non videtur :
*l. ſi mancipium, C. de rei vendicat. vide limitat.
per* Socin. *in reg. 439.*

34 Si pro re tua invenienda aliquid ex-
pendi, teneris mihi negociorum geſtorum
actione : *ita* Barto. *in l. falſus, §. qui alienum,
de furt.*

Qui accipit rem perferendam, tenetur 35
de periculo duobus caſibus, ſcilicet cuſtodi-
am ſuſcepit, vel pretium: Bartol. *in l. cum qui,
§. ſi epiſtola, de furt.* ¶ Res faciliùs conſerva-
tur, quàm quod extincta reſuſcitetur : *l. cum
quis, §. ſi quis pro eo. ff. de ſolut. ubi gloſſ. &* Bart.

Res aliena vendi poteſt : *l. rem alienam,* 36
de contrah. emp. Sic & res aliena legari poteſt :
*l. non dubium, de legat. 3. l. ſi inquilinos, §. 1. de
legat. 1.* ¶ Res vilis eſt, quæ non valet duos au-
reos : *l. ſi oleum, §. 1. cum ſeq. ff. de Dol.* Et pro
tali re vili parcitur famæ hominis, multò
magis ergo vitæ : *l. ſi adulterium cum inceſtu,
§. liceros, de adult.*

De iure communis rei, locus eſt ordi- 37
narius in l. *ſervi electione, §. Labeo, de legat. 1.*
¶ Turpis rei nullum eſt mandatum : *l. ſi re-
munerandi, § rei turpis, ff. Mand. l. ſi manda-
vero, §. qui adem, ff. eod.* Item nec ſocietas : *l.
nec prætermittendum, per Socin* Item nec em-
ptio : *§. venent, de contrah. empt.* ¶ Res facilè
redit ad naturam ſuam : *l. ſi unus, §. pactus ne
peteret ubi* Moder. de Pact. *adde* Goz. *in l. om-
nes populi, in 4. q. 3. q. princ. de Iuſt. & iur. fol. 26.*

Res magis quàm verba intuenda : *l. pro-* 38
*mittendo, ff. de iur. dot. gloſſ. in l. 1. in verb. hæres.
ff. de hær. inſt. facit c. ad noſtram, de uſur. vide in
verb. verbum.*

Rerum precia non ex affectione ſingu- 39
lorum, ſed communiter funguntur : & hæc
precia rerum ſecundum diverſas nationes
variantur : *vide ſupr. in verb. precia.* ¶ Res ſi
pervenit ad eum caſum, à quo incipere non
poteſt, an vitietur, *vide* Pet. *q. 47.*

Rei reſtitutio ſi agitur rei vendicatio- 40
ne, an veniat officio iudicis, vel iure actio-
nis, *vide late poſt* Barto. Modern. Iaſo. & Carol.
in l. ſi prius, in 17. colum. de oper. nov. nunc.

In rebus de iure diverſitas præſumitur, 41
niſi identitas probetur : hoc eſt, ſi diſputatur
de veſte, & teſtis diſponat de veſte, non de-
ponendo de identitate, præſumitur de alia
veſte : *ita* Alex. *in conſi. 266. vol. 2. num. 23. in
cauſ. 2.*

Rei appellatione, venit tota : *l. ſi in rem,* 42
*ubi gloſſ. in verb. totum, ff. de rei vendit, ita dicit
text. ad lit. in l. planè in fin. de leg. 1. vide* Carol.
*ubi refert ad q. in l. 1. §. ſi ſtipulante fol. 65 fal.
2. de verb. obliga.* Sic appellatione rei, venit
proba, apta & bona : *l. 4. §. condemnatum. ff.
de re iudic.*

Hinc eſt, quòd appellatione nummo- 43
rum, veniunt probi, & non reprobi : *l. elegan-
ter, §. qui reprobos, de pig. act.* Fruſtra ergo ad-
jicitur in ſtipulationibus tot florenos boni
auri, & iuſti ponderis : *ſecundum* Barto. *in l.
lecta, in 2. colum. numer. 11. & 12. ſi cert. petat.*

Vnde appellatione animalis, non venit 44
mortuum : ergo qui tenetur dare par Capo-

num,

num, debet dare vivos, nec liberatur dando mortuos: *ita* Barto. poſt Guilhelmum, *per illum text. in l. qui decem, §. promiſſor. ff. de ſolut.*

45 Rei appellatione quid contineatur, an nomina debitorum, & quæ? *vide* Moder. *omnes in l. 1. in princ. ff. ſi cert. pet.* poſt Barto.

46 Rei appellatione, res ficta non continetur: ergo ſtatutum puniens mulierem portantem perlas, non comprehendit fictas: Bartol. *in l. 1. §. 1. De font.* vide *in verb. mulier.*

47 Res denominatur à ſtatu præſente, non ab eo quod poſſet eſſe; quamvis præſens ſtatus dirigatur ad illum, M. Anton. Peregrin. *conſ. 42. num. 25. lib. 1.*

48 Res quæ de præſente denominatur ſub eodem nomine pro ut antiquitus, per teſtatorem fideicommittentem, illa eadem præſumitur: Peregrin. *conſ. 48. n. 16. vol. 1.*

49 Rem fuiſſe in bonis teſtatoris probat deſcriptio in ſuo teſtamento: *eodem conſ. num. 5.*

50 Rei poſſeſſione non privat condemnatum ipſa ſententia lata judicialiter: *conſ. 24. num. 16. vol. 1.*

51 Rei oppignoratio prohibita intelligitur, ubi ejuſdem alienatio prius prohibita præſupponitur: Peregrin. *conſ. 35. num. 29. vol. 1.*

52 Res perventa ex re dotali an efficiatur dotalis? N. l. ex pecunia C. de iure dotium, limitatur niſi redditus eſſent empti ex pecunia perventu de redditibus dotalibus per virum cum conſenſu uxoris, ad utilitatem matrimonij, quia tum dotales dicuntur, 2. quando pecunia dotalis deſcēdit ex pretio rei dotalis & eſt deſtinata in emptionem alterius rei ex cauſa neceſſaria, tunc enim res illa empta ex illa pecunia efficitur dotalis & cum iiſdem privilegiis, & res permutata cum re dotali efficitur dotalis: Garſ. Maſtril. *decif. 36.* Decian. *Conſil. 27. n. 5. & conſ. 52. num. 35. lib. 1.*

53 Reſtitutio rei non retardatur exceptione melioramentorum cum parti datus ſit terminus ad liquidandum: Garſ. Maſtrill. *decif. 98. num. fin.*

54 Res non ex affectione ſingulorum ſed communiter æſtimari debent: Cæſar *Barz. decif. 127. num. 27.*

55 Res inter alios acta facilius aliis prodeſt quam noceat, ideo ſententia lata in decimis pro uno, prodeſt alteri habenti decimas: Ferrant. Ganguar. *conſil. 196. lib. 2. n. 18.*

56 Res inter alios acta aliis non præjudicat æquale ius habentibus: Ozaſc. *decif. 157.*

57 Sententia lata contra vaſallum ſuper refeudali, non præjudicat agnatis ſuccedentibus pacto ſeu providentia maiorum, neque præiudicat domino directo Verall. *decif. 331. p. 1.* Ozaſcus *decif. 157. vide tamen c. 1 de controverſ. inter Vaſall. & ali. de benefic. feudor.*

Res iudicata non poteſt retractari prætextu inſtrumenti de novo reperti, fal[illegible] in cauſa Eccleſiæ, reipub. vel pupilli aut etiam in cauſa privati, quando actor fuit iud[illegible]o quia habuit ſcientiam inſtrumenti tunc tal[illegible]tem eſt ſubveniendum ex clauſula genera[illegible]. Marc de Mantua *ſing. 358. 359.* Anton. Ayerva de Ayora *lib. ſingul. collectan. forenſ. c. 39.* 58

Res iudicata poſt triginta annos non nocet tertio poſſeſſori: Petrus Salaſarez *decif. 70. n. 13. lib. 2.* 59

RESCRIPTUM.

DE reſcripti præſentatione, vide Spec. *in tit. de competen. iudicis aditio. §. viſo aut. n. 1. verſ. ſi autem iudex:* deque eius receptione eundem Spec. *in Rubr. tit. de reſcripti præſentatione, receptione & impugnatione.* De multiplici eius impugnatione. 1. Ratione falſi. 2. Quomodo impugnetur ratione formæ. 3. Ratione impetrantis. 4. Ratione eius, ad quem impetratur. 5. Ratione ejus, contra quem impetratur. 6. Ratione quoq; defectus, ſeu taciturnitatis primi reſcripti, vel alicuius alius articuli, impugnatur. 7. Ratione cauſæ: Spec. *in d. tot. tit. de reſcripti præſentatione, receptione, & impugnatione.* Adde: impugnatur etiam reſcriptum ratione præſentationis, quia iudici incompetenti eſt præſentatum: præſumitur enim obrepetitie impetratum: Ioan. de Platea, *in l. ſi quis per divinam, C. de aqua ductu, per gloſ. in verb. elicitum.* Sic etiam privilegii præſentatio facit hoc præſumi: *per d. gloſ.* Lud. Roma. *in ſing. ſuo. 818. incip. præſentatio.* Idem in publicatione & inſinuatione teſtamenti *l. teſtamenta, & l. conſulta divalia 23. C. de teſtamen.* Imo quòd reſcriptum ſubreptitium nullum poſſit operari effectum, *conſuluit* Decian. *in conſil. 98. volum. 2.* 1

Et reſcriptum cauſæ avocatorium, quòd nullam tribuat iurisdictionem: & conditionale reſcriptum quòd non valeat, niſi cognitione exiſtente & impleta: *conſuluit d.* Decian. *in conſi. 35. vol. 3.* Nota: reſcriptum ſeu privilegium contra ius Dei, Evangeliſtarum, Apoſtolorum, Prophetarum: contra ius humanum vel utilitatem publicam, per mendacium, ſeu tacita veritate impetratum: quatenus valeat, vel non: & reſcriptum vel privilegium impetratum, ut valeat, quid continere debeat, *notatur in titu. C. ſi contra ius, vel utilita. publ. & in tit. de diverſis reſcriptis, & ibidem docuit* Sebaſt. Brand. *in explicatio. titul.* ¶ Mandata & reſcripta, tacitè illam conditionem.

ſionem. Si preces veritate nitantur, contineant: *per c. 2. & c. ſuper literis, de reſcriptis.*

3 Et notandum eſt, quòd ſemper debeat
inſeri conditio, Si preces veritate nitantur:
& ſi non monſtretur inſerta, non valeat re-
ſcriptum: *l. ultimo, C. de diver. reſcrip.* Item in-
telligi debent reſcripta cum juſticia, & ſal-
vo iure tertij: *notavit* Mynſing. *in obſerv. 8.
centu. 4.*

4 Nota, quòd annotatio dicitur reſcrip-
tum principis, proprio motu indultum.

5 Pragmatica autem ſanctio eſt, quod
princeps conſilio procerum ſtatuit & ſancit:
nec indulgetur ſuper privatis negociis ſin-
gulorum, ſed univerſitatum: *d.* Sebaſt. Brand.
*in explica. titulorum, tit. C. de diverſis reſcript. per
l. fin. in §. fin.*

6 Intentio principis nunquam videtur ta-
lis eſſe, quòd velit juri alteri quæſito dero-
gare: quia eius reſcripta cum iuſticia, & ſal-
vo iure tertii, hoc eſt, ita intelligenda ſunt,
ut nemini iniuriam faciant, nec ius tertii
lædant, ſed ſalvum & illæſum relinquant:
*c. ſup. eo. §. hoc tuam, de off. iud. deleg. gl. ibid. in
v. intentionis, l. nec avus, C. de emanc. l. 2. §. me-
rito, & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. publ.
tex. notab. in l. ex facto, ff. de vulg. ſubſt. & Dd.
in l. reſcript. l. ſi. C. ſi contr. ius.*

7 Princeps enim non præſumitur velle
aliquid ſtatuere contra ius: & ſiquidem ali-
quid conceſſerit, hoc præſumitur per impor-
tunitatem partis conceſſiſſe, & ex falſis nar-
ratis ſupplicantis circumuentum eſſe: *c. ſi.
De reſcript. in 6. & in l. 1. C. de pet. bon. ſublator.
lib. 10.*

8 Hinc etiam dicitur, non valere reſcri-
ptum, quo ius alteri aufertur: *l. 1. c. de mom.
poſſeſ. fure. appell. l. 1. l. ſed et ſi, §. t. de carbon.
edict. l. 3. §. hoc delib. ban. exhib. l. Titia, §. pen.
ff. de leg. 3.* Fel. *in c. veniens, ext. de teſtib.* Cyn. *in
l. reſcripta. l. ſi. C. ſi cont. ius vel util. publ.* Sich-
ard. *in l. prolatam, C. de ſentent. & interloc.*

9 Vide omnino Capram, *tr. reg. ubi varia
quæſt.* Pet. Frid. Mind. *lib. 1. de proceſſ. in Cam.
extrab. c. 15.* ¶ Vide *hic de præceptis fol. 398.*

10 Reſcripto ſi non pareat quis, cauſas ſup-
pliciter ſignificare ſuperiori: Coler. *n. 247. p.
1. c. 2.* Vide item de reſcriptis Coler. *p. 3. c. 6. n.
19. & p. 1. c. 2. n. 231. & ſeqq. paſſ.*

11 Iudex ex officio poteſt punire impe-
trantem reſcriptum obreptitium: Aſin. *de
exec. §. 3. 199.*

12 Importunitas petentium, non conce-
denda impetrat: *c. ſi. de reſcriptis, in 6. & l. ſi.
c. de pet. bon. ſublat.* ¶ Reſcriptum contra ius
impetratum per importunitatem cenſetur
Bl. l. 3. de minor. & eſt nullum.

13 Mandatum iniuſtum Principis iudex
exequi non debet: Theſſaur. *in præfat. deciſ.
n. 24. ibi allegat* Bodin *lib. 3. de Repub. c. 4.* ¶ Re-
ſcriptum per ſuggeſtionem impetratum vi-
tiatur, ſive quis ſcienter ſive ignoranter fal-
ſa ſuggeſſerit: Schrad. *l. admonendo, n. 17. de
iureiur.*

Exceptiones contra reſcriptum: Nepos 14
da Mon. *Alb. art. 1. de except.* ¶ Reſcriptum
cum clauſula periode valere, quomodo in-
terpretandum: Seb. Medic. *de conſerv. poſſ. gl.
p. 3. n. 5. 6. 7. 8. 9. 10. fol. 630.*

Reſcriptum ſurrogationis quid conti- 15
nere debeat: Med. *d. lo. n. 11. 12. 13.* ¶ Reſcripti
impetratio, non facta mentione de ſententia
quæ tranſivit in rem iudicatam, non tenet:
Capyc. *dec. 69. num. 25.*

Reſcripti verba non extenduntur ultra 16
in reſcripto contenta: Cavalc. *deciſ. 21. in In-
die.* ¶ Reſcriptum re integra finitur morte
eius, contra quem conceditur: Capra *reg. 34.*
¶ Succeſſor vel hæres an agere vel conveni-
ri poſſit in vim reſcripti per prædeceſſorem
impetrati vel in eum obtenti: Capra *reg 35.*

Reſcripta non extenduntur ad cauſas 17
noviter ortas: Capra. *reg. 36.* *Reſcriptorum*
dato concurſu quod ſit præferendum: Ca-
pra *conclu. 39.*

Reſcriptum ſi concurrat cum privile- 18
gio, quod præferendum: Capra *concl. 40.*
¶ Surreptio in reſcriptis, an vitiet ipſo iure,
an ope exceptionis: *concl. 41.*

Reſcriptum primum, per ſecundum fa- 19
ciens inventionem de primo, an tollatur
ipſo iure, licet non excipiatur: *concl. 42.*

Proceſſus in vim literarum obreptitia- 20
rum agitatus, an valeat: *ibid concl. 43.*

Taciturnitas quæ inducat ſurreptio- 21
nem, & vitiet reſcriptum, à quo & qualiter
probanda: Capra *reg. 44.*

Falſa latinitas quando vitiet ſcriptu- 22
ram, præſertim in reſcriptis: *concl. 45.* Et con-
tra ius quando valeat: *concl. 46.* Et quando
contra ius commune: *concl. 47.* Et vide ibid.
plures quæſtiones de reſcriptis: *concl. ſeqq.*

Quando unum reſcriptum alteri præfe- 23
ratur, vel ratione datæ, vel ob prærogativam
concedentis, vel prius adeptæ poſſeſſionis,
vel ob horam in uno eorum aſcriptam: Me-
noch. *lib. 2. cent. 5. caſ. 48.*

Quæ ſint qualitates, quibus non expreſ- 24
ſis reſcripta gratiæ ſurreptitia dicantur &
reddantur: & ibid. de differentijs reſcripti
genere vel iuſtitiæ. Et quid ſit ſurreptio, an
ab obreptione differat: Meno. *c. 201.*

Et quæ ſint qualitates exprimendæ in 25
reſcripto juſtitiæ: Menoch *c. 202.*

Qualitates quæ ſint exprimendæ in 26
impetratione legitimationis, diſpenſatio-
nis, matrimonij, ſalvi conductus debitoris,
ac gratiæ à pœna perpetrati criminis: Me-
noch. *c. 103.*

Quando negligens quis dicatur in re- 27
ſcripti

ſcripti præſentatione: *c.104.* ¶ An vitium in exprimenda cauſa impulſiva, vel ea tacenda contingens, conceſsioni Principis noceat: Covar. *var. reſol. lib. 1. c. 20.*

28 *R*eſcripta principum præſumi conceſſa, & iuri & æquitati convenit: Men. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 9.*

29 Item quando princeps præſumatur reſcripſiſſe ſecundum ius commune, vel ſpeciale, *præſ. 12.*

30 Item quando præſumatur conceſſum ad poſtulationem partis, quando item motu proprio, *præſum. 13.* ¶ *R*eſcriptum apoſtol. impetratum, non facta mentione litis pendentiæ coram iudice ſeculari, ſuper ſpolio beneficij, an ſit ſurreptitium: Alvarus Valaſc. *conſult. 11. & 11. 1.*

31 Reſcripti principis concluſio potiùs attenditur, quam partis petitio: Vivius *dec. 205. lib. 2.*

32 Quando princeps concedit reſcriptum commiſſionale, quo compelluntur debitores executivè cum hac clauſula, niſi quis ſe opponat, tunc facta oppoſitione præceptum reſolvitur in vim ſimplicis citationis: Antõ: Solà *in conſtitut. Sabandiæ titul. de clauſ. mandat. princip. fol 151.*

33 *R*eſcripti impetratio lite pendente non valet: Robert Lancellot *in Tr. Attentator. 2. part cap. 4. Illat. 7. mihi fol. 107.*

34 De materia reſcripti commenda memoriæ hæc notabilia excerpta & delibata ex quæſt forenſ. 4. Caſp. Anton. Theſauri. 1. *R*eſcriptum ſecundum non valet niſi fiat mentio primi c. cæterum de reſcript, & per ſecundum reſcriptum non revocatur primum, etiam ſtante clauſula quibuſcunque impetratis non obſtantibus, quia ſolent iſtæ clauſulæ apponi ad meram inſtigationem ſupplicantium, & plerunque à Secretariis Cancellariæ apponuntur citra voluntatem & ſcientiam principis: Decius *in c. cæterum.* 2. Quando impetratur reſcriptum induciale, ſi non narretur forma inſtrumenti, juramentum, renunciatio, non valet reſcriptum & obreptitium dicitur. 3. Impetrans gratiam de delicto debet exprimere, ſi alias talis delicti gratiam impetraverit, imo debet narrare delictum, ſi alias deliquerit, quod tamen procedit quando delictum primum & ſecundum ſunt ejuſdem generis, ſecus ſi diverſi, ut ſi impetrans gratiam de homicidio commiſiſſet falſum, non tenetur hoc delictum falſitatis narrare: Decius *conſ. 541.* Didac. Covarru *var. reſolut. lib. 1. c. 20.* Alciat. *in Cap. Cum non homin. n. 44. de Iudic.* Anton. Sola. *in decr. antiqu.* Saband. *de indulgent.* Menoch. *arbitrar. caſu 201.* Clarus *qu. 59. §. fin. n. 10. in practica crimin.* 4. Si contingat impetrari reſcriptum lite pendente, ne obreptitium declaretur eſt facienda mentio de ſtatu cauſæ. 5. Ea quæ ſunt de ſubſtantia impetrationis ſunt recenſenda alias reſcriptum cenſetur obreptitium.

Reſcriptum habet vim libelli in cauſis ſummariis, ſive de iure communi ſive ex forma reſcripti, non in ordinariis quando [illegible] illis requiritur libellus: Lancellott[illegible]s Conradus *infra in alleg. loco.*

Reſcripta habent vim legis & conſtitutionis inter eos inter quos conceduntur, & [illegible] data ſit certa forma definitioni cauſæ, & poſt emergat aliud ſimile negocium, id poteſt eadem forma definiri dummodo agatur de reſcriptis non inferioris etiam habentis poteſtatem legis condendæ: Lancellottus Conradus *lib. 1. c. 1. de Imperatore §. 4. a n. 5. 6.* 36

Quando repræſentatum eſt reſcriptum in judicio efficitur commune utriuſque partis, ita ut pars præſentans non poſſit poſtea illud revocare, quod procedit, quando præſentatio reſcripti eſt facta in iudicio & intimata parti: Lancellottus Conradus *d. loco.* 37

Reſcriptum à partibus interpretari poteſt: Cæſar Barz. *deciſ. 154. n. 6.* 38

Reſcripti dubij facienda eſt interpretatio ad favorem impetrantis & de caſu ad caſum: Cæſar Barz. *deciſ. 154. n. 14.* 39

Inferior principe non poteſt clauſulam ſine figura judicij in reſcripto delegatorio alicujus cauſæ apponere, Ozaſcus *deciſ. 1. num 18.* 40

Verbum ex certa ſcientia in reſcripto appoſitum idem operatur quod clauſula non obſtante tali lege: Cald. Pereira *obſervat. 57. lib. 2.* 41

Per impetrationem ſecundi reſcripti, cujus notitia pervenit ad judicem aliunde, quam per partem ſecundo impetrantem non impedit quin valeat proceſſus: Petr Salaſarez *deciſ. 226. lib. 1. n. 16.* 42

Reſcriptum non poteſt dici ſurreptitiũ reſpectu taciturnitatis alicuius facti, quādo illud fuiſſet expreſſum non reddidiſſet principem difficiliorem, nec omnia falſa expreſſa vitiant reſcriptum, ſed illa ſola de quibus poteſt aliqualiter præſumi, quod potuerunt movere principem ſaltem ad facilius concedendum: Cæſar Damatus à Fogneras *deciſ. 128. lib. 3. n 18 cum ſequ.* Afflict. *deciſ. 195. n. 5.* 43

Reſcriptum emanatum propter publicam utilitatem contra jus valet, non facta mentione de iure quia tunc princeps videtur diſpenſare contra ius, ſecus ſi fuerit enarratum in favorem privatæ perſonæ, quia tunc non valeret, niſi adeſſet illa clauſula non obſtante aliqua lege in contrarium: Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collect. forenſ. c. 6. n. 18.* 44

Tacitur-

45 Taciturnitas cauſæ, etiam levis, quæ difficiliorem redderet conceſsionem ad ſubreptionem, ſufficit, tamen falſum exprimere gravius eſt, quam verum tacere: *idem d.cap.6.n.26.*

46 Error in nomine adverſarij non vitiat reſcriptum, ſecus ſi erretur in nomine impetrantis: Virgil. ab Agarulra *in horto jurid. numo 10. art.77.*

47 Reſcriptum à principe obtentum non habet effectum donec judici ſeu commiſſario cui dirigitur, fuerit præſentatum: *idem nmo 11.d arbor.*

48 Reſcriptum impetratum à principe, quod ſeotentia non mandetur executioni, donec de meritis cauſæ reviſionis cognitum fuerit non valet: Georg. Cabedo *deciſ.9.lib.3. num.19.*

49 Ampliatio reſcripti principis dum fieri iotenditur, debet pars citari, & pariter dum de interpretatione reſcripti tractatur: *idem d.deciſ.9. lib.3.n.28.*

50 Quando reſcripta conceduntur ſuper jure partium ſunt perpetua, ſed ea quæ judicis comprobatione indigent, ferè anno pereunt Rebuff *de reſcript. in præfat. num.4.tomo 2.*

51 Reſcriptum denegans appellationem ligat etiam impetrantem: Hieron. Magon. *deciſ. Lucc. 52.*

52 Reſcriptum impetratum ſi contineat jus novum & iniquum poteſt adverſarius eo uti, invito impetrante, per viam retorſioois Magon. *d. deciſ.n.18.*

RESERVATIO.

1 NOta: reſervatio quando eſt contra naturam actus, & contra legis prohibitionem, non valet: Joan. And. *in addi.ad Spec. tit.de na.ex libero ventre, in ult. addi.* Et reſervatio nullum jus de novo tribuit, ſed tantùm conſervat jus, ſi quod erat, & nihil prorſus addit: *l.an ſi quis, §. plerig. ,ff. de religio. & ſump.fu.* Et reſervatione abſentib. nihil quæri, *eſt tex.in l.a.C de haredi. & a:.vendi.* Decian. *in conſi.13.num.25.uſq. ad finem.*

2 Sed de bonis reſervatis cui accreſcant in donatione nempe hæredi ab inteſtato: *ſup.dec.de dona.§.alia, n.94.vide* Conſt. Saxo. *par.3. Art.2.* aliàs diſponitur de reſervato uxoris: *ſecundum Art.31.lib.1.*Land Recht.

3 Reſervatum principi in declarando: quæ declaratio ſufficiat, an generalis, vel an requiratur expreſſa & ſpecifica, vide Decian. *in conſi.56 vol.2.* concludit, quòd ſufficiat indefinita & generalis per rationes optimas. Facto reſervato in genere, intelligitur reſervata eſſe quarta pars bonorum: nam quiſq; intelligitur, ſe conformare juri communi: & quòd de reſervato in donatione omnium bonorũ poſsit teſtari, *voluit* Schneidevv. *cum Weſ.in apoſtil.de dona.§ alia, d n.94.*

De regula, quæ ait, reſoluto jure datoris, reſolvitur jus acceptoris, *colligitur ex tex. & eſt gl.in §. ſi. ſi controv feudi de inveſt fuerit.* Et *in §. rurſus quibus modis feudum amittatur, in uſibus feudo.* conſuluit pro iſto: in caſu quando res erat ſubiecta reſtitutioni ex pacto retrovenditionis, non poteſt hypothecaria effici. 4

Quædam ſunt reſervata principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, ſubjectionis, ſuperioratis & univerſalis dominij Quædam verò dicuntur reſervata principi in ſignum privilegij ſingularis ſuperioritate excepta quæ reſervata in primo caſu præſcribi non poſſunt, ſecundo autem præſcribuntur ſpacio tanti temporis, cuius memoria non ſit in contrarium: Sic quoque dicitur ea quæ ſunt reſervata principi ſi diu principaliter conceduntur tranſire ſine ſpeciali conceſſione, quaſi ex diuturna conceſſione videatur princeps velle illa communicare inferioribus: Lancellottus Conradus *in templo omn. judic. lib.1.c.1.de imperatore §.4.de petent.Imp.* 5

In generali conceſſione comprehenduntur ſpecialiter reſervata principi, quando aliquis perpetuo conſtituitur princeps & dominus provinciæ, ut ſunt duces, Comites: Lancellot. Conrad. *in allegat. loco nu fin.* 6

Conceſſis aliquibus reſervatis, intelliguntur ea conceſſa exercenda cum cauſæ cognitione, non de pleoitudine poteſtatis: Lancellott. *d.loco.* 7

Reſervatio uſusfructus juſtificat donationem omnium bonorum, præſentium & futurorum: M. Anton. Peregrin. *conſ.76.n. 11. vol.1.* 8

Reſervans uſumfructum non poteſt proprietario præjudicare & transferr dominium in proprietarium, nec ad proprietarij præjudicium ſervitutem conſtituere poteſt: M.Anton. Peregrin. *conſ.3.145.vol.1.* 9

Reſervatio facultatis addendi & corrigendi ſeotentiam non prodeſt in ſubſtantialibus: M. Anton. Peregrin. *conſ.8.n.3.vol.3.* 10

Reſervatio operatur effectũ repetitionis: M.Anton. Peregrin. *conſ.36.n.93.vol.1.* 11

Reſervatio juris aliqua in parte rei obligatæ efficit ut reſervans intelligatur omne augmentum voluiſſe reſervare: Cæſar Berz. *deciſ.70. nu.66.* 12

Reſarvatio non valet circa ea, quæ ſunt ſpecialiter declarata: Georg. Cabe. *dec.66 lib.2* 13
Si filia in quittatione reſervaverit jus ſuccedendi caſu, quo fratres morerentur ſine liberis tale jus reſervatum ad hæredes tranſmittitur: Ferrant. Ganguar. *conſ.117 n.26.lib.2.*

Licet quis conſenſerit reſervationi ex 14

taſi conſenſu non obligatur, ſed ſolummodo operatur ut non poſſit venire contra ipſam reſervationem: *idem d.conſ.nu.38.*

15 Reſervatio jus nullum de novo tribuit ſed tantum conſervat: Anton. Sola *in conſtitu.Saband.gl.2.ſuper decreto Rempub.par.1.nu. fin. de jure Emphyteut.*

16 Quando maritus alienat rem hæredi poſtea inſtituto, reſervato ſibi uſufructu & poſt mortem uxoris, hæc reſervatio non revocatur per generalem revocationem donationum factam in teſtamento: *idem conſ.25. num.26.*

RESIDUUM.

1 Appellatione reſidui totum continetur, quando non reperitur pars, in cuius defectum poſſit verbum illud verificari Alex. de Imo. *in l.2.C. de heredi.inſtituen.* vel ſic appellatione reſidui venit id totum, quod ſupererat. *idem* Alexan. de Imo. *in conſ.26.vol.4. per d.l.2.C. de here. inſti. facit l.uxori, in prin.ff. de lega.3. cum ibi notatis: & §. qui non militabat, §. fina. cum duabus ll. ſequentibus, ff. de hered. inſtituen.*

RESTITUTIO.

1 Quid ſit in integrum reſtitutio, nempè prioris ſtatus, vel juris, vel audientiæ redintegratio, *c. ex literis. ext de in integ.reſti, l.1.C. de ſententiam paſſis.* ¶ Quis & quando poſſit in integrum reſtitutionem petere, qualiter in integrum reſtitutio petatur, intra quod tempus reſtitutio danda ſit, quis poſſit in integrum reſtituere, & de effectu reſtitutionis in integrum; *vide* Specul. *in titu. de reſtitutione in integrum, per totum, part.2.* vide Decian. aliqua conſulentem de reſtitutione à principe facta, quouſq; ſe extendat: *alia bona in conſ.23.nu.57. & in ſequentibus, vol.1.*

2 Qualiter pro petitione reſtitutionis in integrum, formentur libelli ab actore, & defenſiones à reo, vide eundem Specul. *in tit. de in integr. reſtitu. per totum, parte 4.* & ad iſta, vide Mynſing. *in obſerv. 18. cent.4.* Ubi docet, reſtitutio in integrum quale ſit beneficium, an perſonale vel (*Crebrius in Camera obtinuit reale eſſe.*) reale? &, diſtinguendo benè, docet: item tradit, quæ in reſtitutionis libello ſint neceſſaria: (*probanda eſt minor ætas, læſio, & quòd dolo vel facilitate adverſarij contigerit. Nam tempora reſtitutionis in integrum nondum eſſe lapſa non cogitur probare actor, ſed reus lapſa illa eſſe probabit,* (*& in ſeqq. obſerva. 19.* docet de iſtius beneficij tranſitione, an videlicet tam tranſeat in hæredes, quàm in ſucceſſores univerſales? (*Reſpondetur, etiam in alios ſucceſſores univerſales tranſire, veluti in eum: cui reſtituta eſt hæreditas.*)

3 De tempore iſto quadriennij petendæ reſtitutionis, & de inſtantia in iſto, & in alijs caſibus, de jure civili, & de jure Cameræ Imperialis, (*quo jure* Mynſing. *ait quadrienij tempus non obſervari.* vide Mynſing. *in obſerv. 51.cent.1.* Nota: ſemper reſtitutio tantum reſtituit, quantum id, adverſus quod reſtitutio petitur, abſtulit: Barto. *in l. fin. col 3.C. de ſenten.paſſis, per c. venerabili, & per notata* Abba. *ibidem, de offi. delegat.* non enim dicitur quis reſtitutus, niſi conſequatur plenam reſtitutionem, & ſic, ut etiam fructus reſtituantur: de fructuum autem reſtitutione, *vide tex. in l in condemnatione, §. cum verbum, ibidem* Decium *& apoſt. ff. de reg. juris.*

Volens petere reſtitutionem in integrũ, tanquam procurator, non admittitur cum generali mandato, ſed requiritur, quòd ad hoc habeat ſpeciale: affirmat & aſſignat rationes Mynſing. *in obſerva.26. cent.2. obſerva.* Came. Imperia. Menoch *in conſ.100. vol.n.291 & in ſequentibus*, ibi multa bona de reſtitutione minoris ex clauſula ſaltem generali, ſi quæ mihi juſta cauſa, quo tempore petenda, & perſonaliter quod petatur non per procuratorem, niſi ad hoc ſpeciale mandatum habentem: & *nota ibi. 301.* quod nullitatis judicium & petitio reſtitutionis in integrum ſe non compatiantur, ſed unum alterum quod excludat. (*Eodem tamen libello proponi poſſunt, ex ſententia* Guid *quam Domini Camerales ſecuti ſunt, ſicut etiam reſtitutio in integrum & rei vendicatio rectè conjunguntur, qua opinio communis eſt:* Mynſinge. *obſerva.25. centu.2.*) 4

Sed læſo ultra dimidium juſti precij, per compromiſſum vel tranſactionem, quòd competat reſtitutio, dixit Mynſing. *ſecundum alios in obſervat.33. centu.1.* (Geyl. *tamen 20. obſerva pract. 70. negativam in Camera approbatam eſſe docet: modo vera ſit non ficta tranſactio, neque dolus verus vel præſumptus intercesſerit.*) 5

Eccleſia & minor, an & quando contra tres conformes ſententias poſſint petere reſtitutionem, & an impediat executionem, (*non impediri executionem, nec locum reſtitutioni eſſe* Bald. *voluit, propter præſumptam à jure calumniam, atq; ita ſæpe in Camera judicatum eſt: ſane præſumptione ea ceſſante, contrariam Saliceti opinionem Camera ſecuta eſt*) notavit, quid juris & quid ſequutum in Cam. Imperiali, Mynſing. *in obſerva.84.cent.3.* 6

Quatenus & quando contra contractus, & rationes majorum fratrum, minoribus fratribus detur in integrum reſtitutio, *optimè docuit & conſuluit* Wolenb. *in conſ.3. part.1. ſuo. conſilio.* 7

Sed petitio reſtitutionis in integrum, an faciat differra executionem; (*Impedit eam, niſi calumniæ præſumptionis ſubſint, quo caſu præſtita a victore cautione, ſententia executioni mandatur*) declaravit idem Mynſing. *in obſerva.* 8

ſerva.43.cent.1. & ibi idem, quid de ſupplicatione. (*Non impedit reſtitutionem.*)

Et quo ordine (*Plenario mini⸗um, adeoq; lis conteſtanda erit, etiam parte altera per contumaciam abſente.*) procedatur in obtinendo beneficio reſtitutionis in integrum, docuit idem Mynſing. *in obſerva. ſequenti 49.cent.1.*

9 Sed in hac materia venit notandum, quòd reſtitutio ſecundaria ſine novis defenſionibus non concedatur: *l. ulti. C. ſi ſæpiùs in integ. reſtitu. poſtu neq; in Came Impe.* & Dn. Mynſinge. *in obſerva. 52. cent. 1.* & ibi remiſſivè, quæ dicantur novæ defenſiones. Reſtitutionem non dari contra præſcriptionem, ex capite ignorantiæ, concluſum eſt in conſtitu. *Elect. Saxo. Arti. 9. parte 2.*

10 Utrum reſtitutus recuperet hæreditatem alteri delatam, Fachin. *lib.1. contro. c.39.*

11 Reſtitutio in integrum in quibus caſibus detur, Raudenſ. *de analog. lib. 1. c. 33. n. 131. uſq; ad 138. & nu. 206.*

12 Quibus reſtitutio in integrum detur, Med. *de conſ poſ. gl. 2. p. 3. n. 190. fol. 684. & n. ſeqq.* utpote minori 25. ann. *n. 190.* furioſo: *191.* prodigo: *n. 192.* muto, ſurdo, vel ſimili morbo laboranti: *n. 193.* miſerabili perſonæ: *n. 194.* Eccleſiæ: *n. 195.* Reip. villæ, caſtro, univerſitati, collegio, fiſco. *n. 196.* Ruſticis: *n. 197.* ubi lim. 14 & amp. *n. 198.* mulierib. *n. 199.* militib. *n. 202 & ſeqq.* ubi ampl. & lim. infirmo: *n. 204.* occupato circa plura negocia: *nn. 205.* excommunicato: *nu. 206.* bannito: *nu. 207.* relegato: *n. 208.* carcerato: *n. 209.* detento a latronibus: *n. 210.* juranti non diſcedere de loco, propter metum perjurij: *n. 211.* litiganti in alto loco, ubi adeſſe compellitur, ſi alibi reperitur: *nu. 212.* Peregrino ex voto: *nu. 213.* Scholari abſenti: *nu. 214.* mercatori cauſa mercaturæ abſenti: *nu. 215.* forenſi propter ignorantiam juris municipalis: *nu. 216.* abſenti: *n. 217.*

13 De cauſis, quibus reſtitui quis poſſit, Medic. *de conſ poſ. gl. 2. p. 3. n. 220 & ſequentib. fol. 691.* ¶ Reſtituere qui poſſint, Med. *de conſ. poſ. gl. 2. p. 3. n. 234. uſq; ad 251. fol. 694.* & qui non poſſint, *n. 251. & ſeqq. fol. 695.*

14 Reſtitutionem rectè petit minor cum tutoris autoritate: Seb. Med. *d. lo. n. 255. fol. 696.* Item tutor vel curator: *n. 256.* Syndicus: *n. 257.* Oeconomus & prælatus Eccleſiæ: *n. 258.* pater pro filio: *n. 259.* procurator, ubi lim. *n. 260.* non poteſt autem excommunicatus: *nn. 261.* item nec bannitus: *n. 262.* item nec conſanguineus: *nu. 263. ubi lim.*

15 Reſtitutio contra quos detur, Medic. *d. lo. n. 264. & ſeqq. fol. 697.*

16 Reſtitutio adverſus malè geſta quando debeatur, Med. *d. lo. n. 269. & ſeqq. fol. 697.* tam minoribus quàm maioribus. Et de reſtitutione adverſus obligationes ex contractibus deſcendentes, *à n. 270 uſq; ad nu. 29.* ex quaſi contractibus, *nu. 293 uſq; ad nu. 297.* de reſtit. adverſus ultimas voluntates, *nn. 297. uſq; ad n. 311.* adverſus amiſſam bonor. poſſ. *n. 312.* adverſus judicialia, *n. 313. uſq; ad n. 356.* adverſus diſtractus: *n. 357.* adverſus delicta, *n. 362. & ſeqq. & ibid. in ſeqq. n. plures caſus aliar. materiarum.*

Reſtitutio in quibus caſib. ceſſet, & quomodo tollatur, Med. *d lo nu. 382.* 17

Reſtitutionis effectus, Med. *d lo nn 405.* & quomodo petatur, *ibid.* eius requiſita, *n. 405. uſq; ad 414.* effectus, *n. 415.* ¶ Fœmina faciliùs reſtituitur in integrum, quàm mas: Pruck. *l. in multis, de ſtat. hom. p. 2. art. 16. ubi declarat.* ¶ Reſtitutio in integrum minori non datur, niſi ſit læſus in aditione hæreditatis omiſſione inventarij: Guid. Papæ *dec. 141.* & beneficium reſtit. in integrum an cedi poſſit: *ibid. n. 2.* Minor quomodo probetur læſus: & quomodo probetur, facultates non ſufficere ad credita: *quæſt 142.* 18

An minori ſit concedenda reſtitutio abſq; alia læſionis probatione, Joſeph. Lud. *concl. 49.* Gabr. *lib. 2. de min. concl. 1.* ¶ Coram quo judice reſtitutio petenda, Covarr. *var. reſol c. 4 lib. 1.* 19

Minore enormiter læſo in ſpiritualib. an ſit reſtituend. Covarr. *var. Reſol. c. 5. lib. 1.* ¶ Reſtitutio in integrum an à Judice ex officio poſſit fieri: Afin. *de execut. § 3. c. 190.* 20

Ex officio in ſpoliatione poteſt inquirere: *c. 92.* 21

De reſtitutione in integrum adverſus præſumptionem juris, & de jure, Menoch. *lib. 1. præſ. quæſt. 70. 71. 72. 73. 74.* ¶ Renunciari poteſt reſtitutioni in integrum: Med. *de conſerv. poſ. fol. mihi 712 n 401.* 22

An tempus reſtitutionis in integrum, ſit quadriennium continuum, Mynſing. *cent. 1. obſerv. 51.* 23

Reſtitutio ſecundaria ſine novis defenſionibus non conceditur: *obſerva. 52.* ¶ Sit ne habenda ratio fructuum in reſtitutione, quæ in integrum cauſa ætatis fit, Covar. *Var. reſol. c. 3. lib. 1.* 24

Numquid hodie magiſtratus municipales in integrũ reſtituant, Vand, *lib. 1. quæſt. 22.* ¶ Reſtitutio per viam gratiæ à Principe conceſſa condemnato, non trahitur ad bona medio tempore alienata: Secus, ſi facta fuerit per viam juſtitiæ, condemnato pro aſſerto delicto, non prætextu alterius juris: Plot. *de in lit. jur. § 1. n. 5.* 25

Reſtitutio in integrum an detur minori poſt publicationem atteſtationum, ut de novo teſtes producat, item, an maior, ſi ignoravit ſe habere teſtes, & poſt deducta teſtifi- 26

eata primùm cognovit ſe habere, an in integrum reſtitui debeat ex clauſula generali, *l.1.§.fin.ex quib.cauſ.ma.vide in verb.Teſtis, & in verbo minor, & in verb.ignorantia.*

28 Reſtitutio in integrum, ex edicto, ex quib. cauſis majores eſt ſavorabilior reſtitutione, quæ competit ex edicto de minoribus: quia illa eſt magis fundata in privilegio ſpeciali; cùm ſolis minoribus conveniat, & ſic odioſa, & reſtringenda: *l.jus ſingulare ff. de LL.*

29 Sed altera eſt fundata in jure communi. Nam omnibus competit, dummodò ſubſit cauſſa probabilis: *vide* Alex *poſt gl.in l.cum quidam, de acq.hered.* Contrarium conſuluit Curt. *conſ.18. col 3.in fin.*

30 Reſtitutio rei, ſi agatur rei vendicatione, an veniat officio judicis vel jure actionis, *vide latè poſt* Bart.Modern.Jaſ.& Carol.*in l.ſi prius,in 17.col de oper.no.nunc.*

31 Reſtitutio in integrum debet peti infra quadriennium à quibuscunq;, quo elapſo peti non poteſt: *l.fin.C.de temp. integr.reſt.pet. c.1.de reſt.lib.6.*

32 Hic nota, quòd tale tempus quadriennij, quoad initium, eſt utile: *ut probatur in d. l.fin.in verſ. quemadmodum, ita dicit* Bald.*not. in l falſam, C.ſi ex falſ.inſtru. & ideo ſecundum* Alex.*in conſ.39.vol.2 num 17.* Si quis probabiliter ignorans ſe læſum, ſteterit per centum annos, quòd reſtitutionem non petierit, ſemper poterit illam petere: *ſecundùm* Bald.*in d.l.falſam.*

33 De hoc quadriennio quòd ſit utile, & quid ſi maior ſuccedat minori, *vide* Franciſ. Curt.*conſ.6.fol.78.col.2 in fin.Vide ad hoc* Bart. & Alex.*in l.cum filius, §.ne hac, de verb.oblig.* Bart.*in l.1.§.ſi quis autem, de itin. actuq.priv. vide ſuprà in verb.ignorantia.*

34 Ad hoc, quòd reſtitutio competat, oportet quòd minor probet, ſe læſum, vel dolo adverſarij, vel ætatis facilitate: Nec decretum judicis impedit reſtitutionem: item formam libellandi, *vide per* Franc. Curt. *conſi.6.fol.77.col.3.*

35 Petens reſtitutionem in integrum, adverſus contractum mero jure validum: debet ſatisfacere de omnibus impenſis ſive melioramentis, tam neceſſarijs, quàm utilibus: aliàs non poteſt obtinere: *l. item utile, §. 1.de minor. & in c.1.ubi omnes cau. de in integr.reſt. vide* Curt. *in d.conſil.6.fol.78.col.4.*

36 Reſtitutionis beneficium, juramentum excludit etiam minorum: *vide* Curt. *conſ.18. colum.3. prope.fin. tolum* ¶ Reſtitutio in integrum debet peti officio judicis, non jure actionis. ¶ Item minor læſus etiam ſine dolo adverſarij reſtituitur. ¶ Reſtitutionis beneficium ad hæredes transfertur. ¶ Loco anni utilis hodie eſt ſurrogatum quadriennium continuum ad petendam reſtitutionem in integrum: *de his omnibus vide* Hieron. Schurff. *in conſi.28.*

37 Reſtitutio in integrum datur huic, contra quem præſcriptum eſt ratione ignorantiæ: Hier. Schurff. *in conſi. 61.n.10.*

38 Pendente reſtitutione in integrum ad appellandum non eſt innovandum: Robert. Lancellott. *in Tr. Attentator 2.part.cap.14 & 18.* Reſtitutio in integrum an poſsit pluries peti: Paul. Fuſc. *in ſingular. in verb.Reſtitutio in integrum num.41.*

39 Reſtitutio in integrum non retardat executionem jam ceptam, & ſufficit decretum & mandatum executivum relaxatum ut executio dicatur cepta, idem procedit in reſtitutione conceſſa minori, per quam neque retardatur executio jam cepta, quamvis reſtitutio ad appellandum impediat executionem inchoatam, dummodo is qui reſtituitur ad appellandum appellet infra 10.dies poſt obtentam reſtitutionem: Stephan.Gratian.*in addition. deciſ. March. deciſ.172.* Cæſar de Graſsis *deciſ.1.num.14. de reſtitut.in integr.* Puteus *deciſ.285.lib.2.*Veſtr. *in praxi lib. 8.c.3. num.18* Lancellot.*de attent. appell. pend. limitat.50.nu.109.*Alexand.*conſ.223. n.6.lib.6.*

40 Reſtitutio incidenter coram arbitro opponi poteſt, & ratione incidentiæ incompetens iudex efficitur competens: Florez Diez de Mena *qu.5.lib.1.nu.96.*

41 Fœmina non reſtituitur ex juris ignorantia ſi peritiores conſulere potuiſſet, & fœminæ incumbit probatio peritiores conſuli nequiviſſe 2. non reſtituitur niſi in caſibus à jure expreſſis 3. non reſtituitur in his quæ ad rigorem juris conſervandum ſunt introducta, unde mulier poſt dicta teſtificata ut teſtes producere poſſit non reſtituitur 4. neq; in his quæ formam tangunt, ea enim ſi à fœmina omiſſa fuerunt actum ſine ulla reſtitutionis ſpe nullum efficiunt, unde fœmina non reſtituitur adverſus omiſſam inventarij confectionem 5. neque reſtituitur in his quæ quidem juris poſitivi ſunt de jure naturali tamen participant, unde ſi fœmina parentes in jus vocaverit venia non petita & impetrata ignorantia juris id factum, quo pœna edicti non plectatur, velare non poteſt: Fr.Herculan. *tr. quis tenet probar. negat.n.16.*Joſeph Ludov. *deciſ.109.n.22.*Cephal. *conſ.760 nu 15.* D. Frid. Bruchman. *articul.16. par. 2. in l.in multis ff. de ſtatu homin.* Joſeph. Maſcard. *de probat.concl. 1080.num.3.* Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſ. 42.* Menoch. *de remed.poſſeſ.recuper. rem.9 num. 13.* Cacheran. *deciſ. 87.* Aſinius *in ſua praxi §.32.c.16.num.2.* Tiraquel. *in l.ſi unquam in præfat.num.100.C. Revocan. donation.* Peckius *de teſtam. conjug. lib.1.c.34.num.2.*Plotus *de in litem iurand.§ 5*

num.

num. 42. Aſcan. Clement. *patr. poteſt eff. 3. nu. 2.* Menoch. *tr. arb. ind. quaeſt. lib. 2. cent. 2. caſu 194* Capye. *deciſ. 13. nu. 10.* Mauritius *tr. reſt. in integr. c. 64. num. 1.* Brogn. Cavalcan. *de tutor & curat. nu. 132.* Cagnolus *l. qui cum alio n. 17. ff. de R. Juris.*

42 Reſtitutio in integrum quæ minori competit, vel ex juſta cauſa majori, an competat fiſco adverſus ſententiam quę tranſivit in judicatum, ſive de pecuniaria ſive de corporali agatur pœna: Anceps quæſtio eſt, quidam negant quidam affirmant, ſed Caſp. Antonius Teſſaur. diſtinguit aut tractatur ſimpliciter de delicto non exigente pœnam ſanguinis & corporalē, ſed in quo ſolet imponi & in ſententia eſt impoſita mulcta, tunc negantium procedit opinio *per l. auxilium, ff. de minor.* aut agitur de delicto pro quo ſolet pœna corporalis imponi & pecuniaria eſt impoſita tunc affirmantium procedit opinio & fiſcus habet reſtitution. ex clauſula generali ſi qua juſta cauſa: vide Tobiam Nonium *conſ. 105. num. 3.* Peregrin. *de jure fiſci lib. 6 tit. 2. num. 11.* Sforziam Odd. *de reſtitution. p. 1. qu. 3. art. 13.* Boerium *deciſ. 265.*

43 Minor quando reſtituitur adverſus licitationem factā: Diſt. Minor civitas, fiſcus, Eccleſia in licitationibus ſervarunt ſolennitates debitas & fecerunt ſicut quilibet major, ut puta quia vendidit minor tempore opportuno, & juſto pretio, & tunc licet alius plus offerat, non admittitur licitatio, niſi de ſorde vel gratia doceretur, ſi veró ſolennitas non fuerit ſervata, ipſo jure non valet alienatio, ſi autem ſolennitas ſervata fuerit, ſed minor eſt læſus ſua facilitate ut quia vendidit non tempore opportuno & tunc reſtituitur: Garſ. Maſtrill. *deciſ. 86. per totum.*

44 Reſtitutio non datur lapſo termino dato ab homine: Garſ. Maſtrill. *conſil. c. num. 69.*

45 Reſtitutio ob dolum procuratoris cauſa, non ex gratia ſed de jure conceditur, & hoc etiam adverſus ſententiam principis eſt concedenda: Cæſar. Barz. *deciſ. 107. nu. 8.*

46 Reſtitutio quæ fit ad hoc ut quis audiatur, non eſt proprié reſtitutio, ſed præambula ad veram reſtitutionē & ad hoc ut concedatur, ſat eſt eſſe aliquam coloratā causā, & reſtitutio hæc dicitur remediū reſciſſoriū vera autem reſtitutio remedium reſcindens: Cæſar. Barz. *deciſ. 107. à nu. 5.*

47 Reſtitutio ſemel petita amplius peti non poteſt, niſi ex nova cauſa: Cæſar. Barz. *deciſ. 107. nu. 17.* ¶ Reſtitutio ut detur in dubio eſt judicandum: *idem ibidem nu. 40.*

48 Reſtitutio in integrum intentari non poteſt, ſtante ſtatuto quod nulla exceptio opponatur: Cæſar. Barz. *deciſ. 74. nu. 23.*

An contractus jurati reſcindantur per beneficium reſtitutionis, ſi enormiſſima læſio intervenerit, licet quis promiſerit ſe nō velle contravenire contractum propter læſionem enormiſſimam? Aff. Martin. Benckendorff. *in tract. Seraph. in addit privileg. 84.* Arr. Pinel. *p. 3. c. 1 n. 9. C. de reſcind. vendit.* Ludolph. Scrad *conſ. 1 nu. 123.* 49

An deportatus à principe reſtitutus, recuperet bona, honores, famam & patriam poteſtatem, an vero pœna tantum ipſi intelligatur per reſtitutionem remiſſa? Diſtinguitur. 50

An ſpecialis ſit reſtitutio vel generalis, illa ut ſtrictè accipitur, ita pœnæ tantum gratiam facit, & reditum in patriā reſtituit. At generalis quæ in infinitum eſt concepta pleniſſima & latiſſima eſt, & ad omnia reſtituit: Petr. Heig. *ad §. 1. Inſt. quib. mod. patr. ſolvitur poteſt* And. Gailius *de pace publica c. 1. nu. 24.* Sneidewin. *ad dictum §. inſtitut. nu. 11. vide* And. Fachineum *lib. 9. controv. c. 17.* 51

An per clauſulam ſi qua juſta mihi cauſa videatur propter ignorantiam detur reſtitutio in integrum contra præſcriptionem *N. per l. ult. C. de fundo patrimon. & per l. 3, 4. C. de praeſcript. 30. annor.* Franc. Sarmientus *lib. 2. ſelectar. interpretat. c. 10.* Arumæus *diſput. 6. exerc. 10.* Broechorſt. *cent. 1. controv. miſcellan. aſſert. 30.* Gulielmus Foſterus *diſput. 9. th. 10.* *Fachin. lib. 2. controv. c. 69.* Nellius *diſput. 8. corrol. 1. per totum.* 52

Utrum reſtitutus in integrum ex gratia principis recuperet pretium bonorum à fiſco alienatorum? Aff. Sfort. Oddus *de reſtitu. in integr. p. 2. qu. 99. art. 5.* Anton. Peregrin. *de jure fiſci lib. 5. tit. 2. num. 27.* 53

An minor adverſus confeſſionem delicti reſtitui poſſit N. Franc. Sarmient *lib. 3. ſelect. interpr. c. 13.* Fach. *lib. 1. c. 72.* Philip. Hoenonius *diſpu. 10. ad l. 108. ff. de R. J.* 54

An minor propter contumaciam condemnatus reſtituitur? Aff. quia minor ante ſententiam non vere contumax eſt: Pacius *cent. 2. quaeſt. 93.* Duarenus *ad l. penul. C ſi adverſus rem judicat.* 55

An fiſcus ſicut minor. 25. annis reſtituitur in integrum. N. quia non reperitur nullo textu juris: Andr. Fachin. *lib. 9. c. 80.* Hoenon. *ad l. 14. ff de Reg. Jur. vide diſſent.* Anton. Peregrin. *de jure fiſci lib. 6. tit. 2. nu. 10.* 56

Reſtitutus à principe an recuperet fructus medio tempore perceptos? *N. authent. Item de Neſtorianis. C. de haereticis* Cæſar. Damatas à Fogueras *lib. 3. deciſ. 8. deciſ. regni Granatae.* 57

Utrum reſtitutus à principe recuperet 58
hære-

hæreditatem alteri delatam ? Aff. *per l. 1. §. ſilio qui mortis ff. ad SCt. Trebellian.* Sforzia Oddus *de reſtitut. in integr. p. 2. quæſt. 90. articul. 1.* Virgilins ab Agaruira *in horto jurid. ram. 10. arbor. 5.*

59 Minor vigintiquinq; annis juriſperitus, ſi ex contractu læſus ſit an in integrum reſtitui poſſit? Aff. *per l. 1. C. qui & adverſus quos* Sforz. Oddus *de in integr. reſtitut. p. t. reſtitut. p. 1. quæſt. 23. artic. 7.* Franc. Sarmientus *lib. 3. Selectar. c. 12.* Anton. Ayerue de Ayora *lib. ſing. collectan. forenſ. c. 30.*

60 Reſtitutio in integrum competit adverſus latam culpam non adverſus dolum: Ferrant. Ganguare. *conſ. 27. nu. 13. lib. 2.*

61 Utrum adverſus rem judicatam reſtitutio detur propter inſtrumenta noviter reperta, cum quis ex justa & probabili ignorantia ea nõ produxerit? *N. per l. ſub ſpecie, C. de re judicata.* Antonius Ayetue de Ayora *lib. ſingu. collect. forenſium c. 18.*

62 Beneficium reſtitutionis in integrũ debet eſſe inter partes commune, ideo ſi una pars reſtituatur ad aliquid, alia etiam debet reſtitui: Didac. Hydalg. *de los caſos quæſt. for. 14. nu. 6 lib. ſing.*

63 Judex qui cognoſcit ſuper reſtitutione in integrum, adverſus ſententiam non judicat ſuper prima cauſa ſed tantum ſententiam reſcindit, ſecus in judice appellationis: *idem qu. 15. nu. 18.*

64 Reſtitutio in integrum minori eſt concedenda, etiam contra executionem duarum conformium ſententiarum, quando conſtat ipſum fuiſſe indefenſum, aut de eius læſione in continenti apparet: Johan. Baptiſta Coſta *conſ. 16. n. 55.*

65 Reſtitutio gratioſa principis, habentis plenam poteſtatem reſtituendi de bonis confiſcatis & fiſco incorporatis, aut in alium à fiſco translatis, ſitne donatio, an meræ reſtitutionis effectum ſortiatur? poſterius affir. Johan. Baptiſta Coſta *conſil. 45. per totum.*

66 Reſtitutionis in integrum petitio & appellationis interpoſitio in argumento in novationis impediendæ eodem loco habentur: Joh. Bapt. Coſta *conſ. 66. nu. 2.*

67 Quando Eccleſiæ & minori fit reſtitutio propter læſionem, fructus reſtituendi ſunt, etiamſi in mora non fuerit: Johan. del Caſtillo. *c. 23. nu. 49. par. 3. variar. juris* Pelaez de Mieres *de majoratu 4. par. quæſt. 23. à num. 34.* Anton. Sichardus *in §. extraneis 6. nu. 40. Inſtitu. de hæred. qual. & differ.* Petr. Auguſt. Morla *empory p. 1. tit. 5. de in integr. reſtitut. num. 31.*

68 Quando reſtitutio in integrum à principe conceditur ad appellandũ poſt tranſitũ in rem judicatam, executio ſententiæ interim fieri non poteſt, & facilius reſtitutio ad appellandum conceditur quam adverſus ſententiam: Jacob. Marchiſel. *qu. 97. lib. recollectar.* Anton. de Canario *de execution. inſtru. quæſt. 21.*

69 An Eccleſiæ adverſus præſcriptionem contra ſe decurſam reſtitui poſſit? Aff. quia ignorantia rerum ſuarum excuſatur in patrimonio amplo, aut quando res per alios tractatur: Jacob. Marchiſellus *quæſt. 102. lib. recollect.*

70 Minor qui contrahendo utitur jure communi ſi læditur non reſtituitur, neque ob damnum fatale reſtitutio ipſi datur: Jacob. Marchiſell. *quæſt. 178. lib. recollectar.*

71 Reſtitutio denegatur ſi ad lucrum & damnum contractus ſe poteſt habere: Marchiſell. *quæſt. 128. num. 5. lib. recollectar.*

72 Reſtitutio adverſus ſententias ſub prætextu inſtrumentorum de novo repertorum non eſt facile concedenda, niſi ſit minor, eccleſia aut alia perſona privilegiata, majoribus autem privilegiatis non ſic: M. Anton. Peregrin. *conſ. 73. à nu. 23. vol. 1.*

73 Reſtitutio adverſus ſententiam & inſtrumentum non privat adverſarium poſſeſſione rei aut juris exigendi in qua reperitur: *idem d. conſ.*

74 Reſtitutio in integrum an minori ſit cõcedenda quando adverſus alium ſibi poteſt eſſe conſultum? Diſting. quando enim ordinarium ſumit originem ab actu voluntario tunc ordinarium tollit extraordinarium ut minor non reſtituitur adverſus actum alterius nomine geſtum, ſi indemnitatem ſuam ſervare poſſit ab eo cuius nomine ex illius mandato geſſit: Aut vero ſumit originem ab actu neceſſario ut quia curator intervenit & minor læſus fuit, quo caſu competit actio ordinaria adverſus curatorem & remedium reſtitutionis adverſus alium, & tunc habet electionem minor: M. Anton. Peregrin. *conſ. 94. n. 58. vol. 2.*

75 Reſtitutio an impediat executionem? Reſpon. habet effectum ſuſpenſivum ut appellatio, nec ea pendente poteſt fieri novitas, nec eſt facienda differentia an requirat altiorem indaginem vel non, debet tamen probari læſio ſaltẽ ſummariè ad dictam ſuſpenſionem aut offerre probationem in continenti: Flores Diez de Mena *var. quæſt. lib. 1. quæſt. 5. à nu. 49.* Johan. Garſias *de nobilitate gl. 6. §. 2. à nu. 18.* Acebedus *in l. 1. num. 174. titu. 21. lib. 4. recompilation. item in l. 4. nu. 10. titu. 17. lib. 4.* Octavianus Veſtrius *in praxi Romana Curia lib. 8. c. 3. à num. 15.* Joſeph. Maſcard. *de probation. q. 3. concl. 1275.*

Reſti-

76 Reſtitutio ſi poſt executionem petatur an ſuſpendat illam? Reſp. Non, ſi tamen ſit evidens vel poſſit liquidari incōtinenti intra tempora executionis poterit opponi per viā exceptionis ad executionis perfectionē impediendā ſi vero longam indigeret diſcuſſionē nihil operatur: Flores Diez. de Mena *d.q. nu.57. vide etiam ſupra in hoc loco quæ ex* Steph. Gratiano *allegavi &* Garſ. Maſtril. *deciſ. 30.*

77 Reſtitutio petita adverſus tres conformes ſententias an impediat executionem? Aff. dummodo incontinenti juſtificetur per integram probationem læſionis ita, quod omnino ceſſet præſumptio malitiæ: Anton. Theſſ. *deciſ. 181.* Caldas *in l. ſi curatorem verbo implorandum à nu.18. & 22.* Flores Diez de Mena *d. quæſt. 5. lib. 1. nu. 58. ubi reſpondet ad clement* ut Calumnijs de ſententia quod loquatur de nullitate non de reſtitutione.

78 Reſtitutio petita adverſus ſententiam principis non habet effectum ſuſpenſivum, & ea non obſtante mandatur executioni ſententia data cautione, niſi liquidiſſimè appareat de læſione vel ex actis proceſſus vel per inſtrumenta: Flores Diez de Mena *lib. 1. quæſt. 5. nu. 60. vide auth. Quæ ſupplicatio C. de precib. imperatori offerend.*

79 Reſtitutionis judex poteſt inhibere Judici exequenti & ſic impeditur executio: Flores Diez de Mena *lib. 1. quæſt. 5. num. 70.* Quintilianus Mandoſius *de inhibition. quæſt. 106. & 126*

80 Reſtitutio incidenter petita non ſuſpendit executionem: Flores Diez de Mena *nu. 71. d. quæſt.* Iacobus Marchiſellus *quæſt. 97. lib. recollect ar.*

81 Reſtitutio petita ad appellandum aut contra lapſum fatalium per viam exceptionis eſt legitima contra executionem, & non requirimus altiorem indaginem neque ullam extrinſecam probationem læſionis: *idem nu.72.*

82 Reſtitutio oppoſita per viam exceptionis contra ſententiam tranſactam in rem judicatam, ſi eſt evidens aut incontinenti liquidari poteſt, ita quod non requirat altiorem indaginem neq; adſit præſumptio malitiæ impedit executionem non per viam attentati & ſuſpenſionis, ſed per viam exceptionis & injuſtitiæ, ſi vero requirit altiorem indaginem non impedit: Flores Diez de Mena *nu.73. d. qu.*

83 Reſtitutio coram quo judice eſt proponenda? debet opponi coram judice qui tulit ſententiam vel eius ſuperiore quando proponitur principaliter, quando vero incidenter, quod fit quando proponitur ad merita cauſæ per modum exceptionis ad impediendam executionem, poteſt proponi coram judice inferiori executore non ut judicet ſuper articulo reſtitutionis quia eſt ad hoc incompetens, ſed ad hoc ut ſi exceptio ſit notoria ſuperſedeat ab executione & cauſam remittat ſuperiori: Flores Diez de Mena *d. qu.5. lib.1. nu. 76*

84 Executio ſententiæ Regiæ non impeditur per reſtitutionem in integrum petitam contra ſententiam, ſecus in ſententijs inferiorum à principe: Caball. *mill. 742.* Benintend *deciſ. 79.* Capic. *deciſ. 53.* Mynſing. *lib.2. obſer. 48.*

85 Beneficium reſtitutionis adverſus probationem omiſſam & illius tempus, judici eſt arbitrarium: Petr. Salafarea *deciſ. 2. nu.3. lib.1.*

86 Si procurator non appellaverit intra tempus debitum dominus poſtea non auditur niſi per viam reſtitutionis: *idem d. deciſ. num.20.*

87 Quando quis læditur curſu temporis, debet petere reſtitutionem intra tantum tempus, quantum eſt illud, in quo dicitur læſus: *idem deciſ. 21. n.3.*

88 Reſtitutio in integrum non conceditur ubi mora purgari de jure non poteſt: Æmil. Veral. *deciſ. 96. par. 3.*

89 Quamvis mandatum ſpeciale requiratur ad petendam reſtitutionem in integrum nihilominus hoc non procedit quando adeſt vel mandatum cū libera vel illa incidenter petitur: Hieron. Magon. *deciſ. Lucenſ. 67.*

90 Reſtitutio poteſt peti coram judice loci contractus: Ferrant. Ganguar. *conſ. 4. nu. 45. lib. 2.*

91 Juramentum tollit reſtitutionem quæ eſt de jure ſpeciali non autem ea quæ eſt de jure communi: *idem conſ.13. nu.62. lib.2.*

92 Implorans beneficium reſtitutionis reſtituere tenetur quicquid à parte receperit: *idem dict. conſ. nu. 77.*

93 Infirmitas præſtat juſtam cauſam ad petendam reſtitutionem ad appellandum: Petr. Benintend. *deciſ. 26.*

94 Mortuo hærede minore ante aditam hæreditatem vel agnitam bonorum poſſeſſionem, eius hæres poterit petere reſtitutionem: Georg. Cabedo *deciſ. 116. num. 25. lib. 2.*

95 Reſtitutio in integrum, quæ reſpectu minoritatis minori conceditur in individuis trahitur ad litis conſortem maiorem, ſecus eſt individuis, ſic major beneficio reſtitutionis in integrum adiuvatur, ſi una cum minore non ſolverit canonem inter illos indiviſum: Cæſar-Damarus à Fogueras *deciſ.112. lib. 4. nu. 6.*

96 Beneficio reſtitutionis in integrum à majori renunciari poteſt, ſecus à minori: Georg. Cabedo. *deciſ. 1. nu 126. lib. 1.*

RETEN

RETENTIO.

1 Habetur *in l. fin. C. de commoda. & per Bar. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condic. indebi.* quòd quis non poteſt retinere rem non debitam pro debita. Sed hoc fallit fàvore datis: caſum habes notabilem, *in l. ſi filiofamil. in prin. ff. ſolu. matri.* ubi per Bartol. & niſi fuerit res eam delicto, vel vitio devenerit ad me: tali enim caſu retentio non habebit locum: *c. ſiua. de ordi. cogni. l. 1. §. rediguntur ff. qua legato:* Petr. de Raven, notavit *in ſuo alphab. litera R. verſ. res ſeu retentio.* Utilitatē retentionis, in quibus caſibus, contra quos, & de quibus rebus retentionis exceptio competat, *vide* Oldendorp. *in Enchir. exceptio. verſ. de exceptione retentionis.*

Retentionem non videtur impedire ſtatutum quod alienationem ac novam acquiſitionem prohibet: Cæſar. Barz. *deciſ. 108. nu. 38.*

Ius retentionis quod viduæ in bonis feudalibus habent an ad hæredes transmittunt? Aff. ſed alteri cedere non poteſt: Dan. Mollec. *conſ. 25. par. 2. n. 6.*

2 Damno dato per animal inventum quandò poſſim illud retinere & quando expellere & an liceat animal offendere: Bonif. de Vitalinis tra. de *Maleſic.* [*Rub. de Damno dato num. 27.*

3 Retentio eſt favòrabilis & datur tam ſingulari ſucceſſori quam contra ſingularem ſucceſſorem, ita ut executio impediatur quamvis ſit oblata cautio per exequi volentem de ſolvendo melioramenta, & alias admitteretur fideiuſſio quando melioramenta non eſſent liquida: Stephanus Gratianus *in addit. deciſ. Marcb. deciſ. 225.* Chartar. *deciſ. Genuenſ. 15. per totum* Galleſ. *de oblig. Camer. par. 4. quæſt. 2. nu. 12.* Surdus *de aliment. tit. 8. privil. 62. num. 11.* Covarru. *lib. 1. var. reſolut. c. 2.* Aim. Cravet. *conſ. 148.* Puteus *dec. 471. lib. 2.* Rota *diverſor. deciſion. 659. p. 1.* Ripa *in l. ubi pure §. in diſtribuend. num. 3. ad Trebellian.* Caſtr. *conſ. 17. in fin. lib. 1.* Riminal. *Junior. conſil. 411. nu. 6. lib. 9.* Soccinus *conſ. 158. nu. 28. lib. 2.*

4 Retentio facilius conceditur quam de novo acquiſitio, petitio, exceptio, compenſatio: M. Anton. Peregrin. *conſ. 4. num. 10. volu. 2.*

5 Retentio uſusfructus operatur tranſlationem poſſeſſionis rerum donatarum: M. Anton. Peregrin. *conſ. 46. nu. 4. vol. 1.*

6 Creditor cui fuit res adjudicata, an poſſit eam retinere pro alio debito, ſi factum fuit depoſitum per debitorem infra terminum ad redimendum de pretio pro quo proceſſit executio? Aff. ſi debitum eſt liquidum, nàm retentio illiquido debito non conceditur: Garſ. Maſtril. *deciſ. 88.* Achill. Peeſonal: *in tract. de adipiſcend. poſſeſ. nu. 320.* Mandel. *conſ. 220. volu. 2. vid. diſſent.* Melch. Palaez *de majoratu par. 3. quæſt. 34. num. 2. tomo 10. par. 1. tractat.* Milanenſ. *deciſ. 12 nu. 124. par. 2.*

RETORSIO.

Inter reum & actorem qualiter in judicio locum habeat retorſio, ita, quòd reus obſtrictus perſonaliter comparere in judicio civili, non aliter tenetur, niſi actor idem faciat, *& de alys,* (*Velnisi; ſi actor ut reſcripti ſummariè procedere velit, in cauſa quæ plenariũ proceſſum requirit, cauſa pariter reconventionis ſummariè expediri debet.*) *vide* Mynſing. *in obſerv. 4. cent. 3.* ¶ Ob und wieweit das jus retorſionis ſtat haben ſoll/ in denen Fällen da man etwa die Erbſchafft/ legata, fideicommiſſa, oder Ubergeben auff den Todesfal nicht ohne abzug oder keine Gerade oder Hergewette/ aus einem Ort in den andert folgen leſt, *vide* Conſt. Elect. *in Articul. 38. parte 3.* (*Si hæredes eo loci degant, ubi hac hæreditati annumerari ſolent, eo in caſu hæreditati res expeditoria vel Gerada annumerantur, & hæredes ſequuntur. ſin nulli hæredes ſint, vel ibi domicilium habeant, ubi excluſis hæredibus alterius loci fiſcus ea occupat, & hoc caſu juri retorſionis locus erit.*) 1

Retorſio eſt legitima contra injuriam verbalem honoris tuendi cauſa, in continenti facta propulſatio; & eſt legitimè retorſionis interpoſitæ effectus ut injuriarum actionem elidat, ita ut ab illa ad hanc non detur regreſſus: Johan. Harprectus *ſuper. inſtitut. titu. de injurijs §. hac actio 12.* 2

An ſtatuto introduci poſſit ne laceſſitus injurijs retorquendo poſt hac ſe defendat: Aff. Harprectus *ibidem num. 102. cum ſequ.* 3

Si ſtatutum extet quod nemini ſub certa pœna liceat dicere alteri, tu mentiris, nunquid per hoc ſtatutum etiam retorſio, quâ honoris defendendi cauſa crimen mendacij conviciatori objicitur prohibita intelligetur? N. Harprecht. *d. loco à nu. 110.* 4

Cum retorſio ſit ſpecies defenſionis an minor injurijs laceſſitus, ſine autoritate tutoris, & filius familias ſine conſenſu patris retorſionem intendere poſſint? Harprect. *ibidem à nu. 117.* 5

Utrum patri liceat Injuriam verbalem filiofamilias illatam retorquendo diluere? Diſting. ſi pater ſuo nomine beneficio retorſionis uti velit, ut propriam injuriam ex ea re ſibi factam repellat, tunc ipſi licet, ſecus eſt, ſi non ſuo ſed filij nomine injuriam vindicare velit: Harprectus *ibidem à nu. 127.* 6

Maritus propter verbalem injuriam uxori ſuæ illatam, eius nomine retorſionem interponere non poteſt: Harprect. *nu. 133.* 7

Ad

8 An procurator ad agendum conſtitutus, propter injuriam verbalem domino principali illatam omiſſâ injuriarum actione, nomine principalis retorſionem interponere poſsit? N. Harpreƈt. *num. 135.*

9 An is, qui ob crimen fractæ pacis publicæ ab Imperatore vel camera eſt proſcriptus ſive bannitus, ſi injuria verbali afficeretur, poterit adverſus conviciatorem retorſionis uſurpare remedium? *N.* Harprechtus *num. 150.*

10 Utrum infamis, cui quis infamiam objecit, retorquendo dicere poſſit, objicientem mentiri? Diſting. Aut enim quis infamem certi alicujus criminis reſpectu vel nulla criminis qualitate adjecta ſimpliciter infamem appellavit, hoc caſu cum falſum non dixerit retorquendi facultas infami denegabitur: Aut vero quis infamem ex certo delicto, puta condemnatum directa mandati vel depoſiti actione graviori infamiæ falſo inſimulavit, eumq; verbi gratia infamem furem vel latronem appellavit, tunc infami competit facultas retorſionis: Harprechtus *num. 156.*

11 Utrum filius adverſus patrem, diſcipulus adverſus præceptorem, ſubditos adverſus magiſtratum retorſione uti poſſint? N. Harprecth. *n. 57.*

12 Retorſionis libellus valet ſi ita conceptus fuerit, comperi quod Titius apud honeſtos viros me quaſi furem diffamarit, quare honoris mei defendendi cauſa ſcribo, quod quiſquis me ob furtum prædicto modo infamavit, mentiatur: Harpre. *n. 193.*

13 Libellus retorſionis, omiſſa circumſtantia temporis & loci illatæ injuriæ non valet: Harpr. *num. 195.*

14 Retorſio cum moderamine inculpatæ tutelæ interponi debet, unde ſi quis inter privatos parietes verbali aliqua injuria notatus eſt, moderamen inculpatæ tutelę excedit ſi ſcheda retorſionis publicè affixa injurianti mendacium objiciat, juſta autem & & legitima retorſio erit, ſi privatim quoque adhibitis tamen ad minimum duobus teſtibus & Notario, conviciatori retorſionis libellus inſinuetur: Harpr. *n. 201.*

15 Retorſio retorſionis an permittatur? Aff. ſi conſtet adverſarium falsò mihi meo..itum impegiſſe...

16 Notarius ei, cui retorſionem inſinuavit, operam ſuam in eodem retorſionis ...cio præſtare non tenetur: Harprec... *216.*

17 Vide elegantes formas retorſionum apud Harpt. in allegato loco ... hæc actio diſſimulatione *... Inſt. de Injuriis.*

REVELATIO.

Sciens delictum, non revelans, poſito, quòd ejus ſcientia ſit probabilis, vel improbabilis, an non revelans puniatur capite, vel quo caſu, an mitius, puta relegatione, vel alias, *(Variant in hac quæſtione Dd. ſed Bartol. rigidiorem ſententiam* Angel. & Auguſt. *ſequuntur.) vide, quæ notavit* Angel. de Maleſi. *in verſ. che hai tradito la tua patria, mihi n. 16. verſi. quod crimen, & ibi Auguſtin. in addi. ſequutus eſt* Hipp. de Marſi. *in ſing. ſuo 164. in ... nemo debet ſe ſubmittere : & vide ad* Angel. *apoſtillam Bern. litera B. & litera A. incip. opinio.* 1

Revelans ilico tractatum, contra principem vel rempubl. habitum, debet habere præmium: ex intervallo autem ſaltem revelans non puniatur, ſed perdat præmiũ: *Bald.* Bartol. & Cyn. *in l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſta. & in dictis locis* collige, quatenus delictum revelans habeat præmium, vel non. 2

Sed iurans, non revelare ſecreta conſilii, quod illicita poſsit revelare, & non incurrat perjurium, *(dummodo revelet illi, cui prodeſt,) notavit* Lud. Roman. *in ſingula. ſuo. 512. & ibi* Pignol. *in addi.* Mynſinge *in obſervatio. 78. centu. 2. obſervatio.* Camer. Imper. 3

Quatenus conſiliarius Principis & Vaſallus poſsint pro ipſorum ſalute revelare ſecreta, *conſuluit (Ubi concludit, ſi ex revelatione levo damnum oriatur domino, ſibi maximum commodum, revelare eum poſſe: Sin ingens domino detrimentum, ſibi levo commodum inde reſultet, non poſſe. Sed & de voluntate domini revelare ea poteſt.)* Decian. *in conſi. 27. circa finem, vol. 1.* Non revelans res furtivas, in domo ſua fortè repertas, quatenus habeat contra ſe indicium, conſuluit Decian. *in conſi. 92. volum. 2. num. 118.* Et *ibidem num. 121.* voluit, quod ſacerdos vel advocatus non teneantur, apud ſe in ſecreto depoſita revelare & propalare: puta, ſi commiſſa ſint ſub ſigillo confeſsionis: *vide quæ notavi ſupr. in lit.* C. *verſi. de confeſſione pœnitentiali.* 4

Revelans ſecreta conſilii adverſæ parti, fit proditor & perjurus, & venit puniendus pœna depoſitionis: Decian. *conſi. 48. volum. 3. numer. 23. & in ſequentibus.* An quis poſsit compelli detegere illum, qui falsò retulit verba, ab aliquo probata in conſilio? reſponde quòd non, Menochius *in conſil. 107. volu. 2. num. 48.* 5

REVERENTIA.

Nota: reverentiale jus pacto remitti non poteſt: *l. alia, § eleganter, ff. ſoluto matr.* 1

Ex quo inferunt, ibi Angel. & Imol. quod ſi Eccleſia eſt exempta par pactum ab Epiſcopo, tenetur tamen eidem epiſcopo reverentiam exhibere: Bald. *in l. fin. C. de qua. liberto* Modern. *in l. ſed ſi hac, §. patronum, ff. de in ius vocando*, CC. *in c. cum venerab. de cenſibus, & in c. paſtoralis, de dona.* Et quòd tale pactum atjam non firmetur iuramento, voluit gloſ. *dict. §. eleganter, in fine uatavit remiſſivè* Petr. de Ravan. *in ſua alphab. litera R. verſic. reverentiale ius*, Ludov. Roman. *in ſingula ſua 486. incip. Epiſcopus:* Et *ibi* Nicol. Piguo. *in addi*, facit remiſſivè mentionem de tribus fallentijs. Sed debetur reveraotia à Vaſallo domioo faudi: *prout videre licet ex cap. 3. & 22.* Lehn Recht/ *in textu & gloſ.* Debetur atiam reverentia & honor parentibus à libaris, & patronis à libertis: *l. venia, C. de in ius vocau. & ibi per Dd.* Debetur atiam magiſtratui à ſubditis, quemadmodum hi & plures alii comprehenduntur in quarto præcepto decalogi: collige ex iſtis, quæ notavi ſuprà, *in lite. B. verſ. de benefaciente.*

2 Præſentia eius, cui debatur reverentia, quatenus induaet metum iuſtum, & ſic actus vel contractus reſcriptionem, *vide* Bartol. *in l. ad invidiam, ff. quad metus cauſa*, Bartol. Socin. *in regulis fallent. regula. 379. incip. præſentia, fall. 671. colum. 1.* Menoch. *in conſi. 1. num. 492. ibi.* quòd ob metum revercotialem non valeat renunciatio.

3 Teſtis, qui non debuit examinari ob reverentiam, nō facit iudicium contra illum, cui debet reverantiam: quia da illo non debuit interrogari, & prohibetur reſpondere: *tex. eſt in l. 1. §. divus. ff. de quæſtio. l. divus, § ex quibus, ff. ea. l. libertorum, C. de teſti.* Saly. *in l. ſervis, C. eo.* ¶ Et infertur ex his, quòd filius non poſſit teſtificari contra patrem, propter reverentiam. Idem in quocunque, qui reverentiam exhibere debet, ut examinatus non faciat indicium: Blanc. *in l. fina. ff. de quæſtio. num. 344. & 345.*

REUS.

1 Reus alius eſt nacaſſarius, alius voluntarius: neceſſarius eſt, qui invitus trahitur ad iudicium, & convenitur: *de quo in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum, ff. de verb. oblig.* *Innocen. in c. cum inter, de exceptio.*

2 Alius eſt reus voluntarius, qui fortè comparat in iudicio pro ſuo intereſſe, & iſta debet paratus venira ad iudicium, ſicut actor: aliàs repellitur: Abb. Feſin. & alii *in d. cum inter, de exceptiō.*

3 Rei favorabiliores potius, quam actores habeantur: *l. 125. de R. I.* in cauſſæ deciſione non tamen in præparatoriis judiciorum: *l. 8. qui ſatisdar. lib. 66. de Iudiciis, l. 85. §. 1. de v. obl.* in media verò cauſſa actor reo edere tenetur: non è contra: *l. 4. 5. C de edendo*, ad cauſæ deciſionem id pertinet: nam illo noo probante reus abſolvitur. Favorabilioras igitur rei, in re dubia, & teſtimoniis hinc & inde paribus: aliud eſt, ſi pro actore plenè ſit probatum, tunc enim lis dubia eſſe deſinit, cum certa apparat: *vide* Gothofr. *ad d. l. 125. de Reg. Iur.*

Sed quòd competant reo neceſſario defenſiones, ratione ſui privilegii, ratione judicis, reſpectu ſui ſtatus, dignitatis, officii nagocii, ætatis, conditionis, infirmitatis, fori: & quòd ſit paratus ſolvere, iſta omnia tradit Specula. *in titu. de reo, per totum.* Adde quòd etiam ratione ſexus exceptio opponi poſſit: puta quia mulier vel fœmina vult ad iudicium trahi, & petit ſe reſtitui: *Arti. 46. lib. 1.* Land Recht. 4

Et ad hoc poteſt induci, quod traditur, quòd reo non poſſit objici iohabilitas: quia quilibet poteſt comparere in judicio, reſpondere ad actionem, & ſa defendere: quia defenſio eſt iuris naturalis, quæ nemini debet auferri: *l. ut vim, ff. de iuſti. & iure.* Abb. *in c. 1. in 4. notab. de cauſar. poſſeſ. & propriet.* Quia ao ipſo reus trahitur per actorem ad iudicium perſona ejus ſatis eſt habilitata: *Innoc. in c. cum inter, de exceptio* Igitur, qui valis mulierem vel fœminam trahera ad judicium, petas ipſi conſtitui curatorem ad litas, quem facias citari ad judicium: alias videris approbaſſe perſonam mulieris, & facile poteſt corruere judicium: *tex. eſt & ibi faciunt addi. gloſſa & apoſtilla d. Arti. 46. lib. 1.* Land Recht Chilia. Kôn. *in ſuo proceſſu, in cap. 8. de reo.* 5

Reus conveotus actiooe perſonali antaomnia rem reſtituit, poſtea de propriatate litigat: Iacob Marchiſel. *qu. 12.* 6

Reus de crimine occulto danuociatus quomodo ſa habere debeat? libera negare poteſt donec legitimè convincatur, licet ipſi delatum fuerit iuramentum: Iacob Marchiſel. *qu. 136. n. 2. lib. recollectarum.* 7

Rei criminis denunciantes alios, ſi alias præterea patiuntur inhabilitates, non faciunt ſufficians indicium ad torturam: M. Anton, Peregrin. *conſ. 2. num. 38. val. 2.* 8

Reus ſemal abſolutus aut condemnatus non poteſt pro eodem delicto in alio judicio inquiri: Petegr. *conſ. 123. num. 4. vol. 1.* 9

Reus criminis nominans alium non probat niſi in tortura & ſi extra torturam nominaverit, debet in tortura confirmara: Peregrin: *in d. conſ. n. 2. 52. vol. 2.* 10

Reus abſolvi debet ab actiooa malè intentata 11

intentata, reſervato ſibi jure meliùs agendi, ſi ex proceſſu apparuerit aliter ſibi cōpetere jus agendi: Peregrin. *conſ.13.n.19.vol.2.*

12 Reo in judiciis licet deducere contrarias exceptiones ad repellendum actoris intentionem: Peregrinus *conſ.2.n.4. vol.1.*

13 Reus qui exceptionem vel actionem habet adverſus adverſarium poteſt agere & peti pronunciari ſibi ius defenſionis competere & liberari, & adverſario ſilentium imponi: Peregrin: *conſ.82. num.14. vol.1.*

14 *R*eus qui carceres ſemel aufugit poſtmodum captus, fidejuſſoribus relaxari non debet: Johan Anton. Trigon. *ſing. 48.*

15 Daro quod reus abſens poſſit condemnari, non tamen condemnabitur ex ſola contumacia, ſed debet conſtare de delicto ex legitimis probationibus: Petr. Salaſarez *deciſ 96. n.83. lib.1.*

16 Procutator an debeat admitti in criminalibus attento, quod contra abſentes procedi poteſt: *Aff.* Anton. Ayerue de Ayora *lib.ſing.collect.an.forenſ.c.15.* Ozaſcus *deciſ. 105. num.fin.*

17 Intra annum reus contumax comparendo recuperat bona, ſed poſt annum non niſi cùm principis indulgentia, ſed minor adverſus lapſum illius anni reſtituitur, hoc verum eſt intra tempus quadriennij & idem in majore, qui infirmitate aut alio juſto impedimento fuerit impeditus: Cæſar Damat. à Fogueras *deciſ.127.lib.3.n.86.*

18 *R*eus abſens potius damnatur ex contumacia quam ex delicto: *idem n.709.*

19 Vbi pœna imponenda venit pecuniaria & in eius defectum corporalis, reus poteſt relaxari datis fidejuſſoribus, ſed an juratoria cautio ſufficiat? Hieron Magon. *deciſ.42. Lucenſ.* Ozaſc. *deciſ 18.* Menoch. *de arbitrar. lib.2. caſu 303.* Caldas Pereira *obſer.69. lib.1.*

RIXA.

1 NOta: renuncians ante tempus ſocietati, propter rixoſum ſocium, non tenetur pro ſocio: & ideo dixit Bartol. *in l.fin.ff.de collegiis illici.* quòd rixoſus poſſit prohiberi intrare collegium: *gloſſ. &* Barto. *in l. iubemus, C. de S S. Eccleſiis.*

2 Quòd minor poſſit provocare ad diviſionem, propter rixoſum ſocium, *notatur per* Barto. *in l. qui habet., §. fin. ff. de tute. & per* Bald. *in l.fin.C.commun.dividun.* Abbas *in c. noſti, de electio.* Ratio eſt: Quia multa permittuntur timore rixæ & ſcandali, quæ alias non permitterentur: *ut eſt text. gloſſa, & nota.* Abb. *in c.conſideravimus, de electio. text. eſt in l. æquiſſimum, & ibi per* Bart. & Bald. *in ff. de uſufruct. vide, quæ notavi ſupr. in lit. C, verſ. de communione, & communitate.*

Quæ perſonæ, exiſtentes in rixa, poſſint compelli ad pacem & tranſactionem, *notavit* Petr. de Raven. *aliqua in ſuo alphab. litera R. v. rixa & rixoſi.* 3

Rixæ inceptor, (*Puniri hunc poſſe capitis pœna* Geyl. *tradidit, ſi non conſtet, ex cuius ictu vulneratus mortuus ſit. Idem Rixoſum hominem torqueri poſſe tradit, ſi non conſtet cujus ictu homicidium commiſſum ſit.*) quando plures fuerunt in rixa, quomodo iſte ſolus, vel alij ſimul puniantur, quando neſcitur, cujus ictu occiſus perierit, Hippol. *in ſingula. ſuo. 403. incip. ſuperioribus annis,* Geyl. *in obſervatio. 109. n. 3. lib. 2. idem* Hippol. *in ſingulà. 217. incip. ter vel quater ibi. (quod pro aliis poſſit poni ad torturã,)* Decian. *in conſi. 4. volum. 3. num. 58. ibi.* Rixæ inceptor quatenus teneatur de omnibus vel non in rixa ſequutis, eſt textus optimus contra aggreſſorem, *in l. quoniam multa, C. ad l. Iul. de vi publica, notavi ſuprà, in litera D. verſ. de defenſionibus, & in litera H. verſ. de homicidio: (ibi, quando defenſio formetur, quia plures fuerunt in rixa.)* 4

Iudex ex officio rixas pro viribus tollere poteſt: Aſin. *de exec. §. 3. cap. 122.* & ſi non providet, ne deveniatur ad arma, officio privandus eſt: *infer hinc, ut c. 122. 123. 124. 125. 126. & multis ſeqq. poſſ.* 5

RUBRICA.

QVando rubrica eſt generalior nigro, nō debet reſtringi per nigrum, ſpecialius loquens: imò ſufficit ad deciſionem cauſæ, ſi habeat verba perfecta, ſeu orationem perfectam: *ita notant Dd. in l. 1. ff. ſi cert. peta.* Alex. de Imo. *in conſi. 1. volu. 4.* Paul. Caſtr. *in conſi. 334. incip præſens caſus modicam dubitationem:* pulcherrimè Pet. Gerard. *de Pet. Sanct. in ſingula. ſuo 7. incip. quando Rubrica:* facit ibi mētionem de ſex contrariis, quæ ſolvit Iaſon. *in d. l. 1. ff. ſi cert. peta. ſed contra ipſum* Iaſo. *ibi* Petr. Gerard. *tenere intendit, quem videre licet. Vide* Myuſing. *in obſervat. 89. cent. 1. obſervat. Camer. Imper. (Vbi docet, in dubio concordandum eſſe nigrum cum rubro, ne oriatur contrarietas.* 1

De rubrica, ne quis in ſua cauſa iudicet: & de rubrica, ne fidejuſſores dotium dentur. vide iſtarum rubricarum declarationes, & limitationes, apud Petr. de Raven. *in ſuo alphab. litera N. verſ. ne quis in ſua cauſa: &, ne fideiuſ. dot. den.* 2

RUSTICUS.

RVſticus, (*Propriè eſt ille, qui in rure habitat, tanquam agricola,*) quis ſit, quot nominibus appelletur in iure: quæ ignorantia, 1

 & qua-

& quatenus ruſticum excuſet, (*Ius civile ignorare ei conceditur, non vero ius naturale,*) quodque ipſi ruſtico ſit interdictus armorum uſus: & de ruſticorum materia, notavit remiſsivè Alvar. *in titu. de pace tenen. & ejus viola. in uſibus feud. § ſi quis ruſticus*: item Petr de Ravenna *in ſuo alphab lit. R. verſ. ruſticus.* ¶ Ruſticitas non excuſat in delictis, quæ naturali ratione prohibentur: *l. 2. C. de in ius vocando*, Cuiac. *lib. 10. obſervat. 10.*

2 Gloſſ. *3. in Art. 79. lib. 3.* Landt Recht/ponit quatuor ruſticorum iura ſingul. & dicit: Die Bawrē aber/ſo auff Zinßgut ſitzen/ haben vielerley ſonderliche Recht/das erſt/das kein Zinßgut mag ledig werden vnd dem Herrn heimfallen/alldieweil jemand dazu geboren iſt/darumb man ſie davon nicht weiſen/ noch abdringen mag: *facit Art. 21. lib. 1.* Landt Recht: ſed ibi *in additione latina. litera I* dicitur & declaratur, quòd iſte tex. intelligatur de emphyteutis. ¶ Sed quid iuris, etiam de iure communi iſti habeant, *habetur in l. 1. C. de iure emphyt. & habes elegant conſ. 4.* Hieronym. Schurff. *in cent. 2.*

3 Das ander Recht iſt/ das ſie entſchüldiget ſein/ ob ſie nicht alls geſetzte Rechte gleichwol wiſſen: doch müſſen ſie die natürlichen Rechte wiſſen: *habetur in gloſſ. fin. Art. 28. lib. 1.* Landt Recht *l. venia, C. de in ius vocan. in l. 2. §. fin. ff. de iur. fiſc. ubi & notat gloſſ. in c. ſuper literis, in ver. ſimplicitatem, ext. de reſcrip.* Ergo neque excuſatur in illis, quæ ſunt contra honeſtatem: Bald. *in l. 1. C. de interdict. matri. & in l. quicunque col. fin. verſic. & nota. C. de ſervis fugit. notavi ſupr. in lit. I. verſ de ignorantia.*

4 Das dritte Recht iſt/ das man jhnen in jhren Klagen ſchleunigſt Rechtens verhelffen ſol: alſo/ das ſie die Klage zuhandt bekennen/ oder verneinen ſollen: auff das der Ackerbaw dadurch nicht verſeumet werde/ *ut in Anthen. de quæſtio. §. 1. col. 6.*

5 Das vierdte Recht iſt das man ſie in dem Auguſt/das iſt/in der Erndten/nicht zu Gerichte laden mag/ *ut ff. de feriis, l. 1. & l. ſi feriatis, & ulti. de feriis.* De aliis vide ſupra, *in litera A. verſic. de agricola, cum privilegiis, & de agricultura: ſupr. in litera F. verſic. de feriis.*

6 De ruſticis nota unum notabile, quod remiſſivè dicit Sylva. *in conſi. 61. num. 33 part. 2.* quòd ruſticis tanquam alienæ felicitatis impatientiſsimis, ſemper ſit faſtuoſus animus, extinguendi nobilitatem.

7 Ruſtici in quibus excuſentur, Menoch. *lib. 2. cent. 2. c. 194. latè.* ¶ Ruſtici ſæpè nobiles: Cavalc. *de teſt. ſecunda parte, p. 1. de teſtium quantitate, fol. 31. n. 55.* Ruſtici ſemper excuſantur propter ignorantiam & ruſticitatem, maximè quando non poſſunt conſulere peritos: Vivius *dec. 318. lib. 2.*

8 In ruſtico, an & quibus caſibus iuris ignorantia toleretur, *vide ſupr. in verb. ius, & in verb. mulier. vide Iaſ. in l. fin. C. de iur. & fact. ignor. & in l. ſi quis id quod, de iuriſdict. omn. judic.*

9 Ruſtico non ſubvenitur, niſi in caſibus in iure, (ſicut & mulieri & minori,) expreſſis: Alex. *in l. 1. §. nunciatio, in fin. ubi pulcrè de oper. nou. nunc. vide* Iaſo. *in d. l. ſi quis id quod, in 7. & 8. col. de iuriſdict. omn. iud. ubi Alex.*

10 Et an ruſticus poſt didicita teſtificata in integrum reſtitui poſſit, ut de novo teſtes producat: *vide* Barto. *in d. § nunciatio. in ult. colu. & quid in muliere & minore*: & ibi Alex. ubi dicit, quod in his, quæ concernunt formam actus, & rigorem iudiciarium, ruſticitas non excuſatur: *idem* Alex. *in l. iuris ignorantia, C. qui admitt.*

11 Ruſticos ignorantia iuris excuſat, ſi non poterant conſulere peritiores: *gloſſ. & ibi Iaſo. in l. 1. C de iur. & fact ignor. l. in bonorum. ff. de bonor poſſeſſ.* Et quòd eos ignorantia iuris non excuſet, *tex. eſt in l. 2. Cod. de in ius vocand.*

12 Hoc intellige, ſi potuerunt conſulere peritiores. Nam ſicut mulieres vadunt ad civitatem pro indulgentiis, & ruſtici ad nemus pro lignis, ita debent ire ad civitatem pro capiendis conſiliis, alias non excuſantur: *ita dixit* Bald. Sal. Rom. *ut refert Iaſ in d. l. iuris ignorantia.*

13 Ruſtici tamen ſubtilitatem legum cuſtodire non poſſunt: *l. fin. in princ. C. de codicil vide Soc. in reg. 348.* ¶ Magis favetur ruſtico in iuris ignorantia, quàm mulieribus: Iaſo. *in d. l. iuris ignorantia, C. qui admitt. & in d. l. ſi quis id quod*: ubi etiam, An *R*uſticitas excuſet à dolo, & ab ignorantia iuris: quam regulam ibi Iaſ. limitat 7. modis.

14 *R*uſticitas dicitur innocens & quieta: *l. 3. C. de defen. civit.* ¶ Ruſticorum ſimplicitati ſubveniendum eſt: *l. fin. C. de teſtam.* ¶ *Ru*ſticitas ſancta omnia palàm habet, nec culmen divitiarum habet, nec noverunt niſi ligones, aratra, & ſimilia ad cultus agrorum deputata: *l. certi iuris. C. locat.*

15 Quæcunque dicuntur de ruſticis, quòd eorum ſimplicitati parcatur, ſemper intelligitur de ruſticis non ſagacibus: *gloſſ. in l. athletæ, §. de ruſticis in verb. interdum, de excuſ. tut.* Alex. *in l. 2. ſi quis in ius vocatus non ierit, num. 3.*

16 *R*uſtici non optabunt pecunias: *l. Domini prædiorum*, C. *de agri. & cenſ. gloſſ. in §. ſi quis ruſticus, de pac. tenend, in uſib. feud.*

17 Ruſtici non debent ferre arma, ſub pœna amiſſionis eorundem, vel 20. ſolidorum: *d. §. ſi quis ruſticus.*

18 Ruſtici groſſo pane utuntur, nec delicatis

cibis

cibis,ſed cæpis, caſeo, fabis veſcuntur: *gloſſ.*
in l.ſervis urbanis, de legatis 3.
Ruſticus porcellum tanquam oculum
19 obſerv: *gloſſ.in l. illicitas , §.ne tuis,de off.præſid.*
Ruſtici partes concordare volentes,
20 quæſtiones per medium dividunt: *gloſſ. in.*
l. Neſennius,de negot.geſt.vide ſupr.in verb. cau-
*ſa.*Sicut & nos facere debemus,quando con-
troverſia eſt dura & rigoroſa: & hoc ſuadet
Imp.*in l. congruentius, C. de patr.poteſt.*Dec. *in*
conſi,232. volum, 2. vide ſupr.in verb. cauſa.in
verb.Doctor, & in verb.medium.
Ruſticus non poteſt reſtitui adverſus
21 pronunciationem poſitionum pro confeſſis
factam in procuratoris vel ejus contumaci-
am: Ozaſcus *decis.87.*
Ruſtici quando ob ruſticitatem excu-
22 ſationem mereantur: *vide* Menoch. *de arbi-*
trar.lib. 2. c.184.
Renunciatio in contractibus facta à
23 ruſticis illis non præjudicat: Anton.Ayer-
ve de Ayora *lib.ſing. collect.forens.c.16.*
Ruſtici interrogati de aliquo an poſſe-
24 derit dicto ſtatur, ſi reſponderit poſſediſſe
cum quia vidit: D. Frider.Pruchman. *conſ. 6.*
n.286. vol.2.
25 Ruſticorum dicto ſtandum ſuper eo an
arbores fundo vicino per alluvionem adje-
ctæ radices egerint: *idem conſil.6.n.287.*
26 Ruſtico; qui contraria, cum in teſtem
produceretur dixerat parendum eſt, nam
leges ruſticum à calumnia excuſatum ha-
bent: *idem d.conſ. n.288.*Renatus Choppinus
*de privileg. ruſticor. par. 2.c.1.*Iohan Tileman.
de Benign.decis. Cam. Imper. Syntagm. 1.decis.1.
voto 8.num.21.
An ruſtici die feriato Botſchafft lauffen 27
müſſen: *vide* Colerum *par. 1. proc. execut. c.9.*
num. 68.
Si ruſticus annuatim ex conventione lo- 28
co ſervitiorum pecuniã vel frumentum ſol-
verit,ruſticus an elapſis 30. annis ni[illegible]
nus volente domino & iubente ſervitia præ-
ſtare teneatur? Aff. Iohan. Coppen. *qu. 13.*
num.11. Huſan. *de hominibus propriis c. 2. n. 22.*
Paulus Matthias Wehner. *in ſua practic.obſer-*
vat.ſub vocab. dienſte.
Si nobiles emunt bona ruſticorum an 29
ea ſervitiis & oneribus obnoxia maneant.
Aff. Petrus Surdus *decis. 262.n.4.* Wehner.
d.obſervat.
Operæ ruſticorum appellantur frohn- 30
dienſte à ſacro quaſi ſacræ libertatis quæ per
manumiſſionem contigit liberatio: *argum.*
1.LandRecht *art.53. &* LandRecht 56. wehner.
d. obſervat.
Si nobilis aliquis plures filios relinquit, 31
qui ſibi novas domus extruunt, placet ruſti-
cos ad novas illas domos non teneri operas
convehendi præſtare: Daniel Mollerus *lib.2.*
ſemeſt.c.32.
Ruſticus excuſatur à præſumpta uſura- 32
rum fraude,propter iuris ignorantiam,quod
procedit etiam in minore & muliere: Iohan.
de Arnono *ſingul.91.*
An l:Si quis in tantum C.unde vi etiam 33
locum habeat inter ruſticos: *Aff.*Cald.perei-
ra *obſervat.96,lib.2.*

SACERDOS.

1 SACERDOTES multi, pauci ſacerdotes: *c. multi. 40 diſt* Sacerdotes ſacris Dei vacare oportet. *l. nou diſtinguemus*, *§. ſacerdotes, ff. de Arbitr.*

2 Sacerdotes prandere non debent, niſi hymno dicto: *c. non licet 44. q.*

3 Sacerdotes Dij ſunt, ideo ipſis non eſt detrahendum, etiamſi ſimplices & ignorantes ſunt: *c. cum ex iniuncto, de hered.*

4 Sacerdotalis ordo altior eſt regia poteſtate, quantum aurũ precioſius eſt plumbo: *c. duo ſunt. 96. diſtinct.*

5 Sacerdos non debet habere concubinam, etiam de iure civili: *l. eum qui probabilem. C. de Epiſcop. & Cler.* ¶ Sacerdotes Chriſti, patres & magiſtros regum & principum, omniumque fidelium eſſe, nemo dubitat: *c. qui dubitet, 96. diſt.*

6 Sacerdotibus Eccleſiæque illatas iniurias, quilibet tanquam publicum crimen proſequi poteſt: *l. ſi quis in hoc, c. de Epiſc. & Cler. gl. in l. 1. §. hi ſtudiis, de Iuſt. & iur.*

7 Quando ordo incepit in novo teſtamento: *vide in c. in novo 21. diſt.*

8 Sacerdos ſi eſt viſus amplecti mulierem, debet intelligi, ut eam benedicat: *c. in ſcripturis, 96. diſtinct.* Alex. *refert in conſ. 126. vol. 3. in 4. col.*

9 De vario Sacerdotum genere earumque neceſſitate: Anaſtaſ. German. *libr. 1. De ſacror. immunitat. cap 3.*

10 Quantus apud omnes gentes ſemper habitus ſit, honor, quantaque venerentia ſacerdotibus: Anaſtaſ. German. *d. Tract. d. libri. cap. 10.*

11 Quanta apud omnes gentes, majeſtate, imperio & potentia pollerent ſacerdotes: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. Libri cap. 11.*

12 Aliam ſacerdotibus fuiſſe olim auctoritatem, aliamq; poteſtatem, quod afficere delinquentes poterant ea pœna, quam nos excommunicationem appellamus, proinde Ethnicos pœnam excommunicationi ſimilem habuiſſe: Anaſtaſ. German *d. Tract. d. Libr. 1. cap. 12.*

13 De Sacerdotum immunitate: German, *d. libr. 1. cap. 13* Veteres etiam Ethnicos Sacerdotibus primitias ac Decimas perſolviſſe qua occaſione explicatur. *l. 2. §. final. ff. De Pollicitat.* Anaſtaſ. German. *d. Tract. d. Libr. 1. Cap. 14.*

De voto, votique ſolutione ac de ſacer- 14
dotum in voto auctoritate & quid ſi voti reus & damnatus eſſe: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. libr. 1. cap. 17.*

De feſtis diebus, qui celebrantur apud 15
gentes & de ſacerdotum in eos auctoritate, & quid ſit apud ICtos de plane lites criminave audire & diſcutere: Anaſtaſ. Germ. *d. Tract. d. libr. 1. cap 19.*

Sacerdotes in dicendo teſtimonio non 16
debent cogi ad juramentum: Anaſtaſ. German. *d. Tract. de ſacror. immunitat d. libri cap. 15. num. 27.*

Sacerdotium pro beneficio non recte 17
accipitur: Petr. Rebuff. *in praxi beneficior. part. 1. tit. 1.*

SACRILEGIUM.

SAcrilegium eſt diſputare de factis princi- 1
pis: *l. 2. C. de crimin. ſacrileg.* ¶ Sacrilegi non ſunt ipſo iure excommunicati, ſed excommunicandi: *c. conqueſtus, de foro compet. vide ſalt. per* Soc. *in reg. 350.*

Sacrilegi exemplo furum in fureas ſu- 2
ſpendantur: Iure Saxon. etiam rota velut graſſatores concutiuntur: Landrecht / *lib. 2. art. 23.* Fuchſ. *diſſ. 60* Weſenb. *in par. ad l. Iul. peculat. n 4.*

Sacrilegus non eſt qui pecuniam priva-
tam in æde ſacra depoſitam abſtulit: Cuiac. 3
lib. 13. obſerv. 19.

Sacræ res & Deo ſemel dicatæ, non ul- 4
terius ad uſus humanos transferri, ſed in pietatis cauſſas converti debent: *c. aurum, c. de rebus, 12. q. 2. c. 2 ext. de reb. Eccleſ. non alien. c. ſemel Deo 51. de R. I. l. in tantum, 6. §. ſacra autem, ff de rer. diviſ. §. ſacra, & ib.* Schneid. *in ult.* VVeſenb. *n. 2. Inſt. eod.* Schurff. *conſ. 48. num. 11. cent. 1.*

Alienari quoque & obligari hujuſmo-
di res non poſſunt: niſi id fiat in redemptionẽ 5
captivorum, aut intoleranda fames poſtulet, aut æs alienum Eccleſiam urgeat, aut deniq; cõditio Eccleſiæ melior reddatur inde. *l. ſancimus 17. C. de SS. Eccl. No. 7. c. 8 n 120. c 9. & 10.* Schneide. *in §. ſacra, n. 8. & 9. Inſt de rer. diviſ.*

Committitur ſacrilegium ratione per- 6
ſonæ quia percutit clericum, vel cum ſacra perſona coit item ratione loci vel rei ſacræ. Sacrilegium in generali indulto nõ comprehenditur ſacrileg. & mixti fori, & in eo præventio locum habet: Garſ. Maſtril *deciſ. 68.* Ioh. Calderinus *conſ. 11, n. 2. de forb competent.*

Sacrilegij

7 Sacrilegij inſtar eſſe dubitare an dignus ſit quem elegerit Imperator, inquit: Anaſtaſ. German. *in Tract. de indult. Cardina. §. nos itaq. nu. 9.*

8 Sacrilegus & reus majeſtatis eſt, qui Cardinalem offendit: Anaſtaſ. German. *lib. 3. de ſacr. immunitat. cap. 6. nu. 46.* ¶ Sacrilegij reus eſt, qui ſacros canones violat: Anaſtaſ. German. *lib. 2. de ſacr. immunitat. cap. 11. num. 12.*

SALARIUM.

1 Quæſtio eſt, an advocatus vel alius, tenens officium, & decedens, pro futuro tempore debeat habere ſalarium, ſi officium non impleverit? examinat & reſpondet (*diſtinguendo, ut ſi una præſtatio facienda fuerit totũ habere debeat: ſi annua ſaltem, pro illo anno, qui cœpit.*) Bart. *in l. 1. §. divus, el. 2. ff. de var. & extraord. cog.* & Johan. de Plat. *in l. 1. C. de anno. civilib. lib. 11.*

2 Sed quando moritur ante finitum officium, an hæredibus eius debeatur totum ſalarium? dicitur quòd ſic, *per l. ſi quis in ſacris. C. de prox. ſacro. ſcrineo. lib. 12.* & quod iſta ſit verior opinio, quod debeatur iſto caſu hæredibus totum ſalarium, affirmat Pet. de Raven. *in ſuo aureo alphab. lit. O. verſ. officium, eleganter* Bart. *in l. diem functo, ff. de offi. aſſeſſo.*

3 Quid in domeſtico & protectore, (*huius hæredibus etiam unius anni poſt mortem ſalarium ſolvitur.*) quid de locatore operarum ſuarum (*ſi ipſe moriatur, non debetur ei ſalariũ, indemnio tamen præſtari debet. Sin is, qui conduxit operas, debetur,*) & quid in officiali, decedente in itinere, antequam officium ingrediatur, (*non deberi reſpondit.*) an ipſis debeantur ſalaria? *dixit bene* Anto. Corſet. *in ſingu. ſuis, in verb. ſalarium 3.*

4 Et quod electus ad officium, non autem ingreſſus, licet ſe præparaverit & deceſſerit, non debeat habere ſalarium Pet. de Raven. *in aureo ſuo alphab. litera O. verſi. officium:* & ibidem dixit, quale ſalarium perdat officialis, propter delictum ab officio remotus.

5 An juriſperito vel medico dietim, dies in itinere confecti, numerentur? quæritur: & reſpondet, quòd ſic, Ludov. Roma. *in ſing. ſuo 390. incip. medico exiſtenti, & ibid.* Nicol. Pignol. *in addi.* Bal. *in l. 1. C. de ſuffragijs,* Felin. *in c. 1. in fine, de libelli oblatio.*

6 Sed in qua parte anni ſalaria ſeu penſiones ſint ſolvendæ, (*In locatione rerum in dubio merces ſolvitur in fine anni: In operis liberalibus initio anni, ſeu menſis.*) notat Bart. *in l. 1. §. divus, ff. de varijs & extraord. cogni.*

7 Doctor ſeu ſtipendiarius tempore peregrinationis debent habere ſalaria, ſi de licentia domini peregrinentur: item, ſi tempore vacationis, etiam ſine domini licentia: Ludov. Roman. *in ſingu. ſuo 453. incip. doctor & ibi* Pignol. *in additio.*

Doctor reconductus, non nominato ſalario, an ad primum ſalarium intelligatur reconductus, vide Anto. Corſet. *in ſing. ſuis, in verb. ſalarium, 4.* tenuit Bald. quod ſic, *in l. etiam, in fi. C. de jur. dot. vide declaratum à Dn.* Corſet. *in d. ſingul.* 8

De ſalarijs advocatorum & medicorum, vide plenius apud Speculat. *in ti. de ſalarijs, & bona apud* Petr. à Duen. *in reg. fallent. regu. 572. fol. 771.* 9

Sed in qua parte litis advocato debeat ſolvi ſalarium, (*Crebrius cenſuerunt Dd. finitâ demum lite deberi, quæ ſententia quoq. frequentius in Camerâ obtinuit. Pendente tamen lite ex officio judicis ei debetur.*) item quando procuratori, vel nuncio ſeu alij, vide Mynſing. *in obſer. 7. cent. 3. & in obſerv. ſequen. 8.* an & quale ſalarium (*Salarium videlicet illius anni quo decedit, non ſequentium annorum*) Advocati tranſmittatur ad hæredes: vide Weſ. *in para. ff. tit. de var. extraord. cogni.* inter alia, *ibi num 3.* quòd ſalarij cauſa ſit tam favorabilis, ut ſi deceſſerit, nondum abſoluto officio, qui ea gratia honorarium accepit, ab hæredibus eius nihil repeti queat: *l. 1. §. divus, ff. de var. & extraord. cogni.* 10

Salaria ab advocatis, qui advocationib. vel in conſilijs dandis, operam ſuam venditant, benè ſalaria petuntur: dum tamen illud legitimam ſummam, videlicet centum aureorum pro ſingula cauſa non excedat, nec improbè ſit promiſſum: *l. 1. §. in honorarijs, d. tit. ff. de var. & extra cog.* ¶ Item ſalaria petuntur ab aſſeſſoribus & comitibus judicum: *d. l. 1. §. item comites.* Item Schöpffen nehmen ihr gebühr billich: *Art. 11. & in gl. col. antepenul. in prin.* Weichb. Dañ es iſt niemands pflichtig der gemeine zu dienen bey den ſeinen: *192. c. Cler. omnes, Authen. de conſulib. in pr.* Geyl *in obſerv. 151. lib. 1.* de expenſis & earum taxatione ſiue æſtimatione: *nu. 10.* 11

Item à Studioſis juris, qui mercedis cauſa praxin exercent: *l. 4. ff. d. tit. de extraord. cog. & ibi* Weſen. *in parat. nu. 2.* 12

De ſalario proxenetę, quę proxenetica merces vocatur, & quòd licitè exigatur, declaravit idem Weſen. *in par. ff. tit. de proxeneticis.* 13

De contributione ſalariorum Dd. publicè in Gymnaſijs profitentium, quòd etiam Clerici contribuere teneantur voluit Dec. *in conſ. 14. vol. 1.* ibi multa bona docet de favore ſalariorum Dd. propter ſtudiorum promotiones. 14

De ſalarijs famulorum & mercenariorum, *vide Art. 22. & ibid. in gl. 4. lib. 1.* Landr. *& in apoſtil.* notatur, quando, (*uſq. in diem obitus patrisfamilias, & quidē in eo cæteris creditoribus* 15

ribus omnibus præferuntur.) quomodo ſit ſol-
vendum : quæ & qualiter pro eius conſe-
cutione ſit probanda, (*Jurmento probare-
poſſunt deberi ſibi ſalarium, dum tamen duo con-
currant, primum, ut ſalarium illis promiſſum ſit,
alterum ut tempore mortis defuncti in eius fa-
milia fuerint.*) vide. *Et notavi quadam ſup. in lit.
F. verſ. de familiarib.*

16 Sed ſalarium prohibitum compre-
hendit etiam ultrò oblatum, & quibus caſi-
bus id non procedat, (*Si videlicet agatur de
intereſſe publico, & in caſibus à jure expreſſis, aliàs
ſecus.*) item quando judici liceat aliquid ac-
cipere vel non, notavit Mynſing. *in obſer. 75.
cent. 2.* Quod publicè ſalariatus non poſſit
recipere ſalarium, etiam ſponte oblatum,
Hippo. de Marſi. *in repe. l. unica, C. de raptu vir-
gi. n. 238. in ſeq. declarat ibi exemplis gl. & ibi* Jo-
an. de Plat. *in l. unica.*

17 De Salario Advocatorum, Jacob. Ayer.
in proceſſ. c. 1. ff. obſerv. 7. ¶ Salarium, pro-
viſio, & domus officiali dari ſolita, utrum di-
vidatur, accedente altero officiali, deputa-
to per alium dominum loci eiuſdem, Capyc.
deciſ. 27. nu. 20. & 21.

18 Salarium de quo nulla facta eſt men-
tio & conventio, an & cui per Iudicem con-
cedendum, Gran. *theor. 12.*

19 Iudex in decernendo ſalarium advo-
to quomodo ſe geret, Guid Papæ *deciſ. 190.*
& quid, ſi cliens promiſit magnum ſalarium
cum juramento, *ibidem* Seraph. *privil. 170.*

20 Salaria conſtituere an poſſit adminiſtra-
tor habens arbitrium, Menoch. *lib. 1. q. 46.*
¶ Salarium quomodo augari & minui o-
porteat, auctis & diminutis laboribus: Men.
lib. 2. cent. 3. c. 223.

21 Salarium aſſeſſoribus non præſtitum,
quantum eſſe debeat, Menoch. *lib. 2. cent. 3.
c. 244.*

22 Tutor, Curator, Conſul, Syndicus, Pro-
curetor ad negotia, teſtes, Iudices delega-
ti ad unam cauſſam: non poſſunt ſalaria pe-
tere, ſed tantùm expenſas: Guid. Papæ *dec. 68.
ubi declara.*

23 Mortuo officiali in adminiſtratione,
hæredibus datur eius anni, quo adminiſtra-
vit, in integrum ſalarium : Pet. Greg. *lib. 27.
c. 2. n. 9.* Mynſ. *cent. 3. obſer. 8.*

24. Sed & mortuo officiali domeſtico &
protectore Principis, hæres eius non tantùm
ſalarium anni, intra quod moritur, & præce-
dentia debita conſequitur, ſed & alterius
poſt mortem anni: *ibid.*

25 Procurator & advocatus poſſunt petere
ſalarium pro mercede : Calvalc. *dec. 41. alias
12. in contract. limita, ut* Ayer. *in proceſſu & quan
tum. Seraph. priv. 170. ibid.* Quod juramentum
validet pactum inter advocatum & clientu-
lum, aliàs prohibitum : Ayer, *d. lo.*

Advocatus non poteſt paciſci de quo- 26
ta litis: Ayer. *in proceſſ. c. 1. obſerv. 7. n. 4. fol. 19.
ubi ampl. 3. & lim. 4.*

Advocatus cauſæ, qui intervenit uſq; ad 27
medium judicij vel concluſionem in cauſa:
debet habere ſalarium totius cauſæ non ex-
pectata ſententia, ſi partes veniant ad con-
cordiã: Marſi. *de bannit. verb. expectatur, n. 49.*

Idem eſt juris in judice : *n. 50.* Pec. *in c. per* 28
quem non ſtat, de R. J. n. 6. ¶ Es ſol des Taglöh-
ners Lohn nicht bey dir bleibẽ bis an den Mor-
gen: *lib. 3. Moyſis cap. 19. verſ.* 14. Harr. Piſt. *lib.
1. quaeſt. 8.*

Exceptio moratoria, non habet lo- 29
cum contra Liedlöhner : Moller. *lib. 4. ſemeſtr.
c. 6. nu. 2.*

Si domini temporales poſſunt per ſe 30
commode miniſtrare juſtitiam ſubditis,
puta quia habent paucos vaſallus, non te-
nenentur judices nominare, & ſi nomi-
nent & ſaleria ſolvant quia debitum eſt vo-
luntarium non tenetur ſolvere ſucceſſor, et-
iamſi percipiat fructus : Flores Diez de Me-
ne *lib. 1. var. qu. 8.*

Salarium judicis pro anno incepto 31
tranſmittitur ad hæredes, item judex infir-
mus lucratur ſalarium Aviles & Acebed. *in
l. 6. nu. 5. lib. 3. recompilation.*

Salaria Doctorum & ſcolaſticorum & 32
per conſequens judicium literatorum ad-
vocatorum habent privilegia inter omnes
creditores & æquiparantur doti & fiſco &
habent tacitam hypothecam cum privilegio
prælationis : Johan. Garſias *de nobilitate gl.
35. per totum* Johan. Botta *conſ. 43.* Flores Diez
de Mena *dict. qu. 8. lib. 1. nu. 70.*

Salarium debetur famulo etiam non 33
conventum, quando famulus ſolet alijs ſer-
vire cum ſalario, & Dominus conducere
operas famuli, atque is continue & dietim
aſſiſtit ſervitio : Ludov. Lopez. in ſuo inſtru-
ctorio negotiantium *c. 25. & in inſtructorio
conſcientiæ 2. par. cap. 8. per totum.*

Famulo infirmo non tenetur Dominus 34
ſolvere ſalarium pro tempore infirmitatis,
imo ſi Dominus faciat cum eo expenſas ipſe
tenetur ſolvere : Flores Diez. de Mena *in
alleg. qu. nu. 17.* Acebed. *in l. 7. titu. 6. lib. 3.
recompilation.* Stephan. Anfrer. *deciſ. 269. ca-
pel. Toloſana.*

Famulo qui ſine cauſa & ante tempus 35
Dominum deſerit, non ſolum non debetur
ſalerium futuri temporis, ſed neque etiam
præteriti temporis, Dominus etiam qui an-
te tempus expulit famulum tenetur ei ſolve-
re ſalarium integrum : practicatur tamen
quod ſi Dominus, ex receſſu famuli dam-
num patiatur, teneatur ſolvere famulus uſq;
ad

ad quantitatem ſalarij & idem in domino, ſi vero damnum non patiatur, quia Dominus ſtatim invenit alium famulum æque idoneum, & famulus alium dominum, tunc quia nemo in damno eſt ex æquitate ſolvetur famulo pro rata: Flores Diez de Mena *num.18.*

36 In cauſa ſalariorum proceditur ſummariè & executive, & per viam proviſionis etiam ſpreta appellatione, niſi aperta iniquitas eſſet: Acebedus *in l.6. tit. 7. nn.38. lib.3. recompilat. 38.*

37 Filio laboranti in re patris & ſub eius poteſtate conſtituto, nec ipſe nec poſt eius mortè alij hæredes tenentur ſalarium ſolvere, licet opera quæ fecit ſalaria merentur: limita in filijs emancipatis & naturalibus, & in filio reſpectu matris ſunt auorum à quolibet parente provenientium, iſti enim non habent patriam poteſtatem, & ſic filij non tenentur ijs gratis ſervire: Johan. Parladorius *in tract. rer. quotidian c. 19. per totum* Corduba de Lara *in tract. de alimentis, §. ſed ſi filius num. 138.* Flores Diez. de Mena *lib. 1. qu. 8. nu. 24.*

38 Licet Tutori & curatori de jure civili non debetur ſalarium, *per l. a tutoribus, §. principalibus l. qui negotiationē in fi. ff. de adminiſtrat.* tutorum tamen ex cauſa puta quia labor tutoris erat valde magnus, & Tutor amittebat & à rebus ſuis diſtrahebatur, judex in recompenſationem tutori poteſt aliquod ſalarium conſtituere: Bened. de Barſis *conſ. 115.* Johan. Garſias *de expenſ. c. 20. à num. 11.* Bæza *de decima tutoris c.1. à nu.1.*

39 Executori teſtamenti non debetur ſalarium: Acebedo *in l. 14. gl. pague. el. damno tit. 4. lib. 5. recompilat* Spino *in ſuo tractatu de teſtament gl.28. nu.79.* Avendanus *in prima parte mandator. c.* a. *à num. 8.* Baeza *c. 2. nu. 19. de decima tutor. præſtanda.*

40 Sequeſtro, depoſitario, teſtibus, perſæquatoribus debetur ſalarium in his omnibus, tamen attendenda eſt prius conſuetudo, tū etiā quantitas qualitas laboris & neceſſitas & damum perſonæ cui debet ſalarium dari, & his omnibus penſatis judex arbitrabitur an ſalariū debeat dari vel non, & ſemper vel ut plurimum pro ſalario judicare debet: Flores Diez. de Mena *lib.1. qu.8. nu.20. par.3. var. quæſtion.*

41 Ubi cadit minus perſonale tantum abſque erogatione patrimonij nullum ſalarium peti poteſt, ſed tantum ſumptus moderati niſi eſſent perſonæ, quibus ex officio darentur: Caldas Pereira. *obſervat. 113. lib. 1.*

Doctor reconductus ad legendum cenſetur pro eodem ſalario reconductus, qui prius habebat, niſi mutata ſit conditio perſonæ: Cald. Pereira *obſer. 81. lib. 2.* 42

Si promiſerim dare operarijs meis quantum dabant cives alijs operarijs, & reperiatur quod ſalarium fuerit diverſimode ſolutum, minus ſalarium ſolutum cenſetur promiſſum: Johan. Papon. *lib. 6. titu. 12. art. 9.* 43

Conceſſo officio ſecundum ſalaria conſueta conſideranda ſunt ſtipendia ultima: Caball. *mileloq. 830.* 44

Miles fuit conductus à principe, qui indixit bellum, certo in menſe conſtituto ſtipendio, qui miles captus ſtetit certo tempore detentus & tandem reverſus eſt, quærebatur an deberet pro illo tempore habere ſtipendium? fuit reſponſum negativè: Anton Ayerue de Ayora *lib. ſingul. collectan. forenſ. c. 106.* 45

Operarius à pluvia impeditus non debet habere ſalarium totius diei integrum, ſed tantum pro rata temporis quo operatus eſt: M. Anton. Natta *conſ. 229. tomo 1.* And. de Capua *ſing. 5.* 46

SALUTATIO.

DE effectu ſalutationis, *vide gloſ. in c. cum Adrianus, 63. diſtinct.* ¶ Eo ipſo, quod quis ſalutat alium, præſumetur ei conſentire: *24. q. 1. c. omnis,* nec injuriam ad animum revocavit, quòd ex ſola ſalutatione præſumitur, illam remittere: *ita notabiliter in c. olim. de injur.* 1

Et ex eo, quod quis non vult alium ſalutare, præſumitur ejus inimicus, & ideo poteſt, ut ſuſpectus, recuſari: *facit, quod habetur in c. cum ſuper Abbatia, de officio deleg.* quod intellige verum, quando à principio ſolitus erat ſalutare, & poſtea ceſſat: ſecùs, in eo, qui non conſueverat ſalutare: *tenuit* Andr. Barba. Siculus *in proœmio, Clemen. in ſalutem, in prin. notavit ſimiliter* Anto. Blan. *in repe. l. fin. ff. de quæſtio. num. 109. verſi. non loquens.* 2

SALVUS CONDUCTUS.

SAlvus conductus eſt publica fides ſeu ſecuritas: quæ datur illi, qui timet ſe offendi vel 1

di vel gravari, & iſta fides tanquam publica eſt ſervanda, etiam hoſti & bannito: *ſic dixit* Barto. *in l. non fuit, & ibi* Barbat. *in apoſtilla, litera C. ff. de dolo,* Meooch. *conſ. 100. vol. 1. n. 216.* Et ad hoc vide, quod quæritur, an occidens bannitum, habentem ſalvum conductũ teneatur de occiſo, (*non tenetur, ſi ignoravit eum habuiſſe ſalvum conductum, niſi juſtam cauſam habuiſſet inveſtigandi veritatem, puta quia quis proteſtatus ſit, eum eſſe rebannitum, vel habere ſalvum conductum. Et tamen hoc ipſo caſu nõ de dolo, ſed culpâ punitur.*) *per* Paul. Caſt. *in conſ. 199. (inci. In Chriſti nomine Amen. Licet iſta quæſtio, &c.) vol. 1. per totum.*

2 Die Sächſiſche Rechte haben auch geſatzt/ vnd wollen/ das einer/ der ſich zu ſeiner defenſion erbeut/ vnd Bürgen ſetzt fürzukommen/ ſollen vergleitet werden: *habetur in Arti. 13. lib. 3. & in Arti. 4. lib. 2.* LandRecht.

3 Das aber die Burgſchafft zu peinlichẽ Sachẽ/ höher ſich nit erſtrecke/ dañ auff ſein Wehrgeld/ in Bürglichen aber auff die gantze Sache. dicit textus *in Art. 10. lib. 2.* LandRecht/ & ibi declarat *addi. lat. lit. B* dicens: in civilib. fidejuſſor tenetur ad totam cauſam: in actione criminali autem, ſi fideiuſſor principalem, prout promiſerat judicio, ſiſtere non poſſit, cogi non poteſt quicquam ſolvere: ultra ejus legitimum werigeldum.

4 Et hæc vera ſunt, quando fidejuſſor abſq; dolo reum non exhibet: ſi enim dolo faciat, poteſt extraordinariè puniri, vel ad tempus relegari, vel fuſtigari, vel forte acriùs contra eum procedi: *l. ſi quis reum, ff. de cuſto. & exhib. reorum, l. ſi barſatorem, C. de fideju. l. 2. C. ad Turpillia.* non etiam fidejuſſor, qui reum non exhibet, eſt occidendus, *15 q. 5. c. cum fidejuſſor, facit (de iſta materia ſiſtendi principalem in judicio, vel non, per fideiuſſorem,) textus cum aditio. & gl. in Art. 65. lib. 1.* LandRecht *ibi. Et in d. Arti. 10. lib. 2.* invenies, uſque ad quæ tempora fidejuſſor ſit obligatus, reum ſiſtere in judicio.

5 Et in addi. *2. d. Arti. 4. lib. 2. litera B. ibid.* ſtatuitur pœna adverſus non ſervantem ſalvum conductum, Da die addition alſo ſagt: So ihm Geleite zu Rechte gegeben iſt/ vnd er ſich eines Todtſchlages entſchüldigen/ oder aus der Acht mit Rechte ziehen wil: vnd des entleibten Freundſchaffe dz Geleite nicht halten woltẽ/ ſondern ſtünden jhm nach Leib vnd Leben: ſo ſol jhm der Richter vor gehegtem dinge einen Friede wircken: vnd ſo denſelben jemands an jhm breche/ ſo gienge es jhm zu Leib vnd Leben: & ita obſervari in pract. dicit.

6 Imò jura communia volunt, quòd eiuſmodi ſecuritas, & fidantia data, non debeat infringi, *vel viol. tex eſt in l. 1. ff. ad l. Jul. majeſt. & ibi* Bart. Ang. *& alij Dd.* Et ob id offendentes eos, qui habent ſalvum conductum, incidunt in crimen læſæ majeſtatis: *ſecundum Dd præſertim Angel.* Bart. & Joan. de Plat. *in l. nullam vim. C. de navicula, lib. 11. notavit* Petr. à Duen. *cum duabus ampliationibus, & cum decem fallent. in reg. fallent. reg. 571. fol. 770. vide* Angel. *in tract. malef. & ibi in addi. Augu. verſ. quod fama publica præcedente, n. 60. & 61.* Anto. Corſ. *in ſingul. ſuis, in verb. ſecurus,* Paul. Caſtr. *in conſ. 34. in antiquis, per totum. Et* Bart. *cum apoſtilla, Barba. in l. non fuit. ff. de dolo, & in iſta materia, vide plura apud* Bart. Cyn. *& alios in l. denunciamus, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.*

Sed nota quando datur alicui ſecuritas, vel ſalvus conductus, tunc intelligitur ſolum de violentia, quæ de facto contra jus infertur, Zu Rechte für vnrechter Gewalt: *declaravit* Mynſing. *in obſer. 82. cent. 1.* 7

Sed notandum eſt, quod ſalvus conductus datus alicui, intelligatur tam in eundo, quam in redeundo: *ſecundum* Alex. de Imo. *in conſ. 46. in prin. vol. 2. per text. in l. 1. C. de navicula, lib. 11.* 8

Item debitor habens ſalvum conductum, ne à creditoribus conveniatur intra quinquennium, intelligitur, quod neq; à creditoribus ratione delicti poſſit moleſtari: Roma. *in ſingulari ſuo 182. incip. quod ſi Titius.* Hæc & alia in hac materia ſalvi conductus docuit Petr. à Duen. *in regulis fallentiarum, regul. 445.* quis poſſit concedere, quis in perpetuum, & quis ad tempus ſaltem, & quòd omnino debeat ſervari: ſed quòd in caſibus non ſit ſervandus, notavit idem Petr. à Duen. *in regul. 571. ponendo 10. fallent.* 9

Et ſalvus conductus datus bannito veniendi, intelligitur in dubio pro prima vice: Abb. & Felin. *in c. innovamus, de treuga & pace,* Petr. à Duen. *in regulis fallent. regula 571. in 2. ampliatione: ſed limitat ibi ſex modis, ne videlicet non intelligatur de prima vice.* Notabilis vertitur quæſtio: aliquis confitetur homicidium commiſſum, quòd poſſit puniri pro illo: cùm autem de robaria ſimul infamatus eſſet & ſe ab illa infamatione robariæ vellet purgare, & peteret ſalvum conductum ſibi concedi pro homicidio confeſſo, an ſibi eſſet iſte ſalvus conductus ad purgandũ ſeſe à robaria concedendus, quærit, & reſpondet, quòd ſic, Decian. *in conſil. 96. volum. 3. num. 3.* 10

Denegato ſalvo conductu ſæpius petito, & propterea non comparens, an poſſit, tanquam contumax, condemnari? dicit, quòd non, Decian. *in d. conſil. 96. volum. 3. num. 12. & in ſequentibus,* Menochius: plurima bona in hac materia de ſalvo conductu impetrando, concedendo & obſervando vel non, Menochius *in conſ. 100. vol. 1. num. 166. ibi qui poſſint ſalvum conductum concedere, num. 167. 185. 206. 216. & ibi de ſalvi conductus* 11

obſervan-

obſervantia multa bona, Nota : ſalvus conductus in dubio præſumitur conceſſus ad poſtulationem partis, non motu proprio: *c. ſi motu, de praben. in 6. l. 1. C. petitio. bono. ſublata, lib. 10.*

12 *Vide huc* Pet. Premum, *& remiſſivè* Alex. Raud. *c. 11. n. 30. nſq. ad finem,* Marſi. *de bannit. verb. judice, n. 239.* Weſen. *in ſuppl. ad* Schneid. *tit. Inſt. de ſatisdat. num. 5.* Afflict. *deciſ. 45.*

13 Pro conductibus, Guhtgeleit exactiones ſunt extorquendæ: *Aurea bulla Caroli IV. Anno 1356. edita, tit. 17. de diffidation. in fin.* ¶ Securitas conceſſa bannitis vel delinquentib. intelligitur de prima vice : Raudenſ. *in tr. de analog. univ. & aequ. in jure lib. 1. c. 11. nu. 28.*

14 Salvus conductus, conceſſus pro eundo ſemper liberè & redeundo, intelligitur pro prima vice vel ſaltem pro duabus : *ibid. n. 27. 28. & contr. n. 30.*

15 Securitas oratori conceſſa, conſumitur in primo actu: *ibid. n. 31.*

De ſalvo conductu conceſſo debitorib. & decoctorib. *ibid. n. 31.* Menoch. *in arb. caſu 245. lib. 2. cent. 3.*

16 Securitas eundi & redeundi pro pace tractanda conceſſa, non intelligitur ſolum pro prima vice : ſed quòd ſemper, eo tractatu durante, poſſit ire liberè & redire : Raud. *ibid. lib. 1. c. 12. n. 18.*

17 In impetratione ſalvi conductus quæ exprimere debeat debitor, Men. *lib. 2. cent. 3. c. 203.* & quòd Salvus conductus non proſit creditorib. *ibid. nn. 27.* Menoch. *lib. 2. cent. 4. cap. 335.*

18 De ſalvi conductus conceſſione, & pœnis eorum, qui illos violant, Menoch. *lib. 2. cent. 4. c. 336.*

19 Salvus conductus quando bannito cōcedi poſſit, & de pœnis illorum, qui illos ſalvos conductos violant, Menoch. *c. 337.*

20 Salvaguardia quid, quibus & qua forma concedatur, & de pœnis eorum, qui illā violant, Menoch. *c. 338.*

21 Salvaguardiæ pœna & cognitio an ad ſupremum dominū, an vero ad Vaſallum ſpectet, ſi per ſubditū Vaſalli & in ſuo territorio rupta fuerit, Theſſ. *deciſ. 132.*

22 Iter facientibus illud eſſe tutum debet, nec moleſtabitur à quovis ſine permiſſu magiſtratus ; *Reformation* Kenſer Friederichs / *Anno 1442. fol. mihi 11. tit.* Von Reiſigenknechten / *fol. mihi 10.*

23 Wie man geleit geben ſoll / *ibid* in der *Reformation, fol. 10.*

24 Si judex reo ad ſui defenſionem contra vim donec cauſam dixerit, ſecuritatem, promiſerit, poteſt ſi juſtè damnatur contra eum executionem ſententiæ intentare, nec damnatus exceptione ſalvi conductus ſe defendere poteſt : Petrus Premus *de ſalvo conductu quaeſt. 6.*

Si fides ſecuritatis relata fuerit ad dignitatem puta donec magiſtratui vel judici placuerit, cum dignitas non moriatur, morte promittentis non concidit fides publica : Premus *d. qu. 6.* 25

An ſalvus conductus, ſemel per principem promiſſus, illibatus cuique ſit ſervandus etiam in crimine læſæ majeſtatis? Aff. quia id ſolum utile quod honeſtum eſt: Guido Papæ. *deciſ. 418. nn. 5.* Roizius *deciſ. Lituan. 4. nu. 363.* Colerus *in ſuo proceſſ. p. 4. c. 1. num. 185.* Corſetus *in ſuo ſing. V. Securitas* Par. de Puteo. *tr. Synd. V. ſalvus conductus nu. 1.* Frid. Pruehman. *memb. 2. cap. 4. eff. 5.* 26

In generali ſalvo conductu contra creditores non continentur debita jurata: Martin. Benckendorff. *ad Semph. in addit. privil. 22. nn. 17.* 27

An ſalvus conductus conceſſus marito etiam extendatur ad uxorem? Aff. Ludolph. Serader. *c. 6. part. 2. de feud. num. 5.* ¶ An propter literas ſalvi conductus teneatur aliquis ſe committere capitalibus ſuis inimicis? N. Scrader. *6. feud. 2. nn. 27.*

An judex, cui ſecuritas data eſt comparentem, etiamſi delictum non confiteatur, detinere & convictum punire poſſit non obſtante illa data? N. Daniel. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. 2 nu. 5. & 2.* 28

Salvæ guardiæ & ſecuritatis validitas & eius vires in dubitationem & controverſiam revocari citra Sacrilegij crimen non poſſunt ; Ozaſe. *deciſ. 28. nn. 6.* 29

Captus pendente ſalvo conducto reponitur in libertatē: fallit ſi eo tempore denuo deliquit: Petr. Salaſarez *dec. 158. par. 2.* 30

Magiſtratus relegatis & proſcriptis à principe ſalvum conductum concedere non poteſt, quia his nemo prætec principem, promittere ſecuritatem poteſt ; Petrus Premus *de ſalvo conductu p. 25.* 31

Judex delegatus ſecuritatem ad cauſam apud ſe dicendam promittere poteſt : *idem in quaeſt. 1.* Salvus conductus non paſſim omnibus nec temerè ſed cauſa cognita dari debet : Premus *quaeſt. 3.* Si quis non cauſa agnita leviter ſalvum conductum conceſſerit, ſucceſſor illum non ſervare tenetur : *idem dicta quaeſt. 3.* 32

Ad agendum vel accuſandum proſcriptis & Bannitis nulla datur ſecuritas, niſi iniquitatem banni aut falſum teſtimonium contra ſe datum deducere velit : *idem quaeſt. 4.* 33

Securitatis verba late ſunt interpretanda ne ſub fide publica quis decipiatur : *idem qu. 5.* 34

In ge-

35 In generali ſecuritatis promiſſione, ut quicunque venerit ad nundinas tutus ſit, hoſtes, violatores pacis, & banniti declarati non comprehenduntur: *idem qu.5.*

SANGUIS.

1 NOta: jura ſanguinis nullo jure civili dirimi poſſunt: *l. jura ſanguinis, ff. de reg. jur.* Igitur multi caſus colliguntur, qui ratione ſanguinis fieri prohibentur, vel permittuntur, non obſtante prohibitione, ſeu præcepta juris civilis: *colligit caſus aliquot* Hipp. de Marſi. *in repe. l. divus Adrianus, ff. ad l. Pomp. de parricid. idem* Hipp. *in ſing. ſuo 219. incip. jura ſanguinis, & in ſingul. 164. in fine, notavi ſupra in lit. R verſ. de exceptatorib. Novellus in tractat. ſuo defenſio. in capi. de reſponſio. reorum, in conſtitutis, num. 48.*

2 Inter alia de onere alimentandi ſanguine junctum, Hippo. de Marſi. collegit caſus de receptando Bannitum, & de alijs non negligendis, *in repe. l. unica, C. de raptu virgi. num. 197.* Roland à Valle *in conſi. 45. nu. 46. & in ſeqq. lib. 1.* Et ratione ſanguinis, quomodo pro teſtamento, reſpectu hæredis inſtituti, vel legitimati ſanguine conjuncti, judicetur, ut magis valeat, conſuluit Decian. *in conſ. 46. vol. 2. nu. 54.*

3 Statutum de ſanguinis effuſione, quando videatur vel dicatur verificatum, *vide* Anto. Corſet. *in ſing. ſuis, in verb. effuſio.* An verificata ſint verba, ſanguis exivit, quando gutta ſaltem ſanguinis exivit, *notavit (quod ſic.)* Ang. *in tractat. maleſic. in verſ. ſanguis exivit, & ipſum percuſſit.*

4 Et præterea, ſi ſtatutum dicat, quòd Syndici teneantur denunciare percuſſiones ſanguinolentas, non tenentur denunciare percuſſiones, ubi eſt levis cutis ſciſſura: Hippol. de Marſi. *in repe. l. fratrem, ff. ad l. Corne. de ſica nu. 12.*

5 Excapillans aliquem in pilis vel barba, ſine effuſione ſanguinis, tenetur in libr. 10. parti, & in 20. fiſco: Ludov. Roma. *in ſing. ſuo 569. incip. expilans, & ibi Pignol.*

6 Sanguis interfecti, profluens ante oculos, & ad tacturam diffamati de homicidio, facit cum alijs Indicium ad torturam: Petr. à Duen. *regul. fallent. regul. 573. fol. 771.* Anto. Blanc. *in repe. l. fin. ff. de quaſtio. nu. 408.* Hippo. de Marſi. *in practica ſua criminal. §. diligenter, nu. 181. verſic. & memini. Vide de hac quaſtione tractatum Libanij de cruentatione cadaverum inſcriptum.*

7 Nota: ſanguinem ſuum quomodocunque licitum eſt alicui redimere: *l. 1. ff. de bonis eorum, qui ſibi ante ſenten. mor. conſcivere, declarat* Novell *in tract. ſuo defenſio. in cap. de reſponſio. reo, in conſtitutis, nu. 48.*

SCANDALUM.

PRopter ſcandalum evitandum aliqua permittuntur, quæ aliàs non concederentur: *notat aliqua* Petr. de Rave. *in aureo ſuo alphab. litera R. verſic. rixa & rixoſus, notavi ſupra, in litera J. verſi. de infectionis timore, & in litera R. verſi. de rixa, infr. in lit. T. verſ. de tumultu populi.* 1

Tanta autem vis ſcandali eſt, quòd ſi ex perſona Epiſcopi imminet ſcandalum civitati, vel Eccleſiæ: poteſt cogi Epiſcopus ad renunciandum: ut dixit Innocen. *in c. cum pridem, de renuncia.* Scriptum eſt enim: Si oculus tuus ſcandalizaverit, erue illum *24. q. 2.* & ideo licèt ſummus Pontifex à nemine debeat accuſari & judicari, tamen fallit in crimine ſcandaloſo: ut per plura conſuluit Decian. *in conſi. 151. vol. 2.* 2

Et propter ſcandalum poteſt quis expelli de civitate: Decian. *in conſi. 63. vol. 3. n. 10. & in alijs.* 3

SCHOLARIS.

DE Scholarium privilegijs & indultis vide textum valdè notabilem, *in Authent. habita; C. ne filius pro patre, & in notatis Dd. circa iſtam Authen. invenies multa bona, & ſcitu digniſſima.* 1

Sed qui Scholares gaudeant privilegijs ſcholarium, quid juris de deſiſtante à ſcholis de intrante, & ad lectionem non advertente, qui numerat tegulas tecti, & ædificat caſtra in aere, de matriculato, de inhoneſtè vivente, de vago, de Clerico exiſtente in ſtudio, de non apto ad diſcendum, de negligente vel non ſtudente, de eo, qui ſimul exercet officium aliquod, vel qui practicat, an gaudeat privilegio? Et an appellatione ſcholaris veniat doctor, vel licentiatus? de his omnibus vide pulcherrima per Andr. Sicul Barbar, *in proœmio Clement. in ſecunda lectura. §. ſaltem, colum. 18. uſque ad colum. 22.* & ibi ſcholaris per doctoratum deſinit eſſe ſcholaris: Anto. Corſet. *in ſing. ſuis, in verbo ſtatutum. 15.* ibi ſcholaris coram quo judice, & quatenus ſit conveniendus, etiam in criminalibus. 2

Sed an bidelli & ſcriptores ſcholarium, gaudeant ſcholarium privilegijs? reſpondet quòd ſic, Petr. de Raven. *in aureo ſuo alphab. litera B. verſ. bidelli:* & ibi ſimul notat, an familiares ambaſiatorum gaudeant privilegijs, & an privilegiū trahatur ad familiares. 3

Uxor, familia, vel qui ſunt in ſervitio, quatenus gaudeant privilegijs dominorum ſuorum, notatur per Bald. *in l. 1. C. de Epiſcop. & Clericis.*

Von Schulen und Stipendiaten, wie der... 4

nen im Fürſtenthumb Anhalt ſol vorgeſtanden
werden / ordinatum eſt in Conſtit. Anhaldina, *Art. 7.* Von Schulen vnd Stipendiaten.
¶ Scholares in Academijs an habeant domicilium, & ubi conveniendi ſint, *vide ſup. lit. D. dictione Domo.*

5 Si Scholaris vagus, nunquam efficitur magiſter: *gl. l. 1. C. de tyran. lib. 10. refert* Raudenſ. *de analog. lib. 1. c. 37. nu. 92. ubi allegat ex Barbat.* quantò minùs Doctor: *nu. 93.* nam monachum non facit habitus, ſed profeſſio: *ibid.* & dicitur, *in c. cavete 22. q. 5.* mendacium eſſe, ſe Chriſtianum dicere, & Chriſti opera non facere: *ibid. plura* Raud. *de Scholarib. vagis, & quando Scholaris privilegio non gaudeat.*

6 Scholaris veniens contra juramentum Rectori præſtitum, non fit perjurus vel infamis: *vide* Iaſ. *poſt Paul. ibi in l. ſi quis, C. de Tranſact.*

7 Scholares non gaudent privilegijs Doctorum vel magiſtrorum: Bart. *in l. 1. §. nec caſtrenſe, ff. de collat. bonor.*

8 Scholaris exiſtens in ſtudio, eſt in dignitate, nam de jure Canonico Papa cauſas non delegat, niſi in dignitate exiſtenti, ſed Papa cauſſas ſcholari interdum delegat, erit ergo in dignitate: *vide de hoc c. ſtatutum, §. inſuper, in verb. propter cauſſam, de Reſcr.*

9 Scholaris alium ſcholarem moleſtans, ita quod propter ſtrepitum ſtudere non poſſit, expelli debet: Alex. *in Apoſtill. ad Bart. in l. 1. C. de ſtud. lib. urb. Rom. lib. 11.* ubi dicit Bart. quòd, quicquid fit circa ſcholas, per quod lectura impeditur, officio judicis removeri debet.

10 Scholaris poteſt agere, ut decancelletur ex matricula. Bart. *in l. cum decurionatus, C. de Decu. lib. 10.*

11 Scholarem ſe fingens, & intrans, non tamen ſtudens, non gaudet privilegijs ſcholarium: Joan. de Plat. *in l. quidam ignavia, C. de Decur. lib. 10. & in repertor. ſuo in verb. ſcholaris,* Bart. *arg. illius tex. in l. qui ſub prætextu, C. de SS. Eccleſ. Idem de militibus,* Bart. *in l. firmarios, C. de teſtam. ubi* Iaſ. Bart. *in l. ex eo tempore, de acq. hæred.*

12 Scholares non dicuntur conſtituere domicilium in loco ſtudij, niſi ibi ſtent per 10. annos: *l. nec ipſi, C. de incolis, lib. 10.* Tamen ſi ſcholaris per centum annos ſtaret in loco ſtudij, & conſtaret de mente ſua ſtudendi, non contrahit domicilium: *ita* Io. de Plat. *in d. l. nec ipſi,* & Bart. *in l. quæſitum, de legat. 3.* dicit, quòd ſi ſcholaris ſtaret in ſtudio per mille annos, non efficeretur civis, ex quo habet animum ad domum redeundi, & retinendi domicilium.

13 Scholaris non poteſt conveniri in loco ſtudij, pro delictis vel contractibus antea commiſſis: *vide* Ioan. de Plat. *in d. l. nec ipſi.*

Si ſtatuto cavetur, quòd ſcholares tra- 14
ctentur ut cives in omnibus: per hoc tamen non perdunt privilegium, non habent ultra cives tanquam forenſes: Bart. *in l. non tantum, §. ſi emancipatus, in fin. de contra tab.* Alex *in l. 1. in 4. col. de leg. 1. ubi omnes Mod. clarius* Alex. *in l. Ruffinus, C. de teſtam. milit. ubi pulcerrimè loquitur.* ¶ Scholares, apti fidejuſſores non ſunt: quia difficulter conveniri poſſunt: *gl. in l. 2. ff. qui ſatisdar. cog.*

Ludus ſcholaribus interdictus eſt. *§. pen.* 15
in proœm. ff.

Scholares debent eſſe ſolliciti ad inda- 16
gandum, ne lenti efficiantur: *gl. in c. 1. de fra. de nov. benef. inveſt. in uſib. feud. & dicit* Salic *in l. ſi ex cautione in ult col. de no. nuuc. pecu. in C.* Sileant, qui ſcripturas tantum tranſcurrunt, & propter ſtomachi frigiditatem in eis contenta non digerunt. Et curioſius lector multa invenire poteſt: ita dicit gloſſ. *in l. alius legitimi, de Reg. Iur.*

Scholares malè attenti, dicuntur facere 17
caſtra in Hiſpania, vel tegulas numerare: *gl. in l. unic. C. de Stud. lib. urb. Rom* ¶ Scholares deſides & pigri tranſitorio utuntur ſtudio, qui negligunt ſuas lectiones repetere & recordari: *gl. in Auth. de qu. in verb. tranſitorio.*

Scholares faciliùs addiſcunt, quando ſol- 18
vunt Dd. ſolaria. Ergo ſcholares ſubtrahentes ſolaria tardiùs addiſcunt: *ita dicit* Ioan de Plat. *in l. medicos in fi. C. de Profeſſ. &* Med. *lib. 10*

Scholarium arma ſunt libri: & ſicut ar- 19
ma ſunt propria & neceſſaria militibus, ita libri ſcholaribus: *gl. in l. nepos proculo, de verb. ſignif.* Et ſicut in condemnatione militi relinquuntur arma: *l. miles, de re judic.* ſic & ſcholari libri: *d. gloſſ. in l. nepos, vide* Iaſ. *in §. item Serviana, num. 56. & in §. fi. n. 6. Inſt. de Act.*

Scholares habent tres iudices: *Auth. ha-* 20
bita, C. ne filius pro patre, ubi habes privilegium ſcholarium.

Scholares ſubſunt juriſdictioni pote- 21
ſtatis: *gloſſ. in Auth. de Sanctiſſ. Epiſcop. §. ſi quis contra, in verbo civilem.*

Privilegio ſcholarium debet gaudere 22
Bibliopola & ligator librorum: *vide dicta per me, in l. 2. ff. de juriſd. omn. judic.*

Scholares ſuis privilegijs poſſunt re- 23
nunciare: *l. penult. C. de pact. l. convenerit, de juriſd. omn. judic.*

Scholares diebus feriatis poſſunt lege- 24
re & ſcribere: *gloſſ. in l. Divus, de ferijs, in verb. militare:* ubi dicit Iaſ quòd ſcholares, qui obſervant feſta, malè ſciunt Codicem & Digeſta.

Scholaris indignus petens inſignia do- 25
ctoralia, peccat mortaliter: & an de licentia ſuperioris poſſit ſibimet ſcholaris conferre inſignia Doctoratus, *vide* Iaſ. *in Rubr. C. ut no liceat ſine judic. auct.*

26 Iuramentum ſcholaris, canonici vel prælati, ſervandi ſtatuta: intelligitur de ſtatutis rationalibus & licitis: *c. 1. de jurejur. lib. 6. ubi hoc not.* Ioan. Andr.

27 Scholaris, qui juravit non exire diſtrictum Bononiæ ſine licentia creditoris, donec ſibi ſolverit: ſi juſſu patris, vel ſuperioris exiverit, à periurio excuſatur: *vide* Iaſ. *in l. fin. ubi refert alios, ff. qui ſatiſd. cog. eundem in l. quòd Servius, ff. de con. cauſſ. dat. cauſ. non ſec.*

28 Scholaris licentiatus iurans non aſſumere gradum extra illud ſtudium, non obſtante illo iuramento, ſi alibi ſubiret examen poſſet ibi Doctorari propter illud examen: quia in iuramento intelligitur clauſula: Rebus ſic ſe habentibus, prout nunc ſe habent. *De hoc vide* Iaſ. *in l. quod Servius, ff. de cond. cauſ. dat. vide* Bonifac. de Vitell. *in tract. crim. in princ. vide ſuprà in verb. juramentum.*

29 Notitia Scholarium in ſcholis multum operatur: *ſecundùm gloſ. in c. innotuit, de Elect.* Sic etiam militaris notitia: *l. miles, filiusfamilias ff. de Caſtr. pec. ubi gloſ. not. adde l. librorum, §. quod tamen Caſſius, de leg. 3.*

30 De ſcholari glorioſo, & inanis laudis cupido, *vide gl. in l. cum ea, C. de Tranſact.*

31 Scholaris quando alloquitur puellam, non debet credi, quòd dicat ſibi Pater noſter: *ita* Bald. *in l. neq. natales, C. de Probat.* Sed ſacerdos ſi eſt viſus amplecti mulierem, debet intelligi, quòd eam benedicat: *c. in ſcripturis, 96. diſt.* Alex. *refert in conſ. 106. volum. 41. in 3. col.*

32 Rector Scholarium habet iuriſdictionem: Bart. *in l. fin. de coll. illic.* An Laicus poſſit eſſe Rector univerſitatis ſcholarium? vide ibi, Et an ſcholares Rectorem habere poſſint? vide gloſſ. *in l. fin. C. de juriſd. omn. judic.* Solutio ob cauſam ſtudij eſt facienda ubi quis ſtudio incumbit: Stephan. Gratian. *in addition. deciſ. March. deciſ. 20.*

33 Licèt aer communis ſit, nemini tamen permittitur, in privato vel publico loco talem ſonitum vel ſtrepitum facere, per quem vel ſtudia liberalium artium aut facultatum, *l. unica, §. fin. & ibi gloſ.* & Bart. *C. de ſtud. lib. vid.* Roman. *lib. 11.* vel divina miniſteria impediantur: Alex. & Iaſo *l. 1. ff. ſolut. matr* Felin. *c. fin. num. 16. ext. de iudicijs, arg. c. prudem, 18. q. 12.*

34 Ideoque prohibitum eſt, non tantùm juxta ſcholas, ſive auditoria publica, *gloſ.* Barto. & Alex. *l. 1. §. fin. arg. ill. tex. C. de ſtud. lib. vid.* Roman. *lib. 11.* Barto. Bald. Alex. Iaſo. & Dd. *lib. 1. arg. ill. text. ff. ſolut. matr.* Abb. *c. fin. numer. 24. & ibi* Felin. *numer. 16. ext. de judic. fac. text. l. 1. in pr. ff. de fluminib. Authen. habita. C. ne filius pro patre, juncta Authen. res quæ, & ib.* Iaſ. *C. omnia, de leg.* ſed etiam iuxta ædes privatas alterius profeſſoris, *arg. l. 2. & ibid. Dd. ff. de juriſd. omnium judic. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procurat. l. 3. §. qui habet, ff. de ſerv. ruſtic. prædior. l. illud, ff. de acquir. hæred.* vel ſcholaris: talem artem, ſive tale artificium exercere, cuius exercitium, intentionem vel profitentis, vel ſtudentis, vel diſcentis, impedire aut remorari poſſet: Bart. Bald. Angel. Iaſo. & Dd. *l. 1. ff. ſolu. matr.* Bart. *l. legatis, §. ornatioribus, arg. ill. text. ff. de leg. 3.* Rom. *l. 2. ff. ſolut. matr. fac. tex. l. 1. §. fi. C. de ſtud. lib. vid.* Rom. *lib. 11. l. abeſſe, & l. qui mittuntur, ff. ex quibus cauſis maior* Alex. Iaſ. *l. mulier ff. ad SC. Trebell.*

nes, col 17. & Bart. *in l. ſi perluſorio, de Apell. &*
Paul. in l. ſi ſuſpecta, de inoff. teſt.

96 Quando ſententia dicatur definitiva, &
quando interlocutoria, & quomodo diffe-
rant, vide gloſſ *in clem. 1. de ſeqq paſſ. & fruct.*
Mod. in Rub. de re iud. Can. in Rub. ext. eod. per
Fel. *aliquid per* Goz *in l. 1. de iurisd omn iudic.*

Sententia definitiva duabus de cauſis 97
definitiva dicitur: *vide* Alex. *in l. imperium, in*
3. col. de iurisd. om. iudic.

Sententia lata in cauſſa ſummaria, li- 98
cèt negotium diffiniat, non tamen eſt merè
definitiva, ſed mixta: *ita vide* Iaſ. *referentem*
Ang. *in d. l. imperium, in 4. colum. & in fin. l.*

Sententia lata in cauſſa ordinaria, & li- 99
bellus fuerit nullus, ſed fuit ex confeſſione
partis lata, non eſt definitiva, ſed interlocu-
toria.

Et ſententia lata in criminibus ex inquiſi- 100
tione judicis, eſt interlocutoria *vide* Iaſ. *ubi ſup.*

Sententia abſolutoria ab obſervatio- 101
ne judicij, eſt interlocutoria: *gloſſ. &* Bart. *in*
el barum, ſi ſerv. vind. Iaſ. *in l. argentarius, §.*
cum autem, de Edend. in 2. notab.

Viros ſententiæ abſolutoriæ, habes per 102
Bart. *in l. Iulianus verum debitorem, ff. de con-*
dic. ind.

A ſententia interlocutoria non apella- 103
tur, text. eſt *cum gloſſ. in l. ante ſententia, C. qua*
appell. non recip. ubi bona additio, quæ inter
jus Canonicum & civile diſtinguit.

A ſententia excommunicationis non 104
appellatur: quia trahit ſecum executionem
paratam: *c. paſtoralis, de Apell.*

De Sententiæ interpretatione, & quis 105
poſſit interpretari, & an ad eam pars citari
debeat, & an judex prædeceſſoris ſui ſenten-
tiam poſſit interpretari, *vide not. per* Bart. *in*
l. ab executore, ff. de Appel.

Sententia definitiva, licet revocari non 106
poſſit, poteſt tamen declarari: *vide* Fel. *in c.*
ſuper quæſtionum, in princ. de off. deleg.

An præſumatur pro rititudine & recti- 107
tudine ſententiæ, quæ tranſivit in rem judi-
catam, Alex. *in integro conſ. 25. volum. 6.*

De verbis ſententiæ, quæ ſtrictè debent 108
interpretari, & quando contineat conde-
mnationem, Dec. *conſ. 332. volum. 2. viſis con-*
ſiliis.

Sententia eſt ſtricti iuris, & in ſuis ter- 109
minis eſt ſervanda: & ex verbis ſententiæ ni-
hil infertur, niſi quatenus ex vi verborum
de neceſſitate inferatur: Bart. *in l. Iulianus,*
ff. de cond. indeb. col. 4. & Bart. *in l. cum de in*
rem verſo, ff. de uſu, ante finem, text. eſt in l. una,
C. de plu. una ſen. Bart. *in l. ſi impreſſum, in 2.*
colum. ff. de Apell. Abb. *in c. auditis, in princ. de*
præſcript.

Verba ſententiæ etiã ſunt impropriãda, 110
ad hoc, ut potius valeat, quam pereat. Cepoll.
conſ. 17. col. 4. fol. 18. num. 4.

An ſen-

111 An ſententia dicatur eſſe nulla, ſi perempta inſtantia ab ipſo judice promulgetur? & multos vide modos, per quos quis dicitur acquieſcere ſententiæ, per Alex. *in conſ. 278. vol. 2. in princ. in cauſſa & lite.*

112 Conſilium eſt, quòd in ſententia cauſſa non exprimatur: *c. ſicut de re iudic.* quia ex expreſſione cauſæ facilitèr iniquitas ſententiæ deprehenditur: *c. cum literis, de integr. reſtit. gl. eſt in Clem. paſtoralis, in verb. cauſſis, de re iudic. vide de hoc latè Dn.* Fel. *in d. c. ſicut, de re iud. & Spec. in tit. de alleg. & diſp. §. porro, verſ. qualiter, & in tit. de ſent. §. in ſumma, verſ. verum, & per* Io. Andr. *in c ſicut, de app. & per* Panor. *ibi, & in conſ. 2. incip. dum eſſet materia quaſt. vide* Cor. *in conſ. 163. vol. 3. incip. in conſ. deciſivit.*

113 An falſa cauſſa in ſententia expreſſa ſententiam vitiet, vide Fel. *in c. ſicut, col. 11. n. 13. cum ſeqq. de re iudic.* ubi hanc materiam bene cumulatam habes.

114 Per teſtes probatur ſententia, perditâ ſcripturâ ſententiæ: Abb. *in c. ſicut nobis, nu. 2. de re indic.*

115 Si ſententia fuit lata ad dicta teſtium inhabilia, an poſſit reprobari? *Abb. in c. ſuper eod. de Teſt.*

116 Nota plures caſus, in quibus quis incurrit pœnam Banni, excommunicationis bonorum, corporis, infamiæ: quòd tamen, etjam in notoriis, non ipſo iure potuerit quis incurrere, ſed quòd requiratur ad hoc ſententia declaratoria, *tractavit* Hippo. de Marſi. *in pract. ſua crim, §. aggredior. à num. 105. uſque ad num. 135. idem* Hippo. de Marſi. *in repe. rubr. C. de probat. 226. verſi attendo tamen.*

117 Sic Clericus homicida non eſt privatus, ipſo iure, beneficio ſuo, ſed venit privandus per ſententiam: *celebre dictum fuit Innocentii, in c. cum noſtris, de conceſſio. praben. quem referunt ibi, & ſequuntur communiter Dd.* & intellige, hoc procedere in Clerico beneficiato, & quod homicidium vel irregularitas ſuperveniens, non privet Clericum ſuo beneficio, ipſo facto, ſed quod opus ſit ſententia, facit *c. Clericus, in verſi. honore privetur & loco, ext. ne Clerici vel Monachi*: ubi exercens judicium ſanguinis, & incurrens irregularitatem, non eſt privatus, ipſo jure, beneficio ſuo, ſed debet privari per ſententiam: *& hoc tenet ibi Dn.* Abb. *referens in c. in noſtris, extr. de conceſ. praben. & videtur probari in c ex literis, de exceſ. prælato. declarationes prædictarum, vide per* Antho. Corſet. *in ſingula. ſuis, in verb. ſententia 18.*

118 Sic, hæreticus ut repellatur ab actu civili, neceſſaria eſt ſententia declaratoria: *iuxta c. fin. de homi. in 6.* ¶ Bona etiam hæreticorum, etſi ſint confiſcata ipſo iure, tamen requiritur ſententia declaratoria: *per tex. c. cum ſecundum, de hæreticis, in 6.*

*Sic etiam in banno imperiali obſervatum eſt in Camera Imperiali; quia licet ipſo facto incurriſſet quis bannum, tamen neceſſaria erat declaratio, prout in ordinatione eſt expreſſum: hoc tamen a Cæſarea Majeſtate & communibus ſtatibus imperii hodiè, ob multitudinem violantium pacē publicam eſſe immutatum, ita ut non requiratur ampliùs declaratoria adverſus violatores pacis publicæ, prout habetur in receſſu Auguſtano, edito Anno 1559. reſtante Mynſinger. *obſervat. 43. centu. 2. vide* Geyl. *in caſi fracta pacis, in obſervat. 3. num. 8. uſque ad finem, lib. 1* vide, in quibus caſibus pœna dicatur impoſita ipſo iure vel quando requiratur ſententia, per Matthe. de Mattheſi. *in ſingul. ſuo 111. incip. nunc quod ubicumque, & ibi notat* Gabr. Sarali, *& in ſingul. 114.* 119 120 121

122 Et nota, quòd mulier, deprehenſa in adulterio, ipſo iure eſt infamis: *l. palam, §. quæ in adulterio, ff. de ritu nup.* ſecùs in viro: quia ibi requiritur ſententia: *gloſſ. eſt ſingularis in l. ſed & ſi crimen. C. de adulte.* ſic etiam contrahentes inceſtas nuptias, ipſo iure ſunt infames: Ludov. Roma. *in ſingul. 825 & ibi Pignol in addi.* & tandem in quibus caſibus requiratur ſententia declaratoria, in quibus verò non ſit declaratoria, cumulavit Hippo. de Marſi. *in repe. rubrica, ff. ad l. Cornel. de falſis, à num. 24. uſque ad num. 54. & ab iſto n. uſque ad num. 65.* vide caſus, ab ipſo collectos, in quibus ſententia declaratoria non ſit opus: in ſeqq. ſpecialiter decidit, quid in crimine falſi.

123 De ſententia reformatoria, quòd in totum, vel pro parte poſſit reformari, (quoniam continet plura & diverſa capitula, ſeu diverſas ſpecies) notavit Geyl. *in obſerv. 110. lib. 1. & ibi num. 5. vide declarationem l. in hoc iudicio, ff. fami. hercſc.* & ibidem in fine de expenſis à ſententia reformatoria, an compenſari poſſint. (*reſpondetur, quòd ſic, quia uterq; victor & victus ſit.*)

124 Sententia, qua iudex pronunciat: condemno te ad id, quod debes, an valeat, ſi certa quantitas in actis appareat, *vide gloſſ. &* Bald. *in l. 3. C. de ſenten. quæ ſine certa quant. proferuntur*: & pulcherrimum ſingulare habes Anto. Corſet. *in verb. ſententia*, & ibi videbis, qualiter ſententia incerta, referens ſe ad acta, nedum aſſertoria, ſed probatoria valere, ſalvari & ſuſtineri poſſit: quodq; in judicio univerſali & generali, (*de univerſali id verum eſt, de generali controvertuut Dd. & videtur eò inclinare* Geyl. *quod in hoc lite conteſtata res exprimi debeant, & ſi libellus incertus admittatur*) vel quando expenſæ & intereſſe, vel aliquid aliud acceſſorie petatur, incerta ſententia dari poſſit, & liquidetur ſaltem poſt ſententiam, vel in termino executionis,

docuit Schneidevvi. *in Inſtit. titulo de actionibus, §. curare.* Geyl. *in obſerva. 68. lib.* 1. ſecus, ſi in particulari judicio & principaliter quid petetur: Mynſinge. *reg 21. num. 80.* Alex. de Imo. *conſi. 109. volum. 5.* Hippo. de Marſi *in repe. rubri. C. de prob num. 364.* Specula. *in tit. de ſententia, §. qualiter.* ¶ Item debet eſſe certa *gloſſ. & Barto. in d. l. C. de ſenten. quæ ſine certa quan. proferun.*

125 Sententia lata ſuper exceptione, inducit exceptionem rei iudicatæ, ſi illud poſtea per modum actionis proponitur: Barto. *in l. ſi pupill., § ſi quocunque, ff de nego. geſtis.* Et ex iſto *ibi* notat Barto. quod illud, quod proponitur per modum exceptionis, poſt litem conteſtatam, poteſt per ſententiam diffinitivam terminari, licet per ſe principaliter poſſet in judicium deduci: *allegat l. Papinianus, §. fin ff. de inoffi teſta.* & ad ea ſe refert, quæ ipſe dixit. *in l. nam & poſtea, §. ſic minor; ff. de iureiur. & vide in d. §. ſi quocunque, per d. Barto. de perpetuanda actione, per modum exceptionis.*

126 De ſententia pro mortuo lata, quod non valeat, tenet *Barto, in l in ſumma, §. ulti. ff de re iudi.* ¶ Sed in Camera. Imper. transfertur ad hæredes, & ſic ſuſtinetur: Mynſing. *in obſerva. 85. cent. 1.* (*Et hoc maximè, ſi judici, ut iudici, de morte non conſtabat: quo caſu ſententia per interlocutoriam in heredem transfertur. Cæterum, ſi de morte ex actis conſtet, ſiquidem poſt concluſionem in cauſa, citabit hæredes ad audiendam ſententiam, ſi ante concluſionem ad reaſſumendum proceſſum:* Geyl. *1. obſervat. pract. 109. n. 4. & ſeqq.*) *à Quo, & Qualiter ſit ferenda ſententia.*

127 Vide Specula. *in § ſequitur, in titu de ſententia*: & invenies ibi, an ſententiæ prolatio poſſit alteri committi vel delegari de quo idem Specula. *in titu. de requiſitione conſilii.*

128 In criminalibus à quo ſit ferenda, notat Angelus *de Maleſi. in verſi. hæc eſt quædam ſententia condemnatoria, cum Auguſtino in addit. ibid.* volens, quod ſententia mortis, vel membri mutilationis non poſsit dari, niſi per poteſtatem vel provinciæ præſidem: nam (dicit) per eius Vicarium, ſeu per ejus vices gerentem, ſententia corporalis executiva fieri non poteſt: Sin autem eſſet ſubſtitutus, vel ſubrogatus à ſuperiore, in locum poteſtatis mortui vel abſentis, tum talis ſubſtitutus, etiam vices gerens, poteſt quoque executionem facere in cauſis meri imperii: *dicit per* Bartol. *& gloſſ. in l. 1. ff. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſdict.*

129 Eſt etiam ſententia ferenda iudiciario ordine ſervato, in ſuis ſubſtantialibus, & auditis partium allegationibus & ſic, quando ſit ferenda, notat Specul. *in d. tit. de ſenten. §. nunc videndum.*

Sed an, & quando ſententia lata, ſine 130
citatione prævia valeat, vide Mynſinge *in obſerva. 71. cent. 3.* & Geyl. *in obſer. 109. lib. 1.* & *ibi*, an citatio ad ſententiam audiendam in Camera requiratur. (*Iure communi ſpecialis citatio ad ſententiam audiendam requiritur: cujus tamen contrarium in Imperiali conſiſtorio, tàm in ſummariis quam ordinariis iudiciis obſervatur: ſufficit enim generalis citatio ad totam cauſam: niſi citatio illa generalis per edictum facta fuiſſet: quo caſu, ſpeciali demum citatione ad audiendam ſententiam præmiſſa, in Camera definitivè pronunciatur.*) ¶ Adde nō ſit præcipitata voluntas iudicis, ſed cuncta rimando demum iudicet: *docuit* Hippo. de Marſi. *in pract. ſua crim. §. occurrunt, in princ.* Schneidevvi. *in Inſtit. de actionibus §. curare*: poteſt autem de iudicis præcipitantia probari vel præſumi, & temporis brevitate, & actus celeritate: *de quo infrà in litera T. verſi. de temporis brevitate.*

Debet ſuper ſententiæ formatione ju- 131
dex deliberare cum peritis: *prout tradidit* Specul *in tit. de requiſitio conſilii.* debet ferre cum conſenſu, & deliberatione ſuorum iudicum & aſſeſſorum. Angel. *in tract. maleſi. in verſi de conſenſu omnium ſuorum iudic. & aſſeſſor.* Et in Apoſtilla ibid. dicitur, Oldradum in quodā conſilio reprobare quandam ſententiam Epiſcopi Regini latam contra Clericū. Quando iudex debet ferre ſententiam de conſilio ſapientis, an ſufficiat, ſi habeat caſum expreſſum in lege? reſpondetur, quod non: *prout notavit* Anton. Corſet. *in ſingul. ſuis, in verb. ſententia.*

Debet judicare iudex ſecundum alle- 132
gata & probata, non ſecundum conſcientiam: *l. illicitas, §. Veritas. ff. de offi præſid.* Coraſ. *lib. 4. miſcell. c. 20. gloſſ. art. 45.* Land Recht *lib 1.* Cuiac. *11. obſerv. 19,* Hotom. *Illuſt. quaſt. 27.* Zanger. *in tract. de quaſt c. 2. num. 39.* Vaſq. *illuſtr contr. c. 4.* Oldendorp. *in libell. de iure & æquit. tit. 3.*

Secundum iura, & non per exempla: 133
2. q. 7. c. lator, in ultimis verbis, dicendo, non exemplis, ſed legibus agamus. ¶ Debet eſſe conformis libello, & non debet iudex iudicare ultra petita: *l. ut fundus, ff. commu. dividun.* Decian. *amplias. in conſi. 116. vol. 3. num. 8.*

Debet fieri in publico loco, hoc eſt, in 134
loco ſolito: Angel. de Maleſi. *in verſi. nos, T. poteſtas prædic. ſedens pro tribunali.*

Quatenus debeat dari ſententia in per- 135
ſonam procuratoris, Syndici vel Domini, docuit cum aliis Geyl. *quod in Camera diſtinctio iuris communis, an cum procuratore iudicium agitatum ſit, nō obſervetur, ſed in domini perſonam nihilominus ſententia concipiatur: præterquam*

terquam in actionibus injuriarum. in quib. in arbitrio judicis eſt, an in procuratorem ſententiam ferat.) in obſerv. tit. lib 1. obſerva. Came. Imper. quòd debeat eſſe certa: quando tamen incerta valeat. *(dictum ſupr. hac ipſa literâ S. cap. de ſententia, qua ſe refert ad acta &c. verſ. quodq; in judicio univerſali.)* Cæterùm judex in prolatione ſententiæ de actis ſic referat: viſo libello, exceptione.

135 Et in quibuſdam caſibus requiritur exprimere rationes, quæ ipſum ſic ad ſententiandum moverunt: dicit Angelus *de Maleſic. in verſic. & quia nobis conſtat:* & omnia modò dicta, deducuntur & probantur per Specula. *in titul. de ſentent. §. qualiter autem, per tot. (Regulariter non eſt neceſſe exprimere cauſſam.)*

136 Sed nota: quando in Cam. Impe. conſtat de meritis cauſæ principalis, & de veritate cognoſcendi, ut, quia partium jura ſunt clara: non attenditur nullitas, commiſſa in proceſſu, ſed de meritis cauſæ diffinitur nihilominus: idq; expreſsè habet ordinario Cameræ, & notavit ſecundùm illam Mynſing. *in obſerva. 27. centu. 1. obſerva,* De nomine judicis in ſententia ponendo, vel non, vide in Conſtit. Electo. Saxo. *Arti. 26. parte 1. (qua ſtatuit, quòd etiam ſententia nomine Conſultoris lata valeat.)*

137 De ſententiarum formis & effectibus earum, & quot modis ſententia dicatur ipſo jure nulla, remiſi ſup. *ad* Spec *in tit. de ſententia, §. qualiter autem, de quibus ibi vide. Item vide* Oldendorp *in Enchiridio exceptio.*

138 Quatuor cauſas nullitatis ſententiæ, 1. ratione incompetentiæ judicis, 2. ratione eius, quod ſit ultra petita pronunciatum, 3. ratione non factæ citationis, 4. reſpectu bonorum, ſuper quibus eſt judicatum: poſuit

139 Mynſinge. *in reſponſ. 47. à nu. 3 uſq; ad n. 10.* De plurimis ſententiæ nullitatibus conſuluit Decian. *in conſ. 18. vol. 1. idem* Decia. *conſ 43. volu. 3. num. 39.* primò ob defectum mandati, ſecundò propter defectum citationis, 3. propter falſam cauſam, ſuper quo eſt lata De ſententia annullanda ex falſitate cauſarum expreſſarum, *idem* Decian. *conſi. 49. volu. 3.*

140 Remedium primum contra ſententiam eſt Appellatio, *de qua* Specul. *in tit. de appella. per tot. lib. 2. & notavi ſuprà in litera A. verſi. de appellatio.* Oldeodorp. *in Enchirid. excep. de exceptio. & reme. contra ſenten.* Rober. Maran. *in ſuo ordi. judi. parte 6. c. de appella.*

141 2. Eſt Supplicatio: à quibus autem poſſit ſupplicari, & quando, & in quibus caſibus, quæ differentia ſit inter appellationem & ſupplicatiooem, & quis ſit ſupplicationis effectus: hæc omnia notat Specula. *in titu. de ſupplicatio. lib. 2. habetur in l. 1. ff. à quibus appella. non lic. argumento, l. non diſtinguimus, §. cum quidam, ff. de recep. arbi item de hoc remedio* Oldendorp. *in d. Enchirid. except. de remedi. & except. adverſus ſenten. num. 3.* Rober. Maran. *in 6. part. de appella. num. 12. & in ſeqq.* Mynſing. *in obſerva. 48. cent. 1. in fine. (ubi docet, quòd executionem non impediat.)*

3. Remedium eſt Reſtitutio in integrum: *de iſto per* Specula, *in titu. de reſtitut. in integrum, per tot. & per illum notavi ſup. in litera R. verſi. de reſtitutio. in integrum.* Oldendorp. & Rober. Maran. *in locis ſuprà allegatis, num. 3. & num. 77. & in ſequentibus.* 142

An per petitionem reſtitutionis in integrum executio ſententiæ differatur, docuit *(quòd non)* Mynſinge. *in obſerva. 48. centu. 1. obſervat. Came. Impe.* 143

Sed quis ordo *(plenarius videlicet, tàm in proceſſu, quàm probationib.)* ſervetur in obtinendo beneficio reſtitutionis in integrum, contra ſententiam, præſcribit idem Mynſin. *in obſerv. 49. cent. 1.* & de iſto remedio reſtitutionis in integrum, contra ſententiam, vide in ordina. Camer. Imper. *parte 3. capi. 52.* 144

4. Remedium eſt Querela falſi: *de qua* Specul. *in titu. de ſenten. §. quoniam, nu. 8. verſi. in ſummo,* Rober. Maran. *in c. de appell. mihi num. 102.* 145

5. Imploratio triſtis auxilij: *de qua in l. Servi, ff. de appella.*

6. Remedium eſt, retractari ſententiam comperto Errore, vel ſuper falſis præſuppoſitis latam: *probatur in l. Divi, in verſi. licet autem, extr. de re judi. & in c. ... de purga. vulga.* 146

Et de multis alijs modis, quibus retractari & impugnari poſſit ſententia, docuit Spec. *in tit. de ſententia, §. quoniam, num. 3.*

Sed Rober. Maran. *in dicto loco ordi. ſui judi part. 6. cap. de appell.* ordine deduxit: & explicavit 10. actus ſententiæ ſuſpenſivos: 1. Appellationem, 2. Provocationem, *(quod nomen generalius eſt appellatione, judicialem & extrajudicialem complectens, cum appellatio in ſtricta ſignificatione non comprehendat extrajudicialem)* 3. Relationem, *(Cum cauſſa vel ad ſuperiorem, vel conſilium juriſperitorum deciden da remittitur)* 4. Reclamationem, *generale nomen eſt, habetq; locum ubi ceſſat appellatio, ut in ſententijs arbitrorum.)* 5. Supplicationem, *(penè coincidit, cum reclamatione, & habet locum, quoties ob excellentiam judicis appellari non poteſt, ſed idem judex pro cauſa denuo cognoſcenda imploratur.)* 6. Recuſationem, 7. Reſtitutionem, 8. Querelam, *(quando oppreſſus, qui appellare non poteſt, reclamat, ut ſibi per viam juris ſuccurratur.)* 9. Reductionem, *(ad arbitrium boni viri.)* 10. Dilationem. Conſilium eſt, ut de his conſulat & legat quis Du. Rober. Maran. & inveniet materias ſcitu digniſſimas 147

nam tractat de unoquoque, quid juris, & de differentijs earum inter ſe pulcherrima docet.

148 Sed omnibus hiſce remedijs ſuſpenſivis addas remedium declarationis, quòd obſervari conſuevit in foro Saxonico, prout communis experientia atteſtatur. Et videre licet ex Conſtit. Dn. Auguſti Electoris Saxoniæ, *par.1.cap.19.* Von den Leuterungen.

149 Da iſt zuverſtehen / wie viel Leuterungen allein zuzulaſſen / vnd wie in Leuterung Inſtanz zu procediren, vnd zur iuſtification anzuhalten vnd zu ſchreiten / in ihrer Churf. Gn. Landen. Schneidewi. de leuteratione, eiusq; effectu, bona docuit *in commenta. Institutio.tit. de actio.§.curare.* Adde: ſi ſententia prior ſit nulla, an (*Poteſt in honorem judicum ſuper iniquitate ſententiæ pronunciare, etiamſi nullitas ſola fuiſſet propoſita.*) & qualiter iudex, ad quem ſuper ea teneatur pronunciare, refert Mynſi. *in obſer 72 cent.3.*

Reductio ab arbitramento, ad quem

150 iudicem (*Res videlicet, qui in illa cauſa iudex fuiſſet, ſi compromiſſum non intercesſiſſet:idq; frequentius obtinuit, & in Camera approbatum eſt.*) fieri debeat, & quomodo ſuper illa ſit iudicatum in Camer. Imper. tradit Mynſing. *in obſervatio 61. centu. 2. & Geyl. in obſervatio 149.* (*Ubi etiam tradit, à judice reductioni appellari poſſe, eamq; ſententiam, velut æquiorem, & à multis probatiſſimis authoribus probatam ſequitur.*) & *150.* (*Vera & magis communis concluſio eſt, quam etiam Camera ſequitur, reductionem uſq; ad 30. annos peti poſſe.*) *lib* 1. ¶ De reviſione actorum, vide in ordinatio. Came Imper. *par 3.cap.53.*

151 Ad ſententiæ revocationem, iudex, qui illam dedit, an debeat citari, docuit (*Communior diſtinctio eſt, ſi de ſimplici revocatione agatur, citatione opus non eſſe: ſin de pœna judici infligenda, eam requiri.*) Mynſing. *in obſervatio. 82. cent 3.*

152 An præſcribatur juri dicendi ſententiam nullam? quòd non, docet diſtinguendo de nullitate velata, (*ſeu de qua non conſtat ex actis, cui ſpacio 30. annorum præſcribitur,*) & de nullitate manifeſta, Mynſinge. *in reſponſio. 17. deca.2.*

153 Licèt de ſententiæ iniquitate, quæ in rem iudicatam tranſijt, conqueri non liceat: ſi tamen hæc querela admiſſa ſit, & ſupar ea parte adverſa non opponente rei iudicatæ exceptionem, probationes productæ ſint, ex quibus appareat, ſententiam iniuſtam eſſe: licèt hæ probationes admitti non debuiſſent admiſſæ tamen fidem plenam faciunt: & propterea ſententia reſcindenda venit: Schrad. *l. admonendi, n.172. ff. de jureiur.*

154 Ubi agitur de his, quæ concernunt commodum burſæ publicæ, ibi ſententia in delicto lata contra unum, nocet tertio: adeò, quòd ſine novo proceſſu vigore dictæ ſententiæ poteſt deveniri contra tertium: qui ſe tueri non poteſt ex eo, quòd non fuerit citatus, (*Si iudici de impedimento conſtiterit, ſententia eſt ipſo iure nulla: ſin iudex ignoraverit impedimentum: valet, ſed per reſtitutionem reſcindi poteſt,*) *habetur in l.1. C. ubi cauſ. fiſca. in l. quiſquis, C. ad l. Iul. Majeſt. in c. cùm ſecundùm, de hæreticis. in 6.* Bartol. *in diſput. incip. Peruſina civitatis ſtatuto.*

Sed fallit in ſententia invalida, quia 155 nunquam præiudicat tertio: Hippol. de Marſil. *in ſingula ſuo 216. incip. ubi agitur.*

Sententia contra indefenſum non con- 156 victum, neque confeſſum, eſt ipſo iure nulla: *c. inter cæteras, de ſentent. & re iudica. vide conſi. Schurff. 76. centur.1. & ibi de ſententia nullitate habentur alia bona.*

Sed de ſententia contra abſentem, ex 157 iuſto impedimento lata, an & quando ſit nulla, (*Contra matrimonium lata nunquam tranſit in rem judicatam: pro matrimonio lata tranſit, niſi ex cauſa canonica, puta conſanguinitatis, &c. matrimonium non ſubſiſtat.*) & de impedimenti probatione, (*quæ & per iuramentum fieri poteſt: quæ tamen res eſt in arbitrio iudicis:*) notavit Mynſing. *in obſerv.57. cent. 4. Art 7. lib 1.* Land Recht.

Vide Hippol. de Marſil *in repet. l. uni C. de raptu virgi. à numer. 144 uſq; ad num. 155.*

De ſententia continente manifeſtam & 158 notoriam iniquitatem, Hippol. de Marſil. *in ſingula. ſuo 471. incip. memini, notavi ſuprà, in litera R. verſi. de re judica.*

Et in cauſa matrimonij ſententia qua- 159 tenus tranſeat in rem iudicatam, vel non, docuit eleganter Geyl. *in obſervat. 112 lib.1.* Corſet. *in ſing. ſuis, litera S. verſ. ſententia 7.*

De ſtrictiſſima ſententiarum interpre- 160 tatione, conſuluit Menoch. *in conſi. 110. volu. 2. numer. 17. & inſequentibus.* & ibi *in d. conſil.* quærit, an condemnatus ad fructus perceptos, intelligatur etiam condemnatus ad illos fructus, qui percipi potuerunt: & reſpondet quòd non. Sed ſententia erit exequenda eo modo, quo eſt pronunciata.

Vide quæ notavi ad Kônig. *c. 102. num.* 161 *1. & 2.* Sententia lata de conſilio peritorum vel ſapientis, an tranſeat in rem iudicatam: Theſſaur. *deciſ. 25.*

Sententia lata ex probationibus privi- 162 legiatis, nunquam tranſit in rem iudicatam: quia uſque ad mille annos & ultrà, talia ſententia poteſt retractari, ſupervenientibus veris & proprijs probationibus contrarijs: Schrad *in l. admonendi, num. 212. ff. de iure iur. infer. & amplia ut ibid. & limita 3. mod. ut ibid.* Hinc infertur ad ſententiam ex aſpectu latam, *numer. 213.* ad ſententiam ex conſilio

paris

peritnrum latam, *num. 214.* ad ſententiam latam ſecundùm conſilium ſapientis, puta Doctoris iuris, Collegij ſcabinorum vel JC. Nam quaodncunque retractari poteſt, ſi alius Doctoe magis peritus, vel collegium magis celebre vel maioris autnritatis, cootrarium conſilium reddat: *num. 215 contrar. ibid.*

163 De ſententia in cauſa attenratorum ferenda & an à ſententia lata in iudiein attentatnrum detuc appellatio: Robert. Lancellot. *in Tr. attentator 3. pene. cap. 28.* Inhibitio facta iudiei reddit ſententiam nullam: Ioan. Bertach. *in Repet. part. 3. in verbo Inhibitio.* Sententia lata in cauſa proptia eſt nulla: Carnl. de Graſ. *in Tr. Exception. Except. 24. num. 68.*

164 Unus judex non pnteſt farre ſententiam ſine collega, nec valer ſubſequens ratificario, quod procedit in ſententia definitiva ſecus in interlocutotia per quam non finitur officium iudicis, quia poreſt fieri per unum ex coniudreibus: Rota Genuenſis *per chartar. deci. 60. per totum* Baldus *in l. ult. C. de auctor. præſtand* Stephanus Gratianus *deciſ. March. 108. in fine* Vantius *de nullitat. defect. juriſdict. ord. nu. 182.* Barrol. *in l. obſer. §. fin. de officio proconſul.* Felin. *in c. prudentia ver. nunquid unus de officio delegati.*

165 Committens cauſam poſt rem iudicatam cenletur rei iudicatæ renuociare: Rnta *diverſ. deci. 45. par. 3. lib. 2.* Caputaqu. *deciſ 278. par 2.* Achil. de Graſ *deciſ. 12. de re iudicat.* Stephan. Gratianus *deciſ. March. 114.*

166 Executin ſententiæ non conceditue quando cooſtat de nullitate ſententiæ, etiam in caſu executivo & privilegiato: Stephanus Gratianus *in addit. deciſ. March. deciſ. 219.* Parladnrus *lib. 2. rerum quotidian. c. fin. p. 5. §. 15. num. 4.* Natta *conſ. 51. num. 21.* Alexand *conſ. 100. nu. 27. lib. 3.*

167 An ſententia tribuat hypothecam? Negatur, limita tamen in fiſco qui poſt ſententiam ſtatim hypothecam conſequitur: Caſp. Anton. Teſſaur *qui forenſ 85.*

168 Sententia nulla an debeat ſperni, quando conſtat de bono iure partis: N nam iudex nulliter pracedendo dicitur partem ſpnliare, quam regulam limita parte non oppoente: AEgid. *deciſ. 343.* Achil. de Graſ. *dec. 17. nu 2. de reſcript.* Stephan. Gratian. *in addition. deciſ. provinc. March deciſ. 144.* Caputaqu. *deciſ. 60. par. 1.* Puteus *deciſ. 150. lib. 1.* Vantius *de nullitat. nov. 129.* Alexand. *conſil. 73. lib 6. & conſ 81. lib. 7.*

169 Senteotia ſecunda nulla non poteſt impedire executionem primæ tranſactæ in judicatum, & iudex poteſt, confirmare non infirmare ſententiam quæ tranſivit in iudicatum: Stephan. Gratian. *in addit. deciſ. March. deciſ. 31.* Mnhed. *dec. 293.*

170 Sententia lata & non intimata parti juxta Cæſar. Conſtitution. in titul. de Appellation. nullius eſt mnmenti, etiamſi aliunde ſcientiâ prædictæ ſententiæ haberetur: Joh. Bapt. Coſta *conſ. 3. num. 14.*

Exceptio melioramentnrum quæ liquida ſunt impedit executionem ſeotentiæ: Iacob. Marchiſel. *qu. 132 n. fin. lib. recollectar.* 171

Sententia lata à iudice clerico contra cletieum nullius eſt mnmenti etiam clerico non oppnnente exceptinnem declioatoriam: M. Anton. Peregrin *conſ 91 num. 50. vol 1.* 172

An credatur iudicis aſſertioni ſi agatur de nullitate & validitate ſententijs per eum latæ? Aff. cnncurrentibus quibuſdam adminiculis: Garſ. Maſtrill. *deciſ. 80. per totum.* 173

Iudex ſemel tantum poteſt interpretari ſuam ſententiam: Garſ. Maſtrill *deciſ. 23. num 2.* 174

Sententia interlnqutoria geminata non poteſt ab eodem iudice revocari: Garſ. Maſtrill. *d. deciſ. nu. 4.* 175

In ſententiæ executione an poſſit exceptio Ioventarij opponi? Aff quia iſta modificat tantum ſententiam: Garſ. Maſtrill. *deciſ. 24.* Fabiuo Turret. *conſ. 75. nu. 1 vol. 1.* 176

Sententia mandans aliquid reſtituendum ſolutis prius melioramentis, exequi nno debet, ſi meliotamenta ſint probata ſed non conſtat de eius valore, quod tamen procedit, quando liquida ſunt aut ſtatim liquidari poſſint, ſecus eſt ſi ſunt illiquida, tunc enim cautio ſufficit de ſolvendo, quod declaratum fuerit à iudice: Garſ. Maſtrill. *deciſ. 98.* 177

Utrum à ſententia iudicis, iureiurando eiuſam decidentis liceat appellare: N. Cæſar Damatus à Fogueras *deciſ. 20. lib. 3. deciſ. regn. Granat. per totum.* 178

Utrum ſententia retractari poſſit prætextu teſtamenti novi reperti? N. *per l. ſub ſpecie C. de re iudicata & l imperatores ff. eodem.* Antonius Ayetve de Ayora *lib. collectanear. forenſ. 1 19.* 179

Senteotia lata ſine pnbationibus an ſit ipſo iure nulla, Neg. niſi iudex recuſaverit audire probationes Georg Cabedo *lib. 2. deciſ. 22 nu. 18. & ſeq.* 180

A ſententia principis non admittitur appellatio, niſi ſententia feratur ad relationem alterius: Garſ. Maſtrill. *deciſ. 32.* 181

Sententia lata in termino prorogato an ſit nulla? Aff. Garſ. Maſtrill. *deciſ. 35. per totum.* 182

Sententia contra abſentem lata in dubio ex contumacia præſumitur lata, niſi conſtaret de probationibus, tunc præſumitur prupter veritatem lata: Cald Pereira *obſervat. 120. lib. 3.* 183

Sententia continens expreſſum errorem iuris & conſenſu partium approbata nihil tamen operatio: Petr. Salaſarez *dec. 28 n. 6. lib. 3.* 184

206 Sententia ſuper conventione non autem reconventione lata, tanquam ſuper non toto lata, eſt ipſo jure nulla: Cæſar. Barzius *deciſ.123.n.14.*

207 Sententiæ qui addit vel detrahit, novam ſententiam facit: Cæſar. Barz. *deciſ. 112.nu.4.*

208 Sententiæ duæ conformes ſtante ſtatuto, quod ab illis appellari non poſſit rebus æquiparantur: Cæſar. Barzius *deciſ. 54. n. 4.*

209 Santen▪æ quæ conveniunt in ſubſtantia & in principali articulo judicantur conformes: *idem deciſ.38.nu.11.* Pro non conformitate ſententiarũ, quando utriq; parti cõſulitur, eſt pronunciandum: *idem dec.100.n.2.*

210 Sentantia quæ vel per adverſarij confeſſionem inique obtenta probatur, vel ſic rem liquido eſſe conſtat, reſtitutione condemnato indulto enervabitur. val per piam ac religioſam denunciationem retractabitur: Fetrant. Ganguaretus *conſi.6. nu.7.lib.2.*

211 Sententia lata contra principem præjudicat ſucceſſori: M.Ant.Pereg.*conſ.2.n 66.val.1.*

212 Sententia probat quatenus neceſſitate verba illius inferunt & trahitur ad ea, quæ veniunt in neceſſarium conſequens vel antecedens: M. Anton. Perag.*conſ. 8.n.1.& ſeq.val.1.*

213 Sententia quando poſſit dici fulminantar & ſine cauſæ cognitione lata? ex brevi tempore ſententia videtur abſq; cauſæ cognitione lata, ut quia lite conteſtata, judex poſt paucos dies dediſſet ſententiam definitivam, at ſecus eſt ubi proceſſus fuerint inſtructi & judicibus relaxati cum allegationibus partium tunc enim non dicitur judex ex abrupto pronunciaſſe: M. Anton. Pereg. *conſ.73.à nu.17.val.2.*

214 Sententia lata expirat officium judicij ordinarij aut delegati, etiam quod ſententia nunquam tranſiret in judicatum ac etiam quod judex delegatus principis nulliter pronuntiaſſet, vel etiam ſi per errorem juris aut facti ſententiam nulliter tuliſſet: M. Anton. Peregr. *d.conſ.*

215 Sententia lata pluribus judicibus, quorum alter erat inhabilis & non competens an ſit nulla? Diſting. ſi à delegatis feratur nulla eſt, ſecus ſi ab ordinarijs fiat: Garſ. Maſtr. *deciſ.27.* Anton. Sola *ſuper decret. Saband. tit. de ſentent. gloſſ. 1. num.12.* Botta *conſ. 5. nu. 10.* Beccius *conſ. 91.nu.5.* Lancellottus Gall. *conſ. 64. nu. 4. & ſequ.*

216 Sententia dicitur ipſo jure nulla quando de proceſſu nõ apparet: Cæſ. Barz. *dec.37.n.7.*

217 An Interlocutoria ſententia à judice poſſit revocari? Aff. *per l. quod juſſit, ff. de re judicata* ſcilicet ſi intervenerit cauſæ cognitio, limita niſi ſit talis ſententia, qua lata officium judicis expirat, aut quia judex pronunciavit ſe non amplius judicem eſſe, aut ſententia interlocutoria contineat aliquid dari vel fieri ſive deciſionem alicuius articuli incidentis vel emergentis, itẽ ſententia interlocutoria quæ habet vim definitivæ revocari non poteſt, 2. procedit illis quæ non ſpectant aliam ſententiam poſt ſe, aliæ namque quæ dantur in medio proceſſus quæ ſperant definitivam poſt ſe revocari poſſunt: Petr. Salaſarez *deciſ.199.li.2.*

218 Interlocutoria etiam revocari poteſt licet poſt interlocutoriam expenſæ eſſent factæ per partem, & expenſæ parti non refunduntur: *idem deciſ. 199. num.220.per c. cum ceſſante de appellation.*

219 An ſententia probat proceſſum ſeu acta judicij præceſſiſſe? Aff. ſi in rem judicatam tranſierit: Cald. Pereira *obſerv. 66. num. 44. lib. 2. ubi alleg.* Thom. Grem. *deciſ.24. num. 2.*

220 Judex appellationis in quolibet honeſto loco ſententiam poteſt proferre: *idem obſer.168.nu.3.lib. per* Marantam *in ſpeculo par. 3.princip.c. 1. nu 81*

221 An ſententia interlocutoria requirat citationem partis? Reſpon. ſi ſententia interlocutoria ſit præjudicialis parti tunc requiritur citatio ſecus ſi eſt modici præjudicij: Limita tamen quando partes ſunt præſentes in judicio nam tunc etiam invitis partibus quæcunque ſententia ferri poteſt? Illephonſus Perez de la Lara *quæſt.forenſ.121.n.18.lib 3.*

222 Si duæ cauſæ in ſententia ſint expreſſæ quarum una eſt vera & altera falſa numquid ſententia reddatur nulla, an vero ſuſtineatur ex cauſa vera? Reſpon. ſententia valet: *idem quæſt.forenſ.127. nu.30.lib.3.*

223 Agens ad quinquaginta & probans centum poteſt ferri ſententia in toto ſumma: Cæſar. Damatus à Foguer. Georg. de Cabed. *deciſ. 11. nu.13.lib. 2.* Bartol. *in l.29 ff. de V. oblig.*

224 Sententia lata ſuper executione ſententiæ eſt interlocutoria ſed lata ſuper poſſeſſorio eſt definitiva: Jaff. Lanf. Balb.*deciſ.422.* Hartman. *c. 10. tit. de ſentent. lib.1.*

225 Sententia ferri extra petita non dicitur ſi id ſuper quo pronunciatur veniat acceſſoriè aut virtualiter ex natura actionis: Ozaſc. *deciſ. 1.num.24.*

226 Sententia regia poteſt dici nulla quando allegatur nulla ex defectu juris naturalis, ſecus ſi ex defectu juris poſitivi, quia tunc non impeditur executio: Cæſar. Damat. à Foguer. *deciſ.130.lib.1.n.22.*

227 Per ſententiam nullam non extinguitur juriſdictio judicis ordinarij & ſuper eadem cauſa cognoſcere idem judex poteſt; ſecus in ſententia judicis delegati nulla: Hartman. Hartman. *lib.1.tit. 4. de ſententijs.*

228 Quando petitio eſt generalis & proſequatio ſpecialis, ſẽtẽtia reſtringitur ad ſpecialiter proſequuta: Pat.Salaſ.*dec.11.n.8.lib.2.*

229 Sententia per incompetentem judicẽ lata contra recõventionẽ valet, quia reconventio prorogat juriſdictionem: Ferr. Gaog. *conſ.61. nu.27. lib.2.*

San-

230 Sententiam ſuam nemo retractare poteſt niſi ſolus princeps, ampliatur licet eſſet injuſta: *idem conſ. 68. num. 3. lib. 2.*

231 Præſides non poſſunt mutare ſententias ſuas ſed princeps ex cauſa concedit reſtitutionem in integrum, & licet judex non poſſit mutare ſententiam ſuam, tamen illam declarare & interpretari poteſt: Anton. Ayerue de Ayore *lib. ſing. collectan. forenſ. c. 108. per l. 27. ff. de pœnis & l. 4. de appellation.*

232 Appellatione ſententiæ in dubio venit definitiva, & non interlocutoria: *idem d. cap. num. 16. ut gl. final. l. 1. §. biduum, ff. quando appelland. ſit.*

233 Quando illud quod petitur eſt tale, ut ad primum & ſecundum decretum non poſſit perveniri, tunc parte contumace pervenitur ad ſententiam definitivam: Caldas Pereir. *obſerv. 69. num. 3. lib. 3.*

234 An probandum ſit quod Innocent. Pontifex in c. paſtoralis, *§. quia vero, ff. de off. delegat.* ſcripſerit, nempe ordinarium debere judicis delegati ſententiam exequi, licet ſciverit eam eſſe injuſtam, quia quando magiſtratus contra officium & juſtitiam facit potius privatus cenſendus eſt, *vide etiam, §. deinde Novel. de mandatis princip. pulcre*: Everhar. Bronchorſt. *cent. 4. aſſert. 13.*

235 An ſententia ſe referens ad acta nihil probantia valeat ſi non fuerit appellatum? Reſpon. ſententia eſt ipſo jure nulla ſcilicet quando judex expreſſe ſe referat in ſententia ad acta, nam quando ſententia non ſe refert ad acta ſed tamen ex actis apparet eſſe iniquam (quo caſu ſententia dicitur lata contra jus litigatoris.) tunc talis ſententia non eſt nulla: Petr. Salaſarez *deciſ. 48. lib. 2. ubi allegat.* Afflict. *deciſ. 28. al. 47.*

236 An ſententia lata ſuper ineptitudine libelli ex quo actio non poteſt formari ſit ipſo jure nulla? Aff. quia poſt ſententiam etiam de ineptitudine libelli opponi poteſt: Georg. Cabedo *deciſ. 13. lib. 2.* Maranta *in par. 6. rubr. de ſentent. nu. 67.*

237 An ſententia lata contra hæredem præjudicet & noceat legatarijs? Aff. ſi legatarij intra tempus legitimum à die ſcientiæ à ſententia contra hæredem lata non appellaverint, quod ſi vero legitime appellaverint tunc etiam contra victorem agere poſſunt, ut ſententia lata revocetur: Virgil. ab Aguirra *in horto juridico ramo 21. arbor. 47.*

SEPARATIO.

1 Habet tex. *in l. 2. C. de ſeparat.* quod creditores defuncti habent beneficium ſeparationis, contra creditores hæredis: ut facta ſeparatione bonorum, præferantur in bonis defuncti creditoribus hæredis: niſi ex legis providentia fidem hæredis ſecuti ſint: Butrio. & Bal. *ſecundum illum:* & cum hoc caſu: *l. 2. C. de ſepara.* adhuc ſeptem enumerat caſus, in quibus ſeparatio bonorum impetrari poſſit: *gl. l. 1. in pr. ff. eo. tit. de ſeparatio.*

SEPULTURA.

Intereſt reipublicæ, ne corpora maneant inſepulta: *l. ſunt perſonæ, & l. ne corpora:* Imò non minus intereſt, cadavera mortuorum humari, quã viventes tueri & conſervari: Bald. *in l. fina. 2. colum. C. de negot. geſtis, ff. de religio. & ſumti. fune.* adeò etiam, quòd non auditur creditor appellans, ne corpus debitoris ſepeliatur: quod procedit, niſi creditor haberet inſtrumentum per quod debitor capi poſſit ad omnem inſtantiam creditoris: quia tunc creditor cum licentia judicis, poteſt ſequeſtrare corpus mortui debitoris, ne ſepeliatur donec ſit ſibi ſatisfactum: *vide tamen* Hipp. de Marſi *in ſingu. ſuo 199. incip. in jure expreſſum eſt.* 1

Occidens ſemetipſum, carere debet ſepultura: 23. *q. 5. c. placuit.* Et alios caſus eorum, qui debent carere ſepultura, vide in gloſſa, & per Dd. *in c. ex parte 2. de ſepult.* Lud. Rom. *in ſing. ſuo 268. incip. fui interrogatus, & ibi* Pignol. *in addi. declarans, quando habeat locum: vide quæ notavi ſupr. in lit. C verſ. de cadaverib.* 2

De expenſis in ſepultura faciendis ab uxore vel vidua, quòd conſilio hæredis ſunt faciendæ: quatenus repetantur, vel quando præſumantur ratione pietatis factæ fuiſſe, & ceſſet repetitio earum: *tex. eſt in Art. 22. lib. 1.* Land Recht, *ibi in addi. latina lit. S. & in gloſ. 1.* 3

Et eiuſmodi expenſæ funerales deducuntur præ omni alio debito ex hæreditate: *gl. 2. Art. 6. lib. 1.* Land Recht. *concordat jus commune, prout eſt in l. ſcimus, §. in computatione, l. penul. & l. funeris, ff. de relig. & ſumt. fune.* 4

Sed expenſæ funerariæ fieri debent, pro modo facultatum & dignitate illius qui funerandus eſt: *l. at ſi quis, §. hac actio, ff. eo.* plus debent expendi pro nobili, quàm pro ignobili. 5

Et reſpicitur ad conditionem temporis: plus enim expenditur in hyeme, quàm in æſtate: *gloſ. in d. §. actio.* Et de expenſis factis in hæreditate, ſtatur juramento hæredis, tutorum, vel adminiſtratorum eorum, ſeu commiſſariorum defuncti: *gloſ. notab. in l. nulli, in fin. C. de Epiſ. & Cler. l. ſi quis pro redemtione, & ibi gl. C. de dona.* Weichbild. *Art. 26. in gl. col. 4.* 6

Qua autem actione expenſæ circa ſepulturam repetantur, vide apud Spec. *in tit. de ſepulturis, §. 1. verſ. porro qui funus* 7

Datur autem actio funeraria contra hæredem 8

Digitized by Google

redem bonorum vel poſſeſſorem,ac reliquos
ſucceſſores defuncti: *d.l.at ſi quis,in fin. ff. eo. de Clerico ſucceſſore,* Abb. & Fel. *in c. ex præſentium,de pigno.*

9 Impeditus funere domeſtico, ſi ad judicium non venerit, datur ei exceptio: *l. ſed ſi quis,§.præterea,ff.ſi quis cautio. in fi.ſ.non obtem.*

10 Item maritus tenetur ſepelire uxorem, etiam quando dotem non habet,& econverſo: *l.ſed ſi nulla.ff.eo.* Pet. Duen. *in regulis fall. regula.416.*

11 Von Begräbnüß der Erſchlagenen vnd Gefundenen/ das einer daran nit mißthut der jn begräbet: vnd das jhm ſeine Erben auff den Koſten wider erlegen ſollen: auch vom Begräbnüß der Vorvrtheilten zum Tode vnd Gerichteten/ *habetur in tex.& gl. Art.90.lib.3.* LandR. Das einer mit Begraben ein gut Werck der Barmhertzigkeit begehe *allega c.1.& 2.Tobiæ.*

12 Imò quod cauſa funeraria ſit cauſa pia, dicit Pet. Duen. *in regulis fallen in reg. 416. in ultima fallentia.*

13 Sed nota, quòd quis non debet ſepeliri in aliena parochia,niſi fiat ad requiſitionem & conſenſu rectoris iſtius parochiæ ſeu Eccleſiæ,aliàs agi injuriatum,Oldradus *in conſi. 82. incip.an fratres.*

14 Quæſtio eſt, quando multi ſacerdotes diverſarum Eccleſiarum conveniunt ad ſepulturam,quis eorum ſit præferendus? & reſpondet Decia. *in conſi. 67. vol. 2.* quod presbyteri iſtius parochiæ ad quam cadaver defertur,præferantur cæteris plebanis aliarum Eccleſiarum, qui ſaltem venerunt ad orandum. ſpecioſis defendit argumentis, ſimul removendo vitiũ ambitionis in illo qui ſtatum & ordinem ſuum ſic tenet & defendit: *nota ſpr. in lit. B. verſi de bona fama.* Vide Pet.Greg. *lib.1.part.jur. Cano.tit.15.ibid. de cœmiterijs.*

15 Corpori mortuo poteſt ſepultura denegari: *l.1. & 2.de cadau.punito.* Marſil. *de ban. verb. mortui,nu.102.*

16 De ſepeliendis, ſepultis, ſepulchris, horum violatorib: non inconcinna, vide in Huſano, *de homin propr. c. 8. q. 5. nu. 57. & ſeqq.fol.186.*

17 Clerici occaſione funeris,vel ratione terræ,in qua defunctus debet ſepeliri,vel ratione officij,nil quicquam exigere debent: *c. abolendæ pen.de ſepulturis,* Schneid.§. *relig. nu. 10.Inſt.de rer.div.*

18 Sepulcrorum jura an ad extraneos tranſeant? Diſt. jure civili familiaria ad ſolos de familia pertinet, licèt non ſint hæredes, hæreditaria ad omnes hæredes pertinent: *l familiaris,ff de religioſ & ſumptib.fune. l. 4 §.9.C.de religioſ.* Jure canonico extraneus non ſepeliendus eſt in ſepulcris agnatorum defuncti, ſed quilibet ſepeliri debet ubi ſunt ſepulti majores de linea maſculina: *c.1. de ſepult.* Camill. Borell. *conſ. 25 n 44.* Ludov. Roman. *ſing. 684.* Bertach. *de epiſcop.p.3.qu.31.* Caſp.Anton. Teſſa *qu for 9.*

An filius retineat ſepulcrum matris? 19
N. ſi agnati matris adſint, ſecus eſt iis deficientibus: Caſp.Anton. Teſſaur. *d. qu.9 n.4.*

SEQUENTIA.

SEquentia alara,declarant limitant & re- 1
ſtringunt præcedentia dubia: *not. in l. 1. ubi Soc. de reb dub. not.in l. ſi ſervus patronum, & in l. talis ſcriptura,de leg.1.*

Sequens clauſula in fine poſita,non re- 2
fertur ad aliam clauſulam, quæ habet propriam & ſpecialem determinationem: clauſula ſpecialis diſcretiva,non refertur ad præcedentia: *vide* Jaſ. *in l. ſi quis id quod in 3. col. in 3. lim. de jurid. omn.jud. vide ad hoc multa ſupr. in verb clauſula.*

Præcedentia minuunt ſignificationem 3
eorum quæ ſequuntur: Decius *conſ. 696.n.17.*

Clauſula reſervativa operatur ut ratio præcedens ſive ſubſequens ad id ſemper reſtringenda ſit& interpretanda,ut non cont à dicat clauſula reſervatoriæ: Ozalcus *deciſ. 164.num.14.*

Actus ſubſequentes contrarij præce- 4
dentibus, facit videri receſſum à præcedentibus præſertim quando de illis facta reperitur expreſſa mentio: Ozaſc. *dec.142.nu.10.*

Quoties aliquid refertur ad duo per 5
prius & poſterius, refertur ad id quod eſt per prius: Bartolus *in l. quæritur, ff.de ſtatu hominum.*

Repetitio eorum quæ in præfationibus 6
ponuntur quando ſunt præparatoria ſequentiũ in ſequentib.repetita cenſentur. Corſ. *ſub. Litera R.in ſuis ſing.* Bartolus *in l.4 C.de uſuris.*

Præcedentia magis effluunt in ſequen- 7
tia quam contra, tamen præcedentia non ſunt potiora ſequentibus ad determinandũ: Ozaſc.*deciſ.147.num.16.* Menoch. *de arbitr.lib. 2. centur.1,caſu 64.num. 20.* Afflict. *deciſ. 319.* Caball. *mollelog 366.*

Conditio appoſita in principio orationis 8
cẽſetur in tota oratione reperita: Aff *dec.248.*

Ex his quæ quis dicit ante factum, præſumitur animus ſuus in facto ſequuto: Affl.*deciſ.375.*

SEQUESTRATIO.

SEqueſtratio eſt contractus, jure genti- 1
um introductus: *l. labeo 19. de V.S l. propriè 6. l.licet.17. Depoſ.§. præterea. Inſtit.quibus mod.contract obl. & dd.de ſequeſtr.poſſ & fruct. t.3 n.156.§ jus autem gent.verſ & ex Jure gent. & ibi Inſtitutiſtæ,Inſt de jure Nat gent. & civ.*

Sequeſtratio neceſſaria regulariter pro- 2
hibita eſt: Mynſi *cent.5.obſer 35.n 3* Gcyl. *lib. 1.obſer.148 nu.7.* Joh.Sichard *in l. un. nu 1 de prohib.ſequeſt.* volutaria vero ſemper & ubiq; permiſſa eſt. *l.ſi ſoluturus 30.in fi.de ſolut.*

Diſſent.

3 Diſſent. Johan. Robert. *lib. 1. ſenten. cap. 5.* Jacob. Covar. *in par. C. de probib ſequeſt.*

4 Quando conſtat, debitorem vel reum conventum egeſtate laborare, vel ad inopiam vergere: quia fortè rebus ſuis malè utitur, aut perditæ eſt vitæ: ſequeſtratio fieri poteſt: Math. Coler. *in pro. exor. p. 1. c. 2. nu. 102. arg. l. nam is, de dolo malo,* Guid. Papæ *dec. 246. per tot.*

5 Allegans verò probare tenetur: *c. olim, de reſcript. c. 2. de dol. & cont.*

6 Propter malã adminiſtrationem ſequeſtratio rerum fieri debet, ne pereant: *l. 21. § 3. de appell. & vide l. 22 § 8. ſoluto.*

7 Sequeſter ille dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controverſia eſt, deponunt: *gl. definit in l. unica. C. de probibit. ſequeſtra pecu. per l. ſequeſter, ff. de verbo. ſignifi. ubi* Petr. Rebuff. Fomer. *& alij: explicavit illam definitionem* Klingius *in repe. c. examinata, exe. de judi mihi nu. 26.*

8 Eſt autem ſequeſtratio duplex, voluntaria, & neceſſaria. Voluntaria dicitur, quæ fit cum conſenſu & voluntate utriuſq; partis: *prout notant Dd. in d. c. examinata, de judicijs: &* Bart. *in l. intereſſe puto, ff. de acqui poſſ. &.* & hæc ſequeſtratio ſemper eſt permiſſa: *l. ſi ſolutionem, & quæ ibi nota. ff. de ſolut.* Bart. *in d. l. intereſſe puto, ff. de acqui. poſſiſ.* Schneid. *§ prætorem, num. 3. Inſt. quib. mod. re contr. obl.* Mynſing *centu. 5. obſer. 35.* Coraſ. *lib. 13. miſcell. cap. 2.*

9 Et in hac ſequeſtratione regulariter tranſit poſſeſſio in ſequeſtrum: *d. l. intereſſe puto: & ibi* Bartol. *& gloſ. in l. 1. C. de probib ſequeſtra. pecu.* dicit: nec poſſidet reus, niſi hoc eſſet actum in ſequeſtratione, ut cuſtodiæ tantùm cauſa fiat depoſitio: *allegat l. licet, §. rei depoſitæ, ff. depoſiti, & d. l. intereſſe puto, ff. de acqui poſſiſ.* & de iſta ſequeſtratione ſpontanea aut voluntaria, intelligitur definitio prius poſita.

10 Neceſſaria dicitur, quæ fit per judicem, partibus etiam non conſentientibus, & fit duobus modis, ¶ Quandoq; enim judex ex officio, à partibus ad hoc non requiſitus, facit ſequeſtrationem: ut ſi videt inter duos eſſe contentionem ſuper re aliqua, utroq; contendente, poſſeſſionem ad ſe pertinere & eſt timendum, ne veniant ad arma & rixas, poteſt judex officium ſuum interponere, & rem litigioſam ſequeſtrare: *l. aquiſſimum, in prin. ff. de uſufruct. & notant Dd in c. 2. ext. ſequeſ. poſſeſ. & fructuum:* & hæc ſequeſtratio quoq; eſt permiſſa: *ut in d. l. æquiſſimum, ff. de uſufruct.* & teſtatur de illa Menoch. *in commen. recupe. poſſeſſio. in 1. remedio, num. 323.* dicens, ſic apud judicem eſſe ſequeſtro retinendam poſſeſſionem, quando alias inter partes contendentes futurum eſſet ſcandalum: *inducit* Decium *in l. ult nu. 6. C de edict divi Adria tollen. in l. ſi ſuper poſſeſſio. vide.* Vide Geyl. *in obſerv. 5. lib. 1. obſervat. & in ſeq. obſer. obſervat. 6. docet de proceſſu litigioſæ poſſeſſionis.*

In caſu verò, quando omninò ignoratur, quis ſit in poſſeſſione, judex poteſt ſequeſtrari facere poſſeſſionem apud ſe, donec in judicio poſſeſſorio ordinario conſtet, quis verè poſſideat: docuit idem Menoch. *in commentarijs retinendæ poſſeſ. in ult. remedio, de officio judicis, mihi num. 45.* Bal *in l. unica, C. de probib ſequeſ pecuniæ.* 11

Quandoque autem fit talis ſequeſtratio per judicem, ad requiſitionem vel inſtantiam unius partis, altera non conſentiente: ut ſi actor petit ſequeſtrari bona rei: & hæc ſequeſtratio regulariter prohibita eſt: *ut C. per tot. de probibita ſequeſ pecuniæ, &* Geyl. *in obſervat. 5. num. 5 lib. 1.* Sed quatuor caſus enumerat gloſſ. *d. l. unicæ, C. de probib. ſequeſ pecu.* in quibus compellatur quis concedere ſequeſtrationem contra ſe, etiam invitus. 1. Quando ſcilicet ſuſpicio eſt de fuga. 2. De dilapidatione capitalis, vel fructuum. 3. Vel quando eſt contumax in non cavendo, de collatione facienda. 4. Si oriatur contentio de poſſeſſione eorum, inter dominum & ſervum, ad libertatem proclamantem: de iſtis *gl. d.* Adde: quando maritus vergit ad inopiam, poteſt mulier inſtare, ut pro indemnitate reditus bonorũ ſequeſtrentur: *ſecundum tex. in l. ſi cum dotem, § ſi vero dotẽ. ff. ſol. matr.* Cyn. *in l. ubi adhuc, C. de jure dotium: alios caſus vide in gl c. 2. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* 12

Et tandem, quando judex poſſit ſequeſtrum voluntarium vel neceſſarium ordinare, concedere, ſeu non, vide Petrum a Duen. *in regulis ſallentia. cum ampliationibus & fallentijs, in regula. 558. incip. ſequeſtrum, fol. 778.* 13

De ſequeſtratione poſſeſſionis, vel rei litigioſæ, tempore perituræ, lite pendente, *(quòd nimirum pretium rerum diſtractorum ſequeſtratur,)* per judicem fienda, vel non, *(Regulariter probibita eſt ſequeſtratio: fallit in ſuſpecto de fuga vel dilapidatione: deinde ſi ab executore appellatum ſit, neq; appellatus cautionẽ præſtare paratus ſit: tertio, ſi aliud ſtatuto vel privilegio ſit inductum.* docuit Geyl. *in obſerv. 147. & 148. lib. 1.* 14

Quòd non poſſit judex concedere, ſequeſtrum fieri, de re alicuius: niſi per publicum inſtrumentum oſtendat, petens debitum, notat Barto. *in l. per hanc, C. de eroga. milita. anno. lib. 12. per illum, & per alios, dixit* Antho. Corſet. *in ſing. ſuis, in verb. ſequeſtrum.*

An requiratur citatio partis, quando 15
debet

debet fieri ſequeſtratio? *Barto. in l. fideiuſſor, §. final.* tenet, quòd non. Abb. *in c. 2. de ſequeſ. poſ. & fruct.* Contrarium tenet Ioan. Andr. *in regula locupletari, de regu. iur. in 6.* Poſſunt conciliari. An periculum ſit in mora, vel non, Petr. de Ravenna. *in aureo ſuo Alphab. litera S. verſi. 1. ſequeſter. Menoch. notabiliter in ſuis commenta. de adipiſcenda poſſeſ. in 6. remedio, mihi num. 18,*

thentica, & magna peſtis graſſaretur, ipſaqꝫ correptus peſte fuiſſet, ita ut ſingula folia authentica facere non poſſet: omnes illas chartas uno ſacculo incluſit, addito pergameno, parvo authentico: in quo ſcripſit, illa folia eſſe ſuas rogationes: tandem os ſacculi chorda concluſit, & chordæ ſignum impreſſit. Dicit Ang. omnia illa protocolla pro authenticis fuiſſe habita: quia paria ſunt, ſi cõtinens ſignetur vel contentum: Dauth. *d. lo.* ¶ Per ſigillum appoſitum in ſcriptura, præſumitur conſenſus eorum, quorum eſt ſigillum. Et quando ſigillum univerſitatis & aliorum probet. Vivius *lib. 1. deciſ. 54.*

Sigillatio denotat certiſſimam contra- 21
ctus concluſionem: *ſecundũ* Bald. *in l. contractus, C. de inſtru.* Nec mirũ, cùm ex ea præſumatur quis conſentire in contenta: *per l. tribunus, §. 1. ff. de teſtam. milit. nota* Bart. *in l. qua dotis, ff. ſolut. matr. per tex. in l. 2. C. de reb. alien. non alien.*

Et hoc eſt verum, niſi aliquis error in- 22
tercedit. Nam tunc non poteſt dici conſenſus: *per l. 1. in prin. ff. de pact. conjunctis notatis, in l. ſi per errorem, ff. de jurid. omn. judi. benè facit l. non fatetur, ff. de Confeſſ. & l. error, C. de jur. & fact. ignor.*

Itam

23 Item ſigillatio non obligat ſigillantem, niſi is prius legerit, & intellexerit contenta in inſtrumento: ſecus, ſi id faciat, alij habens fidem: *tex. eſt in l. 2. C. de reb. alien. non alien. & in l. fin. C. plus vale quod arg. ubi* Bart. Bald. Paol. de Caſtr. *notat plenè*, Alex. *& alij in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus. de verb. oblig. Cano. in c. 2. de fide inſtr.*

24 Sigillans, in dubio præſumitur habuiſſe notitiam contentorum in inſtrumento: *per not. per* Bart. *in l. 1. §. ſi quis neget, ff. quemadm. teſt. aper. & l. non eſt ferendus, ff. de Tranſact. not.* Alex. *in d. §. Chryſogonus, & in conſ. 147. volu. 2.*

25 Duo teſtes derogant literis ſigillatis: Abb. *in c. A nobis, de Teſt.* quia viva vox eſt probatio vera & plena, ſigillum verò præſumpta eſt probatio: ſed vera probatio derogat præſumptæ: *ita vide* Bald. in Marg. *in verb. teſtis.*

26 Obſervabis itaq; ex præmiſſis, ſigillum vel ſigillationem eſſe ſolum præſumptam & non veram probationem.

SIMILE.

1 QUando caſus non eſt deciſus à lege, nec à conſuetudine, ſed reperitur ſimile legis aut conſuetudinis, utrùm attendatur, eſt quæſtionis? Reſp. Dd. *in l. de quib. ff. de ll. c. fin. extr. de conſtit.* communiter concludunt caſus occurrens eſt de materia cõſuetudinis, attendi debet ſimile conſuetudinis: ſi verò caſus propoſitus eſt de materia legis, recurritur ad ſimile legis. Et ſi materia eſt indifferens, recurritur ad ſimile magis rationabile: ſi autem utrumq; eſt rationabile recurritur ad ſimile legis: Nicol. Everhard. *in loc. 79. à rationib. leg. n. 77. 78. & ſeq.* Curt. *de feud. p. 1. q. 3. num. 1.* Vaſq. *de teſtat. pat. §. 5. n. 6. & 9.*

2 De arg. à ſimili non requiritur, quòd in omnibus ſit ſimilitudo, ſed ſatis eſt ſimilitudinem eſſe in eo reſpectu, de quo agitur: *ita ex* Panorm. *notat* Cagnol, *l. 1. n. 30. de R. J.* Sim. de Præt. *lib. 1. de interp. ult. volunt. fol. 48. nu 11. ſolut. 1. Cicer. ad Heren.*

3 Non res tota toti rei ſimilis ſit neceſſe eſt, ſed eius, quod confertur, ſimilitudinem habere poteſt. Hinc etiam illa pervulgata: Nullum Simile currit cum quatuor pedibus. Simile non eſt idem. Similitudo claudicat.

4 Allegans ſimilitudinem, debet eam probare coloratè, oſtenſo, quod aliqua ſimilia: nam tunc ſtandum eſt ſimilitudini: niſi diſſimilitudinis ratio reddatur. Unde tunc neganti ſimilitudinem, incumbit onus probandi. Debet ergo ille, contra quem allegatur ſimilitudo, eſſe cautus & vigil ad oſtendendam diſſimilitudinem: nec ſufficit allegare aliquam diſſimilitudinem in genere, ſed debet eſſe diſſimilitudo in eo, in quo fit comparatio: *Ita poſt* Spec. Hoſt. Joh. And. Panor. *tenet* Everh. *in Top. loc. à ſimili, nu. 6.* Sim. de Præt. *ſupr. cit. loc.*

Similitudo ſuperflua eſt reijcienda: *Dd. in proœ. Decret. Rex pacificus, & c. per ill. tex. ubi* Felin. *nu. ſi. ponit fallent.* 5

De ſimilibus ſemper idem eſt iudicium, 6 de jure divino: Gen. 2. Canonico: *c. inter cætera, ſuprà de reſcript.* Naturali: Cic. *lib. 3. de orat. & l. 1. §. jus aut. De juſt. & jur.* Civili: *l. non poſſunt de ll. l. leges 1. C. eod. tit.* Everh. *in loc. à ſimili. n. 5.*

Similia ſunt, quorum una eſt qualitas: 7 Zaſ. *conſ. 9. lib 1. nu. 5. Alb. l. non poſſunt, de ll.* Everh *in loc. à ſimil. nu. 5.*

Similibus ſimilia ritè ſunt applicanda: 8 *l. 1. §. ſicut autem, C. de vet jur. enucl.* ¶ Similis æquitatis ratio ſimilia jura ſuadere debet: *l. illud, ad l. Aquil.*

Paritas rerum arguit paritatem juris:

Diverſitas rerum arguit diverſitatem 9 juris. ¶ In ſimilibus facilior eſt tranſitus & conjunctio: *l. ſi rem, §. quicunq. de rei vindicat. l. an inutilis, §. actio. De accep. vide* Seb. Med. *p. 2. Reg 1. de R. J.*

De ſimilibus idem eſt judicium: *c. inter* 10 *corporalia, de Tranſlat. l. 3. C. de conſt. pec.* ¶ Et an ſimile allegans vel diſſimile, teneatur illud probare, *vide* Abb *in c. tranſlato, de Conſti. ibi pulcrè loquitur & latè*

Nullum ſimile eſt idem: *l. quod Nerva,* 11 *Depoſ. ubi gl. &* Bart. *gl. in c. capitulum ſancta crucis, de Reſcript.* Iaſ. *in l. 5. de verb. oblig.* Alex. *in Auth. de teſtamento, C. de collat. in 2. col.*

Et figura & imago rei non eſt id, quod 12 figuratur: Bart. *in l. labeo, de ſupell. leg. ubi allegat. l. 2. ff. de jur. aur. annulor. & l. imaginaria, ff. de re judic.*

Dictio ſimiliter in ſimilitudinem ſigni- 13 ficantibus, inducit repetitionem omnium qualitatum præcedentium, & ſimilitudinem per omnia: Bart. *in l. 1. de Recept.* probatur in l. ſi prius: *de oper. nov. nunc. ſi ſubtiliter textus ponderetur, ut ponderavit Carolus*

Similitudo an in dubio debeat referri 14 ad omnia, Bart. *in extra, ad reprimendum, in verb. perinde* Alex. *in l. in quartam, in 2. col. in gl. in verb. imputatur, ad l. Falcid.* A ſimilibus pulcrè arguit JCtus, *in l. qui res, §. aream, ff de ſolut.*

Jus commune conſtituitur in conſimi- 15 libus: Anaſtaſ. German. *in tractat. de indult. Cardinal. §. Nec non quarumcunque num. 17.*

Simile non eſt idem, ſed quoddam fig- 16 mentum rei: Marin. Frec. *in tract. feudal. lib. 2. cap. quis dicatur Princeps. §. 18. quæro nu. 2.*

Omne ſimile appetit ſuum ſimile: Bart. 17 Romul. *in tract. de teſtator. præcept. ſive in explicatione l. filiusfamilias, §. Divi Severus & Antoninus num. 44. ff. de legat. 1.*

Simonia

SIMONIA.

1 Quid ſit Simonia, qui actus dicantur ſimoniacè contracti, & quæ ſit ejus pœna, habetur *in toto titul. extr. de Simonia.*

2 De eius deteſtatione & tarrore, adeò quòd cætera crimina reſpectu eius nulla dicantur, *dicit tex. & aſſignantur rationes in gloſ. c. ſi. 1. q. ultima.*

3 De modo libellandi in crimine iſto, vide Speeul. *in tit. de Simonia, lib. 4.*

4 Nota: amicus meus expendit aliqua ſimoniacè, ut tibi conferatur beneficium, an poſſit à te repetere illas expenſas: dic, quòd non: quia injuſtas illas fecit, nec etiam haberet actionem mandati, ſi tu mandaſſes illi, ut illas expenſas faceret: quia ex turpi mandato non oritur actio: *l. ſi vero non remuneraudi, ff. rei mandati, & gl. notabilis in l. quod utiliter, ff. de nego. geſt. faciunt ea, quæ notantur in c. bona memoria, el. 2. de poſtul. prælat. & ibi* Abb. *notavit hæc* Anto. Corſet. *in ſing. ſuis, in verbo ſimonia.*

5 Simonia ne ſit, aliquid accipere pro in ingreſſu monaſtarij, Guid. Papæ *deciſ. 80.*

6 Simonia graviſſimum eſt crimen, reſpectu cuius adulterium, furtum, & cætera crimina quaſi pro nihilo reputantur: *c. per tuas, de Simo.*

SIMPLICITAS.

1 Simplicitas lagibus amica eſt: *l. 1. in priu. ff. de dolo. 3. §. ſed quia, 7. Inſt. de fideicom. hær. & §. cæterum, 3. Inſtitu. de leg. ag. ſucceſſ.* intellige da ſimplicitate, quæ eſt contraria fraudi: non autem de fatuitate, quia illa eſt damnabilis: *l. 3. §. fiu. ff. de ſuſpect. tuto. gloſ. & addit. in §. ſed quia, Inſtitut. de fideicom. hæred.*

2 Simplicitati ſempar ſuccurrendum eſt, nec ſimplices ſunt decipiendi: *ſecundum Cor. in Clemen. 2. in 2. notab. de pœniten. & remiſſio. & dixit* Bald. *in l. 1. in prin. C. ne filius pro patr.* Simplices hominas circumventi, reſtituuntur, tanquam errantes. Et propter ſimplicitatem ſæpe recedimus à regulis juris communis: *notavit* Hipp. de Marſi. *in ſing. ſuo 450. incip. ſimplicitati: & ibi adduxit* pro exemplo quòd advocatus vel procurator poſſit reſpondere poſitionibus pro clientulo ſimplici, qui propter ſimplicitatem reſpondare non poteſt: *allegat.* Abb. *in c. paſtoralis, aut e fi. & in c. dilecti, in 6. col. de jud.* Spec. *in tit. de poſiti. §. 7. verſi. 17. & ibi* Bald. *in addi. in 4. col. verſi. quando clientulus.*

3 Et iſtud eſt notandum pro mulieribus, minoribus, & ruſticis, in quibus præſumitur ſimplicitas: Bald. *in Rub. C. de rerum permuta. ante finem, vide eundem* Hipp. *iu ſing. ſuo 287. incip. tetigi, ibi de præſumtione ceſſantis doli in delinquendo.* Idem Hipp. *iu ſingu. 18. incip. quotidie,* docet de renunciante clauſulæ contractus, quam ob ſimplicitatem ranuncians non intellexit, quod non præjudicet renuncianti: cogita eadem ratione de ſimilibus.

4 Simplicitas, non dolus in muliere præſumitur: Pruck. *l. in multis, de ſtatu hom. p. 2. Art. 21. n. 3.* ¶ De ſimplicitatis effectu, & qui ſimplices judicari debeant, Menoch. *lib. 2. cent. 2. c. 193.*

5 Simplicitas aliqua eſt amica ll. contraria fatuitati: *§. ſed quia Inſt. de fideicom. hæred. & iu l. 1. de Dolo, §. Cæterùm, Inſt. de leg. agnat. ſucceſſ.*

6 Alias eſt, quæ eſt idem quòd facultas: *l. ſervus, ff. quod vi, aut. clam.*

SIMULATIO.

1 Qui allegat contractum ſimulatum, vel in fraudem, debet allegara ſimulationis ſpeciem, & eam probate: Caſtren. *in l. juris gentium, §. dolo, ff. de pactis.* Sed quomodo ſit probanda, *Scilicet per conjecturas evidentes: quod tamen pro qualitate negociorum exaudiendum eſt, ut docet addi. ad d. conſi. 389. incip. plus quatuor modis.)* & alia circa eam, vida apud Paul. Caſtrenſi. *in conſi. incip. plus quatuor mod. in meo eſt conſi. 389. num. 2. vol. 1. conſi. 109. incip. viſa petitione, & conſi. 319. incip. viſis & examinatis, nu. 3. vol. 2.* Decian *in conſi. 20. vol. 2. nu. 26. ibi quod conjecturis probari poſſit, & in conſi. 68. volum. 2. num. 2. & inſequentib. &* Bart. *in conſi. 65. incip.* Petr. Nicol. *conſuluit idem &* Decian. *in conſi. 59. vol. 1* In ſpecie in caſibus permutationis, & pacti retrovenditionis, & alia generalia, docet ibi idem Dec. *in conſi 105. vol. 2. & ibi multa bona de contractib. ſimulatis docuit, quæ vide.* Et tandam, qualiter ſimulatio contractus in fraudem uſurarum legitimè ſit probata, conſuluit eleganter d. Decian. *in conſi. 82. volu. 3.*

2 Quòd contractus ſimulatus non valeat, in tantum etiam, quod non operetur juramentum illi appoſitum, eſt gloſſ. ſingularis *in l. emptione, ad fin. & ibi* Bald. *C. plus val. quod agi. quam id. quod ſimu. conje.* quia juramentum interpoſitum ſuper actu ſimulato non validat actum, nec ligat jurantem. In tantum etiam non valere, quòd non requiratur abſolutio ab illo, notavit per jura & Dd. Hippo. de Marſi. *in ſingul. ſuo 327. incip. exceptio non numeratæ pecuniæ de juramenti appoſitione.* Vide tamen declarationem per eundem Hippo. *in ſingula. ſuo 474. incip. contractus ſimulatus*

3 Ibi, niſi in tali contractu eſſet appoſitum jura-

iuramentum, omnia contenta in tali contractu fuiſſe & eſſe vera: quia tunc contractus non præſumitur ſimulatus, ſed verus. *Ita dixit* Authu. *in c. cum contingat, ibi* Imo. & Abbas, *de iureiuran.* Bald. & Salic. *in l. fi. C. de non num. pecu. vide* Bart. Cæpollam *in tractatu ſuo de ſimulationibus contractuum.*

4 Noto: in dubio autem, contractus non præſumitur ſimulatus, ſed verus: *probatur in l. ſed ſi maritus, in fin. ff. qui & à quibus*: maximè hoc verum, quando de contractu apparet confectum eſſe inſtrumentum, quia pro inſtrumento præſumitur: *ut in Authen. de fide inſtrumen. §. ſi moriantur, colum. 7. & eſt textus cum gloſſa, & ibi notatur in l. cum precibus, C. de proba.*

5 Unde, qui allegat inſtrumentum ſimulatum: illud probare tenetur: *etiam in l. patronus, ff. de proba.* & tantò magis, quando conſtat de veritate: *ſecundum* Bald. *in l. hi qui circa fin. C. de diſtrac. pigno.* nec conſtet ex qualitate perſonarum præſertim ſi ſit ſolitus contractus: Bald. *in l. 1. in 3. quæſt. in 10. colum. ff. de his quæ pœna nomi. notavi ſupr. in litera P. verſic. de præſumtione pro contractu, habetur de iſta materia ſimulationis in titu. C. plus valere quod agit, quam id quod ſimula. commiſit.*

6 Contractus ſimulatos quibus probetur coniecturis, Menoch. *lib. 2. centu. 3. c. 247. & 217. Item centu. 1. c. 13.* Ioſeph. Ludov. *concl. ſi ubi multa conluſiones & ſimulatione contractuum.* Vide & Caball. *mille verſ. 582. & 584. & 416.* Gabr. *lib. 2. de act. concluſ. 5. & ſtraph. privil. 59. paſſim*, Cavalc. *deciſ. 69. fol. 158. vide infr. 196.* Capra, *reg. 87. num. 161. uſque ad 186* Menoch. *lib. 1. præſumt. quæſt. 58. num. 9. & lib. 3. præſumpt. 65.* Zuan. *de pacto retrov. n. 55. uſq. ad 70* ¶ Simulatus contractus, quòd ex pacto de retrovendendo in continenti vel ex intervallo appoſito delegetur, Menoch. *in arbitr. lib. 2. cent. 1. c. 13.*

7 Quod ſit tempus intra quod poſſidens rem alienatam, contractum ſimulatum præſumere faciat Menoch. *lib. 2. cent. 1. c. 39.*

8 Simulatus contractus non meretur executionem, & fructus compenſantur cum ſorte: Cavalc. *deciſ. 48. alias p. 2. dec. 2.* ¶ Modicum precium quod dicatur in ſimulatione contractus, Menoch. *lib. 2. cent. 3. c. 217.*

9 Plus conſideratur, quod verè agitur; quam quod agi ſimulatur: C. *plus valere quod agitur, toto tit.*

10 Simulans ſe mulierem, ut corrumpat monacham, an compelli poſſit ad monachatum, vide Bart. Brix. *in q. dominica, quæſt. 81.* ubi latè arguit & concludit, quòd ſic, per text. *in c. quod interrogaſti. 27. diſt. ubi pulcra gloſſa.*

11 De ſimulatione ex cauſa honeſta, quæ non nocet, & de ſimulatione ex cauſa inhoneſta, quæ nocet, vide ad hoc ſuprà, *in verb. Monachus.*

Simulatio Inſtrumenti an teſtibus probari poſſit? unicus teſtis in probanda ſimulatione non ſufficit, niſi accedat fama & teſtes debent eſſe omni exceptione majores, atque ad detegendam ſimulationem teſtes probare debent quod tractatum & concluſum ſit inter partes ante inſtrumentum, quod non eſſet venditio ſed pignus, tunc venditio in continenti ſecuta præſumitur ſimulata, ſed ſi venditio poſtea ex intervallo fieret, ſimulatio non arguitur, quia partes videntur pœnituiſſe, & à priori contractu receſſiſſe: Iacob. Marchiſel. *qu. 68. lib. recollectar.* 12

Simulatio probatur per conjecturas arbitrio judicis concludentes, conjecturæ autem hominis quando plures ſunt & rationabiles ac urgentes ſimulationem probant: Iacob Marchiſel. *d. qu. num final.* 13

Poſſeſſio ſubſequens rei arguit veritatem contractus & econtra retenta penes venditorem arguit illius ſimulationem: M. Anton. Peregr. *conſ. 75. n. 2. vol. 1.*

Simulatio non probatur præſumptionibus, ubi quis iuramento confitetur in inſtrumento poſita eſſe vera, poteſt tamen etiam ſimulatio contra juramentum allegari, ubi probationes de ſimulatione contractus ſunt admiſſæ, & ita poteſt propria turpitudo allegari: Martin Benckendorf. *ad Straph. de Straph. in addition. privileg. 59.* Herman Vultejus *conſ. 18. n. 299 vol. 3. conſil. Marpurg.* Proſper Farinaceus *40. n. 61. lib. 1.* Cutman. *conſ. 18. num. 94.* 15

SOCIETAS.

Societas eſt duorum pluriumve conventio, honeſtè contracta, ad uberiorem quæſtum & commodiorem uſum: Accurſius *ſecundum Ciceronem in continuatione Rubr. Inſtit. de ſocietate*: Sed pro pleniori expeditione totius iſtius materiæ ſocietatis, notabo quindecim principaliores quæſtiones, motas, diſputatas & deciſas per Petrum de Vbal. de Peruſio, *in ſuo tractatu de duobus fratribus, & aliis quibuſcunq. ſociis.* 1

1. Conſiderando eſſe is arbitratur ſocietatum genera ſex. 2. Societas qualiter contrahatur? conſenſu ſcilicet. 3. Quod genus ſocietatis contractum eſſe intelligatur? 4. Qualiter inter ſocios portiones ſocietatis ſint faciendæ? 5. Quæ lucra inter ſocios veniant communicanda? 6. Quæ expenſæ de communi fieri debeant? 7. Qualem diligentiam in re communi ſocius adhibere teneatur? 8. Damnum, quòd contigit in ſocietate, vel uni ex ſociis, an debeat communiter imputari? 9. An facto unius ex ſociis alii obligentur? & ibi de ære alie- 2

no contracto ab uno ex ſociis, vel ab inſtitore. 10. Si unus ex ſociis, in ſocietate alium ſocium, ſine conſenſu ſociorum, aſſumpſit, an ex facto aſſumpti, aſſumens, vel ipſe aſſumptus teneantur? & econtra an cæteri ex eorum factis aſſumenti vel aſſumpto teneantur? 11. Qualiter & quando ſocietas finiatur? & ibi vide de ſocii hæredibus. 12. Quis rationem geſtionis reddere teneatur? 13. An & quando iuri reddendi rationem præſcribatur? 14. Quæ actio competat inter ſocios, quando unus ab alio conveniatur? 15. Qualiter ſocius ſocio teneatur? & ibi vide de ſocii fidejuſſoribus: *vide textus gloſſ. & notata Dd. ad titu. Inſtitu. de ſocietate, titulos ff. & C. pro ſocio, vide* Gud. *conſil. 10. de ſocietate.* Si quis prædictas quæſtiones Vbaldi, & dictos titulos examinaverit, habebit iſtam materiam ſatis & plenè expeditam. Notavi autem ſic quæſtiones, ut habeas occaſionem deliberandi & cogitandi de gravioribus ſimilibus, & de aliis ad iſtam materiam pertinentibus ſeu ſpectantibus.

3 An teſtator poſsit iubere, ut fratres aut hæredes in ſocietate perſtent, quæritur: In hac quæſtione duo caſus diſtinguendi ſunt: aut enim ad certum tempus in communione hæredes eſſe iuſſi ſunt, & voluntati teſtatoris parendum eſt, *l. ſi qui ita ſunt inſtituti, 4. de cond. inſt.* aut in æternum teſtator juſſit eos à communione non diſcedere, & non valat juſſus: *l. in hoc judicium 14. §. ſi conveniat com. divid. & ibi* Caſtal. Paul. & Iaſo. *in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, de cond. indeb.*

4 Sed ſocietas, contracta ad tempus, quando per lapſum temporis finita, & ipſo iure reſoluta, vel potius renovata cenſeatur, conſuluit Decian. *in conſi. 60. vol. 2 n. 30.* ibi vult, quòd definito tempore liberum ſit recedere à ſocietate, quod ex ſola abſtinentia ulterioris negociationis vel contributionis, ſeu ex repetitione capitalis apparere poteſt. ¶ Sed ex quibus renovata ſocietas cenſeatur, refert iſte Decian. *in d. conſil. 60. vol. 2. n. 33. & in multis ſequentibus.*

5 An ex juſſu patris inter filios continuata paterna ſocietas cenſeatur, ex quibus & adita hæreditate paterna, quòd illam continuare debeant, *voluit* Decia. *in conſi. 22. vol. 3. n. 11. & in ſeqq.* & quibus conjecturis probari poſſit, ſocietatem eſſe contractam & continuatam, conſuluit Menoch. *conſil. 12. vol. 1.* ¶ Et lucrum, factum in ſocietate, quomodo dividi debeat, *vide ibi in dict. conſi.* Menochii *num 23.*

6 Adde; ſocius tenetur de negligantia & culpa: ut habetur *in l. cum duobus. §. venit, & ibi* Bart. *ff. pro ſocio, & in l. ſocius ſocium, eo titu.* & ideo negligens exigere debita à debitoribus, cùm eſſent ſolvendo, & interim eùm ſint facti non ſolvendo, tenetur ob negligentiam & culpam ad ſolutionem iſtius debiti: *ſingulariter dixit* Paul. Caſtr. *in l. ſi fidejuſſor, ff. de fidejuſſo. & per illum ſic notavit* Hippo. de Marſi. *in ſing. ſuo 281. incip. ſocius, dicens, ſic inter duos ſocios macellarios Bononiæ eſſe iudicatum, vide in l. contractus, & ibi* Decium. *ff. de reg iuris.* Nota: ſocius alicujus rei communis, non contribuens ſocio ſuo partem expenſarum alicujus neceſſariæ refectionis infra quatuor menſes, res communis in totum fit reficientis. *tenuit.* Nicol. Pignol. *in additione ad ſing. 653.* Lud. Ruman. *docuit* Hipp. de Marſi. *in ſingul. ſuo 369. incip. nullo hominum,* Franc. Cremen. *in ſing. ſuo. 98. inci. decidi,* Iaſ. *in l. quo minus, quaeſt. 17. ff. de flumi.* Cæpol. *in cautela 85.*

De erogatione expenſarum, & repetitione earum, quæ ſunt factæ in lite, mota ſuper re communi *vide ſingu.* Lud. Ruman. 653. *incip. expendens.* 7

De pacto ſocietatis, quòd inæqualitatem damni & lucri admittat, eſt text. *in l. ſi non fuerit. ff. pro ſoc.* Cæterum ut quis partem lucri, nullam damni habeat, accipiendum eſt de eo, qui operam poſuit: & alia multa bona in cauſa ſocietatis, docuit Geyl. *in obſer. 24. lib. 2. obſer. Came. Impe.* Pet. Gerar. *de* Pet. Sanct. *in ſingu. ſuo 68. incip. nota quod ſingulariter. Et vide bonum in hac materia ſocietatis conſi. 31 part. 1.* Weſenbec. *ubi licet videre de diſtractu ſocietatis per tranſactionem, & cauſa debitionis ex illa, quatenus ſocius ſocium vel ſocietatem poſſit obligare, (Vbi contrarias ſententias refert, an contrahens ſocius, mandato cæterorum contrahere videatur. Sanè is cui adminiſtratio commiſſa eſt, cæteros obligare poteſt, & loco inſtitoris erit: ita tamen, ut omnes pro ea parte, quam in ſocietate habent, teneantur, non in ſolidum:* Geyl. *2. obſer. pract. 24 n. 8. & 9.) & qualiter tacitè intelligatur contra, (Probatur ſatis ex actibus negationis etiam difformibus,) & alia bona in iſta materia ibi vide.* 8

Et vide optima in iſta materia ſocietatis apud Decian *in conſil. ſuo 21. per totum, vol. 1. ibid. ubi docet, quando privata ſcriptura ſocietatis probet.* 9

Item de ſocietate omnium vel partis bonorum paternorum, quando contracta videatur inter fratres, quæ requirantur, (*Convictus diuturnus, cum hæreditate patris indiviſa, vel alio capitali exiſtente communi: ſecundò, quod lucra omnia undicunque obvenientia communicaverint: tertio, quod nunquam invicem rationes reddiderint, circa eas perſonas, bona & res utriuſque familiæ.*) quod contracta ſocietas præſumatur, conſuluit idem Decia. *in conſi. 36. per totum, vol. 1. & n. 35. ibi vide* quid iuris quiſque eorum inde conſequatur vel non, qualiter finiatur, (*Societas morte finitur,*) & alia multa bona in iſta materia vide. 10

Item quæ requirantur, ut ſocietas omnium bo- 11

Digitized by Google

um bonorum inter fratres contracta dicatur, quæ lucra, quævè damna veniant communicanda inter fratres, ita ut quilibet teneatur ad debita contracta in ſolidum: quod ſic, niſi aliter conventum ſit, reſpondet Decian. *in conſ. 85. vol. 2. n. 5. & in ſequentibus, quæ bona in hac ſocietate veniant conferenda & communicanda, vel non.* (*Omnia videlicet, quocunque tienlo acquiſita.*)

12 An & per quos actus, (*Si videlicet pupilli eadem agunt, quæ vivus pater eorum egit, & per communes adminiſtros cum patruis rem adminiſtrent.*) poſt mortem patris etiam cum pupillis fratribus videatur continuata, quæ lucra, quæ damna ſimiliter in ea veniant, *n. 6. & 20.*

13 Pro tutore ſe gerens ad quid teneatur, (*Rationes videlicet reddere,*) & tenetur ad ea, ad quæ tenetur is, qui vere eſt tutor: de quibus autem teneatur, docuit conſulendo inter alia d. Decian. *in d. conſ. 85. vol. 2. num. 20. & in ſequentibus: vide.* Idem Decian. *in conſ. 97. volu. 2.* conſuluit de cauſis, ex quibus in dubio videatur inter duos contracta ſocietas: *& ibi in d. conſ. vide multa bona, conferentia ad hanc ſocietatis materiam.*

14 Et hujus materiæ concordantias iuris Saxon. vide & cullige ex text. *Artic. 12. lib. 2.* LandRecht. Da er alſo ſagt. Wo Brüder oder ander Leute jhre Güter zuſammen haben / verwalten ſie dieſelben mit gleichem Koſten / oder mit gleicher Arbeit / der Frommen iſt jhrer aller gemeine / deßgleichen auch aller ſchade. Was aber einem Manne mit ſeinem Weibe wirdt / das theilet er mit ſeinen Brüdern nicht. Verſpielt ein Mann ſein Guth / oder verhuret ers / oder bringt es ſonſten bößlich vmb mit vbrigem Koſten oder Gaben / darinn ſein Bruder / oder die mit jhr Guth gemein haben / nicht gewilligt / den ſchaden dē er daran nimbt / ſoll er allein tragen / vnd nicht zugleich auch ſeine Brüder / oder ſeine Geſellen / die jhr Guth mit jhm gemein haben. *in gloſſ. ibidem vide de ſex modis diſſolvendæ ſocietatis, & de cuſtodia ſocii rei communis: præterea habebis utiliſſima in additionibus latinis ibidem, d. Art. 12. lib. 1.*

15 De diviſione in ſocietate fienda, an fiat in ſtirpes, vel in capita, ſeu pro rata capitalis, vel pro induſtria, aut pro maiori vel minori labore, & illa in diviſione ſocietatis conſideranda eſſe, etiam inter alios, qui non ſunt ruſtici, conſuluit Decia. *in conſ. 39. vol. 1.*

16 Sed quæritur, an libris rationum ſtetur ſocii, cui ſocietatis adminiſtratio eſt mandata & commiſſa? reſpondet quod ſic, Decian. *in conſ. 60. in prin. vol. 2.*

17 Dans bona mobilia, ſpeciarias, & debitores, vaſa & alia quæ quis habet in una apotheca ſpeciariæ æſtimata, cum termino ad ſolvendum, & ad rationem octo pro centenario, pro lucro ſocietatis: ne recipiens teneatur ſingulis annis reddere rationem ſocietatis: an intelligatur vendidiſſe iſta bona, & contractum uſurarium feciſſe, aut veram & licitam ſocietatem contraxiſſe: Cavalc. *latè deciſ. 59. alias p. 2. deciſ. 13. in contract.*

18 Cujuſmodi cenſeatur eſſe contractus quando merces æſtimatæ ſic traduntur alicui vendendæ vel permutandæ, ut lucrum inde perceptum communicetur: ſi hec incurſu prædonum illi ſit ereptum, qui merces diſtrahendas vel permutandas ſuſcepit, Thoming. *deciſ. 44. &* Ioſeph Lud. *dec. Peruſ. 10.*

19 Socius invito ſocio utitur re communi ad uſum deſtinata: Theſſaur. *deciſ. 41. ubi ampl 5. & lim. 6.*

20 Socius non utitur invito ſocio re communi ad uſum non deſtinata: Theſſaur. *d. deciſ 41. n. 13. cum ampl. 6. & lim. 2.*

21 Socio contrahente, nulla facta mentione ſocietatis, & non apparente de utilitate ſociorum ex eo contractu, an ex dicto contractu alii ſocii remaneant obligati, *N.* Teſſaur *deciſ. 136,*

22 Socius alicujus rei ſi poſſidet, poteſt intentare judicium communi dividundo contra alium conſocium: *Si* non poſſidet agat rei vendicatione, vel alia actione: Cavalc. *deciſ. 18. in indic.*

23 Pactum quod capitale ſemper ſit ſalvum, in ſocietate animalium, & in ſimili caſu, non tenet, & eſt invalidum, & ſemper per recipientem animalia poteſt annulari: Vivius *deciſ. 180. lib. 1.*

24 Utrùm autem dominium exinde transferatur in accipientem: Vivius *deciſ. 142. lib. 1*

25 Societatis diviſio quando præſumatur, Menoch. *lib. 3. præſum. 60.*

26 Societas omnium bonorum vel alicuius negotiationis, quando contracta præſumatur inter fratres, vel alios ſanguine iunctos, Menoch. *lib. 3. præſu. 56*

27 Societas diſſoluta, quando renovata præſumatur, *ibid. præſ. 57.*

28 Librum ſocietatis & mercatorum præſumi ſcriptum conſenſu ſociorum, & ob id probationem inter eos facere, Menoch. *lib. 3. præſ. 62.*

29 Socius in re communi, non poteſt ædificare invito ſocio: & quomodo ſocius teneatur concurrere pro parte ſua, in reſarcienda re communi, Vivius *dec. 217. lib. 2.*

30 Duo ſocij vel fratres habentes commune caſtrum, unus non poteſt partem ſuam alicui vendere, quando talem venditionem facit ſolum ad emulationem Socii, & non ad commodum principaliter: *ita* Bald. *& poſt eum* Iaſ. *in l. 1. in fi. C. qui teſt. facere poſſ. quod eſt limitatio ad l. in re mandata, C. mandat.*

31 *S*ocius ab ioiuria tenetur defendere ſocium, & eſt licitum ſibi ſuum auxilium impertiri, ſi vero poteſt & negligit, videtur iniuriantem fovere, & culpæ eſt particeps: *c. dilecto, de ſent. exc. lib. 6.* Abb *in c. cum non ab homine, n. 13. & 14. de iud. idem in vicino.*

32 An ſocius in cauſa ſocii teſtimonium facere poſſit, *vide* Petr. *q. 30.*

33 Et an ſocius criminis poſsit teſtificari contra ſocium, *vide* Dec. *conſil. 234. vol. 2.*

34 De ſocietate, quæ morte unius ſocii finitur, & quando renovata ſit, *vide* Dec. *conſil. 213. volu. 2.*

35 Socieres omnium bonorum ex quibus tacitè contrahi videatur, Dec.. *conſil. 21. vol. 1.* ¶ Societas quando dicatur obligate ſocietatem, Dec. *conſi. 93. vol. 1.*

36 An, quando, & in quibus delictis ſeu maleficiis quis de conſociis ſit interrogandus, vel non, vide Antho. Blanc. *in repetit. l. fina. ff. de quæſtionibus, num. 370. & in ſequentibus* Angel. de Malefic. *in verſicn. & Sempronium Rudolphi, mihi n. 4.* & ibi Auguſt. *in addicio.* vult, quando criminis immanitas tale quid ſuadet, quòd bene interrogetur de conſociis: *Dd in l. finâ C. de accuſa.*

37 Sed dictum ſocii in tortura vel ſine tortura factum, quatenus, quando & in quibus caſibus faciat indicium ad torturam contra ſocium, vide Antho. Blanc. *in repet. d. l. fina. ff. de quæſtio. mihi num. 358. uſque ad n. 390. &* Hippo. de Marſi. *in pract. ſua crim. §. diligenter, mihi n. 59. & 60. uſque ad n. 69.*

38 Sed quod dictum ſocii nunquam ſufficiat ad condemnandum, dixit idem Hippol. *in dict. §. diligenter, numer. 68. idem remiſſive ſaltem: vide, ubi hac materia ſociorum in dilectis ſit invenienda.*

39 De ſociorum pœnis, & alia de ſociis, *vide gloſſ. in verb. defenſivè, in Clemen. 1. de pœnis, & habetur in Art. 13. & ibidem in addi. latina litera* B. *lib* a. Land Recht *& in gloſſ. 3. Artic. 32. lib. eo* Land Recht / *l. utiliſſimum, ff. ſi fam. furt. fecis. dica.*

40 *S*ocius criminis confitendo contra ſocium, facis tanſum indicium ad inquirendum: Vivius *deciſ. 216. lib. 2.* ¶ Confeſſio mulieris ſtupratæ facit indicium ad torturam contra ſtuprentem, ex quo delictum eſt occultum: Vivius *deciſ. 247. lib. 2.*

41 Sententia abſolutoria, ſocii criminis, alteri conſocio non prodeſt. Quod fallit in abſolutoria adulteri, quæ & adulteræ prodeſt: Pruck *l. in multis, de ſtatu hom. p. 2. Art. 8.*

42 Socius proprio nomine clandeſtine acquirens, communi acquirit ignorante ſocio: Iacobus Marchiſellus *lib. recollectan. qu. 22. n. 14.*

43 *S*ocius ſuo nomine acquirendo ſibi acquirit etiam de communi pecunia, quam tamen conferre tenetur niſi in cataſto communi nomine ſcripta eſt res, quia tunc fit communis, licet proprio nomine fuerit acquiſita: Iacobus Marchiſellus *dicta quæſtione.*

Empta communi nomine fiunt communia, in dubio tamen de pecunia ementis acquiſita cenſentur, niſi acquirens aliunde veroſimiliter acquiſiviſſe non potuiſſet, Iacobus Marchiſellus *d. qu.* 44

Societas licitè iniri poteſt, ut capitale ſalvum ſit, nempe quando Socius aliquid dat alteri ſocio, ut ſubeat periculum capitalis: Iacobus Marchiſellus *qu. 23. lib. recol.* 45

Filia unius ex ſociis omnium bonorum ſi communi pecunia dotata fuerit, an dos ab alio ſocio poſsit repeti? N. ſi ſocietas fuerit univerſalis, tunc enim dos imputatur ſocietati, nec poteſt repeti, præcipue ſi dos fuerit data ſciente ſocio altero, nam ex ſocietate filia ſocii alimentari debet: Stephanus Gratianus *in addition. ad deciſ. March. 127.* Natta *conſil. 91. n. 3.* Menochius *de arbitrar. caſ. 127.* Surdus *de aliment. titul. 6. qu. 14.* Rolandus *conſil. 91 per totum & n. 47. lib. 1.* Dec. *conſ. 66. col. 4.* Hieron. de Zannettin. *conſil. 6.* Ruinus *conſ. 104. n. 11. lib. 11.* Socinus *conſ. 291. lib. 1.* Menochius *conſ. 375. n. 11. lib. 3.* 46

In ſocietate univerſali non attenditur quod unus conferat vel impendat plus altero, & omnes expenſæ dicuntur contractæ occaſione ſocietatis, quando eſt univerſalis niſi proveniant ex delicto: Stephan. Gratianus *in additi. deciſ. 22. decis. Marchia.* 47

*S*ocius debet obligare ſocietatem tanquam ſocius ut alii teneantur, & actio realis datur contra poſſeſſores bonorum ſocii ſi ſocius expreſſè obligaverit bona ſocii, ſecus ſi tacitè Stephanus Gratian. *in addition. deciſ. March. 177.* Petr. Sanz. *de diviſ. boner. c. 4. lib. 2. n. 1. & 22.* Surdus *deciſ. 213.* 48

Obligatio bonorum facta per ſocium an extendatur ad bona extra ſocietatem? N. Benavent. Strucha *de contract. ſocietar. 15.* Petr. Sanz. *de divis. bonor. c. 4. l. 2. n. 11.* Anchoran. *conſil. 332. col. 2. n. 4* Stephan. Gratian. *in d. additi.* 49

Locatio rei communis invito ſocio quando valet? *R.* Locatio regulariter invito ſocio fieri non poteſt, niſi locatio eſſet utilis ſocietati aut res ſolita locari, quia in utilibus ſocius cenſetur habere mandatum à conſocio, ſed ſocius provocando ad diviſionem locationem impedire poteſt: Stephanus Gratian. *in addition. deciſ.* March. *deciſ. 169.* Petr. Sanz. *de diviſione bonor. c. 4. lib. 2. n. 17.* Surdus *conſ. 43.* Ruinus *conſil. 65. lib. 5.* 50

Venditio rei communis non valet, quamvis facta à pluribus ſi unus ſocius contradicat etiam habens minimam partem de 51

hic eſt

hic eſt unus caſus in quo minimum trahit ad
ſe maximum: Steph. Gratianus *in addit.* Bald.
in l.1.C. communi ſerv. manum.

52 Societas atiam tacite contrahitur, ut pa-
cta cum ſociorum hæredibus permaneant in
opera ſocietatis & fratres aut nepos cum pa-
truo ſimul habitant, & nulla unquam reddi-
ta ratione omnia bona retineant commu-
nia, item quando inter conjuges omnia bo-
na conſtante matrimonio acquiſita commu-
nicantur & altero aorum mortuo, bonis ſi-
mul remanentibus, & non diviſis inter hæ-
redes conjugis præmortui & conjugem ſu-
perſtitem tanta ſociatas contracta cenſetur,
ut lucrorum & damnorum communicatio
fieri debeat: Iohan. del Caſtillo. *qu. de uſufr.*
c.3.n.fin. Iohan. Lup. de Palatie Rubeis *in re-*
petitio, rubr. de donation. §.162. num.25. Gregor.
Lopez. *in l. 20. tit. 8. part. 5. gloſſ. magna propè*
fin. Alvar. Valaſcus *conſul. 63. n. 3* Pedrocha
Brixenſis *conſ. 27. n. 42. lib. 1.* Matienzo *in l. 2.*
tit. 9. lib. 5. nova recompilation. gloſſ. 1. number. 13.
Alphons de Azebedo *ibidem n. 15.* Tobias No-
nius *cenſ. 64.* Franc. Conuan. *lib 7 commentar.*
c. 13. num. 1. Tiber. Decian. *conſ. 36. vel. 1.* Me-
noch. *conſ. 12. per totum lib. 1. & conſ. 121. per tot.*
lib. 2. lib. 3. præſumpt. 57. Cephal. *247. per te-*
tum lib. 2.

53 Non exemptus liberatur à collectis li-
cet habeat ſocietatem cum exempto: Flores
Diez de Mena *lib. 2. var qu. 21. n 287.* Acebed.
in l. 11. n. 14. tit. 3. lib. 1. recompilation. Gutierez,
lib. 1. practic. qu. 6.

Si plures ſint unius negociationis ſocii, ex
contractu unius cæteri obligantur, & pen-
dentia litis contra unum ex pluribus in ſo-
lidum obligatis non impedit quo minus alii
conveniri poſſint: Iacob Marchiſal. *quæſt. 91.*
lib. recollectar.

54 Socius prefertur emptori in venditione
rei communis: Garſ. Maſtrill. *cenſ. 1. n. 14.*

55 Si ſocius promittit omnia bona reſti-
tuera vel etiamſi generaliter renunciavit,
omni beneficio ſive expreſſerit majora, ſive
non, cenſetur ſocius renunciaſſe beneficio in
quantum facere poteſt, maxima ſi juramen-
tum fuerit interpoſitum: Martin Benckend.
in tract. st. Seraph. de Seraph. de juram. in addit.
priv. 56. Iohan. Gutierez. *lib. 1. de iuram. confir-*
man. c. 17. nu. 37. Iohan Lopez *in c. per veſtras*
not. 7. §. 12. n. 22. ext. de donat. inter vir. & uxor.
Hector Felicius *de ſociet. c. 31. n. 47.*

56 An Societas juramento firmata, ut tranſeat
ad hæredes, tranſit? N. ſi aſt ſocietas contra-
cta omnium bonorum, ſecus, ſi aſt particula-
rium: Martin Benckend *in addit. privileg. 57*
Ioh. Bapt. Coſta *de ignorantia facti cent. 1. diſt.*
75. n. 10. Hector Felicius *de ſocietate c. 32. n. 41.*

57 Fidejuſſor pro ſocietate conſervanda
non obligatur mortuo ſocio, etiamſi jura-
mantum fuerit appoſitum: Martin Ben-
ckendorf. *in additien. privileg. 56. in tract. Se-*
raph. de Seraph. Hector Felicius *de ſocietate*
c. 32. num. 10.

Societas morte ſocii extinguitur licet 58
ad certum tempus fuerit contracta, niſi ju-
ramentum acceſſerit de continuanda ſocie-
tate uſque ad certum tempus, tunc hæredea
mortui uſque ad præfinitum tempus ſocieta-
tem obſarvare tenentur: Martin Bencken-
dorf. *in allega loco n. 10.* Hector Felicius *de ſo-*
ciet. cap. 32.

Etiamſi pater in teſtamento liberos juſ- 59
ſit in perpetua communione parmanere, &
libari juraverint paternam diſpoſitionem &
præceptum obſervare, ax eo tamen juramen-
to; eos non eſſe obligatos, patre defuncto
quin ex conſenſu magno ad diviſionem bo-
norum pervenire poſſint: D. Frider. Pruch-
man. *conſ. 6. n. 14. lib. 1.* Martin Benckendorf.
in addit. privileg. 58. Peter Zentz. *de diviſ. bonor.*
lib. 1. c. 2. n. 14. Iohan. Gutierez. *lib. 1. iuram. con-*
firm. p. 1. c. 58. n. 4.

Sors ſive pecunia ab uno in ſocietatem 60
collata communis non eſt, ac proinde finita
ſocietate dividi non debet: Andr. Fachin. *lib.*
2. controv. c. 94. Gulielm Forſt. *diſputat. 18. th.*
15. Gayl. *lib. 2. obſerv. 24.*

Pecunia in ſociatatem collata cum al- 61
ter operam conferret damno eius perit, qui
eum contulit: And. Fachin. *lib. 2. controv. c.*
95. Arumeus *exercit. 3. diſput. 15.* Gulielmus Fo-
ſterus *diſpu. 18. th 14.*

Socius ſocio tenetur tantum in id quod 62
facere poteſt, ſed perdit hoc beneficium
quando per inficiationem negat ſocietatem,
aut propter dolum accuſatur: Iohan. Har-
precht *ad §. 38. Inſt. de action.* Bronchorſt *cent.*
2 aſſert. 51. Franc. Duarenus. *ad l. 16 ff. de re ind.*
Mandæue *in l. 63 ff. pro ſocio.*

Socius tenetur culpam levem, non le- 63
viſſimam præſtare: Hippol. à Collibus & Bo-
cerus *ad l. 23. ff. de R. Iuris vide diſſent.* Bronch.
cent. 2. aſſert. 35.

An ita poſſit ſocietas coiri ex unius pe- 64
cunia & induſtria alterius, ut pecunia ſalva
ſit, lucrum vero commune, licet alterius in-
duſtria non æquivaleat pecuniæ neque di-
midia, ſed tertia forſan aut quarta lucri par-
te? Aff Henricius Bocerus *de ſocietate th. 20.*

An ſocii communiter teneantur ad æs a- 65
lienum contractum per unum ex ſociis aut
per præpoſitum ſocietatis? Aff. Cacheran. *de-*
cis. 150. n. 6. & 8. Goden. *conſil. 87. n. 15.*

An libri rationum qui ſunt ſociis com- 66
munes, reciproeè exhibendi ſunt? Aff. Go-
den. *conſ. 86. circ fin.*

An in ſocietate generali, quod unus ex 67
ſociis filiæ in dotem, vel filio in ſubſidium
ſtudiorum dedit imputetur ſocietati? Aff.

Virgilius ab Agaruira *in horto iuridic. ramo* *2. arbor. 8.*

68 An ſocietas Chriſtiano cum infidelibus conceſſa ſit, pro ſui ſuorumque tutela ſocietatem inire & amicitia infidelibus jungi, ab aisque auxilium adverſus alios principes Chriſtianos petere? N. Lambert. Danæus *a. Ethicor. c. 8* Petrus Martyr. *in ſuis problematibus* Matth. Cuno *lib 1. de pactis 22. n. 71.* Henricus Bocerus *de iure pugnandi lib. 1. c. 7. §. milites minores.* Cacheranus Ozaſcus *in ſua diſputatione ſingulari, quam habuit de hac quæſtione* Martin Laudeus *de bell. qu 3.*

69 An peregrinis iniuſte oppreſsis adverſus ſocios opitulari debemus, & quid ſi ex tribus ſociis inter ſe fœderatis unus alterius opem imploret, contra vim à tertio illatam, num quando opitulari debeat? Hanc quæſtioné eleganter explicat. Iohan Bodious *lib. 5. de repub. c. 6.* ad primum quod attinet reſpondendum eſt peregrinis adverſus ſocios auxilium denegandum eſſe, ſi tamen ſub imperium fidemque noſtram ſe ſubjiciant opitulari oportere, nec ulla re ſocietatem violari, quia ſuos quiſque ſubditos, adverſus iniurias potentiorum tueri debet: In ſecundo diſtinguendum eſt, nam ſi amicitia tantum contracta ſit, auxilia non debentur, ſi ex fœdere auxilium debetur, antiquiori ſocio ſuccurri oportet, ſi iiſdem temporibus contracta ſocietas eſt, ei opem ferre neceſſe eſt, qui arctiſsimo fœdere conjunctus erit, qui hoſtes eoſdem & amicos cum ſocio habere ſpondebit, ſin uterque par eſt, neutri auxilia debentur ſed utrique utrumque conciliare oportet, ex efficere ut ad communes ſocios judiceſque arbitrium deferatur, eique qui vel arbitros recipere, vel rebus judicatis acquieſcere noluerit bellum denunciare.

70 Si duo principes conſanguinei & fœderati civitatem in protectionem ſuam ſuſcipientes, eam contra omnes defendere promiſerant, & deinde alter eorum civitatem hanc opprimere conatus fuerit, an alter requiſitus eam contra conſanguineum & confœderatum defendere teneatur? Aff. Simon Piſtoris *conſ. 19. vol. 1.* Freder. Mindanus *tr. de mandat. iudic. c. 14. n. 7.*

SOLENNITAS.

1 SOlennitas eſt duplex? intrinſeca, & extrinſeca: quid quælibet ſit, quando præſumatur in dubio intervenisſe vel non, quando eius omiſsio vitiet ſeu non, & de differentia ſolennitatis intrinſecæ & extrinſecæ, vide eleganter iſta tractata per Zaſium, *in l. ſciendum, ff. de verb oblig.* & de præſumenda ſolennitate extrinſeca, ſi non opponatur, (*Solennitas extrinſeca regulariter non præſumitur, ideoq; ea omiſſa inſtrumentum vitiat: fallit, ſi de hoc non opponatur*) de illa habes pulcherr. ſing. 18. Matth. de Matheſi. *& ibi* Gabr. de Saraii, *& notavit* Geyl. *in obſ 71. lib. 2. obſervat. Cam. Imp.*

Sed nota, quòd omiſsio levis ſolennitatis non vitiet actũ. *l. 1. §. fi. ff. de vent. inſp. & dicit ibi Bart.* quod levis ſolennitas illa dicatur, cuius omiſsio nullum vel parvum præjudicium generat. Sed gravis dicitur illa, quæ omiſſa multum obſtat perſonæ: *l. cum hi, §. ſi prator, ff. de tranſac. &* Bald. *in l. hac conſultiſſima, in princ. C. qui teſta. fa. poſſ.* dicit quod illa dicatur levis, quæ non eſt fundata in aliqua urgenti ratione, vel utilitate: quod eſt notabile: *vide* Pet. de Raven. *in ſuo aureo alphab. lit. O. verſi. omiſsio, & iſte ibi notavit bona.* 2

Quoties lex ſolennitatem requirit in aliquo actu, & in defectu ſolennitatis ipſum actum annullat, conſenſus partium nihil operatur: *gl. & Dd. in c. dilecto, de præbend. & in l. 1. de lib. & poſth. & in c. diſpendia, de reſcript in 6.* ¶ De ſolennitatibus teſtam. *vide teſtamentum.* 3

Ad eſſentiam rei non ſufficit veritas abſque ſolennitate: Raud. *de analog. lib. 1. c. 28. n 83* nam altaria iuſtitiæ ſpolianda non ſunt ſuo ornatu & decore, *n. 39.* 4

Omiſsio modicæ ſolennitatis non vitiat diſpoſitionem niſi alias diſpoſitio careret forma: Seb. Med. *reg. 5. n. 140. fol. 194.* & ſolennitas iuris in modicis nun ſervatur: *num. 192. fol. 210.* 5

Statutum requirens ſolennitatem ſuper acta, non intelligitur de parvo: Sebaſt. Med. *reg. 5. n. 195. fol. 211.* 6

Solennitas per ſe non requiſita ad aliquem actum, ſi interveniat & vitioſe & minus ſolenniter, non ideo reddit actum nullum: *gloſſ. magna in l. vinum, ſi cert. pet.* Coler. *p. 3. c. 7. n. 11.* 7

Quæ ſit præſumtio pro ſolennitate actorum, & proceſſu judicii, Menoch. *lib. 2. præſ. 68.* 8

Solennitas quæ in ipſo actu requiritur, & in iis quoq; quæ iſtum actum antecedunt, & per quæ ad iſtum actum pervenitur, requiſitur: Schrad. *in tr. feud. p. 5. c. 1. n. 14.* 9

Solennitas extrinſeca an præſumatur, & quid de intrinſeca, vide Soc. *in Reg. 378. & ſeq. late Dd. in l. ſciendum, de verb. obl.* Fel. *in c. quoniam contra, col. 18. de probat.* 10

Et an ſolennitas longi temporis curſu intervenisſe præſumatur, *vide* Iaſ. *in l. 1. c. in 5. colum. C. qui admitt. vide aliquos huc ſpectantia ſupr. in verb. Actus.* 11

Solennitas extrinſeca præſumitur in antiquis dummodo non enuncietur minus legitima, tũc enim nihil operatur ita ut nec præſcriptio nec uſus immemorabilis ex vi illius tituli 12

tituli invalidi ſit conſiderandus: Steph. Gratianus *in addit. ad dec. 91. provinc. March.* Affl. *decif. 107.* Bellamer. *conſi. 10. in princ.* Paregr. *de jure fiſci lib. 6. tit. 8. praſcript. fiſcalib. nu. 25.*

13 Solennitas juris poſitivi omiſſa in foro conſcientiæ non vitiat contractum ut exampla in SCto Macedoniano & contractu pupilli justo interveniente pratio ponuntur: Johan. Marchiſ. *qu. 49.*

14 Juramentum ſupplet omnia ſolennia, niſi ſtatutum reijeiat contractum, ubi ſolennia non interveniunt, quæ ſtatutum in eo requirit: Martin. Benckendorff. *ad Seraph. de Seraph. in addition. privil. 61. à nu. 8.* Cellenbarz. *de renunc. ſucceſſ. quaſt. nu.* 5. Herman. Vulteius *conſ. 34. nu. 100. lib. 3. conſ. Marpurg.*

15 Rogitus teſtium in teſtamento eſt ſolennitas extrinſeca. E. non præſumitur: Martin. Benckendorff. *in tract. Seraph. de Seraph. in addit. privileg. 78.* Proſpec. Farinac. *in pract. crimine lib. 2. par. 2. tit. 6. qu. 62.*

16 Solennitas ſubſtantialis, quæ reſpicit juſtitiam tituli ex diuturnitate temporis non præſumitur: Ca'd. Peraita *obſer. 126. nu. 36. lib. 2.*

17 Solennibus probatorijs juramento renunciari non poteſt: Martin. Benckend. *ad Seraphin. in ad. privileg. 129.*

18 Juramentum non ſupplet ſolennia formalia, item ſolennia inveſtituræ: Henr. Roſenthal. *de feud. c. 12. concl. 17. num. 18. ibi addit. ſub. litera V.* Vulteius *lib. 1. de feud. c. 7. nu. 23. & conſ. 15. nu. 359. conſ. Marpurg.*

19 Solennitas extrinſeca in inſtrumento non præſumitur interveniſſe, ſi opponatur, alias ſecus, quia pro producenti inſtrumentum fertur ſententia, ac ſi illa ſolennitas interveniſſet: Virgil. ab Agarnira, *ramo 8. arb. 141. in horto jurid.*

20 Diuturnitas temporis operatur quod omnia præſumantur ſolenniter acta, tamen mandatum ad vendendam, emendum compromittandum & alia, non præſumitur etiam ex curſu temporis centum annorum: Georg. de Cabed. *deciſ. 116. nu. 88. lib. 2.*

21 Omiſſio ſolennitatis in inſtrumento inducit præſumptionem falſitatis contra quā non vidatur admitti probatio in contrarium: Cæſar. Damatus à Fogueras *deciſ. 19. nu. 7. cum ſeq. lib. 3. per* Bartol. *in auth. illud de Tabellionibus.*

22 Ex clauſula, omiſſa omni juris ſolennitate intelligitur remota juris civilis ſubtilitas, non cauſæ cognitio: Georg Cabedo *deciſ. 39. nu. final. lib.* 1. Beuintend. *deciſ. 36.*

23 Quando aliqua ſolennitas debet adhibari poſt actum perfectum, licet talis ſolennitas omittatur, non vitiatur actus ipſo jura ſed ope exceptionis: Virg. ab Agatuira *ramo 31. arb. 2. in horto juridico.*

Principis præſentia omnes ſolennitates ſupplet, actum qui ob defectum juris eſſet invalidus reſtaurat: *idem d. ramo 41.* Joſeph Ludov. *deciſ. Lucenſ. 17.* 24

Solennitas requiſita ad actum faciendum, non requiritur ad actum reficiendum: Didac. Hydalg. De los Caſoſ. *dec. 37. n. 52. lib. 1.* 25

Judiciarij ordinis obſervatio in prima cauſa de conſenſu partium non poteſt remitti licet ordo præpoſterari poſſit, ſecus in cauſa appellationis: Pet. Salaſarez *deciſ. 156. n. 78. lib. 3.* 26

SOLIDUS.

DE Solido, vide gloſſ. *in l. ſiu de in jus voc. gloſſ. eſt in §. & judicare, in Auth. de deſenſ. civit. & gloſſ. in l. quicunq., C. de ſerv. fugit. gloſſ. in §. pen. Inſtitu. de Att. tut.* ubi dicit quot ſolidi faciant libram: & ſolidus aureus, & numiſmata ſunt idem: & 20. lib. æris æquivalent ſolido auri, & 72. ſolidi faciunt libram auri, & 111. auri faciunt libram argenti: *De hic* Joh. de Plat. *in l. 1. C. de collat. æris lib. 10. vide* Bart. *in Rubr. C. de vet. nu. poteſt.* 1

SOLUTIO.

SI ſolvitur id, quod debetur, vel aliud loco illius, conſentiente creditore, omnis tollitur obligatio, tam rei principalis, quam fidaiuſſoris: Ang. *poſt tex. in tit. Inſt. quib. mod. tollitur oblig. in prin.* ¶ Item correi debendi in ſolidum obligati, uno ſolvante omnes liberantur: *§. ex hujuſmodi, Inſt. in de duobus reis.* 1

Et iſta Theorica etiam locum habat in obligatione ex maleficio, vel quaſi *ut dicit gl. 2. in d. tit. Inſt. quibus mod. tollitur oblig. in pr.* quia ſæpius de eiuſdem hominis facto non quæritur: ut dicitur *in l. licet, §. ſi. ff. nau. caupo. & ſtabula, l. ſi cui, §. iiſdem, ff. de cauſa.* Et ſi accuſatus fuerit abſolutus, an poſſit accuſatio replicari, *c. de his de accuſa. ampliat* Dec. *in l. bona fidei, n. 5. de reg. juris.* 2

Sed allegans ſolutionem, illam probare tenetur: *l. 1. C. de proba.* quia reus in exceptionibus fit actor: *l. in exceptionibus, ff. eo. tit. & in jure Saxo eſt tex. clarus, in Art. 6. lib. 1.* LandRecht/ *ibi.* Alle vergolteneSchuld. ſol der Mann beweiſen ſelb dritte der Leutt, die es ſahē oder höreten das er ſie vergald: *& Art. 65, lib. 1.* LandRecht. 3

Probari autem poteſt ſolutio eiuſmodi modis, quibus probatur numeratio: *de quibus notavi ſupr. lit. M. verſ. de mutuo.* per inſtrumantum publicum, quod cantat, ſolutionem fuiſſe factam, quia tenor inſtrumenti apparet per lectionem eius: Bal. *in l. ad probationem, et l. 2. C. de proba.* Imo poteſt iuvari indicijs teſtium, vel alijs argumentis: *ayeſ. ill.* 4

ibid. ad Bald. Per teſtes, qui deponunt, ſe in-
terfuiſſe ſolutioni: quia ratio de viſu debet
procedere per ſcripturam privatam, puta
quiatationem ſua requiſita habentem: per
juramentum decisorium litis, vel ſuppleto-
rium, à parta ſeu judice delatum: per con-
feſſionem: per rei evidentiam: per ſententi-
am: per notoriom, vel præſumtionem vio-
lantam hominis vel juris: per rationem in
libro creditoris ſcriptam: per plura iodicia:
eo ipſo, quòd non probatur contrarium: &
de iſtis omnibus, tanquam de modis pro-
bandi, docuit & tractavit Hippo. de Marſi.
*in repet. Rubr. C. de probationibus: & per iſtum
notavi ſupr. in d verſi. de mutuo.* Adde iſtis in
ſpecie quæ ſequuntur.

5 1. Solutio eſt probata, quando debitor
inſtrumentum debiti habet penes ſe,
ſeu cancellatum: debitum enim eo ipſo præ-
ſumitur fuiſſe ſolutum, niſi creditor poſſit
oſtendere (*Quod fortioribus etiam præſumptio-
nibus fieri poteſt,*) de contrario: *l. ſi Chyrogra-
phum, ff. de proba. l. pecunia, & gl. in l. quod de-
bitori, C. de probatio. l. Labeo, ff. de pact. c. penult.
ut lite penden.* & niſi evidens in contrarium
præſumtio obſtet: *notat* Cyn. *in l ſi de poſſeſſio-
ne, C. de prob. Maſuerius in ſua prax. tit. de ſolut.
compen. & liberat. eleganter docuit* Geyl. *in obſer.
87. lib. 2. obſer. Cam. Imp.*

6 2. Probata oblatione, conſignatione,
& depoſitione, ſolutio etiam eſt probata:
quia contigit liberatio ità; quod potuerit
petere literas obligatorias: Maſue. *in d tit.
num 23. per obſignationem, C. de ſolutio. & quod
probent hoc caſu teſtes, habetur in text. juris Sax.
Art. 65. lib. 1.* LandRecht.

7 3. Quietatio, data debitori per triginta
dies, induert veram ſolutionis probationem:
*tex eſt in l. in contractib. §. ſuper cæteris, C. de
non numer. pecu.* quia tunc amplius exceptio
non ſoluti debiti non competit creditori:
Lanfr. de Oria. *in ſua praxi, cap. de confeſſio.
nu. 22.* ¶ Sed iſta quiatatio ſeu liberatoria
ſcriptura, quatenus probat de ſolutione con-
trà pupillum, Eccleſiam, vel Monaſterium
& cujus ſit talis ſcriptura importantiæ, *vide*
Paul. Caſtr. *in antiquis, in conſi. 1. per totum: &
notavi ſup. in lit. Q verſ de quietation.* Geyl. *ali-
qua in obſ. 37. lib. 2 in obſ. Cam. Imp.*

8 4. Probata datione pignoris vel fidejuſſo-
ria, probata eſt ſolutio: quia pro ſolutio-
ne habetur, ubi creditor conſenſerit: *l. item
liberabitur, §. qui paratus, ff. quib. mod. pign.
vel hypoth ſolui.* & probata datione in ſolutũ:
Decia. *in conſi. 108. vol 3. nu. 13. & in ſeqq.*

9 5. Probata præſcriptione: cum ſolutio-
ni æquiparetur: *l. ſicut, C. de præſcrip. 30. vel
40. annor.*

10 6. Probato quolibet modo, quo res ad
creditorem pervenit ſine illius damno, pro-
bata eſt ſolutio: *l. in perpetuum, ff. de ſolutio.*

7. Per juratam morientis depoſitionem, 11
etiam debitori contra hæredes paratur ſe-
curitas: *gl. Auth. quod obtinet, C. de prob.*

8. Confeſſione creditoris pro fidejuſ- 12
ſore probatur ſolutio, ita quod fidejuſſor
poſſit agere contra debitorem.

Et confeſſione mariti, probatur ſolutio 13
dotis contra hæredes ſuos: Hipp. de Marſi. *in
repe. Rub. ff. de fideiuſſo. nu. 265. & Ang. in Inſtit.
tit. de act. §. fuerat.* De quatuor modis pro-
bandi ſolutionem, habetur *in gl. 3. circa medi-
um, Art. 6. lib. 2.* LandR. *& ibi inter alios de de-
legatione crediti. per l. ex contractu, C. de nova.*

Solutionis inſtrumentũ totius vel par- 14
tis debiti quomodo conficiatur, tradidit
Spec. *in tit. de oblig. & ſolutio. n. 2. & 4.*

An ei, qui per magiſtratum compulſus 15
eſt ſolvere alij debitum vel ſibi magiſtratui,
competat contra principalem creditorem
ſuum exceptio ſolutionis? movet & reſpon-
det Spec. *in d. tit. de obligatio. & ſolutio. §.
nunc aliqua. num. 6. & ibi in additio. habentur
bona.*

Et quando tertio poſſit fieri ſolutio vel 16
non, notavit aliqua Hipp. de Marſi. *ſing. ſuo
368 incip. libet.*

Item, quòd in terminis executorija et- 17
iam exceptio ſolutionis poſſit opponi, atq;
per illum impediri executio, ex regula, quod
bona fides non patitur, ut idem bis exigatur,
docuit Joan. And. *in addi. ad* Spec. *§. fin. lit.
B. in fin.* quem tamen ad illud, ut impediat
executionem, oportet, ut in continenti of-
ferat ſe probaturum: *in add. ſeq. habetur, alle-
gatur* Clemen. *de ſentent. & re judica* Oldra.
conſ. 106. & alij, declarat. Decius *in l. bona fides,
nu. 3. de regul. jur.*

De moneta, in qua fieri debeat ſolutio, 18
quæritur: & reſpondetur, Sie ſoll oder mag
geſchehen mit Silber vnd mit Pfenningen/ die
genge vnd gebe warin: *dicit Art. 65. circa finem,
lib. 1.* LandRecht. *notavit ſupr. in liter. M. verſi. de
moneta. per c. majores, de baptiſ. & c. ad audien-
tiam, de decimis.*

Et quod ſolutio debeat fieri in moneta, 19
quæ fuerit tempore contractus: item in ſo-
lutione legati, quod attendatur moneta,
quæ fuerit tempore conditi teſtamenti: &
in caſu, quando amplius non extat talis mo-
neta, fiat ſolutio, in uſuali, tamen ad valorẽ
intrinſecum antiquæ monetæ, Geyl. *in obſer.
73. lib. 2. obſer. Cam. Impe.*

Sed eſt quæſtio, ſi quis debeat certam 20
ſummam pecuniæ, & ſatisfaciat ſolvendo
maſſam auri, vel argenti, vel metalli, eiuſdem
quantitatis & qualitatis? decidit per DD.
quod non, Arius Pynellus, *in 3. cap. 1. partis
Rubricæ, C. de reſcindend. vend. nu. 14.*

Item an debitor certæ pecuniæ vel maſſæ 21
certi

certi metalli, poſſit ſolvere io peconia diverſi matalli? vult quòd ſic.: quia non ſic cooſideratur qualicas, atq; forma & valor monetæ: Arius Pynelios *in d.3. cap.1. partis Rubr. C. de reſcinden. vendi. nu.16. & ibi num.17. decet de ſolutione cum proba minuta & nigra pecunia faciendas.*

22 De loco ſolutionis fiendæ. Qui io certò loco dare vel ſolvere promiſit, ibi det & ſolvat, & non cogitur in alio loco ſolvere, vel dare, niſi ex certa cauſa: ut quia creditor non poteſt ira vel mittete ad locum ſolutioni deſtioatum: *l. uſuras, C. de ſoluti.* vel alia ſit cauſa: *de quibus notant ibi Dd. & gl.*

23 Sic etiam creditor non tenatur alibi recipere ſolutionem: *l. is qui, ff. de eo. quod cert. loco.* Contraria, quæ volunt, qood debitor ubiq; poſſit ſolvere, *ut in l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obl.* ſolvit gloſſ. *ſi. in fin. d. l. uſuras, C. de ſolutio.*

24 Quando autem gratia debitoris locus ſolutioni fuerit nominatus, poteſt ſolvere ubiq;: intelligendō tamen, ubi creditor domicilium habeat: *gl. fin. in finalibus verbis, d. l. uſuras, C. de ſol. Innocen. in c. ſignificante, ext. de pign.* concordat jus Saxo. dicens: Zu des Hauſe ſoll man alles gelten dem man es ſchüldig iſt/ bey Sonnenſchein/ als ob er ein Haus hat: In dem Gerichte oder zu des Richters Haus/ das nechſt dabey ob jener davnbehauſet iſt.

25 Sed cuius expenſis ſolutio debeat deportari ad domum creditoris, ootavit Bart. *in l. item illam, ff. de conſti. pecu.* & Bal. *in l. acceptam, C. de uſuris.*

26 Et debitor nunquam teoetur ſequi vagabundum creditorem: Anton. Corſ. *in ſingul. ſuis in verb. vagabundus.* Et in caſu, quando debitor vellet ſolvere in alio loco, quam de quo eſt cooventum, vel in loco domicilij creditoris: tum tamen teneretur ibi ſolvere, ubi creditor ſoluta ſecurè deportare poſſet: *argumen. eorum, qua noeantur in l. obſignatione, C. de ſolutio. & in l. ſi ſoluturus, ff. eo. tit. concordat jus Saxonicum in textu. Artic. 65. lib. 1.* LandRecht.

27 De tempore fiendæ ſolutionis, vide ea, quæ notavi *ſuprà in litera M. verſic. de mora, & invenies, qualiter quis ad interpellationē hominis vel diei, vel etiā ſine aliqua interpellatione teneatur ſolvere, & non ſolvens conſtituatur in mora: item vide ſupra in litera D. verſic. de debito. confeſſionato, convicto, vel liquide, & in verſi. de debitore ad diem, vel ſub conditione.*

28 Wie und wann der Schüldiger/ dem Gleubiger möge an die Hand gegeben/ oder zum Gefengnus gebracht werden *notavi in d. verſi. de debito confeſſiona. & in verſi. de debitore fugitivo.*

Et tandem faciunt ad hanc ſolutionis materiam ea, quæ etiam notavi ſupr. *in lit. D. verſi. deliberatione debitoris.*

29 De ſolvente partem, debiti dic: Solvens debiti partem intelligitur agooſcere totum debitum, ita etiam, quòd pro reſiduo non poteſt allegare exceptionem non numeratæ pecuniæ; *eſt textus in l. cum ſidem, C. de non numera. pecu. vide tamen ibi* Dd. & Angel. *in Inſti. in tit. de exceptio. §. idem juris eſt, verſi. quaro, an* 30 *alio modo, nu. 38.*

Quis dicatur ſolvendo eſſe, vel non. & quomodo hoc probetur, notavi ſuprà *in litera P. de probationibus, verſ. de modis probandi, aliquem eſſe ſolvendo. Vide.*

De ſolvente, qui plures ſummas vel capitale & lucrum ſimul debet, & ſolvit aliquid: 31 quid ſolviſſe credatur? & præſumitur, dediſſe io antiquius debitum: *l. in his, in prin. & l. ſi ex pluribus, in fin. ff. de ſolutio.*

Sed in dubio antiquius debitum eſt capitale vel ſors. 32

Item ſolutio præſumitur facta in durius debitum: *l. caterum, quæ eſt 3. ff. de ſolutio.* Bart. *in l.1. ff. eo.* 33

Sed gravior eſt cauſa debiti capitalis, 34 quam lucri: quia in cauſa lucri lucrum tantū conſideratur, in cauſa autē capitali damnū; & gravior eſt cauſa damni, quam lucri: *l. ulti. §. licentia. et l.1. C. de jure deliber.*

Item in electione debitoris eſt, in quam 35 cauſam voluerit cedere ſolutionem: *l.1.2. & 3. l. Paulus, ff. de ſolutio.*

Item ſolutio præſumitur ſemper facta 36 in illa cauſa, quæ erat magis certa & efficax: *textus eſt & ibi notat* Bart. *in l. ſi is cui, ff. de ſol. conſuluit* Dec. *in conſ. 60. vol. 2. n. 22. & in ſeqq.*

Solvandi impotentia an probetur per 37 creditorem vel debitorem, Coler. *de proceſſ. execut. p.1. c.6. n.137.* Et ſolvendo quomodo quis dicatur, *p.1. c.10. nu.341.*

Liberatio obligationis, fit per unicum 38 implementum: Seb. Med. *reg.4 n.59. fol.138.*

Solutio, quæ ex pacto durat unum mo- 39 mentum, non inducit liberationem: Seb. Med. *reg.5. n.193.*

Solutio facta paulò poſt promiſſionem 40 meto factam, ipſa quoq; metu facta dicitur: Medic. *reg 5. n.194.*

Per liberatiooem traosfertur dominiū: 41 Seb. Med. *de amitt. poſſ. gl.3. aut in minuendo, nu.18. & 19. ubi 6. ampl. & 7. lim. fol. 732.*

Debitum ſi eſt contractum ſcriptura 42 ſolutio etiam ſcriptura vel quinq; teſtibus probari debet: *l. teſtium, C. de teſt.* intellige debitum ex diſpoſitione hominis, non verò legis: Menoch. *lib.1. præſumt. qu.46. n.44.*

Solutio ſi fit è debitore, qui bona ſua hy- 43 pothecavit pluribus, poſteriori creditori, an anterior poſſit ſolutam pecuoiam auocare? Capyc. *dec 78.*

Confeſſio creditoris dicentis, ſibi à Titio 44 debere ſolvi ecotum, an præjudicet ſibi, ſi debuiſſet conſequi plus, Capyc. *deciſ.180. nu.16.*

& quid

& quid ſi recipiar partem debiti, an ad reſiduum poſtea poſſit agere, Guid. Papæ *dec.177.* Seraph. *privil.jura.13.n.33. & 34.*

45 Promittens ſolvere tribus termiois, quomodo termini illi intelligantur, Men. *lib. 2. cent.1. caſu 53.*

46 Solvens procuratori, de cuius mandato oon conſtat, quando liberetur: Guid. Papæ *deciſ.173.* Solutio facta falſo procuratori, intra quod tempus debeat ratificari, & ratificata eeoſeatur, Men. *lib.2.cent.c.32.*

47 Debitum totum ubi eſt liquidum, non admitt particularẽ ſolutionẽ: *l.tutor, §. latig, de uſur.*

48 Solutio particularis affert incommoda: *l.planè fam.herc.*

49 Pecuniam ſolutioni paratam fuiſſe, quando præſumatur, Menoch. *l.3.præſum.58.*

50 Mercator an præſumatur ſolveodo, vel non, Menoch. *lib.3.præſum.*

51 Mandatũ habens ad exigendum, quando confitendo de acceptis obliget dominum Granut. *theor.6.ampl.& lim.*

52 Liberatio ex quib. probetur & inducatur, Med. *de accept.q.11.fol.148.* acceptilatione apochæ conſtituta: *n.1.uſq. ad 4.* cancellatione apochæ vel inſtrumenti: *n.5.& plura ibid.n.ſeq. ibid. de effectu.*

53 Melius eſt, non ſolvere, quam ſolutum repetere: & ſolvens ſcienter indebitum, videtur donare: Vivius *dec.218.lib.2.*

54 Denunciatio facta debitori debitoris, hic quando parere teneatur, Conſtant. Rog. *de peteſt.rubr.3.§.1.n.6.ad fin.uſq.*

55 Num pro libris & marcis auri argentive debitis, poſſit ſolvi æſtimatio in pecuoia numerata, Thoming. *dec.19.quod fic l.1. §. cui certum de aure & arg.leg.* Fachin. *lib.2.controv. jur.c.58.fol.338.*

56 Utrùm ei, qui mutuò aureos nummos accepit, liceat reddere creditori invito æſtimationem & precium in alia materia, puta in argenteis nummis: Fachin. *d lib.2.c.20.fol. 223.* Knich. *d.lo.fol.155.*

57 Ubicunq; realis ſolutio eſt facieoda, non ſufficit facere depoſitum: quamvis depoſitum judiciale obtineat vicem veræ ſolutionis: Vivius *deciſ.192. lib.1.*

58 Solutionis probatio per indicia & conjecturas inducitur, præſertim ubi diligentia creditoris & temporis longinquitas concurrunt: Vivius *deciſ.481.lib.3.*

59 Creditor remittens partem debiti ſuo debitori, ut reſiduum ſolvat, poterit partem remiſſam etiã repetere condictione ob turpem cauſam: Plot. *de in lit.jur.§.4.n.65.per l.ſi. de cond.ob turp.causã, & ibid. Dd.* Capy. *dec.95.*

60 Qui complurium annorum ſpacio, reditus annos redimibiles in minori ſumma aut viliori moneta ſimpliciter ſine contradictione vel proteſtatione receperit, nũ poſſit etiamnum petere integros reditus in ſumma vel pecunia ab initio in contractum deducta: Thom. *deciſ.33.*

Pro datione in ſolutum, cum decreto facta præſumitur: Decius *conſ.219.vol.2 in caſu propoſito.* 61

In datiooe in ſolutum habet locum: *l. 2.C.de reſcind.vendit.* Dec. *conſ. 308.vol.2.nu.2. in caſu ad nos transmiſſe.* 62

Datio in ſolutum facta per judicem pro pluri quàm ſit debitum in totum vitiatur: Franc.Curt. *char.14. col.2.* 63

An ſtatutum in venditione habeat locum in datione in ſolutum, vide Dec. *conſ. 18.vol.1.* 64

Quaodo ceſſio actionis videatur data in ſolutum, Dec. *conſ.99.vol.1.* 65

Solutionem alleganti incumbit probatio: *l.1.C.de prob.* 66

Minus ſolvit, qui tardiùs ſoluit: *l. ſi cui, in fi.de verb.oblig.* 67

Solutio habet vim litis conteſtatæ: *l. amplius non petitum, Rem rat.hab.* Bar. *in l.ſi inſulam, in 3.q.de verb.obl.* 68

Solutio probatur, quando debitori chirographum eſt redditum: *l.pecunia, C.de ſolut.cum l.ſeq.* 69

Si rei per me amiſſæ Domino æſtimatiooem ſolvi, & res ad Dominum redierit, pretium repetere poſſum actiooe ex priore cootractu, vel condictione ſine cauſſa: *l.ſi fulle, ff.de cond.ſine cauſſ.* Bar. *in l. Julianus, in 5.col. de cond.ind.& in l.in commodato, in fi ff.commod.* 70

Noo ſolvendo oon ſolum quis dicitur ex facultatibus, ſed etiã ex conveoiendi difficultate: *vide* Iaſ. *in §. item ſi quis in fraudem, Inſt. de Act.* 71

Solvi aliud pro alio regulariter invito creditore nequit: *vide* Soc. *in Reg.377.*Bart. *& alios, in l. 2.§.1. Si cert petat. & ibi vide omninò* Zaſ. *qui pulcrè loquitur, & in l. Paulus de ſolut. & Dd.in l. non amplius, §. fin. de leg.1.* Fel. *in c. ſi cautio, de fide inſtr.Dd.in c. clim.de Cenſ.*Abb. *in c.quanto, de jurejur.* 72

Ad ſolvendum terminus 4. meoſium debitoribus regulariter datur: *l.cos, C.de Excep. rei jud. l.2. C. de uſu.rei jud. l. Debitoribus, & gloſ. in verb. dandus, ff. de re jud.vide gloſ.in l.ſi cum exceptione.§.quatenus, quod mo. cauſ. clarus tex.de hoc in c.quarenti, de eff. deleg. vide plene* Bart. *in l.ita ſtipulatus, in 1.q. de verb. obl. vide etiam fallentias per* Soc. *in reg.396.* 73

Solvere qui ſtatim debet, cum quodam temperamento temporis intelligendum eſt: quia non cum ſacco adire debet: *l. quod dicimus, ff. de ſolut. l. divortio, ff. de neg.geſt. vide* Dec. *in l.quod te, ff. Si cert. petat.* 74

Et eſt hoc temperamentum 10. dierum: *ſecundum* Franciſ. *ibid.l.promiſſor, de Conſt.pec.* 75

l. ſi de-

Digitized by Google

l. ſi debitori de judic. l. ratum, de Solut. vide tex. in l. 4. §. condemnatum, de re judic. De his vide pulcrè Bart. *in l. ita ſtipulatus, in 16. col. de verb. oblig. nu. 3. ibi modo ad propoſitum.*

76 Solventi debet fieri ceſſio, & quis videtur ſolvere de pecunijs proprijs, Dec. *conſ. 99. volut.*

77 Allegauti ſolutionem incumbit probatio: *l. 1. C. de ſolut. & l. 1. C. de proba. in* Spec. Saxn. *lib. 3. nu. 85. & nu. 0. Art. 6.*

78 Solutio probatur qoando debitori chirographum eſt redditum: *l. pecunia, cum l. ſeqq. C. de ſolut.*

79 Et facta ſolutione nihil noeat, qood chirographum apud creditoré reperitor, dommodò ſolutio probetur: *l. inductum, C. de ſolut. & l. diſſoluta, C. de Cond. ex lege.*

80 Item probatur debiti ſolotio, ſi teſtator fatetur in oltima voluntate, ſolotionem eſſa foctam, quæ tamen reveta facta non eſt: nam tune cenſeatur legata liberatio deberi: *l. 1. & l. ſi dotem, C. de falſ. cauſ. adiect. & l. Lucius Titius, §. quiſquis, la. 2. ff. de leg. 2. & Lucius Titius, §. ſempronia, de leg. 3. l. ſi donatio. C. de Donat. vide infrà in verb. Teſtamentum, & ſuprà in verb. Confeſſio.*

81 Tot ſuot ſtipulatinnes quot ſunt anni pro quibos ſolutio promiſſa eſt: Rebuffus *de ſentent. execut. art. 9. gl. 5. tom. 1.*

82 Si creditor reddat ſuo creditori inſtrumantum esntinnis hoc ipſo intelligitor remiſiſſe debitum & debitor habet except. taciti pacti ſecus in radditione pignnris: *l. 2. & 3. ff. de pactis l. labeo, §. fi. ff. de pactis ibi* Bartnlus.

83 Confiteos ſe debitnrem & promittens ſolvere intelligitor de præſeoti: Rota Genuanſ. *decis. 37. nu 9.*

84 Obligans ſe ſolvere pretium frumeoti, quando creditor ab en petierit, nnn tenetur debitor ſolvere tampore caritatis, quia noo præſumptio eſt de eo caſo cogitaſſe debitotem: Felious *conſ. 50.*

85 Promiſſio facta da ſolvando in nundinis intelligitur in nltimo die nnodinarum: *l. 138. ff. de verb. oblig.*

86 Pactum non valet, nt debitor oon ſa poſſit librare niſi ad beneplacitum creditoris: Caballinus *millelog. 338 p. 1.*

87 Liberatio facta ab adolto, imo ab eo, qui 16. anoum attigit, adminiſtratori, oec inventario, nec rationibus tutoris vel curatoris viſis non valat, Caballinos *milleloquio. 238.*

88 Libertas reſtricta ad ſe liberandum, vel ablata ab ioitio contractus, facit contractum in totum uſuratium & illicitum: Caballious *millel. 335.*

89 Pactum juratum inter creditorem & debitorem nt ſolutio tantum per inſtrumentum probetur valebit, ſecus ſi non juratum Roland. *conſ. 88. lib. 3.*

Liberatio paterni debiti à filio facta in vita patris non noces filio licet hæres patris extiterit: Henricus Boerius *in ſuis ſingularibus, titul. auctoritas licentia nu. 9. vide* Bartolum *in leg. 19. ff. de peculi. legato.* 90

Creditor ſuccedens debitori & gravatus reſtituere, an extingoat actiooé? N. quia ſuũ creditum à fideicommiſſo deducere potaſt: Garſ. Maſtrill. *decis. 53.* 91

Promiſſio de ſolveodo omne id quod creditor declaraverit, ot valet declaratio debet fieri vivo debitore: Marc. de Mant. *ſing. 625.* 92

Solutio decem annorum probat titulum qoaodn qois pluribus vicibus ſoluit, ſecus ſi unica vice ſolverit, pro decem annis, ſic quamvis per præſtationem alimentorum tribus annis factam quis cogatur in futurum ſolvare alimenta, tamen ſi præſtatio eſt facta una vice pro tribus annis non obligat hæredem pro futoro tempore quia plures actus ſtrictius operantur: Surdus *de alim. titul. 8. privileg. 22. n. 18.* Steph. Gratian. *in addit. decis. Marth. decis. 152.* 93

Exceptio ſolutionis de qua verè vel præſumptive conſtat impedit executionem, quæ tribuitur inſtrumentis ex vi ſtatuti vel pacti: Roder. Suarez *in l. poſt rem judicatam, ff. de re judicat.* Matth. Coler. *de proc. execut. p. 4. c. 1. num. 129. & 130.* Stephan Gratian, *in addit. decis. Marth. decis. 152.* 94

Inſtrumentum in quo duo erant obligati cum alteri eorum creditor reddiderit ao præſumi debeat liberatio debitoris cui traditum foit inſtrumeotum, ac etiam conjectura ſumi quod eidem donaverit actionem quæ adversus alium debitorem competebat ſibi? Aff. Johan. de Caſtil. *c. 23. controverſ. juris* Petr. Auguſtin. Morla *emporij 1. par. tit. 11. ff. de fide inſtrumentor. nu. 8.* Johan. Gutierez. *lib. 1. practicar. quæſtion. 6. & lib. 2. quæſt. 77.* Thom. Doctius *conſ. 111. lib. 1.* Johan. Matienzo *in l. titul. 6. gl. 6. à nu. 0. lib. 5. novæ recollect. regia.* Tellus Ferdinandez *in l. 17. tauri nu. 65.* Molina *de Hiſpan. primogen. l. 4. c. 2. nu. 10* 95

Pecuniarum certa quantitas cum legatur veluti centum aut quinquaginta & jubet teſtator legatum in pecunijs ſolvi, veluti ſi dixerit lego Titio centum, quæ in pecunijs illi præſtari volo, aut lego Titio centum in pecunijs, utrum hæres præcisè teneatur legatum ſolvere in pecunijs, etiamſi pecunia in hæreditate non ſit? Aff. Johan. del Caſtil. *c. 24. controv. juris* Achill. Pedroch. *conſ. 40. ex num. 335.* 96

Hæres cum beneficio legis & inventarij utrum teneatur ſolvere legatũ pecuniarũ in pecunia cũ legatis quãtitas ſimpliciter

ſit fa-

ſit factum nec plus adiecit teſtator? Affirm. quando hæreditas eſt ſolvendo, etiamſi quantitas pecuniæ ſimpliciter legata fuerit, nec in hæreditate inveniatur pecunia, & nihil intereſt an hæres inveniat emptores vel non: Johan. del Caſtillo *c. 24. à num. 27. cum ſequ. controverſ. juris* Ludov. Molina *Jeſuita de juſtitia & jure tract. 2. diſputat. 216.* Surdus *decif. 30.*

98 Hæres cum beneficio legis & Inventarij, ſi hæreditas ſolvendo fuerit etiamſi pecunia in hæreditate non ſit, tenetur præciſè mulieri dotem ſuam repetenti in pecunia ſolvere, cum pecunia debetur, nec poteſt in ſolutum dare tot bona hæreditaria: ut eleganter probat: Johan. Caſtillo *c. 24. controverſ. jur. nu. 44.*

99 Bonorum pars cum legatur, licet hæc ſit in obligatione, hæredi tamen ſuccurritur ut ipſe eligat ſive rerum partes ſive æſtimationem dare maluerit, ſic ut utrumq; dicatur eſſe in ſolutione licet unum tantum ſit in obligatione, in his tamen rebus partem hæredi dare conceditur quæ ſine damno dividi poſſunt, quod ſi res naturaliter indiviſæ ſunt vel ſine damno diviſio earum fieri non poteſt, æſtimatio ab hærede omnino præſtanda eſt: Tellus Ferdinandez in *l. 20. Tauri nu. 1. & 2. ibidem & Avendanus* Petrus de Peralta *in l. ſi quis ſervum, §. ſi cui nu. 3. ff. de legat. 1.* Rodet. Suarez *in l quoniam quæſt. 2. C de inofficioſ. teſtam.*

100 In datione in ſolutum an poſſit argui contractus ſimulatus? Aff. Auto. Galeot. Maluaſia *in conſ. 106. nu. 18. in fin.* Alexand. Raud. *de analog. lib. 1. c. 30 nu. 181.* Johan. Caſtillo *c. 25. in fin. controverſ. juris.*

101 Hæres cum beneficio legis & inventarij, cũ hæreditas ſolvendo eſt, & legatũ quantitatis pecuniæ relinquitur, non poteſt legatarijs invitis, tot nomina debitorum hæreditariorum aſſignare abſq; eo quod ipſe teneatur ea exigere, eleganter defendit contra Rolandum à Valle *de confect. inventarij utilitate. 9. verſ. hæres confecto inventario* Johan. del Caſtillo *c. 24. variar. controverſ. juris nu. 42.*

102 Utrum obligari poſſit debitor creditori, ut ſi certa die non ſolvat detineri per eum poſſit privata cuſtodia? N. etiamſi pœna adjecta ſit: Anton. Queſada *c. 8. var. qu.* Johan. Arcius Otalora *de nobilitat. p. 3. c. 6. §. 9.* Gregor. Lopez. *l. 1. verbo feudo tit. 26. par. 4.*

103 An & quando in electione facta per creditorem cui bona ſunt in ſolutum oblata à debitore variare liceat? Reſp. non variare permittitur quando electio eſt acceptata à debitore aut ſuper una re lis conteſtata in alternativo autem creditore cui electio eſt ex lege & ſtatuto collata creditori per futurum indicativi permittitur variatio: Joh. Bapt. Coſta *conſ. 36.* Surdus *97. vol. 1.* Ozaſcus *decif. 131. n. 6.*

104 Decennalis ſolutio facit præſumi veritatem allegatæ cauſæ, ita ut in poſterũ ad ſolvendum cogi poſſit, qui decennio ante ſolvit, niſi probentur ſolennitates factæ non animo obligationem inducandi: Jacob. Marchiſel. *quæſt. 34.*

105 Solvere debens tenetur inveſtigare legitimam perſonam cui facienda ſolutio eſt: Garſ. Maſtrill. *decif. 31. l. 4.*

106 Solvere qui promiſit quicquid Titium debere conſtiterit, non aliter tenetur, quam ſi debitum Titio vivente fuerit liquidatum: Cæſar. Barz. *decif. 90. num. 25. & 32.*

107 Solvere qui promiſit quicquid talis judex judicaverit, ſi ille judex aut moriatur aut mutetur ab obligatione liberatur: Cæſar. Barz. *idem nu. 28.*

108 An qui promiſit ſolvere ſub juramento poſſit compenſare? Anceps quæſtio eſt Negat, defend. Munotz de Eſcobar. *de ratiociniys c. 21. nu. 9.* Catel. Cotta *in ſuis memorab. ſub lite. l. verbo Juram. religio* Johan. Gutier. *de juram. confirmat. p. 3. c. 6. n. 3.* Joſeph. Ludo. *decif. 15. nu. 8. p. 1. Affirmat. tenent* Joh. Petr. Surd. *conſ. 82. num. 6. lib. 1.* Jerem. Setzarus *lib. 1. c. 25. nu. 103.* Erneſt. Cothman. *conſ. 18. nu. 144.* Aleiat. *conſ. 393.* ſed prior opinio de jure canonico ſubſtit, quæ vult ut præciſe juramentum obliget, poſterior de jure civili & æquior eſt: Martin. Benckendorff. *ad Seraph. de Seraphin. in addit. 74. n. 8.*

109 Quando debitum eſt poſt juratam promiſſionem ſolvendi in parata pecunia contractum eo caſu compenſatio admittitur: Mancin. *de juram. p. 4. eff. 30. num. 4.* Catel. Cotta *in memorab. ſub lit. J. in verb. Juramenti religio* Benckendorff. *in d. addition. num. 9.*

110 Juramentum repræſentat fictam ſolutionem: Anton. Hering. *de fidejuſſor. c. 20. nu. 2. § 1.* Auguſtin. Motla *in empor. juris par. 1. titu 8. quæſt. 10. in fine* Martin. Benckendorff. *in tractat. Seraph. de Seraph. in addit. privil. 1. privileg. 81.*

111 Compenſatio cenſetur ficta ſolutio, ideo locum non habet ubi vera realis ſolutio ex ſtatuto requiritur: Martin. Benck. *in alleg. addit.*

112 Clericus habet beneficium ceſſionis licet juraverit ſe ſoluturum: Martin. Benckendorff. *in tract. Seraph. de Seraph. in addit. privileg. 91.* Johan. Gutierez. *de juram. confir. p. 1. c. 17. nu. 31.*

113 Solutio ſi in certo loco fieri debet, debitor in eo loco conveniri poteſt: Martin. Benckend. *in addit. priv. 105. nu. 6.*

Quan-

114 Quando tutore autore debitor ſolverit pupillo, & pupillus inde ſentiat damnum, debitor quidem ipſo iure liberatur, ſed pupillus læſus reſtituitur in integrum, ideo ſecuriſſima eſt ſolutio quæ fit interveniente autoritate iudicis: Virgilius ab Agaruira *in horto iuridico arb. 20. ramo 16. per l. 25. C. de admin. tutor.*

115 An ſolvens pro invito repetat: *vide* Coſtal *ad l. ſolvendo ff. de N. G.* Zanger. *de except. p. 3. c. 2. n. 27.*

116 Prorogatione temporis debitoris facta ad ſolvendum ao juramentum cenſeatur repetitum: Aff. Cæſar Damatus à Fogueras *decis. 2. lib. 2 decis. regni Granatæ à nu. 20. uſq. 40.*

117 Si ſtatuto caveatur quod qui non petierit debitum ex contractu intra decem annos cadat à iure ſuo, tale ſtatutum non habet locum in creditore ex mutuo, quia talis contractus mutui non eſt propriè contractus cum ſolum recipiens obligatur non mutuans. Georg. Cabedo *decis. 3. lib. 2. n. 41. per gl. in § final. inſtitu. de obligat.*

118 An invito creditori debitum particulariter ſolvi poſſit: N. *per l. 3. § reddita ff. commodati* Donell. *in l. 21. ff. rebus creditis* Gœddeus *de contr. ſtipul. c. 6. n. 265.* Bronchorſt. *centu. 2. aſſ. 17.* Arumæus *diſput. 16 exercit. 2.* Guilhelmus Forſter. *diſpu. 19. th. 6.* Philipp. Hoenonius *diſput. 17 qu. 23.*

119 Creditori invito an ante diem recte ſolvi poſſit? Aff. quia dies adijcitur debitoris gratia: Anton. Faber *lib. 1. coniect. c. 1* Giphan. *ad l. 17. ff. de R. I* Donell *in l. 41. § 1. n. 47. ff. de V. O lib. 15. comment. 8.* Herman. Vulteius *lib. 1. Juriſpr. c. 53.* Coraſ *in l. 38. §. inter 16 ff. de V. O* Bronchorſt. *cent. 4. aſſ. 63.* Arumæus *diſput. 15. th. 7. vide diſſ. & Cutacium lib. 25 obſervat. 27.* Bocer *claſſ. 1. diſput. 16. th. 54.*

120 An aliud pro alio invito creditori ſolvi poſſit? N *per l. 2. § 1. ff. de reb. cred.* Bronchorſt *cent. 4 aſſert. 65.* Philip. Matthæus *ad l. 74. ff. de R. Jur.* Vulteius *lib. 1. Iuriſpr. c. 53.* Coraſ. 2. *miſcell. 3. num. 8.*

121 Recte ei ſolvitur, qui ſolutionis gratiâ adiectus eſt, modo poſt ſtipulationem conditio eius non ſit in deterius mutata: Bronchorſt *cent. 4. aſſert. 64.* Philipp. Hoenonius *diſput. 17. qu. 25.*

122 Statutum contra negligentes petere credita intra certum tempus non vindicat ſibi locum quando creditor & debitor ſunt forenſes: Verallus *decis. 207. par. 3.*

123 Solutio teſtibus probari poteſt, quamvis non tam aliter probari poſſe, quam ſcriptis, contrahentes paciſcantur: Georg. Cabedo *decis. 4. nu. 24. lib. 3.*

124 In ſolutione locum habet remedium l. 2. C. R. venditione ſi ſolutio dantem ultra iuſti ac germani pretij dimidium læſerit: Ant. Pinell. *in l. 2. par. 1. cap. 4. numer. 8.*

Quod dicitur ſolutiones tres ultimas & continuatas probantur præſumatur antea ſolviſſe, procedit quando ſolutiones fuerunt factæ diverſis temporibus, ſecus verò quum omnes factæ fuiſſent unico contextu: Petr. Salaſar. *decis. 10. nu. 38. cum ſequ. lib. 1.* Caſſane. *in conſuet. fol. 371. col. 1.* Trigon. *ſing. 151.* 125

Promiſſio facta de ſolvendo in nundinis, intelligitur de ultima die nundinarum: *l. cum qui 138. ff. de V. O.* Cald. Pereira *obſer. 91. lib. 1.* 126

Promittens ſolvere tribus terminis quomodo ſunt termini diſtinguendi relinquitur arbitrio iudicis: Menoch. *de arbitrar. caſu 53.* 127

Debitor ex duplici cauſa neceſſaria ſcilicet & voluntaria ſolvendo præſumitur, ſolvere ex neceſſaria: Ferrant Garguar. *conſ. 6. n. 6. lib. 2. per* Menoch. *conſ. 346. n. 15.* 128

Si aliquid debeatur tali anno non tenetur, niſi anno finito fallit in libertate: Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collectan. forenſ. c. 7. num. 8.* 129

Tutor ſi eſt creditor pupilli poteſt ſibi ipſi ſolvere abſque iudicis decreto de bonis pupilli, & creditor adminiſtrans, bona ſui debitoris præſumitur ſibi ſolviſſe & idem in tutore: Hieron Magon. *decis. 121. Rot. Florent.* 130

Solutio quantitatis proportionata ad unum debitum creditur facta in extinctione dicti debiti, non autem diverſi: Hieron. Magon. *decis. 13 nu. 26. Florent.* 131

In dubio præſumitur quis potius ſolviſſe debitum proprium quam fideiuſſorium, & prius debitum pœnale & uſurarium, quam non pœnale, & prius debitum magis iniquum Didac Hydalg. de los caſos *lib. 1 qu. forenſ. 97. nu. 66 cum ſequ.* Matanta *in proœmio ſpeculi n. 20.* 132

Quod dicitur ſolutum præſumi in duriorem cauſam ſolutum poſſeque ſolventem declarare cuius debiti extinctioni cedere velit, locum habet non facta electione à creditore: Hieron. Magon. *decis. 39. Rot. Florent n. 18.* 133

Pluralitas debitorum & cauſarum non præſumitur, ideò ſolutio in dubio præſumitur facta ex cauſa præambula & neceſſaria de qua conſtat, ſecus ſi conſtet de alia cauſa: Hieron. Magon. *decis. Lucenſ. 5. n. 22.* 134

Debitor in diem non poteſt cogi ſolvere ante diem, fallit in fiſco qui propter neceſſitates occurrentes poteſt debitores ſuos ante diem exigere imo & debitorem ſui debitoris relicto tamen interuſurio medij temporis, idem in republ. admittitur contra conductores gabellæ Cald. Pereira *obſer. 103. lib. 2.* Anton. Trigon. *ſing. 7.* 135

Liberatio & quietatio generalis facta propter rationes redditas non porrigitur ultra contenta & deducta in ipſas rationes: Gomez. Leon. *decis. 78. in decis. diverſor.* Cæſar Da- 136

matus à Fogueras *in lib. 3. deciſ. 128. n. 99. cum ſequ.* Rota Genu *deciſ. 33.* Ozaſe. *deciſ. 58. n. 10.*

137 Debitor liberatur tertio creditori promittente, niſi delegaſſet decoctum, aut de proximo decocturum: Magon. *deciſ. 39. n. 10. Rota Florent.* Rota Genuenſis *deciſ. 33. & 60.* Pureus *deciſ. 126.* Georg. Cabedo *deciſ. 19. n. 3. & ſequ. lib. 1.*

138 Solutioni appoſitus videtur adiectus tanquam procurator: Rota Genuenſ. *deciſ. 10. n. 7.* Magon. *deciſ. Lucenſ. 5. & 116. deciſ. Florent.*

139 Adiectus ſolutioni non poteſt agere ſed ſolum à ſponte ſolvente ſolutionem recipere, fallit quando ipſe contraxit vel fuit adiectus ſolutioni in rem ſuam, quia tunc etiam agere poteſt: Petr. Salaſarez *deciſ. 116. num. 11. cum ſequ. lib. 1.* Magon. *deciſ. 34. Lucenſ.* Rota Aventeos *deciſ. 149. in decis. diverſor.*

140 Debitor ſolvens alteri quam creditori propter ſimplex mandatum ſocietatis pœnalia vel aliter an liberetur: vide Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 137. & conſ. 68. vol. 1.* Rotam Genuenſ. *deciſ. 33.* Afflict. *deciſ. 150.*

141 Debitori exacto in iniuriam creditoris an imputetur quod ſolverit, an vero creditori noceat iniuria: Afflict. *deciſ. 150.*

142 Confeſſio non probat numerationem in tertij & creditoris præiudicium quia eſt differentia inter confeſſionem & numerationem: Didac. Hydalg de los caſos *qu. forenſ. 110. lib. 2. n. 13.*

143 Solvere totum qui ſibi potuit, & partem ſolum ſibi ſolverit, an integre ſibi ſolviſſe præſumatur: vide Afflict. *deciſ. 150. num. 20.*

144 Si debitor pecuniam non habet & conſtat de eius habendæ difficultate ſi aliam rem offert creditor ipſam accipere tenetur: per auth. Hoc niſi C de ſolution. ſed rem meliorem offerre debet ut creditor electionem habeat, ſ. non ſtatim creditori applicatur ſed ſubhaſtatur & pro tanto accipere tenetur quanto vendi poſſit: Ioan. Goppeu *deciſ. 55.*

145 Debitor licet renunciaverit Auth. Hoc niſi, tamen ſi in neceſſitate pecuniam non habet, offerendo rem liberatur: *idem d. deciſ.*

146 Si in inſtrumento adiectum fuerit poſſeſſori huius inſtrumenti ſolvas, tunc poſſeſſor tenetur probare poſſeſſionis traditionem à creditore eſſe factam, quia ex depoſito habere poteſt, titulum autem poſſeſſionis non tenetur probare nam illam fundatam habet in inſtrumento: Cald. Pereira *obſerv. 67. lib. 2.*

147 Debitore dicente creditorem ex fructibus percepiſſe ſolutionem, quis probare debet. Reſp. Creditor quia melius ſcire poteſt E. rationem reddat Dan. Mollerus *lib. 4. ſemeſtr. c. 9.*

Iure Saxonico contra liquida debita nulla 148 exceptio admittitur niſi ſolutionis, quæritur ſi ſolutio non poſſit probari an conſcientiæ creditoris committi poſſit: N. nam debet ſolvere, tamen ſi probare poſſit ſolutionem antea factam, repetere poteſt per condictionem indebiti: Daniel Mollerus *lib. 3 ſemeſt. cap 36.*

Stante ſtatuto quod nulla exceptio con- 149 tra debitum, opponi poſſit niſi ſolutionis an præſcriptionis exceptio opponi poſſit? Aff. quia non in mala fide, nam non negavit aut celavit debitum, ſed gratia creditoris ipſi prodeſt, qui non exegerit, ſic etiam exceptio illeg timarum uſurarum opponi poteſt: Dan. Mollerus *lib. 2. c. 18. & ſequ.*

In executione ona via electa, altera 150 non prohibetur ut per carcerationem non impeditur immiſſio in bona: Dan. Moller. *lib. 3 ſemeſt. cap. 36.*

Melius eſt habere recognitionem ſolu- 151 tionis, quam ipſum chyrographum, quia famulus auferre potuiſſet vel ipſe debitor, ſi domeſticus fuerit: Cald. Pereira *obſer. 6. n. 21. lib. 2.*

Si in eodem inſtrumento tu & Caius 152 debeatis, Si creditor tibi dat inſtrumentum cenſetur tibi debitum donaſſe, non autem reſpectu Cai, tunc enim tantum ex traditione mandatum exigendi cenſetur conceſſiſſe: Cæſar Damatus a Fogueras *deciſ. 209. lib. 3. num. 81.*

Obligans ſe ad ſolvendum pretium fru- 153 menti quando creditor ab eo petierit, non tenetur ſolvere tempore caritatis, quia non videtur de eo tempore cogitaſſe Petr. Salaſar. *deciſ. 121 n. 31 lib. 2.*

Liberatus iure civili, veluti quando 154 ſtatutum prohibet petare poſt certum tempus, non eſt liberatus iure Canonico, ideo creditor tunc poteſt procedere via monitionis Didac. Hydalg. de los caſos *qu. forenſ. 131. n. 86. cum ſeq. lib. 1.*

Quando indeterminate promittitur, 155 peſſimum ſolvi non poteſt, nec optimum ſolvi debet, ſed mediocre, tamen in obligatione generis, liberatur quis dando viliſſimum quod eſt in ipſo genere: Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collectan forenſ c. 126. per l. 52. 52. ff. mandati l. 35. §. ſimili modo C. de Donation.* Ozaſc. *deciſ. 96.*

In alternativis ſolvendis electio eſt de- 156 bitoris: Ayerva de Ayora. *d. c. 126.*

Condemnatos ad æſtimationem rei quam 157 perdiderat, liberatur ſolvendo ipſam ſem poſtea repertam: Capella Toloſana *qu. 407*

Hæres ſciens alios creditores non- 158 poteſt

poteſt ſolvere primis venientibus, Thom. Minadous deciſ. 7.

159 Medicus qui promiſit infirmum à podagra liberare, quando ille ſanus evadit eſt liberatus, licet ex intervallo ſupervenerit ei podagra: Georg. Cabedo deciſ. 101. n. 9. lib. 2.

160 Confiſcatione bonorum quis liberatur ab omni obligatione, qua tenebatur ſuis creditoribus, Ideo ſi poſtea habuerit gratiam de vita ſolum, non poteſt amplius conveniri, Caſſan. in conſuetud. Burgund. tit. de. confiſcatione rubr. 2. §. 2. l. fin. num. 3. per l. 2. ff. de ſentent. paſſis.

161 Debitor ſi dicat creditori ecce centum, quæ tantum tibi debeo, licet creditor illa ſimpliciter receperit & nihil dixerit, tamen ſibi non præjudicat in reſiduo Anton. Ayerva de Ayora lib. ſing. collectan. forenſ. c. 141. Ioſeph. Ludovic. deciſ. Lucenſi 46. n. 22.

162 Nova Calculatio & obligatio contracta per creditorem erga ſuum debitorem, nulla facta mentione de præcedenti debito non inducit illius liberationem niſi tribus concurrentibus, nempe lapſu temporis, iterata ratione calculi, & conjunctione ſanguinis: Hieron. Magon. deciſ. 42. Florent. Hartman. Hartman. c. 6. tit. de præſumpt.

163 An debitor ad operas præſtandas & perpetuas ſe obligare poſſit: Aff. quia non res ſervilis ſed miniſterialis: exempla in vaſallis, cenſitis, agricolis habemus Petr. Salaſarez deciſ. 191. n. 86. lib. 2.

164 An præceptum de ſolvendo ſit interlocutoria ſententia. Aff. ſi ſine cognitione cauſæ fiat Cald. Pereira obſc. 229. lib. 2.

165 Qui neget debitum iniuriarum tenetur: Ioh. Coppen. deciſ. 34.

166 An pro frumento pecunia ſolvi poſſit N. niſi juraverit ſe non invenire potuiſſe frumentum: Anton. Ayerve de Ayora lib. ſing. collecta. forenſ. c. 210.

SPOLIUM.

1 Spoliatus, ante omnia, ſive in temporalibus, ſive in ſpiritualibus reſtituendus eſt: c. fin. ext. de ordine cognitio. c. 2. c. in literis. c. item cum quis, c. conquerente, & c. ſollicitè, de reſtitut. ſpoliato. l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad l. Iul. de vi publ. imò ante omnia debet reſtitui, etiam facto iudicis, iuris ordine non ſervato, ſpoliatus; Decian. conſil. 36. vol. 3. n. 27. & ibi in iſto conſilio. de materia ſpoliationis & reſtitutionis, pulcherrima conſuluit per tot. Schurf. in conſ. 73. cent. 2. à num. 10. uſq. ad finem, pulcherrimè deduxit iſto, quod ſit reſtituendus: in tantum etiam, quod ſpoliato non obſtat exceptio dominii etiamſi ſpoliatus offerat, ſe in continenti probaturum de dominio ſuo: d. l. ſi quis ad ſe fundum, & ibi Bart. in C. ad l. Iul. de vi pub. l. ſi maritus, ff. de dona. inter vir. & ux. l. 1. in fin. & ibi Bart. in 3. notab. C. ſi per vim, vel alio modo. & in iſto caſu poſſeſſorium recuperandæ non habere locum, dicit l. dolo facit, ff. de except. & regul. dolo petit. de reg. iuris, in 6.

Et regulariter conventus ſuper ſpolio ſive poſſeſſione recuperandæ, quod ante reſtitutionem non ſit audiendus, & quod in hoc iſta actio ſpolii ſit privilegiata, eſt tex. in cod. fin. extr. de ordi. cog. 1. & habetur in c. ſuper ſpoliatione, ext. ea titu. Geyl. in obſerva. 75. & 76. lib. 2. obſervat. tradit ibi, quòd ſpoliatus, etiam à judice, ordine iuris non ſervato, ante omnia ſit reſtituendus. 2

Sed iſtius theoricæ, quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, vide limitationes ſeu fallentias 11. Bart. Socin. in regulis fallent. regula. 466. incip. ſpoliatus, fol. 757. vide Anto. Corſet Sicul. in regulis fallentia, ad regulam, ſpoliatus ante omnia reſtituendus, 52. limitationes ſeu fallentias: & ſic invenies ibi iſtam materiam bene cumulatam. Iacob. Venet. adduxit in tractatu ſuo de annua præſtatione, in prima parte, quæſt. 25. fallentias 6. Hippol. de Marſi. unam docuit fallentiam, in repe. rubri. C. de probatio, mihi n. 163. ponit 2. limitationes, idem Hippo. in ſingula. ſuo. 11. incip. regula vulgata eſt: & adhuc unam, in ſingula. 199. incip. in iure expreſſum, & ibi non datur reſtitutio, ne vexetur mortuum corpus. Alexand. de Imol. refert 11. limitationes: ſecundum Bald. in l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ. in 8. colum. cum ſeqq. Specul. in tit. de petit. & poſſeſſo. & ſpolia. in §. quoniam. in ſuperioribus docuit caſus 26. in quibus non habeat locum reſtitutio: & 8. caſus, in quibus viro reſtitutio denegetur uxoris: n. 2. & ibi in d. §. n. 4. docet quatenus contra ſpoliationem iudicis detur reſtitutio. 3

De reſtitutione alicuius potentis domini in caſtro vel fortilatio munitiſſimo, quatenus deneganda ſit reſtitutio, vel non, (Si nimirum in continenti de dominio docere paratus ſit poſſeſſor, & reſtitutio eſſet difficilima: quæ tamen exceptio eo ipſo, quod uterq. litigantium ſubſit eidem principi, à quo cogi poſſit ad reſtitutionem, itam per oblationem cautionis de reſtituendo eliditur:) notavit Rolan. à Valle in conſi. 1. mihi n. 32. & n. 77. vol. 1. 4

Sed ſpoliatus, qualiter agat vel excipiat, quid debeat probare, ſcilicet poſſeſſionem & ſpoliationem, & qualiter illa probat, notavi ſupra, in litera P. de poſſeſſoriis remediis, verſi. poſſeſſionis recuperandæ remedia: & ibi notatum eſt de pœnis ſpoliantium, vide ibi ſimul, quid in iure Saxonico ſit depoſitum. 5

Et tandem, in quibus caſibus poſſit ſpoliatus agere vel excipere, ut ante omnia reſtituatur, vide Manoch. in comment. de recuperan. poſſeſſione, in. 1. remedio, per totum. 6

7 De probatione exceptionis ſpolii, quod ſcilicet ſpatio 15. dierum ſpolium probari debeat, *habetur in textu & gloſſ. c. 2. de reſtit. ſpolia. in 6.* & de hac exceptione ſpolii, vide Oldendorp. *in Enchirid. de exceptione ſpolii. not avi ſuprà in litera E. verſ. exceptione ſpolii.*

8 Et de probatione ſpolii, quid probare ſufficiat, & an ſpoliatus propria auctoritate poterit recuperare bona, è quibus prætendit ſe ſpoliatum, notavit (*quod ſic, dummodo talis recuperatio fiat in continenti. In continenti autem facta videtur, etiam quæ poſt decennium facta eſt, dummodo prius recipiendi facultatem non habuerit, quod ex qualitate perſonarum æſtimandum erit: atque ea ſententia communis eſt.* Decianus *in conſ. 23. n. 98. & in ſequentibus uſque ad finem, vol. 1.*

9 Non oportet declarare tempus ſpolii, quando imploratur officium judicis, & quomodo probetur ſpolium, Vivius *decif. 219. lib. 2.*

10 Spolians aliquem poſſeſſione rei mobilis, tenetur reſtituere poſſeſſionem rei cum fructibus: Vivius *decif. 218. lib. 2.*

11 Spoliatus ante omnia reſtitui debet: *l. ſi quis à ſe fundum, C. ad l. Iul. de vi, c. fin. de ord. cogn. c. reintegranda 3. q. 1.* Dyn. *in c. qui ad agendum, de R. I. lib. 6.* Bart. *in l. naturaliter, §. nihil commune, de acquir. poſſeſſ. ubi* Alex. *latè, & alii Mod.* Et hoc eſt verum, ſive in temporalibus, ſive in ſpecialibus: *vide* Suc. *in Reg. 379. latè lat. in l. rem quæ nobis, in 4. colum. de acquir. poſſ.*

12 Spoliatus reſtitui non debet, quando conſtat de dominio ſpoliantis: *c. cum Eccleſia, de cauſſ. poſſ. & propr. c. cum ſuper, eodem tit. c. decimas, de reſt. ſpolia. in 6.* Paul de Caſtr. *conſ. 40. in cauſſa captura, in fin.*

13 Quod eſt verum, ſi etiam ſpoliatus probet de poſſeſſione & ſpoliatione: *gloſſ. in d. c. 2. in fin. de reſt. ſpol. in 6. gl. in verb. præſumitur.*

14 Exceptio oppoſita contra ſpoliatum, ſi non requirit probationem, reſtitutio fieri non debet. Et ſic, quando de Dominio conſtat: Bald. *in l. pen. in ult. col. verſic. ult. no. C. ſi non comp. iud.*

15 Spoliatus in 28. caſibus reſtitui non debet: *vide* Specul. *in fin. de petit. & poſſ. §. fin. per tot.*

16 Remedia ſpoliati 8. vide in Specul. *de reſtit. ſpol. in princ. per tot.*

17 Spoliatio probatur eo, quod ſpoliatus probat de antiquiori poſſeſſione: Bald. *in l. penult. in ult. col. C. ſi à non comp. iud.* Alex. *in l. ſi duo, ff. uti poſſ. vide* Specul. *de reſtit. ſpol. & in tit. de pet. & poſſ. §. 1. per totum.* Alex. *conſ. 51. volum. 1. & in §. nil. commune.* Exceptio dominii notoria & obſtat aganti interdicto, unde vi: *c. ad decimas, de reſtit. ſpol. lib. 6. Inno. in c. conſtitutus, de fil. presbyt.* Alex. *conſ. 75. vol. 4.* Alex. *poſt* Bart. *in §. Cato, in 4. col. de verb. oblig.*

Quando remedium *c. Reintegranda 3. q. 1.* habeat locum *vide* Dec. *conſ. 252. volum. 2. agitur, & conſ. 302. eod. volum. & pro tenui facultate, & in conſ. 12. volum 1.* 18

An competat pro ſpoliatione facta à judice, *vide ſupra in verb.* Remedium. 19

In cauſſa ſpolii teſtes de auditu admittuntur: *vide in verb. teſtis.* 20

Materiam ſpoliationis, vide latè per Alex. & Mod. *in l. rem, quæ nobis, de acq. poſſeſſ.* 21

In cauſſa ſpolii aliud eſt ſpeciale, quod in libello, quando agitur interdicto unde vi, non eſt neceſſaria concluſio, ſed ſufficit narrare ſpoliationem c. in literis ubi Abb. *no. in 1. not.* cum tamen in aliis libellis ſola concluſio inſpiciatur. ¶ Spoliatus poſſeſſione, vigore proceſſus judiciarii, in quo juris ordo non eſt ſervatus, habet interdictum poſſeſſorium: ſi vero ordo iuris eſt ſervatus, habet interdictum poſſeſſorium: ſi verò ordo juris eſt ſervatus, licet iniuſte proceſſit, non competit hoc interdictum: *ita pulcre vide* Soc. *in conſ. 14. volu. 1. in 3. col.* 22

Et interdictum unde vi, dicitur etiam ei, qui vigore decreti judicis non ritè & rectè lati eſt ſpoliatus: *ita* Ang. *in §. quadrupli in 8. vol. Inſt. de act. nu. 28. vide* Dec. *in conſ. 12. vol 1. & in conſ. 252. vol. 2. agitur, & in conſ. 302. eod. vol. 2 & pro tenui.* 23

An ſolo interdictum unde vi, dicatur famoſum; & multa alia per Alex. *in conſ. 6. vol. 3. circa proceſſum,* & an in eo requiratur expreſſio loci & temporis? Spoliato agenti ad reſtitutionem, obſtat exceptio excommunicationis! Abb. *in c. decernimus, ext. de iudic.* 24

Per vim occupans terram vel caſtrum, ſi poſteà per ſuperiorem ſibi in feudum conceditur, non valet conceſſio: Quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus: *vide* Alex. *conſ. 11. vol. 6. per tot.* & Specul. *in tract. de primo, & ſecundum Decret. §. tam de effectu, verſ. quid ſi miſſus.* 25

Condemnatus ratione ſpolii non auditur in negocio principali, niſi illo purgato & refectis expenſis, & reſtitutis fructibus etiam non liquidis, & non ſufficit verbalis oblatio, niſi ſpoliator fuerit pauper, tunc reſervantur fructus uſque ad finem litis: Stephanus Grattenus *in additiou. ad decif. Marcb. 110.* Puteus *decif. 298. lib. 2.* Caputaqu. *decif. 270. p. 2.* Lancellotus *de attenta par. 3. cap. final num. 95.* Veſtrius *in praxi c. 1. lib. 7.* Rota *decif. 1. de ordine cogn. in antiq.* Mohed. *decif. 311.* Abbas *in cap. accedens l. 2. ut lite non conteſtat.* 26

Spoliatus ante omnia non reſtituitur, quando conſtat notoriè de defectu dominii illius: Iacob. Marchi. *qu. 40. n. 11. lib recollect.* 27

Spoliatus

28 Spoliatus à principe non venit reſtituendus, niſi doceat de iuſta proprietatis cauſa aut injuſte ſe fuiſſe ſpoliatum: M. Anton. Peregrin. *conſ. 3. n. 113. & conſ. 2. n. 20. vol. 1.*

29 Spoliatus non reſtituitur in his in quorum poſſeſſione ius commune ſibi reſiſtit & in quibus ſe fundat ius poſſeſſoris item in caſtris & fortalitiis non facile reſtitutio datur. M. Anton. Peregrin. *conſ. 2. vol. 1.*

30 Cauſa ſpolii de recenti rei feudalis an ſit feudalis? *Aff.* Garſ. Maſtrill. *deciſ. 83.*

31 Spoliatus à judice qui judicialiter proceſſit non eſt ante omnia reſtituendus: Cæſar Barzius *deciſ. 46. num. 47.*

32 Spoliatus reſtituitur licet renunciaverit dominio rei ſpoliatæ, ſecus eſt ubi renunciavit actioni de reſtitutione poſſeſſionis. 2. ſi juramento renunciaverit huic beneficio. 3. ſi poſt renunciationem hujus beneficii diu ſtetit ſpoliator in poſſeſſione. 4. non reſtituitur ſpoliatus, ſi ante ſpoliationem renunciavit dominio rei ſpoliatæ, quando ſpoliatio eſt in continenti ſubſecuta: Martin Beockendorf. *ad Seraph. in addit. privileg. 124.* Iohan Gutierez *de iuram. confirmat. p. 3. c. 19. num. 1. & 9.* Roder. Soarez *allegat. 23. n. 8.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 1. qu. 2. n. 163.*

33 An contra dominum feudi interdicto unde vi experiri liceat *Aff.* Borchold. *de feud. c. 7.* Mynſing. *cent. 4. obſer. 91.*

34 An judicium poſſeſſorium ſuper ſpoliato poſſit intentari ab illo cui ſpoliatus ceſſit actionem? *Aff.* Scharff. *conſ. 13. cent. 3.*

35 Tertius veniens pro ſuo intereſſe impedit executionem in ſpolio etiam poſt ſententias tres conformes, quando executio nō poteſt fieri ſine ſcandulo, idq; in continenti ex actis appareat. Mohed. *deciſ. 214.* Ioſeph. Ludovic. *deciſ. Perus 39.* item quando tertius opponeret exceptionem dominij, quia tunc non poteſt fieri illa reſtitutio omiſſa illa exceptione, modo jus tertii eſſet in actis deductum vel de eo in continenti conſtare poſſet, alias fierat reſtitutio ſpoliato præſtita cautione? Cæſar Damatus à Fogueras *deciſ. 13. n. 77. lib. 2.*

36 Spoliatus ante omnia non reſtituitur, ſi patitur probationes dominii contra ſe fieri & non excipit: idem *d. deciſ. n. 120.*

37 Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus nō procedit quando petitur reſtitutio eius rei, cujus poſſeſſionem ſpoliatus jure legitimo habere non poteſt: ut ſi Laicus petit reſtitui in bonis ſpiritualibus, ut decimis & id genus aliis item hæreticus peteret reſtitutionem: Georg. Cabedo *deciſ. 46. n. 18. lib. 2.*

38 Spoliatus non reſtituitur quando per ſententiam abſolutoriam in petitorio conſtatet de non petentis reſtitutionem: Petrus Salazarez *deciſ. 144. n. 3. lib. 1.*

An l. Si quis in tantum C. unde vi etiam habeat locum inter mulieres & ruſticos, *Aff.* quia vir maior in muliere cum contra pudicitiam faciat Cald. Pereira *obſer. 96. lib. 2.* 39

An princeps ſpoliato in itinere damnum reſarciat? *Aff.* ſi ſolitam viam ſecutus ſit, tamen lex Si quando, non procedit contra ipſum: Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collectan. forenſ. c. 27. n. 120.* 40

Spoliatus antequam reſpondeat ſuper petitorio debet ſtare in poſſeſſione tanto tempore quanto ſteterit ſpoliatus: Ferrant. Ganguar. *conſil. 140. num. 3. per* Cravett. *conſ. 140. num. 3.* 41

Licet per denegationem ſolutionis faciendæ ab eo qui tenetur ſolvere, quis dicatur ſpoliari non percipiendo, tamen ſi ille qui debebat ſolvere, veluti penſionem non ſolverit & panſionarius adierit iudicem per talem aditionem retinet civilem poſſeſſionem Ferrant. Gangar. *conſ. 142. n. 37. lib. 2.* Puteus *deciſ. 419. lib. 2.* 42

SPONSALIA.

PErtinet ad materiam matrimonialem, *de qua ſupra in litera M. verſi. de matrimon.* ideò non inconvenienter hic materia ſponſaliorum poteſt notari, & cæteris addi. 1

Et dic: ſponſalia ſunt futurarum nuptiarum repromiſsio: *l. 1. ff. de ſponſal. c. noſtrates, 30. q. 5.* Verbi gratia, ſi dicat maſculus fœminæ, promitto tibi, quòd accipiam te in meam: & ipſa vice verſa dicat idem maſculo: *c. penul. ext. de ſponſa.* ¶ Et per quæ verba ſponſalia contrahuntur, *vide* Spec. *in rubr. tit. de ſponſa. & matr.* 2

Conſenſus parentum neceſſario requiritur in nuptiis & ſponſalibus liberorum, nō ſolum quo ad ius divinum & civile, verum etiam quod ad ius canonicum: *§. 1. Inſt. de nupt. l. 2. de ritu nupt. c. honorandum 32. quæſt. 2. c. aliter, c. noſtrates, 32. quæſt. 5.* Borchol. *in tr. de grad. fol. 39. & ſeq.* 3

Sponſus & Sponſa poſt acceptam benedictionem eadem nocte pro reverentia illius benedictionis in virginitate permanere debent: *c. Sponſus 3. & c. aliter in fin. 30. quæſt. 5.* 4

Lite ſuper ſponſa duorum pendente copula interdici, & puella ſequeſtrari debet: *c. cum locum, de Sponſ. & matr. c. tenor, § fin. de ſent. & vid.* Hollenſ. *de ſeq. poſſeſſ. num. 4.* Natt. *conſ. 251. n. 9. par. 2.* Geyl. *lib. 1. obſer. 102. n. 15.* 5

Si pater ſponſalia, quæ filia ſe inſcio & invito, cum pro eo quodam contraxit, irrita & invalida eſſe, & inſuper ſe iuſtas diſſentiendi cauſſas probaturum affirmat, puella penes honeſtum virum honeſtamve fœminam ſequeſtrari poteſt: *c. cum locum ext. de Sponſ. & matrim. c. tertamur, 3. q. 4. c. ſive 35. q. 2.* 6

33.q.2. Torner. *in l. ſequeſter, verſic. idem uſu te-nus, de V. S.*

De inſtrumentis & libellis ſuper ſpon-
7 ſalibus & arrhis conficiendis & formandis, docuit & præſcripſit formas Specul. *in d. tit. de ſponſalibus* §.1. *&* §. 2. *per totum.*

8 Qualiter contrahantur matrimonia per verba de præſenti: & quomodo iſto caſu in petitorio formentur libelli, vide Specul. *in d. tit.* §. *ſequitur videre.*

Quando uxor recedit à domo viri, pro-
9 prio motu, conſilium eſt, quod agat vir poſſeſſorio, vel quaſi: *ut in l. ſi is, qui ff. de rei vendica.* conſuluit Specul. & tradidit iſto caſu formam libellandi: ècontra, quomodo in ſimili caſu uxor agat poſſeſſorio contra virum, ut ipſam recipiat, & ut uxorem ſuam tractet, *in* §. *porro, à prin. uſq. ad n.3*

In caſibus, quomodo agas & libellos
10 concipias contra te moleſtantem, quæ dicit & aſſerit te eſſe maritum, cum non ſis, & contra illum, qui tibi detinet uxorem tuam, *vide* Specul. *in d. titul. de ſponſa. d.* §. *porro, num. 4. uſque ad finem.*

Ad prædictam actionem poſſeſſorio
11 quatenus fiat reſtitutio vel non quæ probentur, qualiter & cum qua cautione viri, ne velit ſævire in uxorem, notavit idem Specul. *in d. tit.* §. *poſtremo, & ibi in principio* vult, quod iſtæ cauſæ matrimoniales, tractentur per judices diſcretos & literatos: *allegat c. 1. extr. de conſangui. & affi. & ibidem* tradit, quod detur libellus: *vide.*

12 De ſponſalibus impuberum, quo caſu poſſint diſſolui vel non, *habetur in gloſſ. penul. & ult. c. de illis. ext. de deſponſa. impube. & per illos & alia vide,* quomodo concipiantur libelli: Specul. *in tit. vel rubrica de ſponſa. impube. & facit tex. continebatur, ext. eo. titu.*

13 De deſponſationibus clandeſtinis, docuit idem Specu. *in rubri. de clandeſtina deſponſatione, & toto tit. ext. eod. & notavi ſup. in litera C. verſi. de clandeſtinitate.*

De ſponſalibus cum duobus contra-
14 ctis, quæ valeant, & qualiter concipiantur libelli, *idem* Specula *in rubri. de ſponſa, duorum, & ext. eo titu. per totum.*

De conditionibus appoſitis in deſpon-
15 ſationibus. Specu. *in iſta rubri. & ext. tot. titul. de aliis vide* Klingium, *in tractatu ſuo matrimoniali, ſecundum quem notavi ſup. in litera M. verſi. de matrimonio.*

16 Adde in iſta materia ſponſaliorum, ſponſalia de futuro, quatenus ſolvantur, vel non, & quando propter copulam carnalem tranſeant in vim præſentiarum, ita, quod nullatenus poſſint diſſolui, juxta dictum: quos Deus conjunxit, homo non ſeparet: *per* Hippo *de Ma. ſi in ſingula ſuo 590. incip. Sponſalia, & ibi vide de vi & potentia copulæ carnalis.*

17 Adde, qui dicantur ſponſus & ſponſa, item conjuges: & an ſtatutum in ſponſa, vel ſponſo verificetur: (*Affirmativam veriorem & æquiorem eſſe* Geyl. *aſſerit: quamvis negativam magis communem & conſuetudine approbatam eſſe*, Papienſ. & Coineus teſtentur.) optimè tradidit Geyl. *in obſerva 80. lib. 2.* & ibi invenies benè tradita, quatenus ſponſus vel ſponſa pro conjugibus habeantur: & an ſicut conſenſu contrahuntur, diſſenſu unius vel utriuſque diſtrahantur: (*Matrimonium ſponſa monaſterium ingreſſura non cogitur conſummare: conſummatum per ingreſſum monaſterii non niſi utriuſq. conſenſu ſolvitur*) *vide præterea ext. eodem ibid. gloſſas &* Abba *item* Decia *in l. nihil tam naturale, n. 8 ff. de reg. iur.*

Wie man Ehelich verlobten ſol / verlabte 18
Perſonen auffzubieten / vnd den von Straffe derſelbigen / ſo ſich mit zweyen verloben, de pœna eius, der ſolchs wiſſentlich geſtattet / vo helet / relegationis: Die Straffe derer / ſo ſich vor den Kirchgange zuhauſſe finden / iſt 30. Thaler / vnd von mehrer Straffe der vnzucht, *habetur in conſt. Anhal. in Arti. 3.* von Eheſachen.

Licet teſtis unicus probet impedimen- 19
tum matrimonii, ſed ſi ſunt præmiſſa ſponſalia iurata, ea ex unius teſtis depoſitione de impedimento non infringuntur, quod verum eſt quando unicus teſtis non eſt integræ fidei: Martin Benckendorf. *ad Seraph. in addit privileg. 171.* Proſper. Farinac *in pract. crimin. p. 2 lib 2. tit. 6. q. 63. lim. 14. n. 48* Covar. *de ſponſal. p. 2. c. 6.* §. 10 *n. 12.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 1034. n 2.*

Sponſalia publica poſteriora prævalent 20
clandeſtinis prioribus etiam iuratis & ſubarrhatis: Nicolaus Reuſnerus *lib. 1. deciſ. ſing. 2.*

An ſponſus ſponſæ ante nuptias orna- 21
menta tradens ea donare cenſetur? N. niſi in traditione donandi animum expreſſerit, ſic in die nuptiarum ornamenta à ſponſo ſponſæ tradita poſt verba de præſenti repetuntur ſoluto matrimonio, etiam annuli ſponſalitii, niſi ſint annuli quotidiani: Iacob Marchiſell. *qu. 30. lib. recollectar.*

Tradita mulieri à parentibus & conſangui- 22
neis ſponſi ſoluto matrimonio repetuntur: ſimiliter ècontra: Marchiſell. *alleg. loco n. 4.*

Sponſalia ſola promiſſione contrahun- 23
tur: Marchiſell. *qu. 118. num. 2. lib. recollectar.*

Matrimonium inter puberem & impube- 24
ram ſponſalium, vim habet, cohabitatio tamen brevia poſt pubertatem non perficit matrimonium: Iacob Marchiſel. *qu. 147. lib. recollectar.*

Vir & uxor dicuntur in legibus qui in ſpo- 25
ſalibus per verba de præſenti conjunguntur, idem obtinet in ſtatutis modo odioſi non ſint, & ſecundum communem uſum loquendi item obſervari, ut contrarium aſſerenti incumbat onus probandi, tradit M. Anton. Peregrin. *conſ. 45 n. 52. vol. 1.*

Per ju-

26 Per juramentum ſponſalia de futuro tranſeunt in ſponſalia de præſenti & in matrimonium, imo impubes doli capax & habens diſcretionem judicij ſi juraverit, pubes factus ſponſalia ſervare tenetur: Mart. Benekendorff. *in addit. privileg. 138. ad Seraphin.* Winold. Moltad *de ſponſ. & matrim. p. 1. rub. de minore verſ. 2.* Covarr. *p. 1. de ſponſal. c. 5. §. 1.*

27 Sponſalia retractantur ubi adoleſcens juravit puellam in uxorem ducere & parentes poſtea conſentire recuſant: Benckend. *ibidem n. fin.*

28 Si ſponſalia ſub conditione contracta fuerint, an pendente conditione liceat alterutri parti, alteri invita reſilire à contractu, an potius compelli poſſit ut ſtet conditioni & eventum illius expectet, eaque exiſtente matrimonium complere debeat? Tenetur exſpectare, Thomingius *deciſ. 12.* Benſt. *de ſponſalibus c. 19.* Covarr. *par. 2. de matrim. c. 3. nu. 6.* Cujacius *in c. 5. condit. appoſit.*

29 Diviſio Canonum qua ſponſalia diſtinguuntur in ſponſalia de præſenti & de futuro, contra juris civilis principia & rationes inventa eſt, quia conſenſus nuptias facit, qui ſi ad præſens tempus refertur matrimonium eſt perfectum: Theodor. Beza *de divortijs* Conſtalius *ad l. 1. ff. ſponſal.*

30 Utrum ſponſalibus præcedentibus & ſecuta carnali copula per metum mortis illatum præſumendum ſit matrimonium, N. *per cap.* cum locum de ſponſalibus: Cæſar. Damaſ. Poguer. *lib. 4. dec. 18. regni Granatæ.*

31 Utrum ſi ſponſalia præceſſerunt per verba præſenti inter impuberes & adveniente pubertate ſequantur actus conjugales, veluti oſcula, amplexus, & ſimilia non tamen copula, matrimonium inducatur? Aff. *per c. 1. §. 1. de ſponſ. impuber. lib. 6.* Anton Ayerue de Ayora *lib. ſing. collectan. forenſ.*

32 Si pubes ſponſalia contraxerit cum impubere per verba de præſenti an aliam uxorem ducere poſſit, poſtquam ſcivit impuberem iam puberem factum matrimonio conſenſiſſe? Aff. quia ab utroque de novo requiritur conſenſus *per c. unicum, §. 1. de deſpo. impuberum lib. 6.* Anton. Ayerue de Ayora *lib. ſing. collect. forenſ. c. 43.*

SPONSIO.

1 In magnis civitatibus mercatores ſic concertant, & alter alteri per ſolennem ſtipulationem aliquid promittit, ſi hoc vel illud factum fuerit, veluti: promitto tibi decem, ſi hoc menſe finiantur comitia. Et habetur ſic iſta conditio loco cauſſæ, ita quod ea extante, efficaciter promiſſa peti poſſunt. Et dicit Paulus de Caſtr. quod plures viderit inter Mercatores Florentinos ius judicari. De Jure Saxon. Soll kein Richter vber Doppeln vnd Wette richten: Weichbild/ *Artic. 101.* Quod intelligite, niſi ſponſio vel ludus de jure communi ſit permiſſus: *de quo vide* König. *in proceſſ. c. 57.*

SPONTANEUS ACTUS.

Nota: non dicitur quis ſponte feciſſe, qui ſciebat, ſe ad id poſſe per judicem compelli, dato quod compulſus non fuerit: Petr. de Anchor. *conſ. 159. col. 2. quem refert, & ſequitur* Areti. *conſ. 24. textus eſt in l. noviſſime. ff. quod falſo tuto. aucto. geſt. ubi etiam* Bald. *dicit. paria eſſe, quid fieri coacte, vel fieri metu coactionis:* & dicit Joan. And. *in regula, bona fides in princ. de regul. jur. in 6.* quod ſi quis ſolvit mulctam coactus, vel ſententia præcedente, dicitur tantum invitus ſolviſſe: Decianus *in conſ. 68. vol. 2. n. 20.*

Per actus ſpontaneos, qui ſequuntur violentiam, an, & quatenus iſta violentia, per iſtos actus videatur purgata vel non, vide Hipp. de Marſi. *in ſingulari ſuo 79.* ponente exemplum de ſolutione ſpontanea, quæ eſt facta ad promiſſionem ſolventis, violenter extortam. Et etiam ſpontaneam ſolutionem in caſibus non eſſe concedendam, notavit idem Hippo. *in repe. l. unica, C. de raptu virgi. & ibi de theorica, quod volenti non fiat injuria, in nu. 237. uſq. ad num. 221.* Idem Hippolitus *in l. lege Cornelia, §. conſtitutum. ff. ad l. Corn. de ſicarijs.*

Secundum iſta nota, quod prohibitus petere, exigere vel accipere, prohibetur etiam à ſponte dare volentibus recipere: *l. 1. C. de Salgamo hoſpi. non praben. lib. 12.* & ſecundum Joan. de Platea. *ibi*, quod ſi Vaſallus concubuerit cum uxore domini, ipſa volente, nihilominus amittit feudum. Qui aliquid requiſitus fecit, quod recuſare potuiſſet, & non recuſavit, non coacte, ſed ſponte feciſſe dicitur: Decianus *in conſ. 48. vol. 3. n. 26. & in ſeq.*

SPURIUS.

Spurius poteſt eſſe decurio: *l. 3. §. Spurius. ff. de decurio*, Weſenb. *num. 2.* ex legitimo autem matrimonio natus ei præfertur.

Spurius an poſſit eſſe teſtis, etiam ad hoc ut delatio juramenti ſuppletorij habeat locum, an poſſit eſſe notarius, an poſſit inſtitui hæredes fratri, ne competat querela: & alia bona de ſpurio, vide apud Hipp. de Marſi. *in ſingul. 237. notiſſimum.*

Et quod regulariter non poſſit doctorari, dixit And. Siaul. Barba. *in proœmio Clem. col. 25.*

Quòd non poſſit patri ſuccedere, & legitimatio eius, quòd legitime natus in ſucceſ-

ſione non præjudicet, niſi in caſu, (*quo Imperator proprio motu & ex certa ſcientia eum ad hoc legitimaret. Impuberi tamen fratri ſubſtitutus à patre, fratris intra tempora legitima morientis, non tamẽ patris capere poteſt.*) notavit Zaſius *in l. ſtipulatio hoc modo, n. 46. ff. de verb. obl. per illum & alios* Mynſi, *in obſer. 35. cent. 1. ſuarum obſerv.*

4 De eius legitimatione & ſucceſſione ex illa, Decia. *in conſi. 3. vol. 1 nu. 98.* quod non poſſit ſpurius legitimari, voluit idem Decia. *in conſi 91. volu. 2. num. 20.* jubet conſiderari perſonam patris in procreando ſpurium: nam peccavit, qui omnibus odio eſt: *c. naſci. & c. ſeq. diſt. 56. & num. 21.* refert ſic: niſi appareat de excellenti virtute, & ſingularib. moribus ſpurij, ſemper de eo malum præſumitur: quia non ſunt Deo amabiles, nec Hominibus honorabiles, nec Bello fortes, nec Fide ſtabiles: *ſecundum* Bal. *in l. 1. C. de his, qui pœn. no. tex. eſt in c. ſi gens Anglorũ, 56. diſt.* ¶ Et nil magis Rempublicam inficit, quam multiplicatio ſpuriorum? ſic refert Decian. ibi: & quæ ſpurij legitimationi objici poſſint, invenies ibi.

5 Sed qualiter cum ſocio poſſit patri ſuccedere, notavit Anton. Corſe. *in ſing. ſuis in verb ſpurius 1.*

6 Et quòd ratione alimentorum ipſi aliquid poſſit relinqui, voluit idem Corſe. *in ſing. ſuis, in verb ſpurius 2. notavi aliqua ſup. in lit. B. verſ. de baſtardo.*

7 Alimenta quando & quanta debeantur ſpurio, conſuluit Decian. *in conſi. 30. vol. 2.* & quòd ſit attendendum in taxatione alimentorum filio ſpurio clerico, idem Decianus *in conſi. 29. vol. 3.*

8 Et quòd nec ſpurio competat jus πρωτοτοκίας, voluit Mynſi. *in d. obſ. 35. cent. 1. in fine.*

9 Sed nepotem ex ſpurio an avus hæredem inſtituere poſſit, (*Communis & benignior opinio eſt, quam etiam Cameræ approbavit, quod poſſit non exiſtente prole legitima: dummodò hoc non faciat contemplatione filij naturalis vel ſpurij, vel niſi ex inceſtuoſo genitus ſit.*) & ibi multa de ſpurijs & baſtardis, Geyl. *in obſer. 115. lib. 2. obſ. Cam. Imp.*

10 Spurius, id eſt, vulgò quæſitus nullam aliam, quàm matris conditionem, ſequi poteſt: *l. 24. de ſtat. lib.* Ergo & nomine, & nobilitate, & armis matris ſpurius utetur: quod tamen penè omnes interpretes negant jure civili receptum eſſe. Fatentur tamen hodie, conſuetudine omnium penè provinciarum eos admitti ad ſuperiora omnia: Guido. Papæ *quæſt. 580.* etiamſi Cardinalium, Epiſcoporum, & ſimilium liberi ſint: Pap. *3. Notar. 7. c. d. de annotaliſſem, fol. 515.* Gothofr. *ad l. 1. ff. ad Municipalem.*

11 Filij ſpurij non merentur inter nobiles computari, nec debent portare arma nobilium, nec ſuccedunt in his, quæ ſunt honoris & cognominis: Antho. de Butr. *conſ. 54.*

Filius naturalis & ſpurius artem exercere non debet quando ipſi eſt verecundia exercitium facere Rolan *conſ. 54. nu. 78. lib. 2.* 12

Spuria utrum pro infami habenda: Covar. *pract. quæſt. c. 19. nu. 6.* Et num à matertera hæres inſtitui, ſuiſq; præferri ſororibus juſtè potuerit. Thom. *dec. 48.* Theſſ. *deciſ. 126.* Spurius an poſſit Doctor creari, Raud. *de anal. c. 37. nu. 33.* 13

Subſtitutio facta in eum caſum, ſi Titius hæres non erit, vel aliquo caſu hæres eſſe nõ poterit, quæ vulgaris dicitur, an inſtituta turpi perſona faciat locum ſubſtituto, an fratri querelanti, Theſſaur. *dec. 127.* 14

Spurijs an aliquid dari poſſit, Myn. *cent. 1. obſ. 35.* ¶ Mulier innupta pariens & non probans, filium eſſe alicuius certæ perſonæ, partum tenetur alere: Antho. Theſſ. *dec. 3. nu. 4.* nec ſtatur hoc caſu juramento mulieris: *ibid.* & quid ſi cum pluribus habuerit rem, cuius eſſe partus probetur, *ibid.* 15

Spurius quot modis dicatur *vide in tra. Dyn. de ſucceſſ. ab inteſt. qui eſt inter tractatus, Bart. in rep. gl. in c. niſi, de Renunc.* 16

An valeat privilegium, quòd ſpurij in defectum legitimorum admittantur, *vide Dec. conſ. 7. vol. 2. in caſu tranſmiſſo.* 17

An filius natus ex conjugato, & ſoluta ſpurius ſit, & ſucceſſibilis, Dec. *conſ. 306. vol. 2. in caſu propoſito.* 18

Quod ſpurij ſint alendi, & dotandæ ſpuriæ, & quod hæredes patris, non obſtante prohibitione paterna, ſpurijs alimenta decernere debeant tradit eleganter: Jacob. Marchiſellus *quæſt. 10. lib. recollect.* 19

Spurio Jure civili à patre nihil relinqui poteſt in teſtamento tamen jure canonico ex humanitate modo non excedat quantitatem alimentorum: Caſp. Anton. Teſſaur. *qu. forenſ. 25.* Didacus à Spino *in ſpeculo teſtament. gl. 16. nu. 95.* Paleottus *de ſpurijs c. 47.* Surdus *de aliment. qu. 10.* 20

An ſpurio legatum alimentorum cauſa relictum tranſeat ad hæredes ſpurij ſi à hæredibus ſolutum ſit? Diſting. ſi ſpurius deſcendentes habuerit tunc tranſit. 2. niſi taxata ſint ſpurio alimenta, eademque ſumma non annuatim percipienda neque in fundi uſufructu aſſignata, ſed ad exemplum extinctæ penſionis ſuper fundo vel in pecunia pro una vice tantum perſoluta fuit, tunc alimenta non repetuntur ſed tranſmiſſio permittitur: Caſp. Anton. Teſſa. *qu. forenſ. 25.* Anton. Gometz. *in l. 9. Tauri n. 4.* Corn. *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit nu. 73. ff. de liberis agnoſcend.* Molina. *lib. 2 de jure primogenit. c. 2. nu 32.* Surd. *de alim. tit. 5. qu. 7.* 21

Vincent.

Vincent. de Franch. *deciſ. 283. lib. 1.* Menoch. *de arbitrar. caſu 169. nu. 10.* Didacus a Spino *in ſpeculo teſtamentor. gl. 16. nu. 107.* Rodericue Suarez *l. 1 foririe. de tōdo home nu. 24.* Minadous *deciſ. 21.* Valentin. Forſterus *de ſucceſſion. ab inteſtato pag. 225.* Frant. Vegius *conſ. 62.* Paleottus *de ſpurijs cap. 51. in fin.* Covarruu. *de ſponſalibus c. 8. nu. 16.* Ruinus *conſ. 124. lib. 1.*

22 Quod autem annua legata ſpurijs relicta etiam alimentorum cauſa ad deſcendentes non tranſſeant late probat Caſp. Anton. Teſlaur. *qu. forenſ. 25. in fine.*

23 Spurius qui habet artem non eſt alendus, conſiderandis arbitrio boni viri, quid enim ſi valetudine adverſa correptus fuerit, aut propter aliud impedimentum laborare non poſſit: Jacob. Marchiſel. *qu. 10. nu. fin. lib. recollectar*

24 Spurij non continentur in conſtitutionibus civilibus ordinatis in favorem filiorum reſpectu pietatis paternæ, humanitatis aut affectionis ſumptæ erga eos, & ſpurij reſpectu capacitatis quoad patrem eſt deterioris conditionis quam extraneus: M. Anton. Peregrin. *conſ. 67. per totum volu. 2.*

25 Spurius jure filij non accuſat de morte patris & contra: Peregrin. *ibidem nu. 13.*

26 Spurius legitimatus per reſcriptum principis an excludat ſubſtitutum: Affirmat. Peregrin. *ibidem nu. 16.*

27 Spurij inceſtuoſi & edibiliter nati nullo tempore præſcribunt bona paterna quia ſemper ſuper ſunt in mala fide: M. Anton. Peregrin. *conſ. 60. nu. fin. vol. 1. naturales autem contra legitimos bene præſcribunt.*

28 Spurius potius præſumitur quam naturalis: Peregr. *conſ. 41. n. 9. vol. 1.*

29 Spurij & naturales non aſſumunt nec portant arma familiæ: Peregr. *ibidem.*

30 Spurius poteſt beneficium habere ſed non canonicatum, niſi interveniente diſpenſatione: Cæſar. Barz. *deciſ. 3. nu. 41.*

31 Spurij an ſint infames: Volunt Dd. infamia facti notari, ſed verior opinio eſt quod non ſint infames Thoming *deciſ. 48.* Alvar. Valeſe. *deciſ.* 17. Alexand. Sciaticus *obſer. 20. num. 24.* Fachin. *lib. 4. contr. 93.* Menoch. *de arbitr. cent. 5 caſ 454. vide* Mynſing. *cent. 4. obſer. 31.* Marquard. Freher. *de infamia c. 23.* Hertman. Piſtor. *lib. 1. q. 9. n. 10.* Franci Duaren. *de Sacr. Eccleſ. miniſter c. 5.*

32 Statutum diſponens filium ſpurium ex teſtamento poſſe ſuccedere non valet: Cald. Pereira *obſer 37. lib. 2. n. 13.*

STATUTUM.

STatutum, id eſt, jus municipale miſſühr. Ab initio jus Romanum non aliud fuit, quam municipale, nec. 12. tab leges aliud fuere, quam id, quod hodie ſtatuta vocantur: ... imperij finibꝰ communiter orbis Romani populus eſſe cœpit. Materiam ſtatutorum plenè tractaverunt Bart. & Bald. *in l. omnes populi, ff. de juſtit. & jur.* & poſt illas illam examinavis Ang. Aret. *in § jus autem civile, Inſtit. de jur. natu. gent. & civil* per ſeptem quæſtiones & concluſiones principales, declarando & docendo illas.

1. De cauſa efficiente, quis poſſit facere, vel condere ſtatuta, *n. 3. & ibi, n. 4.* vide de ſtatutis mercatorum, an ſint ſervanda. 2

2 De cauſa formali, quomodo fiant ſtatuta, *n. 6.*

3. De cauſa materiali, ſuper quibus videlicet poſſint fieri ſtatuta, Ang. *nu. 7.* & ibi in fine quærit, an valeat ſtatutum, per judicem inferiorem factum, nec appelletur ad ſuperiorem.

Imo de hac quæſtione, an valeat ſtatutum recognoſcentis ſuperiorem, nec appelletur, ſupplicetur, neq; officium judicis imploretur, regulariter, quod non valeat, conſuluit adducendo rationes ſolvendo cōtria, & declarando, Rolend. à Valle, *in conſi. ſuo 29. invenies pulcherrima, Abb. docuit, in c. venient. de jureiur.* 3

4. Principalis eſt quæſtio, à quo tempore ſtatuta ligent *num. 13. & in nu. ſequenti 14.* quærit, quatenus publicatio ſit neceſſeria, ut ſtatutum liget? *notavi ſupr. in lit. S. verſi. de publicatione actus.* 4

5. Quæſtio principalis eſt, an ſtatuta trahantur ad præterita, vel ſaltem ad futura? *num. 16.* 5

6. Principalis eſt quæſtio, an recipiant interpretationem, puta, interpretationem correctoriam, extenſivam & reſtrictivam? quatenus ſtatutum patiatur tales interpretationes, vel non, declarat hic Ang. *à num. 18. uſq; ad nu. 25.* quatenus declaretur per ſtatuentem vel conſuetudinem, conſuluit Decia. *in conſi. 44. vol.* 6

7. Quæſtio principalis eſt quod remedium intentari debeat, ad conſequendum id, quod in ſtatuto continetur? *nu. 26.* & ibi, *nu. 27.* incidenter Ang. quærit, an & quando ſtatuta debeant produci? & ſtatuta limitata vel correcta, an poſſint allegari? & ibi inducit pœnam allegantis legem vel ſtatutum correctum: *allegat. l. fin. & ibi* Bart *ff. de falſis.* 7

Adde præmiſſis alia, quæ alibi in jure ſparſim ſunt notata: & primo, de ſtatuto, quod extra territorium ſtatuentis non poſſit ligare non ſubditum vel forenſem: *l. fin. & ibi* Bal. *cum alijs Dd. ff. de jurisd. omn. jud.* 8

Extende, nedum non liget territorium, ſed etiam intra territoriū, in loco exempto exiſtentem: paria enim ſunt eſſe extra territorium, vel in territorio, in loco exempto: *c. cum Epiſc. & ibi gl. de officio ordina. ubi Joan.* And. & Geminia. *in c. 2. de Conſt in 6 in ...* 9

& quod ſtatutum extra territoriũ non poſſit ligare non ſubditũ, notavit Alex. de Imo. *in conſ. 16. col. 2. verſ. & idem dico, vol. 5.* ſed iſtius regulæ vel theoricæ refert ſecndũ Iaſ. Hip. de Marſi. *in l. ſi ff. de juriſd. omn. jud. 18.* ſallentias limitationes ſeu declarationes, *à num. 6. uſq; ad n. 26.* dicit, quod regulariter citando ex aliena juriſdictione, etiam in ſuum ſubditum non poſſit exercere juriſdictionem.

10 Statutum quod non debet extrahi frumentum de aliqua civitate non comprehendit quod ibi ex alio loco fuit deportatum: Barthol. de Capua *ſing. 98*.

11 Statuta an & quando ligent forenſes, vel non, in contractibus, delictis, vel ultimis voluntatibus: & an forenſes, & exiſtentes in territorio, obligentur ſtatutis, proclamationibus, & mandatis jus dicentis, notavit & optimè docuit Hipp. de Marſi. *in d. l. fin. ff. de juriſdict. om. jud. à n. 52. uſq; ad n. 114.* Et ibidem, *n. 95.* quærit, diſputat, & deducit: an teſtamentum vigore ſtatuti conditum, ſe extendat ad bona, extra territorium ſtatuentis exiſtentia? & decidit affirmativè, quòd ſic, favore ultimæ voluntatis: vide tamen, & cogita multas utiliſs. quæſtio. & materias ibi habes per Hip. quas videre licet. Quod ſtatuta alicuius civitatis non legant forenſes, & forenſis excuſetur à pœna peculi tenuit: Corn. *conſ. 199. vol. mihi alleg.*

12 Vide Geyl. *in obſer. 123. lib. 2. obſerv.* ubi quærit, an teſtamentum, ſecundum conſuetudinem loci factum, ubiq; valeat? decidit, quòd ſic, (*Etſi condens teſtamentum forenſis ſit, item extendatur etiam ad bona extra territorium ſita.*) *Et in ſequenti obſer. 124.* quærit, an ſtatutum de rebus, (*Non extenditur ultra res in territorio ſtatuentis ſitas: exemplum eſt in ſucceſſione conjugũ jure Saxonico. item in ſta u u filias dotatas excludentibus,*) vel perſonis, (*Statutum habilitans perſonam, non extenditur an bona immobilia extra territorium ſtatuentium ſita, ut ſtatutum, quòd filiusfa. teſtari poteſt. Sed nec forenſem habilitat, niſi quatenus bona immobilia in territorio habet. Sanè mobilia ubicunq; ſint ſunt, perſonam ſequuntur: quod & de nominibus* Alex. *tradidit.*) diſponens, ſe extendat extra territorium? quod non in cauſa inteſtati: ſed bene in cauſa teſtati quòd extendatur, reſpondet: *notavi ſupr. in literam B. verſ. de bonis extra territorium ſituatis.*

13 Statutum, excludens fœminas à ſucceſſione, & præferens maſculos, an ſit odioſum, vel ſavorabile, diſputat (*Ubi ex parte ſuccedentis favorem, ex parte excluſi odium, continere dicit.*) Bal. *in l. penul. circa finem, verſ. & per hoc arguitur, C. de in jus voca.*

14 Quòd autem ſtatutum, ſic vel alio modo factũ ad familiæ ſeu agnationis conſervationem, dicatur favorabile non attentò quòd excludat fœminas: dicit Pet. Gerard. de Petra Sanct. *in ſing. ſuo 7. incip. rubr. un. 16. per Dd. in l. 2. ff. de in jus voc.* Latè iſtud ſtatutum approbat & commendat, ut tamen dotentur filiæ, Decian. *in conſ. 6. vol. 1. per totum.* Et multa bene de iſto ſtatuto, conſuluit idem Decian. *in conſ. 16. & 17. vol. 1.* Ibi multa bona docuit de familiæ & agnationis conſervatione: propter quam maſculi potius in ſucceſſione præferantur fœminis, idem Decia. *in conſ. 43. vol. 2. n. 26. & in ſequentibus.* ubi vult, quod maſculorum ſucceſſionibus & per bonorum mobilium communitates maximè conſerventur familiæ: & ibi refert, ad quid proſint divitiæ, & qualiter diviſionibus dilacerentur bona & in conſequentiam familiæ. Optimè declarat Mynſing. *in obſer. 26. cent. 3.* docens, quæ tamen requirantur, (*Ut filia excluſa congruenter dotetur, item, ut ſuperſit maſculus, etſi is ſit clericus, qui filiam excludit. Sanè in legitimato indiſtinctè prorſuſq; ceſſare ſtatutum, magis communis opinio eſt, eaq; in Camera approbata eſt*, Mynſing. *teſte. Sed* Geyl. *licèt legitimatos per reſcripta excludat à ſtatutorum beneficio, tamen Cameram in quodam caſu approbaſſe dicit eorum opinionẽ, qui legitimatos per ſubſequens matrimoniũ ſtatutis comprehendi volunt. eamq; ſententiam tuetur.*) ut illud ſtatutum habeat locum. Item an habeat locum extantibus filijs legitimis, vel naturalibus tantum: & quid juris de legitimatorum exiſtentia: Geyl. aliqua, *in obſer. 33. lib. 2. plenius* Geyl. *in obſer. 140. & 141. lib.* 2.

Sed ſemel ſic excluſæ propter maſculos, 15
an perpetuò cenſeantur excluſæ, (*In ſtatutis diſtinguendum eſt ex communi ſententia, utrùm ſimpliciter fœminas excludant, & perpetuo excluſa cenſebuntur an vero verbis temporalibus ſtatutum utitur, videlicet, quouſq; vel donec maſculi extent, & magis communis opinio eſt, deficientib. maſculis ſuccedere. In feudis cõmunis concluſio eſt, ſemel excluſas perpetuò excluſas cenſeri: quod tamen fallit in feudo improprio, aut ſi adjectum ſit, ne fœmina non ſuccederet, donec maſculus ſupereſſet. Per renunciationem deniq; perpetuò excluſa minime cenſetur.*) docuit idem Geyl. *in obſer. 148 lib. 2.* Et uſq; ad quem gradum agnationis eiuſmodi ſtatutum ſeſe extendat, conſuluit Dec. *inter alia in conſ. 17. vol. 1.*

Sed quatenus in familia conſuetudo, ex- 16
cludens fœminas, valeat, (*Valere ait ſi ea familia habeat merum & mixtum imperium, quia & tunc ſtatutum condere poteſt: ſin eam non habeat ſaltem conſuetudine immemoriali id obtinebit.*) conſuluit Mynſing. *in reſponſo ſuo 49. n. 19.* Sed prædictum ſtatutum de maſculorum prælatione & fœminarum excluſione: an cenſeatur ſublatum eſſe paciſcendo, ut frater ſuccedat fratri, & ſolvat annuam

penſio

penſionem: voluit *quòd non.*) Decian. *in conſil. 45. volum. 2.* dicens, quòd clauſula acceſſorie, locationis naturam ſapiens, non plus operetur, quàm principale

17 An ſtatutum, excludens fœminas, comprahendat bone emphiteutica Eccleſiaſtica, Decian. *in conſi. 30. volum. 3. num. 38. & in alijs, & ibi multa adducit. de familia conſervatione.*

18 Statutum quibus caſibus comprehendet vel includat forenſes, quomodo contra illud forenſes poſsint petere reſtitutionem in integrum, vel illos excuſet ſtatuti ignorantia, & quòd non teneantur ad munera perſonalia, vide Hip. de Marſi. *in d. l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. a num. 175. uſq. ad nu. 182. pertinet propriè ad verſi. de forenſib. ſup. in lit. F. notatum.*

19 Statutum an valeat, quòd inſtrumentum non regiſtratum, nec poſitum in memorialibus civitatis, ſit nullum, & ſi de dicto ſtatuto opponitur contra laicum, agentem in foro Eccleſiaſtico, cui incumbat onus probandi obſervantiam dicti ſtatuti, vide Paulum de Liazaris, *in quæſtione ſua 6. per totum, mih: fol. 51.* vult valere ſtatutum tale ad evitandas fraudes, & ut obvietur hominum malitijs.

20 Nota: ſtatutum recipit interpretationem reſtrictivam, ne quis indebite damnum patiatur: *l. adigere, §. quamvis. ff. de iure patrona:* Alex de Imo *in conſi. 36. col. 3. circa medium. vol. 4.* ne inducatur abſurdum, inconveniens, vel illicitum: Bart. *in l. non dubium, C. de legibus, idem* Bart. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de condi. inſtitu.* Pet. de Raven. *in ſuo Alpha. lit. S. verb. ſtatutum, in 2. colu. verſi. ſi ſtatutum, cum verſi ſequens.* Geyl. *declarat in obſerv. 33. lib. 2. obſervat. Cam. Imp.*

21 Et ſtatutum correctorium debet reſtringi, ut minùs corrigat ius commune, quàm ſit poſsibile: *l. 2 & ibi* Bel. *& Bal. C. de nexalib. c. cùm dilectus, ext. de conſue.* Imò debet intelligi ſtrictiſsime, & nequaquam extendi ultra verba ſua: Bart. Alexan. de Imo. *& alij Dd. in l. ſi vero, § de viro, ff. ſol. matr.* etiam non ex identitate vel maioritate rationis: Ioan: de Anania *in quodam ſuo conſi. incip. viſo caſu mihi propoſito:* & quòd in correctorijs non debeat recedi à verbis ſtatuti, notatur *in l. conſtitutionis. ff. ad municipa. in l. quòd conſtitutum: & utrobiq.* Bart. *ff. de milit. teſta.* & ubi ceſſant verba ſtatuti, ibi ceſſat eius diſpoſitio: *l. furioſi, & ibi* Bald. *C. de nuptijs.* & idem Bal. dicit de iſto elegantia verba, *in l. contractus, C. de fide inſtru. in fi. 2. col. conſuluit* Henning. Göden. *in conſi. ſuo 1. octavi vol. n. 14 & 15. de hypothe.*

22 Item ſtatutum derogans iuri tertij, ſimul & iuri communi, non eſt extendendum ultrà, aut præterquam verborum proprietas patiatur: *l. quod verò. ff. de legib. gl. & omnes in Auth. quas actiones, C. de S. S. Eccl.* ¶ Et quod ſtatutum non dicit, nec nos dicere debemus: *l. quod conſtitutum, & ibi* Barto. *ff. de milit. teſt.*

Imò ſervandum eſt, prout iacet, & nihil penitus addendum; *refert* Dec. *in conſi. 13. vol. 3. n. 11.* In ſpecie in hoc conſilio Decia. quærit, & reſpondet quòd excluſa matre à ſtatuto, ſtantibus agnatis, non intelligatur excluſa avia: quia de illa ſpecificè mentio in ſtatuto non eſt facta. 23

Sed quando ſtatutum cenſetur favorabile multum, largè intelligi debet: ſecundum Bart. *in d. l. C. de ſum. trin. & fid. Catho.* Bald. Salyc. & Modero *in l. i. C. de in ius voc.* 24

Et quando non diſponit contra ius commune, quòd trahatur ad ſimiles caſus, notat Bart. *in l. ſi verò, §. de viro, in fin ff. ſol. matri.* 25

Item poteſt dici, quod recedatur à verbis ſtatuti, & patiantur extenſionem, quando apparet, quòd ſtatuentes, ſi de hoc fuiſſent interrogati, veriſimiliter ita ſtatuiſſent: *gl. in l. tale pactum, ff de pactis.* Et de mente ſtatuentis conſideranda, conſuluit Decian. *in conſi. 43. vol. 2. & notavi ſecund. illum ſup. in lit. A. verſi. de animo.* Hæc omnia prædicta, multum eleganter & extenſivè dixit Dn. Petr. Gerard. de Petra Sancta, *in ſing. ſuo 7. incip. quando rubr. & ibi dixit, in d. ſingu. n. 15.* quòd mens ſtatuti ſemper ſit attendenda, etiamſi verba ſtatuti offendantur. 26

Et ſtatutum exorbitans à iure communi, quòd ſit reſtrictum ſtrictè, in caſu vero & proprio: non autem in caſu ficto vel improprio ſeu largo intelligendum, cùm ſit ſtrictiſsimi & præciſi iuris; adeò, quòd omiſſum debeat haberi pro omiſſo: *habetur in l. commodiſs. ff. de liberis & poſth. & notavit* Rolan. à Valle *in conſ. 63 n. 6. & 20. cum multis ſeqq.* & iſta deciduntur ab Ang. *in d. §. ius autem civile, Inſt. de iure natu. gen. & ciui. in 6. quæſt. princ.* Hip. de Marſil. *in ſing. ſuo 39 incip. capias unū,* Geyl. *in obſ. 140. n. 11 lib. 2. obſer.* 27

An ſtatutum permittens proſcriptos necari, valeat, *vide* Coraſ. *lib. 2. de Arte Iur. c. 16.* ubi dicit, id eſſe nullius momenti, velut cum naturæ ratione, & Dei lege pugnantia niſi forte reſpectu eorum, qui ob capitalia crimina, mortis pœnam ingerentia, exilium patiuntur. 28

Quæritur, ſtatuto an pœna mortis poſſit alterari in pœnam pecuniariam? & reſpondetur, valet, quando pœna pecuniaria non ſtatuitur contemtibilis, ſi fiat ex cauſa, vel ſi non ſit delictum qualificatum: *notat* Ludov. Rom. *in ſing. ſuo 714. incip. iudex poteſtatis, & ibi* Pig. *in additione:* & referendum eſt ad cauſam materialem ſtatutorum. 29

Statuto an poſsit derogari iuriſdictioni, quā aliquis ex conſuetudine habet? tenet, quod non, Corſ. *in ſing. ſuis in verb. ſtatutū, 16.* 30

Statu-

Digitized by Google

31 Statutum an valeat, quòd uno de agnatione delinquente cæteri de agnatione teneantur? probatur, quòd ſic, *per tex. in arg. l. iure proviſum, C. de fabric. lib. 11. & hoc colligit ibi* Bart. ratio dicitur in l. quia alij curabunt, ne facilè aliquis delinquat: & ſic nota ibi caſum, ubi unus pro alio tenetur: *vide* Anton. Corſet *in ſingula. ſuis, in verb. ſtatutum, 10.* Hippo. *tenet de patre pro filio; & econtrà, in ſing. 361.*

32 Statutum non comprehendet minores & infantes, *vide* Hippo de Marſi. *in ſing. ſuo 481. incip. communis opinio*, & notavit bene Lando Rom. *in ſing. ſuo 816. incip. tu audiviſti: & ibidem in additione,* Pignol. poſuit 6. caſus, in quibus ſtatutum non comprehendet minores: d. Hipp. de Marſi. notavit unum caſum, ubi non includat minorem: *in ſing. ſuo 361. incipien. ſtatutum.*

33 In ſtatutis masculinum non concipiat fœmininum, notavit Decius *in l. fœmina. ff. de reg. iur.* tranſeat ad ſpeciem An appellatione fratrum veniant ſorores Hipp. de Marſil. *in ſing. ſuo 39. incip. cape unum: &* Alex. de Imo. *in conſi. 39. incip. capias unum.*

34 Statuta Laicorum, & quando comprehendant clericos, & eorum bona, docuit Rober. Maron. *in diſputatio ſua 8. incip. eſt duè in palatijs: per totum ibi invenies bona* Hippo. de Marſi. *in ſing. 29. incip. ſtatutum Laicorum.*

35 Et quatenus includant clericorum conſanguineos, notavit Pet. de Raven. *in ſuo Alphab. lit. S. in verb. ſtatutum, col. penul. verſi. ſi ſtatutum Laicorum.* Imò de hoc ſtatuto vide ea, quæ eleganter, docuit Geyl. *in obſ. 32. lib. 2. obſer. Cam. Imp. (Statuta Laicorum non ligant clericos, ſi in ſpecie diſponant de eccleſiaſticis perſonis. ſecus ſi generale ſtatutum ſit, & clericorum favorem concernat, vel etiam ſi reſpiciat utilitatem publicam: undè in Camera approbata ſunt ſtatuta, quibus clericis in acquirendis prohibetur alienatio extr. familiam,) & notata ſunt aliqua ſup. in lit. C. verſi. de clericis.*

36 Et quatenus clerici poſſint uti ſtatutis Laicorum, notavit Matheſila. *in ſingula. ſuo 110. & ibi* Gab. Sorarij. ¶ De ſtatuti verificatione, quando ſtatutum, diſponens de procuratore, dicatur verificatum, ita quòd quis ſecundùm ſtatuti verba habeatur pro vero procuratore, docuit Rober. Maron. *in repet. l. ſi actor, ff. de procu. nibi nu. 18.*

37 Statutum volens, quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, & propinqui nolint conſentire, quomodo ſtatutum tamen in contrahendo verificetur, vel quid agendum ſit, docuit Bart. *in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matr.* Bald *in l. transactionem; C. de tranſactio. (Quòd ſi ij abſentes ſint, & in remotis partibus agant, ſine ijs contrahi poteſt: ſed tutius eſt, ut iudicis autoritas adhibeatur.)* Abbas *in c. nullus, de jure patronat.*

Si loquatur ſtatutum in plurali, & non 38
repetitur niſi unus, an ſufficiat? Bol. *quod ſic, in l. 1. C. unde vir & uxor. & faciunt notata per* Bart. *in l. Stichum. qui meus erit, ff. de leg.* ¶ Sed quid, ſi ſtante dicto ſtatuto non inveniantur propinqui? de iſto Bald. & Ang. *in l. turpia, ff. de lega. 1.* & ibi dicit Angel. quòd mulier poterit contrahere: Bald. *in l. furioſi, C. de nuptijs.*

Et nota: ſtatutum iſto caſu quando di- 39
ſponit, ut contrahatur cum conſenſu alicuius propinqui, quòd verificetur per propinquiorem, *eſt bonus tex. & ibi* Salyce. *in l. fina. C. de verbo. ſig. idem* Salyce. *in l. fina. C. de teſta. mili.*

Non etiam verificatur ſtatutum iſto ca- 40
ſu per ſolam præſentiam: ſed etiam per intelligentiam & conſenſum eorum, quæ acta ſunt: *l. 1. in fi. & l. 3. ff. de aucto. tuto* & quando requirit alicuius licentiam, verificatur in expreſſa: Roman. *in l. a. §. voluntatem. ſolu. matrimo.*

Verificatur etiam ſtatutum in verbis pro- 41
prijs, non fictis, vel interpretantium intellectum habentib. Abb. *in c. cum inter canonicos, ext. de electione*, voluit Bart. *in l. 1. ff. de confeſſis:* in caſu proprio & vero, non autem in caſu ficto: *l. ultima, C. de his qui veni. ætatis impet.* Pet. de Raven. *in aureo ſuo Alphab. in liter. S. in verb. ſtatutum, verſi. in ſtatutis verba.* Robert. Maran. *in repe. l. ſi actor, ff. de proc. nibi num. 18.*

De ſtatuto, ſi quis inventus fuerit cum 42
armis, habetur per Barto. *in l. ſi barſatorem, C. de fidejuſ.* & ibi notatur, quòd invenire non verificetur in ſolo aſpectu, ſed requiri apprehenſionem: de quo etiam per Barto *in l. nunquam nudo, ff. de acquir. domi. adde notata per* Ang. *in l. 1. §. hac verba, ff. quòd quiſq. iur.*

Quòd ſi ſtatutum dat præmium capienti 43
bannitum, non habebit, qui non cepit eum effectu, quia non tenuit.

Statutum, puniens extrahentem ſan- 44
guinem in palatio, non habet locum in barbitonſore, vel phlebotomante: verificatur enim in ſanguine iniurioſo, aliàs contineret abſurdum: *ita* Barto. *in l. non dubium, C. de legib. in l. omnes populi, in 6. pr. ff. de iuſt. & iure.*

Item ſtatutum non verificatur in illici- 45
tis, ſed ſaltem in licitis: Barto. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de condi. inſtitu.*

Statutum prohibens portare perlas, intelligitur in veris, & non in fictis: Barto. *in l. 1. § hoc interdictum, ff. de fon & plura, vide apud d.* Pet. de Raven. *in ſuo Alphab. in lit. S. in verb. ſtatutum.*

De ſtatutis circa ordinationes ultima- 46
rum voluntatum, præſertim inter conjuges, an valeat ſtatutum, ne uxor ſine conſenſu mariti teſtetur? & reſpondetur per meliores rationes, quòd ſic, *per* Pet. Peckium *in tr. ſuo*

de

de teſtamentis coniugum, lib.3.c.1.per totum, dicente, tale ſtatutum eſſe æquum, & non iniquum, quare ſervandum.

47 An autem tale ſtatutum habeat locum, ſi uxor in alio loco, quam ſtatuentis, teſtatur. (*Docet quod quo ad bona in territorio ſtatuentium ſita, etiam ext. territorium ligetur ſtatuto,*) notavit idem Peck. *in d.tr. de teſt coniug. lib.3.cap.17.*

48 An tale ſtatutum ſe extendat ad teſtamentum, ante factum, quod ipſa poſt ſtatutum mutare potuit? & dicit, quod ſic, Peckius *in lib.3. c.10.* & ibi potes videre declarata, quomodo intelligendum ſit: quod ſtatuta tantum trahantur ad futura, & non ad præterita.

49 Statutum, requirens conſenſum mariti, an locum habeat, ſi uxor teſtetur inter liberos? declarat & decidit, quòd ſic, ſi agatur de mariti præiudicio, Peckius *in d. lib.3.c.11.* & ibi vide de teſtamento, inter liberos facto, quod procedat etiam ſine ſolennitatibus iuris civilis.

50 Quid? an ratione ſtatuti ſit neceſſarius conſenſus mariti, uxori teſtãti ad piam cauſam? concludit, quod ſic, Peckius *in c.12. lib.3. & ibi invenies aliqua de favore piæ cauſæ.*

51 Statutum requirens conſenſum mariti, an locum habeat, ſi teſtetur uxor de eo, quod debet? Peck. (*quod non, reſpondit,*) *in c.15. & ibi vide de illis, quæ ob neceſſitatem fiunt.* ¶ Statutum, requirens præſentiam filiorum in teſtamento matris, an valeat? reſpondetur, quòd ſic: Peck. *in d. lib.3. c.14. & ibi ad nepotes proximiores extendi ſtatutum tenuit.*

52 Statutum an requirat conſenſum fœminarum, reſpondet Peck. *in c. 5. & ibi quatenus fœmina teſtamento poſſit adhiberi.*

53 An valeat ſtatutum, vel conſuetudo, ne coniunx conjugi quid leget? notavit Pat. Pack. *in tr. ſuo de teſtamentis coniugum, lib.4 c. 5. & ibi* vide, quomodo uxor ſit ſocia mariti, & non extantibus agnatis vel cognatis, excluſo fiſco admittatur ad hæreditatẽ mariti.

54 Statutum utrum valeat, quod vir uxori teſtamento aliquid relinquere cogatur, & quomodo intelligi hoc debeat, Peck. *in c.2. d.lib.4. ibi de iudicis æſtimatio, vel arbitrio.*

55 Si ſtatutum vetat, ne maritus uxori leget; an è contra uxori prohibuiſſe videatur, ne marito leget? Peek. *c.* 3. ibi, an ſtatutum, locum habens in uno de correlativis, an etiam habeat locum in altero? & ſic ibi vide de ſtatuti reſtrictione vel extenſione, & etiam de eius ratione, & eius rationis extenſione, propter identitatẽ: de qua idem Peek. *in c. 4. n. 8.*

56 Statuto prohibitus legare coniugi, an poſſit prohibere ſua hæredes bona ſine conſenſu coniugis ſuperſtitis alienent? vel an poſſit relinquere uxori certam partem, ad diſtribuendum pro anima ſua? Peck. *d. lib.4.c.8.*

Ex ſtatuto, quando ſaltem uſusfructus venit relinquendus, an poſsint relinqui alimenta, Peck. *in c.9. lib.4.* & ibi vide de legatis ad piam cauſam, inter quæ cenſentur & alimenta. 57

Statutum, quòd coniunx coniugi legare non poteſt, an extendatur ad res alibi ſitas? Peck. *c.10.d. lib.4.* 58

Statutum, ne maritus leget uxori, an contineat maritum foreuſem: *Peck. c. 11.d. lib.4.* & ibi vide, quatenus ſtatutum comprehendat forenſes, vel non contineat. 59

Statutum, an ſit in foro conſcientiç obſervandum? & ſic, an lex humana obliget quantum ad animam? *Peck in c.15 d lib 4. de teſt. coniugum*: & ibi de anima, & eius favore. ¶ Statutum, quod uxor pro marito obligetur, valere: item mercatorum filios ex ſtatuto teneri ad debita patris, notavit Mynſi. *in obſ.29 cent.1 obſ.Cam.Imp.* 60

De ſtatuti expoſitione, ſi ſtatutum dicat quod intelligi debeant ſtatuta, prout iacent ad literam, nec gloſſentur: non ſublata tamen intelligitur expoſitio literalis: *Paul, de Caſtr. in l ff ſi cert.peta.* Bel. *Auth. ſi qua mulier, C. de S. S. Eccleſiis*: & ſi ſtatutum loquatur per verbum *PRÆCISE*: Bal. *in l. 2. C. de execu. rei iudi. l. clari, C de fideicom.* 61

De ſtatuti ignorantia, ſi ſtatutum prohibet factum domnatum à iure, & addit pœnam: an liget probabiliter ignorantem reſpectu pœnæ? docet diſtinguendo *Petr.* de Raven. *in aureo ſuo Alphab. liter.S. verb ſtatutum, in verſ. ſi ſtatutum prohibet, col.9.* 62

Sed quatenus ſtatutum liget ignorantes, vel non, notat *Bal. in l. quamdiu C. qui admit. ad bo.poſſ.* Barto. *in l. genera. ff de his, qui notant. infamia, & in l. generali, C de adv tollendis,* Salyc. *in l. ingenitus, C. de his, qui ſibi aſſur. ibi notabiliter loquitur per* Rom. *in l. ſi poteſt ff. de acquiren. hæredita.* 63

Et nota, quod de ſtatutis debeat fieri mentio in accuſationibus vel inquiſitionibus ſic: & delinquit contra formam iuris, & ſtatutorum, puta Bononiæ. Et iſta verba ſic ponantur, ut videatur, an delictũ ſit punibile, nec ne: quia licet forte de iure communi eſſet punibile tamen ex forma ſtatuti, quæ derogat iuri communi, non eſſet punibile: & de iſto notat Ange. *in tractatu ſuo maleficio. in verſ. contra formam iuris, & ſtatutorum communis Bononiæ, & ibi Auguſt.* Et pœna legali vel ſtatutaria, an quis veniat puniendus, notavit Hippo. de Marſi. *in practic. ſua criminali, §. quæritur, mihi folio 110.* 64

Sed ſecundum quale ſtatutum? an ſecundum ſtatutum loci, ubi accuſatur, vel ſe- 65

 ſecundum

cundum ſtatutum loci delicti, delinquens puniatur, notavit (*quod ſecundum ſtatutum loci delicti,*) Ang. *in d. tract. a. maleſi. in verſi exiſtens Florentia, in hoſpitio Leonis, n. 3.*

66 Quodque pœnæ per ſtatuta poſſint mutari, tradidit Bal. *in l. data opera, col. 5 verſi item notandum, C. qui accuſa. non poſſunt.*

67 Faciens contra ſtatutum, regulariter puniṭur: Bal. *in l. data opera, in 5. col. C. qui accuſa. non poſ.* etiamſi ſaltem ſimpliciter ſine pœna prohibuerit: quia nihilominus contra faciens extraordinariè punitur: *gloſſ. eſt ordinaria in l. nemo Marty. C. de S.S. Eccleſi. facit tex. & ibi* Saly *in l. 1 C. de ſepul. violand.* in contrarium facit tex. *in l. ſed & ſi quis, §. divus, ff. de religioſis*: ubi haberur, quod cum pœnæ ſint odioſæ, nõ habent locum, niſi in caſibus à iure expreſsis & ideo Bald. *in d. l. nemo Martyres* dicit, quod illa gloſſa habet locũ, quando illud prohibitum ſi fiat, habet in ſe delictum, ſecus, ubi non.

68 Statuts iudex ſervare iurans, an ſit perjurus, ſi judicat contra ſtatutum, idem quod jus commune continens? notavit Ludo. Roma. *in ſing. ſuo 308. incip. index iurat.* & quomodo iudex iſto caſu evitet periurium, notatur *ibidem* remiſſivè, *in additione.*

69 Et iuramentum ſuper ſtatutis præſtitum intelligitur ſaltem ſuper licitis iuraſſe: Lud Rom. *in ſing. ſuo 512. n. 1.* ¶ Statuta quod ſint ſtricti juris, & ad aliam perſonam non extendantur, quodq; tantum diſponũt, quantum loquuntur, notaverunt Lud. Roma. *in ſing. ſuo 609.* & Pet. Getar. *de Petr Sanct. in ſingula ſuo. n. 10.*

70 Statuti verba debent intelligi ſecundum communem conſuetudinem loquendi in patria, ubi eſt ſtatutum: *l. cum de lanionis, § aſinam, ff. de fun. inſtr.* niſi in volumine ſtatutorum dicatur, quod verba ſtatutorum debent intelligi nullo extrinſeco addito vel diminuto: tum enim intelliguntur ſecundum iuris interpretationem: ratio eſt, quia uſus communis loquendi eſt quid extrinſecum: notaverunt Lud. Rom. & ibi Pigno. *in addi. in ſing. 422. incip. communis.*

71 Et quod ſtatuta debeant intelligi ſecundum communem uſum loquendi, qui eſt vel fuit tempore ſtatuentium, dixit Pet. Gerar. de Pet. Sanct. *in ſing. ſuo 14. incip. notant. n. 8.*

72 Mercatorum legitima congregatio ſtatuere poteſt, Mercatores ex nudo pacto & naturaliter & civiliter obligari, aut eorum privatam ſcripturam plenè probare. Et quoniam iſtiuſmodi ſtatuta ad litis deciſionem pertinent: non modo coram mercatorum conſulibus, verum etiam coram alio quocunque videlicet Eccleſiaſtico, locum habebunt: Coraſ. *lib. 2 de arte Iur. c. 15.*

73 Suprà notavi, an ignorans incidat in pœnam ſtatuti, & quædam ſopr. *in lit. C. verſi. de cive.* Sed his adde, quod ſtatuto contrafaciens caſu fortuito, vel ex neceſsitate, non incurrat pœnam ſtatuti, notavit Gulıel. de Lud. *in ſing. ſuo 18. in c. lex eſt. quod ſi ſit ſtatutum: allegat l ſi quis poſt hanc. C. de adeſ. priva.* 74

Tandem qui poſsint condere ſtatuta, de modo & forma condendi ea, de ſtatutorum obſervantiis, ſublatione mutatione vel renunciatione earum, *vide* Albert. Gand. *in tract. ſuo maleſi. in rubr. de obſervantia ſtatutorum, per totum*: & quid in iura Saxon. ſit diſpoſitum, *habetur in tex. Art. 55. lib. 2* LandR. *Art. 79. & ibi gl. 4. lib. 3.* LandRecht *bona habentur in tex. & gl. Art 43.* Weichbild *& ibi*, Von Straff derer / ſo mit falſchem Speiſekauff / oder ſonſten den Willkör brechen: und wie ein Willkör ſol geſchaffen ſein / *habetur ibi in gloſſ. in col. 5. & 6.*

De pœnis imponendis, vel non qui extra civitatem quid traxerint vel portaverint contra ſtatuti prohibitionem, invenies utiliſsimè apud Albet. de Gand. *in tr. ſuo maleſi. in rubr. de rebus non portandis contra, &c. & ibi n. 9.* quærit & reſpondet de eo. qui cum licentia poteſtatis quid extrahit de civitate, an incidat in pœnam: & *ibi n. 3.* de extrahente ante pulſum campanæ & allegans abſentiam tempore banni miſsi per civitatem, an excuſetur, tradit idem Gand. *in d. rubr. de rebus non portandis, n. 9. in fine.* 75

Nota in hac materia iſtam theoricam: caſus omiſſus in ſtatuto, habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis: *l. ſi extraneus. ff. de condic. ob cauſam. l. ſi cum dotem, ff. ſolu. matr.* fallit, quando ſtatuentes veriſimiliter ſtatuiſſent: Petr. Gerar. de Petr. Sanct. *in ſing ſuo 7. incip. quando, n. 9. & 10.* 76

Statutum ut rectè conditum dicatur, quæ requirantur, & quando publicatum dicatur, *Theſſ. dec. 249.* 77

Capitulum ſine conſenſu Epiſcopi, quando & quomodo facere poſsit ſtatutum, & factum revocare, & quid in univerſitate. 78

Laici an in præjudicium alterius ſtatuere poſsint, Capra *reg. 10.* 79

Laicorum lex vel ſtatutum, an porrigat effectum ſuum ad perſonas Eccleſiaſticas & eorum bona, Capra *concl. 15.* 80

Statuta ſtrictè & ſecundum ius commune interpretanda, maximè quando alias quis indebitè pateretur damnum: Geyl. *lib. 1. in obſ. 50. n. 8.* Coler *p. 2. c. 3. n. 303.* Interpretatio verò reſtrictiva ſtatuti fieri non poteſt, in quo quidem ſunt geminata verba: Seb. Med. *de reg. iur. reg. 3. n. 58. fol. 99.* 81

Statutum loquens in materia iuris communis, recipit omnes interpretat. iuris communis, ampliationes & limitationes activè & paſsivè: Seraph. *priv. 13. n. 21.* Et tamen 82

men interpretandum ut operetur aliquid ultra ius commune: *nom. 22.*

83 Propriè intelligenda: Afin. *de execut. e. c. ubi plurima illae.* ¶ Er in ſpecie quod ius Saxonicum, quoad fieri poteſt, ſecundum iura cõmunia intelligi debeat, Conſt. Elect. *45 p. 2. refert in ſimilia* Moller. *lib. 1. Semeſtr. cap. 3.* Geyl. *lib. 1. obſ. 5e. n 8.*

84 Statutum non comprehendit forenſes, & caſum mixtum in odioſis. Cavalc *dec. 52.*

85 Forenſes in his, quæ ſapiunt delictum, ita obligantur & ligantur ſtatutis ſicut cives Seraph. *priv. 4. n. 159.* ¶ *Statutum* ignorantes non ligat: Seraph. *p. 4. num. 175.* Ignorantia ſtatuti quando præſumatur inferenti, *ibid.* Coler. *de proceſſ execut. p 1. c. 3. num. 159. & ſeqq. & præcipuè n 168 & ſeqq.* Vbi quod ſic quando afficiat paſsive, ſed activè quando, vide ibid. n. *184.* & ſic, ut noceat & proſit.

86 Statutum in rem loquens, afficit bona loco ſtatuentium ſituata, ſive poſſideantur à cive, ſive ab advena: Coler. *p. 1. c. 3. n. 216 & 225. Sive* à ſubdito, vel non ſubdito: *ibidem n. 218.* ſive à Doctoribus, ſive civibus *ibid. & p. 2. c. 3. n. 8. & ſeqq. & n. 13. & ſeqq & 20. & ſeqq.*

87 An uxores clericorum ſecundum ſtatuta & conſuetudines locorum ſuccedant, M. Piſt. *p. 1. q 41.*

88 Num in Caſtro ad Epiſcopatum pertinente, in alia tamen provincia extra Epiſcopatum ſita, ſervari debeat ius Epiſcopatus an provinciæ in qua poſitum eſt Caſtrum, Thoming. *deciſ. 41.*

89 Statutum excludens fœminas à ſucceſſione maſculis extantibus qualiter intelligendum, Ant. de Butri. *conſ. 20.* & ibi addit, & an ſit odioſum, Tiraq. *in ll. renoub. l. 1. gl. 1. p. 1. n. 88. & ſeqq.*

90 Excluſa à ſtatuto qualiter repudiantibus maſculis ſuccedat, Raudenſ. *de analog. lib. 1. c. 33. n. 61. & ſeqq.* Gabriel *de ſtat. concl 4. num. 22. lib 6.*

91 *S*tatutum excludens dotatam ſeu maritatam à ſucceſsione bonorum, an cenſeatur excludere à bonis dotantis tantum, an vero ad hæreditate etiam aliorum: Teſſaur. *deciſ. 4.* Gabriel *lib. 6 de ſtatut. concl. 7.*

92 Dotata ſeu maritata, quæ à ſtatuto excluditur, an ſuccedat, cum nupta & indotata, fratre dotanti de bonis paternis, & mortuo poſt aditam ab ipſo hæreditatem, Theſſ. *deciſ. 63.*

93 *S*tatutum excludens maritatam à ſucceſſione patris vel matris, an ut locum habeat, requiratur, quòd filia tempore mortis patris maritata reperiatur vel dotata, Theſſ. *deciſ. 101.*

94 Non valere ſtatuta opificum, quibus prohibent, ne, quod unus cœpit, alter perficiat, Moller. *lib. 2. ſemeſtr. cap. 15.*

Statutum diſponens, quod poteſtas non cognoſcat de ijs maleficiis, quæ ſunt commiſſa 6. menſibus, ante introitum officii, quomodo intelligatur. Fœn. *de mom. temp. c. 10 n. 38.* 95

Lex vel ſtatutum non dicitur ſublatum, licet non fuerit practicatũ, ſi caſus nunquam evenerit: *Raud. de analog lib. 1. c. 33 nu. 162.* item licet evenerit, ſi pars non periit. *num 163.* & conſuetudo, deſuetudo & non uſus differunt. *d. n. 163. uſque ad 67.* Seb. Med. *de conſuet. ll. & ſtat. quæſt. 37 p. 4.* 96

Statutorum contrarietas eſt evitanda, quando aliqua diſtinctione iuvari poſſunt: Cavalc. *deciſ 6. circa iudicia.* 97

Statuti qualitates ſunt obſervandæ ab eo, qui vult uti ſtatuti beneficio. Cavalc. *deciſ. 23.* 98

An in defectum ſtatuti loci inferioris recurri debeat ad ſtatuta civitatis dominantis, vel ad ius civile Romanum Ioſeph. Ludov. *concl. 55 egregiè. vide* Thoming. *dec. 41.* 99

Statutum, quod donec ſolvatur pretium rei emptæ, ſolvantur tot pro centenario, non valet. Ioſeph. *concl. 56.* 100

Statuta comitum, Ducum, Marchionum & ſimilium, ſunt ius prætorium. Schrad. *in l. un. de cond. ex leg. n. 58 fol 410.* 101

Plus præſumitur pro ſtatuto facto à civitate, quàm a comite vel ſimili: *ibid. nu. 59.* Hi item nihil contra ius civile, niſi ex cauſa ſtatuere poſſunt: civitas vero poteſt. *ibid* Nec illi ſuperiorem recognoſcentes, ordinem judiciorum tollere poſſunt: & tamen hoc ipſum civitas ſtatuto facere poteſt: *ibid.* 102

Statutum exorbitans quid? Raudenſ. *de analog lib. 2. c. 15. n. 265.* 103

Statuentes an ſua ſtatuta revocare poſſint abſque ſuperioris authoritate, licet illa confirmarit, Dauth *in l. omnium, n 1 ibi addit. marg. C. de teſtam. fol. 568. & n. 6. fol. 573. verſ. tam quod interpretes.* 104

Statuta civitatis an ligent iudicem non civem, ſed ſuperioris locum tenentem, Modeſt. Piſt. *p. 2. quæſt. 85.* 105

Statutum aliquid operari debet ultra jus commune: Marſil. *de bannit. verb. de capitali. n. 9. ubi plurima allegata.* 106

Statutorum verba propriè intelligenda: *l. non aliter de leg. 3. l. 3. §. hac verba, de nego. geſt. l. 1. § ſi is, qui navim, de exerc.* Bart. *in l. omnes populi, in 6. q. princ. de Iuſt. & iur.* 107

Etiamſi ſtatutum loquatur per verba generalia, & in materia favorabili: Quia ſemper debet fieri reſtrictio ad proprium ſignificatum: *vide ibi Goz. lect. 25. ubi refert ex hac reg. pulcras deciſiones, quem vide omnino.* 108

Quod ſtatutum ad literam obſervari debeat, qualem effectum habeat, *vide* Curt. *conſil. 6. fol. 74. colum. 3.* 109

110 Verba ſtatutorum debent intelligi ſimplicitat ſine aliqua adjunctione: *caſus eſt in l. hoc legatum, de legat. 3.* Hinc dicit Bart. *in l. Lucius, §. quæſitum, de legat. 3.*

111 Quod ſi ſtatutum faciat mentionem de fratre, quod excludat ſororem, non habet locũ in proprio fratre: *vide* Soc. *in l. 1. in princ. in ult. col. Si cert. pet. vide ſupra in verb. Frater.*

112 Statutum licet loquatur univerſaliter cũ clauſula per omnia, quæ dictio ſignificat adæquationem factam præciſe, ut nulla ſit differentia tamen recipit reſtrictionem ne ſequatur abſurdum vel iniquum: Soc. *in l. 1. in 1. colum. de leg. 1.*

113 Verba in ſtatutis debent intelligi, ut aliquid operentur, ne ſint vana: *c. ſi Papa, de privileg. lib. 6 vide Apoſtill. ad* Bart. *in l. Divus, ad l. Falcid. vide* Goz. *in l. ſi quis id, quod in fin. de iurisd. omn. iudic.*

114 Fallit hoc, niſi fieret præjudicium tertio, quia tunc potius fiet interpretatio: ut verba ſint ſuperflua, quàm quod quis indebite prematur, vel quod iniquitatem contineant: Bald. *in terminata, C. de fruct. & li. expenſ.* Io. de Mont. Ferr. *in l. omnes populi, in 5. q. princ. ibi limitatur ſecundo, de Iuſt. & iur.*

115 Fallit illa fallentia, niſi hoc præjudicium tertii eſſet modicum: *ſecundum* Bart. *in l. fin. C. ſi cont. iur. vel utilit. publ. vide* Goz. *in l. 5. q. in l. omnes populi. Lect. 18.*

116 Statuta debent interpretari ſecundum ius commune: *l. ſi ſervum veſtri, C. de nox. c. dilectus, de conſuet.* Alex. *in l. 2. in 2. colu. in fin. de feriis. Senenſ. conſ. 38. vol. 1.* Bald. *in c. ſicut, de prob.* Abb. *in c. propoſuiſti, de probat.*

117 Statuta ſi diſponunt aliquid contra jus commune, per verba generalia etiam: tunc debent interpretari, ut faciant contra ius commune, ne ſint ſuperflua: quia interpretatione facta debent raſtringi, quantumcunq; eſt poſsibile, ne lædant ius commune *ſecundum Dd. in c. cum dilectus, de conſuet vide pulcrè* Curt. *conſ 7 fol. 79. col. 3. vide* Goz *in l. omnes populi, in S. q. princ. Lect. 14. Vide Philipp.* Dec. *in l. 3. in princ. colum. 3. in princ. Si cert. petat.*, De hoc, quod ſtatutum, ſi eſt contra ius commune, debet reſtringi: hoc eſt verum, ſi per aliam regulam iuris eſſet facta reſtrictio: *alleg not. in c. cum dilectus de conſue.* alias ſecus, quia tunc generalitas attenderetur.

118 Statutum contra ius commune debet reſtringi, ut habeat ſolum locum in prima vice, & non ulterius: Alex. *conſ. 13. vol. 3.* Curt. *conſ. 7. fol. 79. col. 3. facit, quod vult* Bart. *in l. hac articulo, in ult. col. de hered. inſt.*

119 Si ſtatutum diſponit, Qui primo ceperit vexillum Florentinorum, habeat ſolum locũ in prima vice. *De hac pleniſſimè vide* Alex. *& alios, in l. ſi uxoria, Sol. matr. quod ſi damna,* Felin. *in c. 2. de tranq. & pac.* Moder. *in c. quanta, de iudic. alleg. l. Baves, §. hoc ſermone, de verb. ſignif. vide* Goz. *in d. l. omnes populi, in 6. q. princ. circa reſtrictivam interpretationem.*

Statuta, licet ſint ſtricti iuris, tamen poſſunt extendi ad alios caſus ſimiles ex identitate rationis: & hoc verum, dummodo ille caſus non habeat legem contrariam: *ita dicit* Abb. *in c. translato, de Conſt.* 120

Statutum quando inducit novum delictum, & ſic eſt præter legem: fit extenſio in eo, de caſu vero ad caſum fictum: Io Andr. *in c. fin. de Conſuet. facit l. ſi per alium, ff. ne quis eum, & l. ſi quis id quod, de iurisdict. omn. iudic.* Ut quando ſtatutum puniret contrahentem cum bannito, habeat etiam locum in contrahente cum procuratore banniti: quia fictè dicitur contrahere cum bannito: *vide* Soc. *in l. ſi mihi & tibi, §. regula, de leg. 1. De quo etiam, vide* Bart. *in l. 3. §. liberis, de leg. praeſt.* Mod. *in l. 1. in princ. de verb. oblig.* 121

Sic etiam in ſtatuto ſpeciali fit extenſio, quando alioquin diſpoſitio fierat eluſoria: *ut eſt gloſſ. Auth. rea. in c. quoque, de uſu. lib. 6 vide in verb. carcerarium:* vide de hac materia extenſionis ſtatutorum multa pulcra, per Nicol. Euerh. *in aureo libello de locis legalibus, in loc. 4 cui titulus eſt à contraria ſenſu locus.* 122

Statuta in foro conſcientiæ ſervanda: *gloſſ. in c. quæ in Eccleſiarum, de Conſtit.* Iaſ. *in l. poſt diviſionem, C. de iur. & fact. ignor. vide in verb. leges.* 123

Statuta quò ad ſubditos habent vim Apoſtolici: *gloſſ. in l. adigere, § quamvis. ff. de iure patron. vide intellectum huius gloſſ.* Iaſ. *qui alios refert in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi adverſus vendit.* 124

Statutum, quod nunquam fuit receptum in obſervantiam, nec moribus utentium approbatum, nullas vires habet: *ita eſt gloſſ. reputata ſingularis, in c. 1 de tranq. & pac. ubi communiter Dd. vide* Alex. *in conſ. 6. vol. 1. viſo themate.* 125

Hinc nota novum, quod voluit Io. Andr. *in c. Ioannes, in 4. col. verſ. ubi vero uſus, de Cler. coniug.* ubi dicit, quod non uſus non tollit legem: quando homines non ſunt uſi, quia caſus non accidit: *vide* Matth. *in l. 1. §. præterea, numer. 38 de quæſtian.* Pro hoc ego adduco gloſſam: *in §. pen. Inſtitut. de iur. naturali. gent. & civ. in verb. tacita,* quæ vult, quod ad hoc, ut lex, ſtatutum vel conſuetudo tacito populi conſenſu tollatur: requiratur contraria lex, vel conſuetudo. Ergo requiritur, quod in illa deſuetudine, id eſt, non uſu, ſit implicitus uſus contrarius. Alias enim per ſolam deſuetudinem, vel tacitum populi conſenſum non fit ſublatio legis vel conſuetudinis. Et iſtam gl. ad hoc Ang. dicit eſſe ſingularem, & notandam, 126

Quod dictum optime probatur per text. *in §. pœna Inſt. de Iniur.* ſic inducendo: 127

l. 12. tab.

L. 12. tab. qua quis ad membrum pro membro puniebatur, in deſuetudinem abiit: & prætores permiſerunt, ut iniuriam paſſus ipſam poſsit æſtimare, ut iudex tanti vel minoris condemnet: & ſic pœna talionis, ut membrum pro membro amputetur non ſolum deſuetudine ſublata eſt, ſed etiam contraria conſuetudine, quæ eſt, quòd iniuriæ affectus eandem æſtimaret: *De hoc vide latè* Angel. *in proœm Inſtit. in §. igitur, in 2 colum vide per me ſcripta in d. §. penul. Inſtitut. de iur. nat. gent. & civil.*

128 An ſtante ſtatuto, quod extantibus maſculis fœminæ excludentur, an intelligatur, ſi dotatæ fuerint, vel propter ſolam exiſtentiam maſculorum ſimpliciter excludantur, *vide* Dec. *conſ. 261. vol. 1. ſuperioribus.*

129 Statutum excludens fœminas filias dotatas à ſucceſsione, eſt favorabile ratione agnationis conſervandæ: *ut per Dd. in l. maximum, C de leg. hær.* Alex. & Moder. *in l. 2. C. de in ius voc.* Mod *in l. 1. C. de ſucceſſ. edict. vide* Goz. *conſilia alleg. antem, l. 1. in princ. Lect. 3. Si cert pet. tex. eſt in l. 1 § pen. in verb. ut familiarum, ff. de vent. inſp. vide* Iaſ. *in l. ſi is, qui pro emptore, col. 37 de uſuc.*

130 Statutum, quod extantibus agnatis, mater & linea materna non ſuccedat, eſt favorabile: Curt *conſ. 9 volum. 91.*

131 An ſtante prædicto ſtatuto legitimati excludant fœminas, *vide* Iaſ. *ubi ſup. in ver. filius.*

132 Præmiſſum ſtatutum (extantibus maſculis fœminæ non ſuccedunt) habet locum ab inteſtato tantum, non in cauſſa teſtamenti. Unde infert Bald. *ad q. in l. falſus, in 1. col. de furt.* Quod ſtante præmiſſo ſtatuto, ſi teſtator inſtituat filios in parte, eos tangente ſcilicet de iure communi, veniunt etiam fœminæ, ſicut maſculi. Quia intelligitur in parte eos tangente, ſcilicet de iure communi, non ſtatuto. Nos autem ſumus in cauſſa teſtati *vide* Carol. *in l. heredes mei. §. cum ita in art. 34. in fin. ch. ut. ad Trebell. vide aliquid per* Bart. *in l. fin in 1. q. C. de Pact.*

133 Statuta excluſiva fœminarum, quantum ad caput incluſivum maſculorum, ſunt favorabilia: licet quo ad caput excluſivum fœminarum, dicantur odioſa: *ita dicit* Bald. *in l. venia. & ibi communiter* Moder. *de in ius voc. vide* Curt. *conſ. 7. vol. 79. col. 1.*

134 Statutum excludens fœminas propter maſculos, in dubio debet intelligi. Quod ille maſculus ſit in pari gradu cum fœmina: non autem, ut ille maſculus, qui eſt in gradu remotiori, excludat fœminam exiſtentem in propinquiore: Curt *d. conſ. 7. fol. 79. colum. 3.* Et an tale ſtatutum ſit favorabile, vide Curt. *conſ. 9. colum. 2.*

135 An ſtatutum prohibens maritum relinquere uxori, cenſeatur etiam prohibere, contra uxorem relinquere marito: *vide* Curt *conſ. 6. in princ.*

De ſtatuto, quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, vide aliqua pulcra ſupra, *in verb. mulier, ubi habes 6. limitationes.* 136

Item ſtante præmiſſo ſtatuto: Pone, mulier vendidit fundum ſine conſenſu conſanguineorum, contractus eſt nullus, tamen ex iſto contractu eſt factum inſtrumentum, in quo mulier eſt confeſſa, ſe recepiſſe partem pretii, an vitiato contractu principali etiam illa confeſſio erit nulla: Ang. *in l. 1. C. de præſcrip. 30. annor.* dicit, quod confeſsio probabit, & erit valida, quem refert (& hæc deciſio ibi bene probatur ex not. per Bart. & Dd.) Iaſ. *in l. certi conditio, §. ſi nummos, in 6. col. ibi ſucceſſivè in quantum. Si cert petat.* Quia & ſi contractus eſt nullus, tamen confeſſio in tali contractu eſt valida: *ut ex not. ibi, in l. 1. §. ſi quis ita, de verb. obl. & Bart. & latè Alex. in l. ſtipulatio iſta. §. Chryſogonus, eod. tit.* 137

Statutum prohibens mulierem vel minorem alienare, an habeat locum in alienatione, quæ fieret ad pias cauſas vel in Eccleſiam, *vide ſupra in verb privilegium, & in verb. alienatio.* 138

An legalis ſignificatio Iuriſperitorum, an communis uſus loquendi in ſtatutis ſit ſumenda, *vide* Franc. Curt. *conſ. 1. fol. 68. col. 1.* 139

An ſtatutum porrigat effectum extra territorium, vide Bart. *in l. 1. in 6. q. princ. C. de ſumm. Trin. & fide Cath.* Curt. *conſ. 9 fol. 81. col. 2.* 140

Caſus omiſſus in ſtatuto, remanet in diſpoſitione iuris communis: *l. ſi cum dotem, in princ. ff. ſolut. matr. l. ſi extraneus, ff. de cond. ob cauſſ. Curt conſ. 11. fol. 83. col. 4. & 3.* 141

Statutum excludens matrē propter aliquas perſonas excludit etiam aviam maternam, & avuā maternum ſed ſtatutū excludēs à ſucceſſione matris nō excludit à ſucceſſione aviæ M. Anton Peregr. *conſ. 11. vol. 2.* Statuta quia nō poſſunt obeſſe forenſibus, ita nec eis prodeſſe: M. Anton. Peregrin. *conſ. 90. n. 12. vol. 1.* 142

Statutum minori artifici permittens ut poſſit contrahere de contractibus, intelligitur in illa arte initis: Cæſar Barz. *dec. 19. n. 18.* 143

Statutum poteſt à laude removere appellationem & reductionem ad arbitrium boni viri: Cæſar Barzius *deciſ. 86.* 144

Statutum loquens de dotata à patre, non intelligitur de bonis maternis: *idem deciſ. 29. n. 46.* 145

Statutum generaliter loquens etiam minores comprehendit: Cæſar Barzius *deciſ. 148. nnmer. 7 etiamſi à iure communi exorbitet.* 146

Statutum diſponens iuramentū ſuper aliquo contractu interpoſitū præſumendū eſſe, 147

Nn 3 metu

metu vel dolo extortam valet : Cæſar Barzius *deciſ.99. n.12.*

148 Statutum quando in donationis contractu præter inſinuationem vult adhiberi notarium, & ſeptem teſtes tunc juramentum defectum inſinuationis ſupplet ? Cæſar Barz:*deciſ.25.n.11.*

149 Statutum quod mulieres, non poſſunt contrahere abſque conſanguineorum conſenſu & judicis præſentia, non habet locum quando cum conjuncta perſona contrahitur:Cæſar Barzius *deciſ.94.n.14.*

150 Statutum fori mariti ſervandum eſt in lucro dotis tametſi in foro uxoris contractus initus fuerit, limitatur non procedere quando extraneus dotat, & ſibi dotem reddi poſtulat, idipſumque procedit ubi pater ſibi dotem reddi ſtipulatus eſt. 2. quando mulier in domo paterna præmoritur, 3. quando bona dotalia ſunt in territorio uxoris. 4. Statutum fori uxoris ſervatur, quando bona dotalia in foro uxoris inæſtimata conſignantur : Iacob Marchiſel.*qu.86. per totum lib.recollect.*

151 Fœmina per ſtatutum à ſucceſsione excluſa intelligitur à ſucceſsione dotantis, & à bonis maternis fœminas excludens non favore agnationis ſed maſculinitatis id facit : IacobMarchiſel.*quaſt.134.per totum lib.recollectar.*

152 Statutum maſculinitati favens non comprehendit maſculos ex fœminis, & providens agnationi non intelligitur de agnatis fœminis:Iacob.Marchiſel.*d qu.*

153 Statutum prohibens extractionem frumenti non intelligitur pro ſuo uſu, Iacob. Marchiſel.*qu.158.lib.recoll.*

154 Statutum civitatis dominantis attendi debet in defectum ſtatutorum civitatis ſubditæ, non autem ius commune Roman.imperii : M·Anton. Peregrin.*conſ.5. vol.2.*

155 Statutum imponens pænam puellis nubentibus ſine conſenſu patris an valeat ? Aff. ubi aufert lucrum legis non rem propriam ipſius filiæ : M.Anton.Peregrin.*conſ.6.vol.2.*

156 Statutũ ſemel appellationem permittens, tanquam id quod eſt contra ius cõmune eſt ſtrictè accipiendum:CæſarBarzius *dec.45.n.4.*

157 Statutum, quod mulier non nubat cũ hæreditate extra territorium, non comprehendit mulierem, quæ nupſit iam hæreditate adita, & ſic tantum videtur eam excludere ab hæreditate acquirenda, non vero ab hæreditate iam acquiſita, ſic ſtatutum diſponens, quod mulier nupta extra territorium, non ſuccedat in territorio non cõprehendit mulierem, quæ prius ſe immiſcuit hæreditati & poſtmodum nupſit extra territorium:Iohan del Caſtillo *c.15.n.164 par.3.controv.iuris* Hieron Cavallus *qu. 693.n. 20.in ſpecula Commun. opinion.* Ludovi Romanus *conſ.40. & 442.*

Communis uſus loquendi in ſtatutorum interpretatione prævalet propriè verborum ſignificationi, etiam imperitorum, niſi communis loquendi uſus imperitorum eſſet nimis ineptus : Iacob Marchiſell. *qu.38. lib recollectar.* 158

Statutorum duplex eſt intellectus literalis &civilis, qui ex mente ſtatuentium colligitur : Iacob. Marchiſell. *d.loco n.ſing.* 159

Statutum ſimpliciter contrahere prohibens, non comprehendit ſubditum extra territorium contrahentem, niſi ſtatutum ſit favorabile : Iacob Marchiſellus *qu.45.per totum lib. recollectar.* 160

Statutum diſponens ad literam intelligi, & quod non recipiat interpretationem vel gloſſationem excludit tantum frivolam, item ſtatutum diſponens quod præciſè ſit intelligendum, recipit congruam interpretationem : Iacob Marchiſellus *qu. 49. lib.recollectar.* 161

Statutum diſponens in caſu ſimplici non procedit in mixto in odioſis, ſecus eſt in favorabilibus IacobMarchiſel:*ibidem n.11.* 162

Communis uſus loquendi præſens attenditur, non qui erat tempore conditi ſtatuti : Iacob.Marchiſel,*n.9.* 163

Statuta correctiva iuris communis non accipiunt interpretationem à iure communi:M.Anton,*Peregrin.conſ.99.n.16.vol.2.* 164

Statutum diſponens circa perſonas etjam ſub reſpectu bonorum ſub una iuriſdictione ſitorum non comprehendit forenſes : M.Anton. Peregrin. *conſ 90. vol.1.* 165

Statutum favore ſuorum ſubditorum excludit & inhabilitat forẽſes:Peregrinus *ibidẽ.* 166

Statutum excludens ut locum habeat requiritur quod caſus occurrat à ſtatuto diſpoſitus, alioquin ſtatus diſpoſitioni iuris communis:Peregrin. *conſ.51.n.19.vol.1.* 167

An ſtatutum inhabilitare poſsit perſonem cui civis etiam quo ad bona alibi ſita ? *Aff.*Peregrin. *conſ.90.n.26. vol.1.* 168

Statutum quando eſt producendum, nõ ſatis eſt illius partem producere, ſed totum edi debet ; limitatur quando pars tantum, quæ producitur ad negocium de quo diſceptatur ſpectaret, tunc enim ſolum iudici eſt edendum ſtatutum, parti autem ſatis eſt partem edere ad rem ſpectantem : Cæſar Barzius *deciſ 89.* 169

Statutum laicorũ onus imponens cui valet etiam ad præjudicium Eccleſiæ, quando de jure quærendo tractatur: Cæſar Barzius *deciſ.117.n.29.* 170

Stante ſtatuto quod da qualibet acquiſitione gabella ſit ſolvenda procedit in extraneo hærede nõ in filio:CæſarBarzius,*dec 122.* 171

Statuta à populo condita, à principe confirmata, principis eſſe dicuntur :*idem dec.117. num.38.* 172

Actio

173 Actio & quodcunque remedium eſt ſublatum quando ſtatutum prohibet moleſtaſ aliqua occaſiona vel cauſa; ſic etiam exemptio & officium iudicis cenſetur ſublatum, ſi per ſtatutum prohibeatur omnis actio & molaſtia poſt viginti annos: Stephan: Gratian. *in addit. 231. deciſ. March*, Calcan. *conſil. 74. n. 37.* Balbus *de præſcript. 4. p. q. 3. princip. n. 101.* Ruinus *conſil. 77. lib. 2.* Soccin. *iunior. 113. num. 38. lib. 1.*

174 Statutum loquens de forenſi intelligitur de eo qui vel inde originem non habet nec domicilium neque civis factus eſt, gratioſe ubi eſt forum ſortiri poſsit: Iohan. Baptiſta Coſta *conſ. 19. n. 31.*

175 Statutum vel proclama de non emendo, vendẽdo vel transferendo ſaltes niſi certis patſonis non habes locum tranſeunte aut de uno loco illicitò transferat ad alium locum licitum. Ioh. Baptiſt. Coſta *conſ. 15. n. 15.*

176 Statutum eſſe vel non eſſe uſu receptum negans ne an affirmans probare teneatur? Diſting. aut conſtat ſtatutum ſemel fuiſſe receptum, quo caſu allegãti poſtea illud receſſiſſe ad aula probandi onus incumbit aut non conſtat ab initio non fuiſſe uſu receptum quo caſu neutiquam ad allegantẽm negativam ſpectat onus probandi: Petrus Surdus *conſil. 460. n. 79. vel.* 4. Iohan Baptiſta Coſta *conſ. 41. n. 16.*

177 Statuto ſtante fœminarum excluſivo, nihilominus quoad augendam legitimam maſculorum faciunt numarum: Iohan. Baptiſta Coſta *conſ. 43. n. 4.*

178 Statutum quod novas ſolennitatas introducit, alias de iure communi requiſitas non intalligitur tollere: Cæſar Barcius *deciſ. 106. numer. 6.*

Statutum quod filiæ debet eſſe contan-

179 ta dote ſibi à patre conſtitura intelligitur da dote congrua & quæ ſaltem ad lrgitimam aſcendat: Cæſar Barzius *deciſ. 29. n. 36.*

180 Statuto, quod in hæredem continuetur poſſeſſio ſtante, tranſit in hæredem poſſeſſio abſq; apprehenſione: Cæſar Barzius *d. 49. n. 10.*

181 An valeat ſtatutum quod filius ad debita patris & uxor ad debita mariti obligetur *Aff.* Dan. Moller. *2. Semeſtr. 41. n. 8.* Mynſing. *cent. 1. obſer. 29.* Gayl. *lib. 1. obſer. 36. n. 3. & 2. obſer. 84.* Colerus *de proceſ. execut. c. 3. n. 39.*

182 Utrum minor 25. annis comprehendatur in ſtatuto quo cavetur ut contumax in delictis habeatur pro confeſſo & convicto? *Aff.* Decian. *conſ. 18. n. 176. lib. 1.* Philipp. Hœnonius *ad l. 14. ff. d. R. Iuris.* Farinaceius *de inquiſit. qu. 11.*

183 Unum falſum teſtem producens, licet ſtatutum loquatur in plurali numero de falſos teſtes producentibus punitur non minus, ac ſi produxiſſet: Caldas Pereira *obſ. 17. n. 18. lib. 2.*

184 Statuta & conſuetudines quibus diſponitur municipia teneri reſarcire damna data in ipſorum finibus non debent intelligi quando habetur notitia à quo fuerit damnum illatum & qui ſit ſolvendo, item ſtante ſtatuto quod villæ teneantur ſua territoria cuſtodire & damna emendare, non tenetur villa de damno de nocte dato aut in gentium multitudine Ozaſcus *deciſ. 88. n. 31 & 138. num. fin.* Cæſar Damatus à Fogueras *deciſ. 99. lib. 4. in deciſ. regni Granatæ.*

Statutum quando aliquid inducit cum 185
certis modificationibus quicquid ibidem exprimitur cenſetur pro forma: Ozaſcus *deciſ. 165. num. 11.*

Statutum loquens par dictionem taxa- 186
tivam non excludit ſimiles exception: Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. coll. forenſ. c. 307.* Franc. Marc. *qu. 208. par. 2.*

Licet ſtatutum aliquid debeat operari 187
ultra ius commune, hoc tamen non procedit quando ex hoc aliquis indebitè damnum ſentiret quia tunc potius debet fruſtratorium reddi: Ioſeph. Ludovic. *deciſ. perſiſ. 52.*

Statutum faciens mentionem de per- 188
ſona, non comprehendit civitatem, caſtrum vel aliam univerſitatem, quæ eſt perſona ficta: *idem deciſ. Lucenſi 39. n. 35.*

Ex præfatione ſtatuti mens ſtatuentium 189
colligitur & finalis cauſa declaratur & ſequens diſpoſitio raſtringitur: Petr. Salaſarez *deciſ. 119. num. 18. lib. 2.* Ozaſcus *deciſ. 59. n. 5.* & ad ſtatuti rationem cognoſcandam inſpiciendum eſt quod ſtatuentes veroſimiliter diſpoſuiſſent, ſi de eo, de quo dubitatur fuiſſent interrogati: *idem* Ozaſcus *dec. 59. n. 9.*

Appellatione remota per ſtatutum fa- 190
vore unius partis cenſetur pariter illa remota in odium dictæ partis, ut non poſsit uti ipſa appellatione ſi contra eum feratur ſententia: Hieron Magon. *deciſ. Luc. 58.*

Statutum diſponens non poſſe opponi 191
exceptionem aliquam contra inſtrumentũ, non prohibet officium iudicis & ad hoc ut illud includat debet dicere quod aliqua non poſſit dici exceptio & defenſio: Petr. Salaſarez *deciſ. 117. n. 71. lib. 2.*

Statutum reſpiciens ordinatoria iudicii, 192
non autem deciſoria comprehendit perſonas eccleſiaſticas: Ioſeph Ludov. *dec. Luc. 39.*

Statutum noviter conditum non exten- 193
ditur ad lites prætetitas vel pendentes indeciſas, licet in ſtatuto hoc expreſſe non dictũ fuerit: Cald. Pereira *lib. 3. obſervat. 31. n. 3.*

Statutum puniens actum non compreh**ẽ**- 194
dit perſonam nõ ſubditam in loco exempto delinquentem, veluti ſi delinquat in monaſterio, quia nõ ligat in loco exempto aliquid facientem: Cæſar Damatus à Fogueras *in deciſ. regni Granatæ deciſ. 3. n. 71. lib. 3.*

Quando ſtatutum præmium promittit 195

revelando delictum tunc non comprehendit participem criminis revelantem: Virg. ab Agaruira *ramo 2. arb. 15. in horto iuridico per* Iul. Clar. *in pract. crimin. §. final. qu. 27.*

196 Additio ſi fiat ſtatuto, idem in ea iuris eſt in ſtatuto quo ad pœnam & ad alia: Anton. Corſet *in ſuis ſingul. lit. A. in ſing. Additio.*

197 Stantu ſtatuto quod juventes cum armis puniatur, non dicitur quis inventus niſi ſit captus: Didac. Hydal. de lus Caſos *qu. forenſ. 117. n. 44. lib. 1.*

198 Statutum ſuperveniens ſuper exportatione Bladorum non comprehendit eum qui iam inceperat extrahere: Hieronim. Magon. *deciſ. Lucenſi 88. n. 23.*

199 Statutum de illo qui ſcienter falſos teſtes produxit procedit in eo qui per procuratorem produxit & ſic mandans incidit in pœnam ſtatuti licet ſtatutum loquatur in propria perſona: Paul. Æmil. Verallus *deciſ. 196, & 197. par 3. ſed contrarium videtur tenere Grammat. voto. 15 n. 6. vide* Bartol. *in l. 3 § ſi procurator. ff. quod quiſque iuris.*

200 Statutum faciens mentionem de gradibus intelligitur de gradibus iuris civilis non canonici; Virgil. ab Agaruira *in horto iurid. ramo 31. arb 6. n 9.*

201 Quando ſumus in materia indifferenti, quæ ita convenit fœminis ſicut maſculis, tali caſu ſi maſculinum proferatur à lege vel ſtatuto maſculinum concipit fœminum, unde verbum propinquos in ſtatuto comprehendit tam fœminas, quam maſculos: Caldas Pereira *obſervat. 132. lib. 3.*

STERILITAS.

1 De materia ſterilitatis, an & quando propter illam fiat remiſſio canonis pro parte, vel in totum, ſive non, habetur *in c. propter ſterilitatem, ext. de loca. in l. licet, l. ex conducto, in §. fina. & in l. ſi merces, §. vis maior. ff. eo. tit.* Hippo. de Marſi. *in ſingula. ſuo 85. incip. in ſeu.*

2 Nota: prædia ſterilia ad frugem reducentes, non debent poſt meliorationem magis vel in plus gravari, ne diligentia ſua ſit ipſis damnoſa: *l. fina. C. de alln. & palu. & l. pe. C. de omni agro deſerto, lib. 11. vide, quæ notavi ſuprà in lit. C verſi. de canone ſolvendo, adduxi ibi aliquas fallentias, & vide, quæ eleganter docuit* Geyl. *in obſerva. Cam. Impe.*

3 Sterilitas unius anni, cum ubertate alterius eſt compenſanda: Quint. Mandoſ. *in in annal. caſ. n 4. & 5. ubi 5. ampliat. lim. ut* Med. *de compenſ. quæſt. 45. n. 9* Caroc. *tr. lo. & 9. d. p. 3. tit. de remiſſ. incr ad. fol. 300.* Vivius *deciſ. 264. lib. 2.*

4 Ob ſterilitatem quando remiſſio debeat fieri multæ ſunt opiniones quidam arbitrio judicis committunt, 2. quidam volunt ut attendatur opinio vulgi ſecundum quam judicari debet quando ſterilitas extare dicitur 3. vel quando conductor non percepiſſet dimidium eius quod ſolutum eſt percipere 4. vel quando reperitur læſus ultra dimidium penſionis promiſſæ has opiniones dilucide explicat: Iacob. Marchiſel. *qu. 141. lib. recollectar.*

Si Sterilitas erit primo anno conductionis, tunc remiſſio ſit, neque ſuſpenditur in futurum: Iacob Marchiſel. *d. qu. in fine.* 5

Sterilitas froctuum non excuſat emphyteutam à canonis ſolulutione, niſi ea cum canone ſolvendo fere ſit æquivalens: Martin Benckandorf *in tract. Straph. de Seraph. in addit privileg. 84. num. 14* Guliel. Reodanos *de reb. Eccl. non alienan. c. 21. n. 8.* Aurel. Corbul. *de iure emphytent. c 15. ampl. 12.* 6

Rem ſterilem permiſſum eſt eccleſiæ alienare ſive ſolennitate: Ioſeph. Vaſeard. *vol. 1. Probation. Concluſ. 75. n. 23.* 7

Sterilitas ponitur inter fortuitos caſus: Sebaſtian Medic. *in Tr. d. caſib. tab. 2. part. quæſt. 3. num. 1.* 8

Sterilitas iudicatur ſecundum communem opinionem agricolarum: Sebaſt. Medic. *in d. Tr. d. 2. part. d. Quæſt. 3. n. 3.* 9

Quando dicatur ſterilitas exiſtere, & conductor magno incommodo affici. Ut in contractu locationis & conductionis exonaratio mercedis locum habeat. Et utrum in Remiſsione jucunda, verum omnium, ſimul & conjunctim, an vero ſeperatim ratio ſit habenda: Hieron Pauſchman. *lib. 1. qu. 1.* 10

De ſterilitate aut alio caſu fortuito contingente in fructibus vel in re emphyteutica ſeu locata & quid in hoc differat Emphyteuſis à ſimplici locatione: Aluar. Valaſc. in *quæſtion. Iur. Emphytent qu. 27.* 11

Colonus cum ſterilem ducens ad fertilitatem non poteſt per dominum expelli: Paul Faſc. *in ſingular. in verbo Colonus n. 141.* 12

STIPULATIO.

Stipulatio eſt verborum conceptio, qua aliquid dare vel facere promittimus: *l. 5. §. ſtipulatio. ff. de verbor. obliga* & naſcuntur ex illa actiones: de quibus vide *in text. & gloſſ. in prin. Inſtitu. de verb oblig.* 1

Quibus verbis contrahatur, declarat tex. *d. tit. Inſtit. de verb. obliga. §. in hac re.* 2

Quot modis fieri poſſit, aut purè, aut in diem, aut ſub conditione, dicit tex. *in §. omnis ſtipulatio, & in ſequentibus declarantur per exempla.* 3

Qualiter ſervi dominis acquirant per ſtipulationes ſuas, *vide titu. Inſtitu. de ſtipulat. ſervo.* 4

Diviſio

5 Diviſio ſtipulationum, quarum aliæ ſunt judiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes, tam prætoriæ, quam judiciales: quid quælibet ſit, & quos producat effectus, *habetur in titu. Inſtituti, de diviſione ſtipula.*

6 Redditur autem ſtipulatio inutilis multis ex cauſis & rationibus.

7 Ratione rei, quæ non eſt, vel eſſe non poteſt in rerum natura: *Inſtit. de inutilibus ſtipula. in prin.*

8 Ratione rei, cuius commercium quis habere non poteſt, id iuris eſt: *d. tit.*

9 Ratione facti alieni, quod in ſtipulationem deduci non poteſt, Aret. *in § ſi quis alium, d. titu.* ¶ Sed non redditur in totum inutilis, ſed cenſetur facta, ſecuraturum & facturum, ut alter faciat vel præſtet; Angelus *ibi in hoc* Schneidevvi. *in titu. Inſtit, de actio. §. in perſonam, num. 44.* Abba. *in c. gemma de ſponſa.*

10 Ratione ſtipulantis: quia fortè alteri per alium facta eſt ſtipulatio: iſta enim regulariter non valet: *ut in §. ſi quis alii, & §. alteri ſtipulari, d. tit* ſed gloſſa *d. §. ſi quis alii,* ponit 16. caſus, in quibus alteri per alterum poſſit ſtipulari: *& in dd. §§. vide* Angelum: ultra autem iſtos caſus, vide ampliationes & fallentias, apud Zaſium: *in l ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verbo. obliga.* Bart. Socinum *in regulis fallentiarum, regula 470. incip. & dicente:* ſtipulari alteri nemo poteſt, a ſi eius poteſtati ſubjectus ſit: cui addidit tres ampliationes, & 6. Fallentias: vide unum caſum, *in l. quotiens, C. de dona. quæ ſub mo. conſt. ſunt valdè bona.*

11 Ratione diverſæ vel inconvenientis reſponſionis ſtipulatio redditur nulla. item ob diſcordiam in qualitate: *§ præterea in utilis, d. titu.*

12 Ratione perſonarum inter ſe ſtipulantiam, videlicet quando fit inter dominum & ſervum, inter filium & patrem: *§. item inutilis, d. titu.*

13 Item fit nulla propter naturale vitium, ſeu defectum ſtipulantis: puta quia eſt mutus, ſurdus, furioſus, pupillus vel infans: *§. mutum, § Furioſus, & pupillus d. tit. Inſtit.*

14 Propter impoſſibilem conditionem ſtipulationi adiectam *§ ſi impoſſibilis, d. tit.* propter abſentiam, *§. item verborum.*

15 Item redditur nulla ſtipulatio, quando ſtipulor rem meam? quia, quod eſt meum, amplius meum fieri non poteſt: *§. item nemo, & ibi gloſſ. d. tit Inſti.*

16 Item diſſenſus in corpore vitiat ſtipulationem: *§. ſi de alio, & ibi Aret. d. tit* Sic etjam ſtipulatio turpis, vel ex turpi cauſa deſcendens non valet: *§. quod turpi, d. titu.*

Hæres quod ex ſtipulatione defuncti agere & conveniri poſſit. *habetur in §. cũ quis.* 17

Item nota: ſtipulatus in dubio, pro ſe ſtipulari intelligitur: *l. ſtipulatio iſta, §. hac quoque, & §. ſi quis ita, ff de verbor. obligat.* limitat illam theoricam quatuor modis; Socinus *in regulis fallen. regula 469.* in filiofamilias, in ſervo, in procuratore, & in dote. 18

Quo tempore ex ſtipulatione poſſit agi, notatur *in §. qui hoc anno, & in §. ſi funduim, d. tit. Inſtit. de inutilibus ſtipula.* & de hac ſtipulationis materia, vide Zaſium *in tit. ff. de verb. obligat. eruditè enim ad iſtum tit. commentatus eſt.* 19

Pet. Greg. *lib 3. part. iur. Can. tit. 10.* ¶ Verbum, dabo, obligationi inſertum, an importet ſtipulationem, Modeſt, *Piſt p. 1. quæſt 49.* 20

Stipulatio ſi ſuper contractu ponitur, utraque actio tam ex ſtipulatu quàm ex contractu oritur: Schrad. *l. un. n. 57. de cond. ex lege. fol. 467.* 21

Stipulatio quod ſoluto matrimonio quoquo modo dos reſtituatur, intelligitur ſi diſſoluitur per mortem uxoris: Garſ. Maſtril. *deciſ. 74.* 22

In ſtipulationibus non procedit jus accreſcendi ut ſi mihi & Caio 10 ſtipules ſola quinq; mihi debeotur *l. 110. D de verb. oblig* 23

Promiſſio facta de dando alteri iure canonico valet: Bartolus *in ſuo tractatu de differentiis iuris civilis & canonici n. 53.* 24

Præſumitur promiſsio facta inter abſentes non præſentes: Bartolus *in ſuo tracta: de præſumpt. n. 12.* 25

Verbum impersonale non obligat proferentem aut ſeribentem: Rota Genuenſ. *deciſ. 175. n. 9. Sed quando reducatur ad perſonale vide ibid. n. 12.* 26

Stipulatio appoſita ſuper contractu intelligitur appoſita ſecundum naturam contractus: Barto *in l 6 C. de tranſact.* 27

Qui ſtipulatur fieri inſulam ſi non adjiciatur locus inutilis eſt ſtipulatio: *l. 3. §. ſi quis Inſulam D. de eo quod certo loco.* 28

Metus mortis & cruciatus corporis ſtipulationem vitiat, non metus movendæ litis *l 9. C. de Contrah & com ſtipulat.* 29

Si res non eſt in commercio ſtipulatoris non valet ſtipulatio, ſecus ſi non eſt in commercio promiſſoris: *l. 34. D. de verb. obligat.* 30

Diverſitas qualitatis inter interrogationem & reſponſionem vitiat ſtipulationem niſi diverſitas ilico placuiſſet, ſecus ſi eſt diverſitas in quantitate quia tunc non vitiatur cum majori ſummæ minor inſit, § ſi ſtipulanti, §. ſi mihi *leg. 1. D de verbo obligat: & l. fin. inſtitu. de duobus reis.* 31

Si re

32 Si res à communi commercio eximatur ſuper eo obligatio non contrahitur & contractum extinguit, nec reviviſcit ceſſante impedimento *l. 83. §. rem ſacram ff. de verbo. obligat.*

33 Per ſtipulationem notarij ius quæritur abſenti, ſecuta tamen ratihabitione & non ante: Decius *conſ. 226.* Rolandus *conſil. 19. vol. 1.*

34 Per procuratorem ſtipulantem extra iudicium in perſona domini nulla domino quæritur actio neq; ſibi, ſecus in iudicio vel axtra ſi fuerit ſtipulatus in perſona propria: Bartolus *in l. 5. §. item ſi mihi ff de conſtitu. pecunia & in l. 49. ff. de acq poſſeſſione & in l. 10. ff. de action. & obligation.*

35 Pœnalis ſtipulatio viriatur ex errore val incertitudine quæ principalem ſtipulationem reddit inutilem: *l. 115. ff. de verb. oblig*

36 Promiſſio hoc modo concepta cum voluerit, principaliter denotat tempus ſempe quando voluerit, ideo ſi declaratio vita durante non fiat, extinguitur promiſſio: Ozaſeus *deciſ. Pedemon. 111.*

37 Si dico tibi præſenti quod promitto Titio decem hæc ſtipulatio prorſus eſt inutilis, nec oritur etiam naturalis obligatio: Petrus de Ravenna *ſing. 644.*

38 Poſſum ſtipulari ab eo qui non poteſt facere quod per alium factibile eſt, ut ſi ruſticos promittat ſcribere: *l. 137. § illud inſpiciendum ff. de verb. obligat.*

39 An ſtipulatio alteri facta iuramento confirmetur? Aff. quia lex ſtipulationi alteri factæ non reſiſtit licet non aſſiſtit: Martin. Beneckendorff. *ad Seraphin. in addition. privileg. 24. n. 5.* Johan Gutierez. *de juram confirmatur. p. 1. c. 36. n 4.*

40 Per notarium alteri ex ſtipulatione ius acquiri poteſt, id autem potius de conſuetudine quam de iure procedit: Anton. Hering. *de fidejuſſor. c. 11. n. 91.* Teſſaur *deciſ 70 n 2.*

41 Officialis, perſona publica vel etiam judex alteri ſtipulari poteſt, ſed procedit id tantum in his, quæ ab eorum officio pendent: Benekendorff. *ibidem n. 33.*

42 Alteri per ſtipulationem acquiri poteſt, ſi ratificatio intervenerit, ante autem ratificationem promittens alteri abſenti, licet Notarius ſtipulatus ſit, revocare poteſt promiſſionem: Joſeph. Ludovic *deciſ. Lucenſ. 16 n. 4.* Lancellottus Galiaura *in repet. rub. col. 42. ff. de V. obligat* Benekendorff *in allegat. addition. n. 37.* Decian. *conſil. 31. n. 74. lib. 1.*

43 Actio ex ſtipulatione iurata altari facta ex iuramento tranſit ſine ceſſione, quia iuramentum ſupplet præſentiam abſentis: Mattheus Cuno *lib. 1. de pact. c. 14. n. 20.* Anton. Heringius *de fideiuſſor. c. 11. num. 86.* Martin. Benckendorff. *ad Seraph. in addition. privileg. 25. n. 4.* Gutierez *de iuram. promiſſor. p. 1. c. 54. num. 19.* 44

In faciendi ſtipulatione præciſe factum non eſt præſtandum ſed ſufficit intereſſe, niſi iuramentum acceſſerit: Anton. Faber *lib. 6. conject. c. 17.* Hugo Donell. *ad l. 72. n 26 ff. de ſtipulat* Johan. Gœddeus *de contrah ſtipulat. c. 9. concl. 4 nu. 21.* Petrus Heigius *inſtitu. de contrah. ſtipulat.* Fachin. *lib. 3 controverſ. c. 17. vide* Co-ras. *lib. 2. miſcell. c. 3.* Bronchorſt. *cent. 4. aſſert. 41.*

Stipulatio, collata in arbitrium promiſſoris, non valet: Hugo Donell. *ad l. 17. ff. de V. obligat.* Cuiacius *l. 108. in fin. ff. de V. oblig.* 45

Stipulatio conditionalis tranſit tam ad hæredem quam in hæredem, ſecus eſt in legato conditionali quod ante conditionis eventum mortuo legatario ad hæredes non tranſit: Johan. Gœddeus *de contrab. ſtipulat. c. 9. nu. 177.* Arumæus *diſputat. 13 exercit. 5.* Donell. *in l. 122. §. aggerius ff. de V. oblig.* Cuiacius *ad l. ſi. quis 57. ff. eodem.* 46

An ſtipulatio imperſonaliter concepta valeat? Aff Duarenus, Donell. Cuiacius *ad l. 5. ff. de V. oblig.* Gœddæus *de contrab. ſtipulat. c. 4. n. 29.* Arumæus *diſputat 13. exercit. 4.* Gulielm. Forſterus *diſpu. 17. th. 9.* Bronchorſt. *cent 4. aſſert. 38.* 47

Præter ſtipulationem verborum obligatio nulla eſt. Donell. *ad rub de V. obligat* Herman. Vulteius *ad titul. de V. obligat.* Forſterus *diſput. 17. th. 1. Diſſent.* Gœddæus *in prolegom. de contrab. ſtipulat.* Cuiacius *ad d. tit. de V. oblig. in principio.* 48

Stipulatio pro una perſona extenditur ad aliam ſine qua effectus eius commode ſequi non poteſt, unde ſtipulatio pro marito facta habitandi in aliqua domo, intelligitur etiam tacitè facta pr. uxore, & poteſt ibidem cum uxore commorari: Cæſar Barzius *deciſ. 17. nu 18, 29.* 49

In ſtipulationibus prætorijs uno ex hæredibus promiſſoris contraveniente, utrum adverſus omnes pœna committatur, N. ſed tantum contra eum, qui contravenit: Virg. ab Agaruira *in horto jurid. arb. 203. nume 16.* 50

STUPRUM.

Stuprum committitur in puerum: *l. ſtuprum, de Adult.* & etiam committitur in viduam. *l. inter liberas, de Adult.* vide alia *in verb. adulterium*, ubi pulcra habes, quæ ſit pœna ſtupri, cùm videatur haberi de hac textus in iure contrarios. 1

Depræhenſa fœmina cum viro concumbere ſi uterq; iuramento confitetur matrimonium inter ſeſe eſſe contractum, ſtupri pœnam evitare poſſunt: Marti. Beneckendorff. *ad Seraphin. in addition. privileg. 28.* 2

Aa

3 An qui filiam alicuius honeſti viri corrumpit, qui fuerit eam colloeatutus in matrimonium competenti dote, nunc autem elocare eam non poteſt, quia eſt corrupta, niſi cum dote auctiore, teneatur ſtuprator dotara illam puellam vel dotem augere? Aff. Cæſar Damatus à Fegueras *lib.4.deciſ.25. deciſ.regni Granaca*: Cacheran. *deciſ.107.*

4 An virgini ſtupratæ dotas conſtituendæ ſint ſecundum dignitatem & facultatem ipſius ſtupratoris, an vero qualitatem ipſius virginis: Cacheran.*deciſ.107.* Teſtaur. *deciſ.3. num.2.*

5 Da pœna eius, qui defloravit aot deflorare conatus eſt puellam virginem nondum viri potentem: vide Clarum § *ſtuprum num.9.* Virgil.Pingizzet.*in deciſ. Jen. deciſ.3.*

STYLUS.

1 Stylus & conſuatudo curiæ habatur pro Lege: Guid.Papæ *in præfat.ſuar. deciſ.* Taſſ. *deciſ..1.num.9.* Adeò ut ſententia contra ſtylum curiæ lata ſit nulla, ac ſi eſſet contra lagem lata, cùm vicam legis obtineat: Guid. Pap.*d.loco Theſſ.d. nu.9.* Et quòd iudex, qui contra ſtylum curiæ procedit, litam ſuam faciat, Teſtaur. *d.nu 9.*

2 Stylus curiæ regulariter aſt attandendus & obſervandus: *l.Labeo,verſ.morem agentium ſequi debemus, ff. de ſtatu liberis, habetur in c. quàm gravi, de crimi. falſi,* Cynus *in l.2. verſi. ſecundò quæritur, C. quæ ſit long.conſuet.* & ideò teneas menti: quòd axcuſatut à contumacia, qui eſt citatus ſed non ſecundùm conſuetum ſtylum citandi; Angel.*in l.fin. C.de Cano.præſ. lib.10.*

3 Quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur Felin. *in c.quoniam contra. in 7. colum. extr.de prob.* Dixit prædicta Hippu.da Marſi. *in ſingul.ſuo 118.incip.ſtylus curiæ.* Et de iſta materia ſtyli, vide Felin. *in c.ad hæc, de ſenten.excom.* Signavit Guliel.da Ludo *in ſingul.ſuo 68. incip.lex eſt, allegat l.1.§.nullum, in verſic. ſed ſi qua legis, C.de vete.iure enucl.l.fin.C.de fidejuſſo. l.Imperator, §.1.C. de appella.*

4 Vide omninò Guid.Papæ, *in præfat.deciſ. ad lect.* & Joſeph.Ludov.*concl.38.* ubi de obſervantia ſubſecutà & eius affectu: & *vide verb. locus hic.* ¶ Intelliga, tam in civilibus quàm criminalib. tam in maiorib. quàm minorib.Seb. Mad. *de R.I.reg.2,n.114.fol.75. vide v.locus.* Ragulariter (exceptis ordinatorijs iudicij, & conſuetudine ac ſtylo urbis) obſervantia ſeu conſuetudo, non ligant eos, qui habitant in civitate, abſq; animo ibi perpetuò commorandi: Raud. *de analog. lib.1.c.* § *n.170.*Borgn.*deciſ 42.* & *43.*

5 Da Stylo & obſervantia, vide quædam in Cavale.*deciſ.13 Circa iudic.* Et Stylum à populo non induci, qui non poteſt abſolutè condere ſtatura: *ibid.*

Stylus & obſervantia curiæ ſemper attendenda: *l.2.C. quemad.teſt. aper.* König *in proceſſ.c.27 ſub n.4.* Everh. *in loco a ſtylo curiæ,* Marſ.*tr.de bann.verb.ſervatis ſerv andis,num.2.* quia ſtylus & conſuetudo curiæ habetur pro lega. Guid. Pap.*in præfac. dec.* & valet conſuetudo in his quæ circa iudicia ſunt: Papæ *ibid.* Et illud, quòd fit ſecundùm conſuetudinem, dicitur fieri ſecundùm legem *ibid.* quia conſuetudo aſt de iure civili adeò etiam, ut ſententia lata contra ſtylum curiæ ſit nulla, ac ſi lata aſſet contra legem, cum vicem legis obtineat *vide item* Teſſ.*dec.1.n.9.* ubi inter cætera, iudicem iudicantem contra ſtylum curiæ, facere litem ſuam. 6

Stylum Curiæ ſervari debere. Aſin.*de exec.§.4.c.25.n.10.* & quando Stylus curiæ ſatis probatus dicatur, *ibid.n.11.vide omnino* Rebuff. *in conſtit. regijs.tit. de conſuetudine uſu & ſtylo.* ¶ Conſuetudo & ſtylus an & quando præſumantur, Menoch.*lib.2 præſ.8.* 7

Stylum curiæ iudex ax officiò perquirere poteſt: Aſin.*de exec.§.3.c.114.* & quidem à tabellionib. & practicantib. *ibid.* & in ſtylo curiæ poteſt de facto ſupplere: Seb. Vant. *de null ſenten.ex defectu proceſſ.n.86.fol.577.* 8

Conſuatudo, ritus, ſtylus, differunt: Menoch. *d.præſ.8 n.2. & ſeqq.* ¶ Stylus particularis generali præſartur: Pet.Greg.*lib.1.part. iur. Canon. tit.c.13.* 9

Semper ſervandus aſt ſtylus & obſervantia curiæ: & ſecundùm ſtylum & obſervantiã debent cauſæ terminari: Vivius *deciſ. 297.lib.2.* 10

Stylus poteſt tollere ſolemnitatem citationis ita quod dictum teſtis parte non citata valeat: Ozaſcus *deciſ.22.* 11

Stylus iudiciarius cauſarum debet allegari, & iudex tunc debet interrogare practicos da ipſo ſtylo & ſecundùm reſponſiones ipſorum iudicare, ſed ſi non fuarit allagatus neq; probatus illius ratio haberi non debet: Boer. *deciſ.8.* 12

Stylus ubi in cauſis ordinatijs non apparet contrarius ab illo qui in ſummarijs eſt receptus extenditur de ſummàrijs ad cauſas ordinarias. Zach. Puteus *deciſ.130.lib.3.* 13

Quando dubitatur de ſtylo alicuius curiæ, poteſt iudex ſe informare (nullo citato) ab antiquis illius curiæ niſi ſtylus allegaretur ad litis decìſionem tunc plene probari debet: Caballi.*milleloq.829.*Magon. *deciſ. Lucen.87.* Rota Gennen. *deciſ.208.* 14

Commiſſarius alicuius curiæ debat ſequi ſtylum illius curiæ à quo electus eſt, non illius in qua audit teſtes Rebuffus *in conſtitut. Regijs tractat. de inquiſition. articul.8. tomo 3. fol. 844.* 15

Sty

16 Stylus & practica palatij ſervanda eſt & ab ea minime recedendum & tollit virtutem legis generalis non ſpecialis: Marcus de Mantua *ſing. 291.*

17 Stylus poteſt probari & allegari ad declarandum non autem ad corrigendum jus: Boet. *8. ubi exemplum recenſet.*

18 Literæ obtentæ contra ſtylum curiæ præſumuntur ſubreptitiæ vel falſæ & ut erroneæ non valent, & omniſſo ſtylo redduntur ſuſpectæ. Rebuffus *de conſuetud. art. 2. gl. 13. num. 32.*

19 Stylus ut valeat non requiritur ut ſit obtentus in judicio contradictorio: Cravetta *conſ. 1. par. 2.*

20 Stylus judicis delegantis eſt attendendus: Franc. Marcus *qu. 666. par. 2.*

SUBDITUS.

1 SUbditi inviti an poſſint particulariter vel univerſaliter à dominis ſuis alienari, *in* minorem vel potentiorem & in plures dominos, conſuluit eleganter: Roland. à Valle *conſ. ſuos. nu. 34. ibi diſputativè: num. verò 88. & in ſeqq. deciſivè. (ubi docet, regulariter eas alienari non poſſe, niſi cum univerſitate.)*

2 Nota: intereſt ſubditorum magis, eſſe ſub ſupremo domino, quàm ſub paruo: Canoniſtæ *in c. humilis, de majo. & obedien.*

3 Plus etiam intereſt ſubditis, unum habere dominum, quam habere plures: Boei. *in conſt. 67. nu. 31.* ¶ Expedit etiam ſubditis, dominos habere præſentes, & quos horatim etiam valent alloqui, & eos accedere abſq; expenſis: ſecundum Bald. *in c. 1. de majo. & obedien.* ubi dicit, quòd ſubditi deſiderant præſentiam domini faciat pro ſubditis dictum Innocen. *in c. quapropter, de electio.* quòd dulcius ſit, bibere de aqua fontis, quam torrentis. Hæc & alia multa bona, vide apud Roland. à Valle *in d. conſ. 1. lib. 1. nu. 34. & 88. notavi quædam ſupra in litera D. verſ. de dominis, & ibi de ſævientibus in ſubditos.*

4 Nota: in caſu urgentis neceſſitatis Reipublicæ, ſubditi poſſunt compelli ad vendendum res ſuas: *probatur in l. venditor, §. ſi conſtat. ff. ſi ſervi vend.* ¶ Etiam poſſunt tali caſu compelli, ut vendant pro viliori precio: *probatur in l. ſi pendentes, §. ſi quid, ff. de uſufr. tenuit per illa* Petr. Gerar. de Pet. Sanct. *in ſing. ſuo 100. incip. neceſſitas &c. & nu. 3.* ¶ Subditorum libertas Imperatori curæ eſſe debet tantum quantum & illorum benevolentia & obedientia: *l. 25. de appellat.*

5 Nota: ſubditi debent jurare domino, quod parebunt, & obedient ipſi: *gloſ. eſt in l. non videtur, § qui juſſu, ff. de rob. priv. a. quam allegat ad hæc* Guiliel. de Ludo. *in ſingul. ſuo 61.* ¶ Imò loco parentum ſubditi dominos ſuos venerari & honorare debent, & debent ipſi omnem obedientiam præſtare, niſi in atrocißimis, & contra verbum Dei præcipientibus: quia Deo magis timendum, quam hominibus: Franc. Zoannetti *in tract. ſuo de fonſ. parte 3. nu. 9. & in ſequentibus.*

De præſtationibus & operibus ſubditorum, dominis præſtandis, cogitur ſubditus ad præſtationem eorum, quæ longo tempore præſtitit, vel quæ ſunt de conſuetudine: contra conſuetudinem autem, ut præſtet ſervitia vel onera, à domino etiam, habente jurisdictionem, compelli non poteſt: *tenuit* Alex. de Imo *in conſ. 124. vol. 4. notat* Bart. *in l. 1. C. de excuſa muno. lib 10.* Bal. *in l. cum multum, C. de bonis libe.* niſi vellet dominus ſubditis imponere collectas pro neceſſitatibus univerſitatis: quia ad illas ſubditi cogi poſſunt Barto. *in l. 1. C. de ſuperind. e. lib. 10 notant omnes in l. 4. §. ſi aliter. ff. de rejudica. vide Alex. in d. conſilio.* 6

Darumb ſo ſeind auch etliche Fälle in der Churfürſtlichen Conſtitution benant / in welchen die Bawren oder Unterthanen / uber gewöhnliche Dienſte / jhrer Herrn Rittersitze zu bewahren ſchuldig: in caſibus, wann abgeſagte Feinde oder Mordbrenner vorhanden / auch in Kriegsleufften: *Art. 51. part. 2.* Es iſt auch ein jedes Dorff ſich ſelbſt zu bewahren ſchuldig: *vide de præſtationibus Dd. in l. ſi certis annis, C. de pact.* 7

Wie ein Unterthane / reſpectu feudi ſich gegen ſeinen Ober und Lehnherrn mit Demuth erzeigen ſoll / Welcher geſtalt ſeine Dienſte ſollen verkündigt werden / und wie er dieſelbe mit folge zuleiſten / und anders ſeinem Herrn zuthun / und wie lange und fern / auff ſeinen ſelbſt Koſten / er ſeim Herrn zufolgen verpflicht ſey / *habetur in textibus, & gl. cap. 3. & 4. in* Sächſiſchen Lehnrechten. 8

Et quod ſubditus ratione jurisdictionis teneatur ſequi dominum per 30. dies proprijs expenſis, tenuit Amanellus de Claris Aquis, *in ſingul. ſuo 109. per tex. l. tam, & ibi* Ioan. de Plat. *& ibi in gl. d. c. 3.* in Sächſiſchen Lehnrechten / notatur de fide reciproca domini & ſubditi: Trewe Herrn, Trewe Knechte / wie man ſagt Von Bawrfrohnen: *vide in Conſtitut. Elect. Saxon. Art. 53. part. 2.* 9

Nota: ſi dominus alicuius caſtri ſæviret in ſubjectum univerſitas caſtri, pro ſuo ſubdito poteſt ſuſcipere defenſionē: voluit Amenellius de Claris Aquis, *in ſingul. ſuo 75. per textum, l. duorum, C. de metu. lib. 12.* Princeps Imperij, coram quo judice ſuos ſubditos, & econtra ſubditus vel alius privatus Principem Imperij convenire poſſit, Mynſinger. *in obſervat. 1. cent. 5.* vult, quod in Cam. Imp. conveniantur, niſi Princeps probare poſſit 10

conſuetu

Digitized by Google

conſuetudinem, quòd coram ſuis conſiliariis conveniri debeat.

11 Subditis intereſt potius ſubijci Knich. *in priv. Duc. Sax. c. 2. fol. 35.* ¶ Subditus quis, nulla alia ratione dicitur, quàm ratione domicilij: *Celer p. 2. c. 1 n. 23.* nam ratione contractûs deſtinatæ ſolutionis, vel rerum ſituatarum ſub aliquo domino, ſubditus non dicitur.

12 Subditus pro ære alieno domini, neq; conveniri, neq; excuti poteſt: *laté* Colac. *p. 2. c. 3. n. 318. & ſeqq. declarat ut ibi.*

13 Subdito licet ſe eximere à dominica poteſtate, ob atrocem ſententiam: Guid. Papæ *decis. 62.*

14 Subditi Vaſallorum in quibus libertis æquiparentur, Menoch. *lib. 2. cent. 3. c. 230.* ¶ Subditos alere concordiam. Reipub. intereſt: Pruck. §. *venatio c. 4. n. 26.*

15 Subditi tenentur mandatis ſuperiorum, quæ honeſtati non repugnant, obtemperare: & maioris eſt imperare, minoris obſequi: Pruck. §. *venatio c. 4. n. 30.*

16 Dominus an poſſit cogere ſubditos, ut uno artifice utantur, Modeſt. Piſt. *p. 2. q. 84. & p. 1. quæſt. 36.*

17 Subditorum maior ſemper ratio habenda, quàm exterorum: Georg. Lorich. *in compend. repreſſal. n. 165. & ſeqq. fol. 22.*

18 Ruſticus ſi dicat, ſervitia ſe precario aliquandiu præſtitiſſe, dominus contrà, iure ſuo ſe exegiſſe, non ruſtico, ſed domino incombit probatio: Moller. *lib. 4. semeſt. c. 38.*

19 Præſtationes inſolitæ præſumuntur per vim impreſſionum extortæ: Moll. *d. c. 38. n. 7.* quia contra potentes præſumitur.

20 In controverſia finium ſubditi poſſunt deponere pro domino: Guid. Papæ *qu. 197.*

21 Etiam licet propriè quis ſociatur ratione domicilij non tamen poteſt quis dici propriè ſubditus ratione delicti ſeu contractus: Panorm. *in Repertor. in verbo torum.*

22 Licet ſubditus ratione domicilij, deſinit eſſe ſubditus mutatione domicilij: Panorm *in d. Repertor. in d. verbo eorum.*

23 Subditi an poſſint ad charitativum ſubſidium ab Epiſcopo cogi: Ludov. de Catinis *ad repertor. Panorm. in verbo charitas.*

24 Iudex ſi eſt ſubditus illius, cum quo litigatur, poteſt legitimè recuſari: Carol. de Graſs. *in Tr. Except. 24. nu. 100.*

25 Subditus non eſt teſtis idoneus: Proſper. Farinac. *in Tr. Teſtium lib. 2. & 6. quæſt. 55.* Joan. Mar. Monticel *in Repert. Teſtium in verbis Vaſallus vel ſubditus in cauſa domini non.* Carol. de Graſs. *in Tr. Exception. Except. 24. num. 102.*

26 Rex ſi dicat aliquid quod non eſt actum ac geſtum, vel atteſtetur contra non ſubditum, an ei credatur? Paul. Fuſc. *in ſingular. in verbo Rex num. 51.*

27 An principi licitum permiſſumque ſit civitates ſubditosque ſuos nolentes alienare? N. quia princeps inſtar tutoris & patris eſt a. eligitur ut augeat non ut diſperdat imperium, neque etiam caſu neceſſitatis alienare poteſt, quia non ſubditi propter neceſſitatem nimiam gravandi & principi etiam prodeſt ne pro lubitu cum ſubditis agere poſſit, ne in pauperiatem diſtrahendo & diſſipando provincias incidant textus ſunt: *c. 1. § ex eadem de lege Corradi c. 1. §. præterea ducatus de probib. feudi alienati per Frider.* D. Frid. Pruchmannus *meth. 1. cap. 4. eff. 6. ibi alleg. et exemplum Franciſci primi regis Galliæ.* Mandel. *conſ. 64.* Menoch. *conſ. 116. n. 12.* Horatii Mandoſ. *in addition. ad* Roman. *conſ. 20. nu. 11.* Gravetta *conſ. 54. n 3. conſ. qu. 63. n. 12.* Cacheran. *deciſ. 139.* Hartman. Piſtor *qu. 15. n. 14. lib. 1.* Catell. Cotta *in memor. V. Vaſallus* Tiraqual *de iure primogen. q. 1. §. 26 gl in. 78.*

SUBSTITUTIO.

1 Subſtitutio eſt in locum cuiuſcunq; inſtituti hæredis deficientis, inpoſitio: colligitur per Dd. *in l. 1. ff de vulga. & pupilla. ſubſtit.* ¶ Subſtitutionum autem ſpecies ſunt 5. Vulgaris, Papillaris, Exemplaris, Breviloqua ſeu Reciproca, & Compendioſa. Vulgaris ſic definitur: eſt altera hæredis inſtitutio, directa, in locum non adeuntis prioris inſtituti: deſumitur *ex l. 1 ff de vulga. & pupill.* ¶ Habet duas principales ſubdiviſiones: alia quòd ſit ſimplex, alia duplex: alia expreſſa, alia tacita.

2 Quando ſit locus huic vulgari ſubſtitutioni, ita ut ſubſtitutus poſſit admitti ad hæreditatem? quando expiret & deficiat? ſubſtitutos & fidaicommiſſarius quando concurrunt; quis eorum præferatur in adipiſcenda hæreditate? hæc omnia cum examinatione verborum definitionis, & cum declaratione ſubdiviſionum, docuit & explicavit Anto. Fumeius Pariſienſ. *in tract. ſuo de ſubſtitutio. in verſ. vulgaris ſubſtitutio.*

3 Pupillaris ſubſtitutio, de eius definitione, ſubdiviſione, quis poſſit pupillariter ſubſtituere, & cui poſſit ſubſtitui, de eius effectibus, docuit d. Antho. Fumeius, *in d. tr. verſib. ſecunda ſpecies ſubſtitutionis.*

4 De alijs tribus ſpeciebus, nempe Exemplari, Reciproca, & Compendioſa: quid quælibet ſit, quis illas facere poſſit; cui, quando, & quos effectus producat, vide d. Antho. de Fumei, *in d ſuo tract. de ſubſtitutionibus, præſtitutione uſq. ad finem. Vide tit. inſt & tit in ff. de vulga. & pupil. ſubſtitutio.* ¶ Sed notandum pater viſs non poteſt propter viſitatem pupillariter ſubſtituere filio ſuo: Bart. *in l. ſed ſi unus, §. filiofamil ff. de inius.* quia ficos non ha-

bet adminiſtrationem in filio in vita, propter eius utilitatem, ita minime habebit illam in morte, *facit quod notat. Bal. in l. quamvis, C. de fidei com.*

5 Nota: ſic pulcherrimum modum annulandi ſubſtitutionem, dicit Rober. Maran. *in ordine ſuo iudi. part. 6 in cap. de inquiſitio. nu. 69.* Quando ſubſtitutus excludat etiam liberos, de quibus teſtator in genere cogitavit, vide, Anto. Corſet. *in ſing. ſuo, in v. ſubſtitutio, & ibi vide aliqua de materia, l. ſi unquam, C. de revocan. donat.* Et ſubſtitutus quod præferatur conjuncto per jus accreſcendi, notavit cũ ampliationibus & 3. fallent. Soc. *in regul. fal. reg. 469 fol 761.*

6 Quando alicui ſubſtituatur ſic, (ſi deceſſerit ſine liberis,) & inſtitutus habeat unum liberum, evaneſcit ſubſtitutio: *tenuit* Guliel. de Lud. *in ſing ſuo 136. in v. lex eſt, quod ſi ſubſtitutus: allegat l. pater Severinam, §. 1. ff. de cond. & demon. notatur in l. ſi ex falſe, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebel. in l. non videtur, ff. de u. ſign.* Decian. *in conſi. 64. vol. 2. n. 23. idem* Decian. *in conſi. 78. vol. 2. in prin.*

7 Sed an filius naturalis (*Regulariter excludit: fallit in perſonis illuſtribus, item ſi expreſſe liberorum legitimorum mentio facta ſit, vel ſi eccleſia ſubſtituta ſit, quæ naturalibus præfertur.*) excludat ſubſtitutum, optimè iſtud & alia in materia ſubſtitutionis conditionalis, docuit Gayl. *in obſ. 136 lib. 2. obſ. ibi n. 10.* Quis dicatur ſine liberis decedere: (*Qui vel unum filium relinquit, non videtur ſine liberis diſcedere,*) & qui ſubſtitutos excludant, an fœminæ, & quæ requirantur in ſpecie conſuluit Decia. *in conſi. 1. volum. 2. per tot*, multa bona in iſta materia immiſcendo.

8 De conditione exiſtente, quatenus & qualiter ſubſtitutionem evaneſcere faciat, docuit idem Decia. *in conſi. 2. vol. 2. num. 18. & in ſeqq.*

9 In ſpecie quod legitimati per reſcriptum, non excludant ſubſtitutum ſub conditione, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, conſuluit d. Decian. *in conſi. 88. vol. 2. num. 11. & in ſeqq.* multum agendo de iſtis verbis: de legitimo matrimonio natis.

10 Item nepos ex filia, an excludat ſubſtitutum, & ſic an habeat locum *l. cum avus, ff. de condi. & demonſtra.* idem Decia. *in conſi. 107. vol. 2.* dicit, quod ſubſtitutum excludat, ſed conſiderandam mentẽ teſtatoris, & qualiter dicit, idem *in conſi. 74. vol. 3.*

11 Pater quod directè filio non poſſit ſubſtituere in legitima, ſed per fideicommiſſum notavit Guliel. de Lud. *in ſingula ſuo 153. allegans l. ex trib. C. de inoffi. teſta. vide declarationem* Matth. de Matthæſ. *in ſing. ſuo 166. & ibi in addi.*

Et nota: ſubſtitui pupillariter poteſt, qui inſtitui non poteſt: exemplum cape in ſpurio: *d.* Gulial. de Lud. *in ſingul ſuo 154. allegans l his qui ex bonis, ff. de vulg. & pupil ſubſtit.* 12

Et caduco facta uno gradu ſubſtitutionis, an ſequens admittatur, conſuluit diſtinguendo inter ſubſtitutiones, & conſiderando 4. caſus Decian. *in conſi. 8 vol. 2.* 13

De diſcreta inſtis. & ſubſtitutione reciproca, omnibus facta, an proximiores excludant remotiores in gradu, Decia. *in conſil. 96 vol. 2. & ibi* declarat, *§. qui diſcretas, in l. coheredi, ff. de vulga. & pupilla. ſubſtit.* Quod de linea in aliam lineam non tranſeat ſubſtitutio, donec eſſent de prima, conſuluit Decian. *in conſi. 98. vol. 3.* & de omni hac materia prædicta, conſuluit latiſſimè & eleganter Menoch. *in conſi. 106. vol. 2.* 14

De ſubſtitutionũ materia ſcriptores & conſulentes *vide* Danth. *in tr. de teſtam ſub n. t. in pr. fol. 36.* 15

Subſtitutio non eſt nec habet ſubſtantiam, ante conditionis eventum: Raud. *de anal. uni. & aqui. lib 1 c. 27. n 40. 41. & ſeqq.* 16

Subſtitutio qualis ſit, agnoſcitur ex actu ſucceſſivo & momentaneo: Fœnus *de mom. temp. c. 10. n 44.* ¶ Libri cenſeantur ne admiſſi ad hæreditatem ex teſtamento vel inteſtato, ſi teſtator ſubſtituendo hæredi ſuo, adjecerit illa verba: & ſi hæres meus decadat ſine liberis, ſubſtituo Sempronium, Guid. Papæ *dec. 39. & q. 184. n. 1.* & quid ſi dicat: ſi filius deceſſerit ſine maſculis liberis, *ibid.* & ſi liberi ſint ſubſtituti, habeat ne pater poteſtatem eligendi quos vult, *ibid.* 17

Reciproca ſubſtitutio, filiis partim puberibus partim impuberibus facta, num cõprehendat ſubſtitutionem pupillarem, & an jus talis ſubſtitutionis ad filiorum hæredes tranſeat: Thom. *dec. 25.* 18

Subſtitutio facta filiis in eum caſum, ſi deceſſerint ſine liberis, an hæc ſubſtitutio, ſacerdotis ſeu monachi perſonam comprehendere poſſit, Theſ. *deciſ 163.* 19

Subſtitutio reciproca, impuberibus conjunctim facta cum compendioſa, an contineat pupillarem: Vivius *dec. 397. lib. 2.* 20

Subſtitio propter incertitudinem perſonarum vitiatur, neq; legatum vel fideicommiſſum in ea valet, Vivius *dec. 412. lib. 3.* 21

Spes ſubſtitutionis ad hæredes tranſit, ſi conjectura teſtatoris mens apparet, quod expreſſe habuerit conſiderationem agnationis, & eius qui ſemel ſuccedere debet: Vivius *deciſ. 468.* 22

Subſtitutio filiis filiorum teſtatoris facta, quænam ſubſtitutionis ſpecies inducta, & an teſtator iſto caſu etiam pronepotibus ſubſtituere voluiſſe videatur, Vivius *deciſ. 529. lib. 3.* 23

24 Subſtitutio poteſt etiam fieri in contractibus. Petr. Greg. *lib 41. c. 5. n. 18.*

25 Subſtitutiones quot ſint, & de natura & diverſitate earum, vide per gloſſ. & Abb. *in c. Raynutius, de teſt.* & Bart. *in l. precibus C. de impub. & in l. centurio, de vulg. gl. in §. qua ratione, in verb. ad exemplum, Inſt. de pupill.* vide omnes, qui ſpeciales ſubſtitutionum tractatus ſcripſerunt, inter quos eſt noviſsimus Vlricus Zaſius. Et de materia ſubſtitutionis, vide Dec. *conſi. 318. vol. 2. in cauſa iſtorum nobilium.*

26 De ſubſtitutione pupillari, quæ non videtur, niſi expreſſa ſit, & quod ſubſtitutio facta ſimpliciter non includat pupillarem, quæ æqualiter non poterat habere locum, Dec. *conſi. 228. vol. 2.*

27 Subſtitutio compendioſa quando reſolvatur in fideicommiſſariam? Et conditio, ſi deceſſerit, verificatur illo non nato: Dec. *conſi. 238. vol. 2. proponitur.*

28 In vulgari clauſula, codicillaris nihil operetur: Dec. *conſi. 291. vol. 2. viſis diligenter.*

29 An ſubſtitutio vulgaris videatur, no fideicommiſſaria, *in eo.*

30 Quando & quibus caſibus tacite pupillaris admittatur, contra matrem, Dec. *conſ. 313. & ſeq. vol. 2.*

31 Quando quis ſubſtituit vel inſtituit Titium, & ſuos Liberos, an veniant Liberi ſimul cum Titio, an ordine ſucceſſivo, & illa verba, ordine ſucceſſivo, an intelligantur per vulgarē, an per fideicommiſſariam ſubſtitutionem, *vide* Dec. 205. *volum. 2.*

32 Quando filii eodem tempore cum patribus vocati ſunt, Dec. *conſi. 291. viſis diligenter.* an per illa verba, (poſt mortem omnium inſtitutorum ſubſtituo talem,) dicatur facta reciproce ſubſtitutio inter inſtitutos, *vide* Franciſ. Curt. *conſi 11. fol. 84. colum. 1.*

33 Subſtitutio facta deficientibus liberis, expirat liberis exiſtentibus, nec habet locum licet liberi poſtea moriantur ſine liberis: Dec. *conſil. 63. volum. 1. & in conſi. 218. volum. 2. in caſu ad me.*

34 In ſubſtitutione facta ſub duplici conditione, requiritur concurſus utriuſque conditionis: & de natura conditionis, Dec. *conſi. 89. vol. 1.*

35 Teſtator ſicut proprias filias excluſit ab univerſali inſtitutione, ſic videtur multò fortius alias fœminas deſcendentes, neptem, proneptem &c. à ſubſtitutione excluſiſſe.

36 Et ſicut in principali inſtitutione excluſit fœminas propter maſculos, ita etiam videtur excluſiſſe in ſubſtitutione; *vide pulcre* Franciſ. Curt. *conſi. 11. fol. 84. colum. 3. & 4. & fol. 85. colum. 1.*

37 In ſubſtitutione facta ad invicem comprehenditur fideicommiſſaria: Dec. *conſi. 86. volum. 1.*

Subſtitutio facta de filiabus teſtatoris, vel earum filiis, ordine ſucceſſivo intelligitur. 38

Et an in ſubſtitutione, appellatione filiorum veniant nepotes, Dec. *conſi. 95. vol. 1.* 39

An & quando ſubſtitutio de uno caſu ad alium trahatur, *vide* Dec. *conſi. 227. volu. 2. in caſu ad me tranſmiſſo.* 40

In ſubſtitutione fideicommiſſaria æqualiter veniunt filii ex diverſis nuptiis. Dec. *conſil. 304. vol. 2. in caſu propoſito.* 41

Subſtitutio vulgaris ex veriori ſententia in legitime fieri poteſt, & per ſubſtitutionem vulgarem nullum gravamen infertur filio, nec tollitur ſuitas: Iohan. del Caſtillo *c. 11. par. 3. controv. iuris.* 42

Etſi à matre pupillaris ſubſtitutio facta ipſo iure nulla ſit, in tacitam tamen vulgarem, data caſus convenientia converti poteſt, & eam tunc, quam vulgaris expreſſa habebit efficaciam: Eman. *Soar. in add. ad* Gomez. *var. reſolut. c. 3. add. penul.* Covarruvias c. Raynutius §. 5. n. 5. v. 12. *extr. de teſtam. arg. l. fin. C. hæred. inſtitut.* 43

Subſtitutio pupillaris à matre facta, modo fiet in codicillis, convertitur in fideicommiſſariam, ſed illa fideicōmiſſaria ſubſtitutio reſultens ex inutili à matre facta pupillari, non ducet ultra impuberem eius, cui facta eſt, ætatem: Valqu. *de ſucceſſ. progr. §. 11. n. 29. & §. 14. n. 86. arg. l. Scævola ff. ad Trebellian.* Gomez *var. reſolut. lib. 1. c. 4. n. 6. ibi* Soarez *in add. n. 22.* Michel Graſſus *lib. receptar. ſentent. §. ſubſtitut. qu. 21. n. 4.* R:pa *in l. centurio n. 126. ff. de vulg. ſubſtitution.* 44

An mater pupillariter ſubſtituere poſſit ſtante ſtatuto, æqualem illi ac patri poteſtatem tribuente? Aff. quia conceſſo uno, conceduntur omnia, quæ ſequuntur ex illo, patria autem poteſtas eſt cauſa ſubſtitutionis pupillaris: D. Frider. Pruchman *in l. in multis art. 2. memb. 4. par. 2. n. 6. de ſtatu homin.* Graſſus *in §. ſubſtitu. qu. 23. n. 4.* 45

Si in ſubſtitutione concurrunt ſubſtitutus à patre item ſubſtitutus à matre ſubſtitutus à patre potior erit, quia paterna prudentia liberis plenius conſulere ſolet: *arg. l. Humanitatis C. impub. & alior ſubſtitution.* Graſſus *lib. receptar. ſentent. § ſubſtitutio qu. 45. n. 7.* Veſquius *de ſucceſſ. Progr. §. 17 n. 39.* Paulus Leonius *tr. exempl. ſubſtitut. n. 54.* Lapecilot. *pol. de exemp. ſubſt. n. 6.* 46

Subſtitutione facta per teſtatorem in genere de proximiore de domo, an utrinque coniunctus præferatur conſanguineo & an in caſu hic poſito cenſeatur inducta reciproce ſubſtitutio inter maſculos ad excluſionē fœminarum? Ad primam quæſtionem reſpondet Ceſp. Anton. Teſſaur. *qu. forenſ. 74.* quod conſanguineus uno latere conjunctu admittatur; ad alteram quæſtion. reſpondet [illegible] fœmi- 47

fœminas in illa ſubſtitutione non excludi Alexand Trentacinquas *in tractatu ſubſtitution.p.5.capu.*

47 Exemplaris ſubſtitutio dicitur teſtamentum furioſi, ſicut pupillaris pupilli, & exemplaris ſubſtitutio eſt teſtamentum quod fit à parentibus pro filiis puberibus furioſis vel alterius morbi cauſa teſtari non valentibus, illa ſubſtitutio etiam à matre fieri poteſt, ſed tum demum ſi à patre non fuerit facta & ſic in defectum patris non facientis, non alias: ſimiliter avus paternus non poteſt exemplariter ſubſtituere niſi matre deficiente & non ſubſtituente & deficiente avo paterno avus maternus ſubſtituit, non ergo poſſunt prædicti diverſas ſubſtitutiones exemplares ſimul facere, ſed ſuo ordine, Iohan. del Caſtillo *aſſert.56.57.58.59.in tracta.ſive aſſertion.annexo tractatu.de uſufr.*

48 Pater exemplarem ſubſtitutionem faciendo, filios furioſi, aut prodigi, muti ſubſtituere tenetur, eoſque cæteris aliis præferre: nec poteſt unum filium ſubſtituendo alios præterire Iohan Caſtillo *aſſert.*61.

49 Exemplaris ſubſtitutio ceſſante morbo aut furore evaneſcit, reconvaleſcit tamen quando furor reverſus eſt vivo adhuc ipſo teſtatore qui deceſſit cum eodem teſtamento, & tunc filius eodem furoris morbo laborabat: Iohan Caſtillo *aſſer.* 67.

50 Filius naturalis an excludat ſubſtitutum? N. niſi aliter de mente teſtatoris conſtaret: Florez Diez de Mena *qu.15.libro primi n.32.*

51 Subſtitutio pupillaris an ex rigore iuris, vel ex humanitate, an ex gratia fuerit introducta? ex rigore iuris eſſe introductam, decidit Iohan. del Caſtillo *c.14.quotidian.controverſ.ar.* Auton. Pichardus *in rub. inſtitu. de pupill.ſubſtitu.n* 15. Eſpinn *in ſpeculo teſtam gl.* 23 *n.14. diſſent.* Alexand. Trentacinqu. *de ſubſtitut.par.qu.1 n.7.* Coſtanus *qu.iur.c.6.n.13.*

52 Subſtitutio pupillaris an patris vel filii dicatur teſtamentū? patris quia is in effectu teſtatur Iohan. del Caſtillo *d.c.14.n.5.* Iohan. Oinotomus *ad inſt.tit.de ſubſtitut. de compend. ſubſtit.n.11.* Vacō. à Vacuna *lib.4.declara.declar.73.n.6.* Connanus *lib.10.c.8.comment. iur. civil.*

53 Subſtitutio pupillaris quare introducta, curioſa magis quam utilis & neceſſaria in praxi quæſtio eſt, ideo autem introducta ne filius impuber ſine hærede decederet quia apud Romanos ignominioſum fuit ſine hærede decedere: Iohan. del Caſtillo *c.15.controverſ.quotidian.* Iohan. Oinotom. *in princ.inſtitut.de pupil.ſubſtitu.n.*11. Alexand. Trentacinquus *de ſubſtitut.2.par.c.3.n.1.* Iohan. Fickardus *ad rubr. Inſtitution.de pupill ſubſtit.n.14.*

54 Subſtitutione reciproca inter duas lineas facta an ad caſum extinctionis alterius ex dictis lineis ſine legitima maſculina proſe limitata & reſtricta, an & quando in conditionale fideicommiſſum univerſa reſolvatur diſpoſitio, ſtante maxime clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum in ea appoſita videatur, Iohan. Baptiſta Coſta. *conſ.31.per totum.*

Subſtitutus pupillaris etiam turpis fratrem conſanguineum aut etiam matrem ipſam excludit tam in pupillari, quam exemplari ſubſtitutione Iohan Caſtillo *c.19.controverſ.n.9.* 55

Subſtitutus vulgaris inſtituta turpi perſona, an debeat excludi per fratrem, qui inofficioſi teſtamenti querelam inſtituit ut quamvis inſtitutus obtinere non poſſit hæreditatem, locus non ſit ſubſtituto: *vide* Anton Pichard. *in §. ſoror inſtitu. de inoffi.teſtam.* Hieron. de Zavall. *practic. quæſtion.566.* Angel Mattheac. *de legat. & fideicom.lib.4.c.9.* Anton. Theſaur. *deciſ 127.per tot.* 56

Subſtitutio propriè an dicatur fideicommiſſaria & in ſtatutis utrū appellatione ſubſtitutionis comprehēdatur? N. Alex. Trentacinqu. *de ſubſtitution. in præfation.n.22.* Paul. Leon. *de ſubſtitution.in prælud.n.85.* Angel Mattheacius *de fideicommiſ. lib.1.c.6. à n. 2. vide tamen.* Iohan del Caſtillo *c.22.varr.controverſ. ubi alleg. vocabulum ſubſtit.latè & ſtrictè accipi.* 57

Subſtitutiones vulgares & pupillares quæ ſub reciproca continentur tunc demum dicuntur expreſſo verbis generalibus, cum reciproca generaliter aut ſimpliciter continetur, ſecus tamen ſi ad unum caſum teſtator ſe reſtrinxit, ita ſcilicet, vos invicem ſubſtituo ſi alteruter veſtrū hæres non erit, tunc enim pupillaris non continetur rigore reciproco ſed ſub vulgari expreſſa nec matrem excludere poteſt: Alexander Trentacinquus *de ſubſtitutio.1.par.c.1.* 58

Clauſula (inſtituit & ſubſtituit, ſeu voluit & vult quod ſuccedat & ſuccedere debeat) in ſubſtitutione in qua quis ſubſtituitur heredi & eius filiis in infinitum ſive filiis decedentibus quid operetur? R. fideicommiſſariam univerſalem ſubſtitutionem: M. Anton Peregrin. *de fideicomm.articul.5 n.2. articul.34.n.3.* Iohan. Baptiſta Coſta *conſ 1.n.56.* 59

In ſubſtitutione fideicommiſſaria de proximioribus facta an nepos ſuccedat cum patruo? Aff. ſed limitatur varie: primo non ſuccedit quando ſubſtituti ſunt ſuperſtites. 2. quando ſubſtitutio eſt facta de filiis & deſcendentibus 3. quando ſubſtitutio eſt facta de certis gradibus perſonarum 4. quando agitur de fideicommiſſo aſcendentis: Iacob. Marchiſel. *qu.42.per totum lib.recollectar.* 60

Compendioſa ſubſtitutio an excludat matrem? R. de iure fori excludit ne ut in foro conſcientiæ & poli legitimam ipſi deberi eleganter & luculenter *tractat.* Iacob Marchiſellus *qu. 43.per totum lib.recollectar.* 61

In

Digitized by Google

62 In reſiduo bonorum ſubſtituti non ſunt univerſales, ſed particulares fideicommiſſarij, proindeque ipſi conveniendi non ſunt ad legatorum ſatisfactionem, cum onus legatorum ad ſubſtitutum in rebus certis non pertinet: Marchiſell. *qu. 65. per totum lib. recollectar.*

63 Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum hæc clauſula ſubſtitutionis tribuit electionem ſubſtituto ex qua magis velit, nam ſæpe expedit magis ex una quam ex altera ſuccedere: M. Anton. Peregrin. *conſ. 46. vol. 1.*

64 Ex vulgari magis quam per pupillarem quis præſumitur portionem pupilli agnoviſſe: M. Anton. Peregr. *in eod. conſil.*

65 Pupillariter ſubſtitutus non poteſt per pupillarem ſuccedere, niſi pupillus agnoverit paternam hæreditatem aut ſubſtitutus jure tranſmiſſo: M. Anton. Peregrin. *conſ. 46. vol. 1.*

66 Subſtitutio reciproca in dubio ex ſolis verbis invicem ſubſtituit non cenſetur inducta: Cæſar Barzius *deciſ. 9. nu. 13.*

67 Subſtitutio reciproca ſimplex fideicommiſſariam non comprehendit ſed directam tantum, quæ regula non procedit quando ad plures gradus ſubſtitutionum fit proceſſum aut ſubſtitutio facta ultimo morienti: Cæſar Barzius *deciſ. 10. nu. 14.*

68 Subſtitutio, quando non eſt facta mentio mortis, præſumitur vulgaris, ſi inſtituti ſcilicet & primo loco ſubſtituti nolleot hæreditatem adire, præſertim quando teſtator uſus eſt verbo inſtituo quod eſt directum, tamen hæc concluſio non procedit quando adſunt verba tractum ſucceſſivum denotantia, & quando ſubſtitutio facta eſt cum fratribus de filijs nondum natis, & quando licet teſtator mortis mentionem non fecerit, non modo ſubſtituit per hæc verba vulgariter, ſed etiam pupillariter & per fideicommiſſum: Cæſar Barzius *deciſ. 16. à n. 1.*

69 Subſtitutione poſt mortem filiorum & deſcendentium teſtatoris facta, altero ex illis decedente, alij ex præſumpta voluntate teſtatoris ſubſtitutum excludunt: Cæſar Barzius *deciſ. 6. n. 45.*

70 An fiſcus vulgarem ſubſtitutum excludat, ut ſi hæres delictum committat propter quam hæreditatem habere non poteſt N. Franc. Duaren. *ad titu. de ſubſtitut. titul. quibus verbis fiat ſubſtitutio vulgar.* Petr. Toloſan. *in ſyntagm. juris lib. 42. c. 14.* Fachineus *lib. 4. c. 14.*

71 Filio repudiante hæreditatem vulgariter ſubſtitutus ſuccedit non pater: Arumæus *diſputat. 8. exercit. 10.* Donell. *lib. 6. comment. c. 14.* Connan. *lib. 10. comment. 7. n. 4.*

72 Minore adeunte hæreditatem, & adverſus aditionem in integrum reſtitutio vulgaris ſubſtitutio admittitur, Govean. *2. lect. c. 11.* Chiflet *de ſucc. ſubſtitu. c. 13.* Anton. Faber *lib. 3. conjecturar. c. 4.* Coſtalius *in l. ait prætor §. de minorib.* Guiac. *ad l. 7. §. 10. ff. de minorib.*

Ut ſubſtitutio pupillaris valeat utroq; & ſubſtitutionis & mortis tempore pupillus in poteſtate parentis eſſe debet: Donell. *lib. 6. comm. 25.* Arumæus *diſput. 8. exerc. 16.* Gulielm. Forſter. *diſput. 13. th. 8.* Philipp. Hænonius *diſput. 8. qu. 17.* 73

Subſtitutio pupillaris puberi verbis directis facta, ne quidem per vim fideicommiſſi valet: Guiacius *lib. 11. obſerv. 25. & lib. 12. obſer. 27. & lib. 17. obſer. 26.* Connan. *cap. ult. lib. 9. comment.* Bronchorſt. *cent. 4. aſſert. 33.* Arumæus *diſput. 8. exercit. 12. vide* Donell. *lib. 6. comment. c. 25.* Vacun. à Vacuna *lib. 4. declarat. 64. nu. 9.* Gomez. *lib. 1. reſolut. 4. n. 6.* 74

SUBSTITUTIO IN ALTERIUS LOCUM.

PRocurator conſtitutus poteſt conſtituere procuratorem, quando ad hoc habet ſpeciale mandatum: fines enim mandati ſunt diligenter obſervandi: *l. diligen. ff. mandat. alias non.* 1

Vel ſi ſit ante litis conteſta. conſtitutus, & lis ſibi fuerit conteſtata: tunc enim poteſt ſubſtituere, quia dominus litis eſt factus: *l. procuratorib. C. de procu.* ſecùs autem, ſi poſt litis conteſt. quis demum eſſet procurator conſtitutus: quia iſto caſu non poſſet ſubſtituere: Chil. König. *in pract. ſua c. 16.* Procurator, welcher ſubſtituirt wird / habetur *in l. quòd & ibi, per* Bart. *C. eod. tit. c. 2. de procur. in 6.* 2

Sed non habens ſpeciale mandatum, an poſſit procuratorem ad appellandum ſubſtituere, ſi quidem lis in prima inſtantia fuerit conteſtata? dicit, quòd ſic, Lud. Roma. *in ſing. ſuo 508. incip. dubitatur, allegat l. ab executore, §. ſi procurator, ff. de appella.* 3

Quando dubium eſt de ſubſtitutione, debet cavere, procuratorem ſubſtituentem ratum habiturum: nec eſt opus, ut caveat pro domino: Ludov. Roman *in ſingula. ſuo 98. incip. tu habes, numer. 2.* Bart. *in l. de curatore in princ. ff. de cura. bo. dan.* 4

An poſſit doctor legere per ſubſtitutum? item an poſſit poteſtas regere per ſubſtitutum? & de ſcriptore, qui vult per alium ſcribere, an poſſit, & quatenus, docuit Specu. *in titu. de ſalarijs, §. fin. mihi nume. 9.* tenet uno & contrà: tandem diſtinguendo ſoluit, quòd ex juſta cauſa poſſit fieri, alias non. 5

Sed nota: volens ſervire per ſubſtitutum, ſemper debet ſervire per hominem æqualis conditionis: *ita probatur in l. 1. C. de præpo. agen. lib. in rebus, lib. 12. & ibi* Bart. exemplum ponit de doctore vel milite. 6

7 Item debet ſubſtitutus morib. eſſe præditus, ſcientia & peritia eruditus: notavit Antho. Corſet. *in ſingu. ſuis, in verb. ſubſtitutus.*

8 Et ſubſtitutus, omnibus privilegijs & prærogativis ſubſtituentis gaudare debet: *l. unicuiq; C. de prox. ſacri ſcri. lib. 1. C. de Caſtr. & miniſterianis, ubi* Lucas de Peon. *lib. 12.* Sylva *in conſ. 66. num. 17. lib. 2. vide qua notavi ſupr. in lit. S. verſ. de ſubragata.*

9 Vide quæ notavi in Ceroc. *tr. de lac. & conductis. tit. de induſtria perſona.* ¶ De ſurrogatione, Marſil. de Bannit. *in verb. ſurragantur.*

10 Surrogatus debet habere ſalarium eius cui ſurrogatur: Marſi. *de banuit. d. verb. ſurrogantur, n. 12.* & debet ſervare terminum, qui eſt datus ei cui ſurrogatur: *num. 13.*

11 Verba confidentes de fide tua an inducant induſtriam perſonæ? Aff. ſed non excludunt ſubſtitutionem, in negotio quod poſſat retardari vel differri, ſi non fieret ſubſtitutio ut in collectora & ſimilibus Mandos. *regul. 4. qu. 11. nu. 3.* Creſcent. *deciſ. 1. de offic. de legat.* Stephan. Gratian. *in addition. deciſ. Marcb. deciſ. 157.*

12 Induſtria perſonæ non cenſetur electa per clauſulam conſcientiam oneramus & non cenſatur impedita ſubdelegatio, dummodo committatur cognitio & examen perſonis in dignitate conſtitutis ſecundum formam: *c. ſtatutum de reſcript. in 6* Flores. *practicar. quaeſtion. lib. 1. qu. 4. n. 67. uſq; ad num. 71.* Navarr. *conſil. 6. de officio de legat.* Steph. Gratian. *in addit. d. deciſ.*

13 Regula quod non licet nomine proprio neq; licet alieno non procedit, ſi quis conſtituitur tanquam nudus miniſter ad exercendum certum & determinatum actum tunc poterit alieno nomine exercere, quod per ſe non poſſit Spin. *de teſtam. gl. 5. princ. num. 30. uſq; ad nu. 46.* Stephan. Gratian. *d. loco.*

14 Subſtituens tenetur de culpa & defectibus ſubſtituti Stephan. Gratian. *ibidem.*

15 Doctor legens poteſt ſubſtituere filium ſuum, licet ſit minoris doctrinæ & ad modicum tempus; alias non poſſet ſine conſenſu eorum quorum intereſt: Stephan. Gratian. *d. loco* Mar. Mantua. *ſing. 31.* Jacob. Ben. *de privileg. ſcolar. pr. 13.*

SUBTILITAS.

1 IN quæſtionibus decidandis ſubtilitas eſt vitanda: hæc regula approbatur, *in l. ſi fidejuſſor, §. quadam, ff. mandati,* ubi Ulpianus, bonæ (inquit) fidei non congruit de apicibus juris diſputare: *facit text. in l. ſi ita, §. fin. ff. ad leg. Aqui.* exemplum proponitur, *in l. ſicut, § ſi debitori. ff. quibus mod. pig. ſolvi.* aliud proponitur argumentum, *in l. 9 §. ſi ras, ff. de iure dot. l. 7. C. de inſt. & ſubſtit.*

Dicens ibi, ne, dum nimia utimur circa huiuſmodi ſenſus ſubtilitate, iudicia teſtantium defraudentur: *& in l. 7. C. ad SC. Trebell. & eſt text. in l. ultima, C. de jure dotium:* Porrò ſubtilitati opponitur ſimplicitas, quam Impe. *in Inſt. de legi. agna. ſucceſſ. §. & hac quidem,* dicit legibus eſſa amicam: Geyl. *in obſer. 20. lib. 2. nu. 5.*

Subtilitates JCtorum & Dd. inter quas in vulgari ſermona differentia haberi nequit, ut eſt inter, Emera & comparare filios & liberos, inter vulgares ſervari non debent: *ita not. dixit* Bar. *in l. ſi quid earum, de leg. 3 ſic dixit l. conſulendo.*

An omnia bona dentur poſt mortem? an detur hæreditas, tanquam jus ſuccedendi. 4

Sermones probatos in vulgari, debemus interpretari ſecundum vulgarem communem uſum loquendi. Sed probatos in litarali ſermone, debemus interpretari ſecundum artem literarum: Bald. *in l lege, in ult. col. C. de leg. har* Alex. *in conſi. 26. nu. 6. in 3. val.* 5

Subtilitas nimia damnum afferre potens, eſt fugienda: *l. penult. C. ad Trebell. l. lege 12, i ab C. de legit. har.* 6

Factum ſubtiliter emendans, laudabilior eſt eo, qui invenit: *l. 1. §. omnia, C. de vet. jur. enucl.* 7

Subtilitas abijcienda: ita JCtus per exempla declarat, *in l. ita vulneratus, ad l. Aquil.* 8

SUCCESSIO AB INTESTATO.

ISta ſucceſſio ſtat, & regulatur in triplici linea: in linea deſcandenti aſcendenti, & collaterali.

Deſcendens linea prima eſt in ſucceſſione, ita quòd excludat aſcendentem & collateralem: *hoc probatur in tex. Inſt. in tit. de har. quæ ab inteſta. deferuntur, §. inteſtatarum autem, in Authe. de Hæred. ab inteſta. venien §. ſi quis agitur: in jure Saxo ex Art. 13. & ibi in add. latin. lit. F lib. 1.* Land Recht *; ſatis Art. 17. lib. eod.* & ibi ſuccedunt filij in capita: item ſuccedunt nepotes jure repræſentationis cum patruis, in bonis avi, in ſtirpas: *Art. 5. in pr. lib. 1.* Land Recht. 2

Et de materia juris repræſantationis in ſuccedendo, vide Decia *in conſi. 1. val. 1. n. 345. & in ſeqq.* optimè conſuluit in iſta repræſentationis materia idem Decia. *in conſi. 63. eo valu. 2.* & ibi, an huic juri repræſantationis ſtatuto vel diſpoſitione aliqua poſſit derogari. 3

Et *juxta text. Art. 17. lib. 1,* nepos excludit patrem, matrem, fratrem, & ſororem defuncti. 4

Tenentur tamen ad collationem eorū, quæ antea perceperunt ex hæreditata, niſi etiam ſufficienter & ſpecialiter renunciaverint ulteriori ſucceſſioni: tunc enim non admit- 5

admittuntur, etiam cum collatione: *Art. 13. lib. 1.* LandR. *notavi ſupr. in lit. C verſic. de collatione bonorum, & in lit. R. verſic. de renunciatione ſucceßionis.*

6 Quandò in ſucceſſione regni concurrunt filius, ſecundò genitus, & filius primogeniti; & ſic nepos cum patruo, quis præferatur in ſucceſſione? quæritur, & diſputatur quidem pro & contrà: ſed tandem reſpondetur, & concluditur pro nepote: nam dicitur videri repræſentare perſonam patris: & quòd ſubſtantia patris in filium videatur transfuſa; conſuluit Paul. Caſtr. *in conſil. 162. incip. in præſenti cauſa*, Schurff. *in conſ. 1. cent. 2. Et tenuit* Pet. de Ravenna. *in aureo ſuo Alphab. lit. P. verſic. primogenitus: &* Mynſing. *in obſer. 23. cent. 3.* & eſt caſus, ubi nepos excludit patruum.

7 Nepos cum patruo, an & quando ſuccedat in feudo, vel non, notavi ſupr. *in lit. F. verſi. de feudi acquiſitione, circa finem.* ¶ De ſucceſſione filiarum, etiam cum collatione in Gerada vel utenſilibus, *vide in Art. 5. lib. 1.* LandR. Ob aber ein Weib jhrem Ehemann/ die Gerade unter den Lebendigen ubergeben könne/ und wie die Gerade der nechſten Niffteln zu nachtheil könne vergeben werden? uxor donare non poteſt, neq; inter vivos: ſed alij benè inter vivos: & qualiter fieri poſſit, docet Conſtit. Elect. Saxo. *in Art. 13. & Art. 14. part. 2.* ¶ De ſucceſſione in rebus expeditorijs, im Hergewette, *habetur in tex. addi. & gloſſ. Art. 22. eo. lib. 1.* LandR. *& in Art. 23.*

8 Succeſsio in jus defuncti aut eſt patrimonialis, ex iudicio defuncti, ſive diſpoſitivo ſive promiſſivo: aut eſt non patrimonialis ex remotione alterius, eaq; vel electiva, vel jure ſanguinis per legem aut conſuetudine delata: Dauth. *l. ſi ſub n. 16 fol. 222. c de pact. & n. 66 fol. 236.* ¶ Si quis decedat in loco cujus juriſdictioni non ſit ſubiectus & in quo bona habet, in ſucceſſione illorum bonorum ſervatur ius commune & non ſtatutum illius loci quando in perſonam loquitur non in remata tenet Berous: *qu. 117.*

9 Liberis non exiſtentibus, pater & mater ſuccedunt, excluſis omnibus alijs, *Art. 17. in ... lib. 1.* LandR. ¶ Sed quæritur, Ob die Mutter von jrer Kinder ſucceſſion, durch deß Vaters außtrückliche Verordnunge/ oder auch ſonſten/ ex natura ſubſtitutionis gantz und gar könne außgeſchloſſen werden? declaratur, quòd ſemper ſibi ſalva remaneat tertia pars omnium bonorum, hoc eſt, LEGITIMA: *in Conſt. Elect. Sax. Art. 5 par. 3.*

10 Deinde quæritur ob der Vater/ nach Sächſiſchen Rechten *ex interpretatione Art. 17. lib. 1.* LandR. die Mutter von der Kinder Erbſchafft außſchlieſſe? in d. Conſtit. *Art. 17. par. 13.* concluſum eſt, quòd ſecundùm ius Cæſareum & conſuetudinem regionum Saxonicarum, pater & mater ſimul liberis ſuis ſuccedant, & pronunciandum eſſe cenſetur.

Leſt einer nicht Vater noch Mutter/ ſeine Schweſter und Brüder/ die ungezweyet ſeind/ oder jr eins/ nemen ſein Erbe/ ſie ſtehen ... warts oder ſeithalben: *li. 1. Ar. 17. à contrario ſ...ſu*, und ſchlieſſen auß Großvatern/ Groß mutter/ und Vatern Brüdern. ſie nemen auch Hergewette und Gerade/ deficientibus alijs: Sed in hac linea transverſa nota, das die halbe Geburt ſchreitet in ein ferner Glied: *tex eſt in Art. 3. ibi.* Iſt aber eine zweyung unter jhnen *lib. 1.* LandR. Darumb nemen Brüder und Schweſter jhrer ungezweyten Brüder/ und Schweſter Erbe/ vor den Bruder und Schweſter/ die mit ihnen gezweyet ſeind/ von Vater und Mutter/ da ſchleuſt volle Geburt die halbe auß/ *Art. 20. lib. 2.* LandR. ¶ Et in hoc caſu pulcherrimè conſuluit Decia. *in conſi. 16. vol. 1.* quærens, ſtante ſtatuto, quòd maſculis exiſtentibus excludantur fœminæ, an utrinq; conjunctus præferatur conſanguineo vel ex uno latere conjuncto ſaltem? vide quia ſunt bona, & prodeſt ad theoricam, quæ eſt, quòd duo vincula plus ligent, quàm ſimplex.

Ungezweyter Brüder Kinder/ ſind auch gleicher nahe den gezweyten Brüdern an Erbe zunemen: *& hoc de iure Sax. d. Art. 20. lib. 2.* LandR. *facit Conſt. Elect. in Art. 18. part. 3. verſ.* wann aber ein halber. Aber nach Weichbilde ſchlieſſen halbe Brüder/ oder Schweſter/ volle Brüder/ und Schweſter Kinder auß: *& ſic pronunc. Magdeburg.*

Et in iſta linea collaterali vel transverſa nota communiſſimá regulam iuris Sax. *in Ar. 17. lib. 1.* LandR. Wann ſich ein Erbe verſchweſtert oder verbrüdert. alle die ſich gleich nahe zu der Sippe ziehen mögen/ die nemen gleichen theil daran: & ſic ſuccedunt iſto caſu in capita, & non in ſtirpes: *concordat tex. Ar. 3. eo lib. 1.* facit Conſt. Anhaldinæ, *in c. 44. verſi.* wann einer unteſtirt, dicens, quòd filij fratrum & ſororum ſuccedant in capita, und ſolchs J. F. G. in jrem Lande nach des Reichs Abſchiede/ Anno 1529 geſatzt und geordnet/ erhalten haben. i. addit d. tex. der ſich aber naher zu der Sippe ziehen mag/ der nimpt das Erbe dem andern weiter zuvor. Und nach dem Text werden Brüder und Schweſter Kinder zuvor gezogen/ alſo daß des ius repræſentationis nicht ſtat hat: Nemlich das Brüder und Schweſter Kinder mit jhrer Vatern Brüdern und Schweſtern/ an ſtat jhrer Eltern nicht erben können & ſic pronunciant Magdeburgenſe.

In dem aber zweyet ſich das Keyſer Recht/ dann daſſelbe leſt in der linien collaterali, das ius repræſentationis ſo wol als in niedern ſteigender linien zu/ *prout eſt gloß. fin. in Auth. itaq. C. commu. de ſucceßio.* tunc etiam admittitur ius repræſentationis, *vigore Conſt. Caroli V. An. 1529 pr ...* caſu refert d...

Saxonico, de jure communi, & de jure conſiſcationis allegatæ, Mynſing. *in reſponſo ſuo 96. decad. 4.*

15 Sed in provincia Saxonica non derogat juri Saxonico, es were dann die Conſtitu. an Orten promulgirt vnd angenommen; vnnd gehalten *teſtatur Conſtitu. Anhaldina, in c. 44.* ſo aber wil ſie nicht weiter zu extendiren ſein/ niſi ad primum gradum filiorum, fratrum & ſororum, non etiam ad ulteriores: *vide additio. latin. in lit. M. Art. 3. lib. 1.* LandRecht.

16 Halber Bruder oder Schweſter ſchleuſt auß deß Vaters oder Mutter Schweſter von voller Geburt. Item vollbürtige Geſchwiſter/ oder Bruder Kinder/ſchlieſſen auß deß Vaters vnd der Mutter vollbürtige Brüder vñ Schweſtern/Sollen aber hinwieder der halben Brüder Kinder/ vnd der vollbürtigen Geſchwiſter Kinder Kindt außſchlieſſen: & ſic pronunciatur in provincijs Saxonicis, *ſecundùm Conſtitut. Elect. Art. 18. parte 3.*

17 Et eandem in ſucceſſionibus collateralium inter ſe, vel cum aſcendentibus, vide informationes ſecundùm jus Magdeburgenſium, Georgij de Rotſchitzen/ hinter ſeinem Gerichtlichen Proceß/ von erklärung vnd Regula deß Bannis der Mageſchaffe/ *verſic.* vnterweiſung nach Magdeburgiſchem Rechte. Vide Chil. König *poſt ſuum proceſſum. in verſic.* von *ſucceßion* vnd Erbe zunemen nach Sächſiſchen Rechten: declaravit ibi formando octo regulas, ſubjunxit von halber Geburt/ & addit ſingulares aliquas obſervationes Scabinatus Magdeburgenſis & Lipſenſis: *de iſtis vide ibi.*

18 Et omnem materiam ſucceſſionis ab inteſtato, tam de jure Saxo. quàm civili, pulcherrimè demonſtratam per Ambroſi. Schurerium, *in ſuo tract. de ſucceßio. ab inteſtato.* Et omnia modò dicta, quæ diſponunt de ſucceſſionibus & hæreditatis perceptionibus, ſunt intelligenda de legitimè ex juſto matrimonio natis.

19 Sed quid in naturalibus tantùm? diſponit jus Saxon. quòd hæreditatem neq; percipiunt, neq; tranſmittunt ad hæredes, ſed quòd fiſcus ipſis ſuccedat: *vide gloß. 5. in Art. 51. lib. 1.* LandRecht/ *& ibi in tex. additio. & gl.* De legitimis tantùm, vel de legitimatis, de ſpurijs & inceſtuoſis, vide Schurerium, *in d. ſuo tract. de ſucceßio. ab inteſtato, tit. 5.* de liberorum, & correlativè parentum, inde & cognatorum ſpeciebus, item tempore concepti & editi partus.

20 Et de ſucceſſione naturalium, ſpuriorum, legitimorum natorum, & legitimatorum liberorum, parentum & collateralium, vide Dn. Matthe. de Matheſil. *in tractatu ſuo de ſucceßione ab inteſtato, uſq; ad 4. art. principalem.*

21 Et de omni genere ſucceſſionum Nicol. de Ubald. *eodi tractat. per totum: requiri tractat.* D. Divi Mugellani: *tractat.* Roland. Paſſagerij, Bononienſis: *tractat.* Cyni Piſtorienſ. Anto. de Roſell. Olivarij Textor. Turonenſ: *iſte inter alia num. 58. docuit de ſucceßione adeptivorum:* Didacum Covarr. Toletan. Maturin. Montan. *in commentarijs ad Novell. conſtitutionem, de hæredibus ab inteſta. venien.* ſi quidem quis examinaverit, habebit omnem ſucceſſionis ab inteſtato materiam. De ſpurij ſucceſſione, Mynſing. *in obſerv 35. cent. 1. obſervatio.* De natis ex inceſtuoſis nuptijs, quod priventur ſucceſſione parentum, Decian. *in conſi. 58. volu. 3.* De legitimati ſucceſſione, conſuluit Decian. *in conſi. 70. 75. & in multis ſeqq. vol. 1.*

De ſucceſſione mariti & uxoris, quo jure ſibi invicem ſuccedant, in qua parte bonorum, & quando fiſcum excludat uxor, item de ſucceſſione ſponſi & ſponſæ, docuit Matthe. de Matheſil. *in tractat. ſuo de ſucceßione ab inteſtat. in 4. Art. principal.* 22

De jure civili ſuccedunt conjuges ſibi invicem; *juxta Authen. præterea. C. unde vir & uxor.* Sed iſtius Authenticæ declarationem, an habeat etiam locum in dotata, ſed cum adeò parva dote, quòd non poſſit inde habere alimenta, & quomodo conſideretur, an conjunx decedens fuerit dives, *vide per* Decian *in conſi. 70. vol. 2. & in conſilio 111 volu. 3.* ibi conſiderandum, quomodo poſſit habere ex dote alimenta, vel non. 23

In noſtro foro Saxonico de conſuetudine ſuccedit uxor vel vidua marito in tertia, maritus uxori in omnibus bonis mobilibus, exceptis utenſilibus, quæ eſt Gerada. *Art. 31. lib. 1.* LandRecht/ niſi conſuetudo regionis vel pacta partium aliud diſponant: quia, quod frequentatur in regione, vel id, quod actum eſt, inſpicitur, quibus deficientibus recurritur ad jus commune: *l. ſemper in contractib. ff. de reg. jur.* 24

Sed conſuetudo, admittens conjugem ad ſucceſſionem mobilium extantium, quòd valeat, ſi ſuper ſint immobilia, notavit Mynſinge *in obſervatio. 69. centur. 1.* 25

Wann die Braut oder Breutigam vor der Hochzeit/ oder auff dem Hochzeit Tage ſtirbet/ ob dann das vberbleibende in deß verſtorbenen Gütern das haben ſol/ was auß der Eheſtifftung ſtatue, Recht oder Gewonheit/ jhme ſonſten/ da der Eheſtande vollnkommen vollnzogen were/ gebüret hette/ ponitur in Conſtit. Elect. Saxo. *in Art. 19. part. 3.* & reſpondetur, da SachſenRecht werde gehalten/ das Beylager oder Bette beſchreiten erfolgen müſſe/ vnnd wann das geſchehen/ ſo ſol dem vberbleibenden das folgen/ was die Eheſtifftung ſtatut, Gewonheit oder das Recht jhme giebet/ vnd nach der meinung ſol erkant werden/ 26

Huic

27 Huic ſucceſſioni conjugum addas illa, ob das Erbgelt von dem Weibe/auff den Man verfalle/reſpondetur diſtinguendo, obs vertagt oder unvertagt/und alſo vor unbeweglich/ oder beweglich zuachten ſey: primo caſu ſuccedit proximior, ſecundo caſu maritus: facit Conſt. Elect. Sax. Art. 21. part. 3. ¶ Von vorerbung der Geſchencke in der Hochzeit/ diſpoſuit de Conſt, in Art. 22. part. 3. Außgeliehen Geldt/ das es nach abſterben der Frawen dem Mann bleiben ſolle/ conſtitutum eſt in d. conſtit. Elect. Art. 23. d. part 3.

28 Item ob jährliche Einkommen/widerkäufflich Geldt und Zinſe/ vor beweglich oder unbeweglich Gut zu achten/ und was dem Manne nach abſterben des Weibes zu Sachſen Rechte gebüre/ Quod ex diſpoſitione iuris Saxonici velut mobilia, omnes iſta res donata ad maritum devolvantur, exceptis iis, qua Gerada annumerantur. Sane uxore ſuperſtiti, quo caſu bona ſua repetit, non niſi dimidia harum rerum donaturum debetur,) & decisum eſt das die Hauptſummen wiederkäufflicher Zinſen/ indiſtinctè pro immobili zuachten/und alſo auff den Mann nicht können gebracht werden: Mynſinge. in obſer. 89. centur. 1.

29 In dem aber wird unterſchiede gemacht/ ob ſie vertagt ſein oder nicht: Conſt. in Art. 24. parte 3. ¶ Item, Bergtheile werden alſo unbeweglich geachtet/die genommene Außbeuten alſo beweglich: Art. 25 parte 3.

30 Quomodo autem conjuges ſibi invicem ex teſtamento poſſint ſuccedere, docuit eleganter Petr. Peck. in tract. ſuo de teſtamentis mariti & uxoris per totum.

31 Et an locus originis vel domicilii, ſeu an locus originis vel domicilii, ſeu an locus teſtamenti, & cujus loci ſtatutum attendatur in ſucceſſionibus mulierum quærit? Et reſpondet Decien. in conſi. 71. volum. 2. (In cauſa teſtati omnino locum originis inſpiciendum eſſe, maximè ſi ibi teſtatus ſit, & bona ibi ſita ſint.)

32 De ſucceſſione Eccleſiæ, in bonis Clericorum, de ſucceſſione patroni in bonis libertis & de ſucceſſione hoſpitis in bonis peregrinis vide Lud. Bologninum in addi. ad tractat. Matth. Mattheſi. de ſucceſſio. ab inteſta. in 4. Art. principali. n. 28. cum ſeqq. & ibi notantur aliqui caſus, in quibus excluditur etiam fiſcus. ¶ De Eccleſiæ ſucceſſione, notavit Roland. Peſſegerius, in tractat. ſuo de ſucceſ. ab inteſta. colum. 12. n. 24.

33 Quomodo Clericis tam regularibus quam ſecularibus ſuccedatur, & ipſi qualiter aliis ſuccedant, vide Nicolaum ab Vbaldis, in tr. ſuo de ſucceſ. ab inteſtato Clericorum regul. & ſecularium: & ibi vide, de ordinibus Monachorum, quatenus hodiè poſſint ſuccedere: notavi quadam ſupr. quid etiam de iure Canon. ſit proviſum in lit. C. verſic. de Clericis, & lit. M. verſ. de Monachis: an Clerici ſuccedant in Gerada, habetur in Art. 5. lib. 1. Land Recht.

De ſucceſſione fiſci, quibus deficientibus, & quibus caſibus ſuccedat fiſcus, vel nõ, notavit Dinus Muxell, in tractat. ſuo de ſucceſſ. ab inteſtato, mihi n. 23. Roland. Paſſager. in eod. tractat. de ſucceſſ. ab inteſtato. col. 11. in fin. num. 23. enumerat aliquas perſonas cum collegiis, quæ regulariter fiſcum excludunt pro uxore vide l. 1. C. unde vir & uxor. 34

In morte excludens fiſcum, in caſu quando ſucceſſuro tanquam indigno ſucceſſio aufertur: Decian. in conſi 85. vol. 3. Et de fiſco notavi aliqua ſup. in lit. F. verſ. de fiſco. 35

De ſucceſſione dominorum in bonis ſubditorum propriorum, derer ſo jhre leibeigen ſein/ vide Mynſing in obſer. 23. cent. 2. Quod ſuccedat fiſcus nato ex inceſtuoſo coitu, notavit idem Mynſing. in obſer. 91. cent. 3. ſecundum Mattheſi. in tractat. ſuo de ſucceſſ. ab inteſtato, in 2. membro 1. Art. 36

Sed quod ſucceſſioni poſſit derogari per ſtatutum, docuit Schurff in conſil. 21. cent. 1. & ſic in fine illius conſilii adducit vigorẽ Weichbildt/ civitatis Magdeburgenſis, per quod excluduntur nepotes in bonis avi, filiis exiſtentibus. 37

Succeſſione quòd quis faciat ſe multis modis, occidendo ſcilicet eum, cui voluit ſuccedere, indignum, habetur de uxore interficiente maritum, in l. Lucius Titius, ff. de iure fiſci. 38

De marito interficiente uxorem ſuam, quod perdat lucrum dotis, etiamſi illam interficiat in adulterio repertam, Clarus in lib. 5. ſententia. §. homicidium, n. 22. verſ. ſed quid ſi maritus. Schneiderius in tract. de ſucceſſio. ab inteſtat. tit. 15 limitatione ſexta ad regulam quintam ſpecialem, Schneidevvi Inſtit. de ſucceſ. ab inteſta. verſi de ſucceſſione coniugum, n. 24 Mattheſi & ibi in addi. Gabr. de Seray. in ſingul. 72. Angel. de Maleſic. in verſic. Che has adulterato, in prin. ibi & idem ſi interficit uxorem, l. ſi ab hoſtibus & ibi Bart. ff. ſol. matr. gloſſ. eſt in c. inter hæc. 33. q. 2. ibi in d. gl. ſed & dotem amittit vir, quem lucrifecerat: tex. & gloſſ. in c. admonere eadem cauſa & quæſtione. Decie. in conſ. 85. n. 7. vol. 3. refert ſecundum Baldum. in conſi. 164. vol. 4. 39

Quod Maritus interficiens uxorem privatur ſucceſſione in bonis eius, & mater uxoris applicetur, non autem fiſco, & ibi Decian. in conſiſt. vide quatenus fiſcus vel hæres ſuccedat, ſucceſſione indigno facto. 40

De pœna eius, occidentis uxorem in adulterio deprehenſam, nempe quod relegatur, Novel. in Rubr. prima tractat. ſui de ſenſ. num. 76. gloſſ. in l. 1. §. ſi. ff. ad l. Cor. de ſica. De pœna Eccleſiaſtica habetur pulcherrimè in [illegible] tracta. 41

c. admonere, 33. q. 2. ibi in gloſſ. magis punitur: quia facilius viri delinquunt in uxoribus.

42 Item frater interficiens fratrem ſuum, perdit proprium ſuum feudum: *text. eſt in c. 1. tit. an ille, qui interfecerit fratrem*: & de pluribus aliis vide Schurf. *in conſ. 43. cent. 1.* caſus alios inveniens, *in tit. ff. de his, quibus ut indig.* ſpecialem in marito: *vide ibi in l. indignum*, quamodo non ſuccedat uxori, & in Conſtit. Elect. Saxo. *Artic. 26 part. 3.*

43 De occidente teſtatorem, vel eum, cui ſuccedere debeat, ſeu filium ejus, an quis perdat ſucceſſionem, & cui accreſcat ſucceſſio, an fiſco vel aliis: vide, quæ notavit Ludov. *Roma. in ſingul. ſuo 467. incip. occidens teſtatorē, & ibi* Pignol. *in addi.*

44 Vel an ſucceſſio potius concedatur ei, qui poſt indignum ſuccedere debet, vel fiſco? *reſpondet (Regula, quod indigno fiſcus ſuccedat, limitatur in eo, quod ob delictum certam perſonam reſpiciens indignus efficitur: veluti, ſi quis accuſaſſet heredem tanquam ſpurium, quia tunc non fiſco, ſed aliis proximioribus locus eſt. Secundo non habet locum in cauſa inteſtati, ſed tantum in cauſa teſtamenti. Tertio non habet locum in ſtatutis, quia ea intelliguntur tantum de habilibus, non de indignis.)* Decian. *in conſ. 85. vol. 3.*

45 Vel quia à defuncto ſuccedere, eſt prohibitus ex uno, vel pluribus de cauſis, propter quas amittere potuit ſucceſſionem, quæ enumerantur, *in tit. de exhaeredat. libero. in Inſtitu.* habentur cauſſæ, *in tit. de feud. amittend. & in tit. qua ſit prima cauſa beneſi. amitten. de ſalewia in uſibus feudor.*

46 Andreas Siculus *in conſil. 74. colum. 5.* dicit: quòd hæres efficiatur indignus hæreditate defuncti, ſi eſt in cauſa, ut uxor defuncti cogatur alteri ſervire, & præſertim ſi hoc fiat cum dedecore ſuæ & defuncti familiæ, & ſi vidua ſit profectæ ætatis: *juxta l. liber. major 25. annis ff. de oper. liberto. refert* Dec *in conſ. 40. vol. 2. n. 17. Et notavi ſupra in lit. I. verſ. de ingratitudine.*

47 An & quando mulier (*Etſi Bartol. mariti accuſationem requirat, ut heredes dotem retinere poſſint, niſi fortaſſis in ipſo mortis mariti articulo mulier adulterium commiſiſſet, tamen in contrarium eſt communis opinio, ſufficitq., ſi mores ejus impudicos maritus non probavit. Ita tradit* Vgolin. de Ariminn.) ſeu vidua, propter adulterium vel luxurioſam vitam, quam gerit, perdat ſucceſſionem in bonis mariti vel etiam in dote ſua, aut nō, notaverunt Angel. *de Maleſic. in verb. elie mo hai adulterato, n. 25.* Paul. Caſtrenſ. *in conſ. 129. incip. hæc mulier*, Hippo. de Marſi. *in ſingul. ſuo 234 incip. paria delicta, idem* Hippo. *in ſingul. 353. incip. date pecunie: facit additio & gloſſ. in Arti. 5. lib. 1. Lande* Recht/quia declarat textum dicentem, quod mulier per luxuriam corporis ſui poſſit famam ſuam denigrare, iura autem ſua propterea quod non perdat neque hæreditatem.

An quis ſucceſſione ſua privetur, quia contra matris voluntatem & ſtatuta matrimonium contraxit, conſuluit, quod non. Weſenb. *in conſ. 87. par. 2.* 48

An poſiti in conditione cenſeantur vocati, tam in ultimis voluntatibus, (*non cenſentur regulariter, eaq. communis opinio eſt, quā & Camera in ardua quadam cauſa ſecuta eſt:* Geyl. 2. *obſerv. pract. 136. n. 18.*) quam in contractibus, Decian. *conſ. 101. vol. 3.* an vocati per nomen collectivum deſcendentes, intelligantur vocati ordine ſucceſſivo, & an per vulgarem tantum, vel etiam per fideicommiſſariam conſuluit idem Decian. *in conſ. 41. in prin. volu. 1.* & ibi *n. 84. & in ſeqq.* bona de conjecturanda mente vocantis: quia ſecundum illam regulariter eſſe ſuccedendum, docuit idem Decian. & trat. quibus conjecturis filii poſiti in conditione, cenſeantur vocati, conſuluit idem Decia. *in conſ. 69. vol. 2. & in conſ. 78. vol. 2 n. 5.* 49

In hac materia ſucceſſionis non inconvenienter notari poteſt, quod in ſucceſſione de iure communi conſideretur unde defuncto provenerint bona: de iure *Saxonico* autem hoc non venire in conſiderationem, & ſecundum illud jus Saxonicum pronunciari voluit Elect. Sax. *demenſ. conſ. in Art. 14. par. 3.* 50

Nota; ex delicto defuncti regulariter non tenetur ſucceſſor: quod tamen Cynus, & alii omnes Dd. & gl. *in l. 1. C. ne ex deli. defunct.* Bart. & Angel. *in l. 1. ff. de priva. delict.* declarant. 51

Sed quid in ſucceſſore prælati, docuit Angel. Aretin. *in tit. Inſtit. de perpe. & tempo. actio. sub §. non autem omnes*, reconciliando Dd. ſic: aut conſtat, quo nomine prælatus deliquit, videlicet, an ſuo nomine vel nomine prælaturæ: ſi ſuo nomine deliquit, tunc nō tranſit in ſucceſſorem: & ita intelligatur quod dicit Bart. *in l. 1 ff. de priva. delict.* aut delinquit nomine prælaturæ vel dignitatis, & tunc tranſit in ſucceſſorem, aut dubitatur quo nomine deliquit & tunc dic, quod aut ſuper re Eccleſiæ, & in dubio videtur deliquiſſe nomine Eccleſiæ, & ſic prælaturæ, ut actus valeat: *arg. l. eorum, qua notat.* Bart. *in l. gerit, ff. de acq. har.* 52

Aut delinquit ſuper re vel facto, quod ad ipſum proprio nomine ſpectat, & tunc proprio ſuo nomine dicitur feciſſe, & deliquiſſe; *arg. gl. &* Bart. *in l. ſi poſt mortem, §. 1. ff. quando ex fac. tut*, & tali caſu nō trāſibit in ſucceſſorē, dicit Angelus: ſimile poteris cogitare de ſucceſſore magiſtratus, vel iudicis, qui male in officio ſe geſſerūt, vel iudicaverunt. 53

Et ad penſiones debitas, an prædeceſſoris ſucceſſor in bēeficiō, vel an heres eius teneatur ſolvere, conſuluit Dec. *in con. 37. v. 2 in prin.* 54

Succeſſor prælati an & quando inveſti- 55
turam

turam prædeceſſoris confirmare teneatur, (*ſi ante prælatū poſſeſſor feudi moriatur, vel ſi vivo eo & conſentiente, quis de feudo inveſtitus, & in vim poſſeſſionem miſſus fuerit, tunc ſucceſſor ratum habere tenetur: aliàs non item.*) vel non, docuit diſtinguendo Jacob. de Bellovi: *in tit. qui ſucceſſo. ſen. dare tenean in uſib feudo.*

56 De ſucceſſore prælati, an poſſit habere ratum quod geſtum eſt nomine prædeceſſoris, docuit Dynus *in c. ratum, de regul. iuris in* 6. in dubio autem quòd cenſeatur à prælato, Eccleſiæ contemplatione, eſſe geſtum, *nota. in l. annua, §. 1. de ann. lega. & in l. filio, ff. de condi. & demon.*

57 Succeſſor an & quando teneatur ſtare colono? reſpondet diſtinguendo Barto. *in l. ſi filius familias, §. ſi vic. ff. ſolu. matri. habetur in l. emptorem, C. locati:* Socin. *in regulis fallen. regu. 450. ibi* vult, quòd ſucceſſor ſingularis non teneatur ſtare colono: *per dict. l. emptorem,* ſed ponit ibi fallentias quinq; imò an prælatus per contractum prædeceſſoris obligetur declaravit Socin. *in regulis fallen. regul. 481. per 3. declarationes.*

58 De ſucceſſore principis. Promiſſio principis facta Baroni, de eum inveſtiendo de certis bonis, an liget ſucceſſorem, conſuluit eleganter Decian. *in conſ. 25. vol. 1. & in conſ. 35. volum. 2.* ibi in iſtis conſilijs docet multa, in quantum prædeceſſor poſſit obligare ſuum ſucceſſorem, & ibi vide de ſucceſſore hæreditario, certè tenetur obſervare: *notavi etiam ſupr. in lite H. verſ. de heredo.*

59 Quod religioſi ſucceſſores teneantur ſtare locationi colonorum prædeceſſorum ſuorum religioſorum, conſuluit Decian. *in conſ. 14. vol 2.* Nam dicit ibi *num. 28.* religioſi debent eſſe cultores æquitatis, & ſi æquitas ſervanda à laicis, multò magis ſervanda à religioſis: & ſecundum eam æquitatem judicandom ubi religioſi interveniunt: dicit gloſſ. notabilis, *in c. hoc jus porrectum, 10. q. 2. & in hoc conſilio,* docuit Decian. actus, per quos videatur ſucceſſor ratificaſſe & confirmaſſe locationē ſui prædeceſſoris.

60 Arbitrium in perſonam aliquam collatū, an tranſeat ad ſucceſſorē? reſpondet, quòd non, Decian. *in conſ. 56. volu. 2. nu. 43.* nam quando aliquid eſt commiſſum arbitrio alicuius, eo defuncto expirat commiſſio ipſa: *l. ſi merces, in prin. ff. loca.*

61 Et delegatio facta alicui, quòd non tranſeat in ſucceſſorem, tradunt omnes, *in l. more, ff. de jurid. omn. judic.* ſed devenit arbitrium ad bonū virum vel judicē: Dec. *ibi in d. conſ. u. 45. vide quæ notavi ſupra, quid etiā iſto caſu proviſum ſit in jure Saxon. in lit. L. verſ. de locatione.*

62 Succeſſor an teneatur ſervare contractum & factum anteceſſoris ſui.

63 Succeſſor an ex prædeceſſoris contractu obligetur, *vide Soc. in Soc. 388.*

An ſucceſſor teneatur habere ratum factum prædeceſſoris ſui, *vide* Alvar. *in c. 1. qui ſucceſſ. ten. latè vide in conſ. Domino Georgio Marchioni Brandeburgenſi in cauſa Ducatuum Opolienſium & Ratibonenſium edito.* 64

Succeſſor univerſalis debet ſtare contractui prædeceſſoris: *l. nam veritatis, C. loc.* Soc. *in conſ. 32. volu. 1. colu. 3. ibi primo, quia ſucceſſor.* Et de illo articulo, an ſucceſſor teneatur privilegia prædeceſſoris ſui ſervare, *vide latius* Joan. Bapt. *de S Server. in Repe. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. fol. 44. col. 4. & fol. ſeq.* 65

An ſucceſſor teneatur ſtare contractui inito per prædeceſſorem ſuum, & in ſpiritualibus beneficijs, & quid in alio ſucceſſore ſingulari & univerſali, vide pulcrè, & latiſſimè D. Abb. *in c. fin. ne prælati vices ſuas:* ubi hunc articulum pleniſſimè examinat, *vide etiam* Marianum Soc. *conſ. 32. vol. 1. incipiente, in his, quæ ſuperius.* 66

De hoc articulo vide pulcra ſuprà in verb. contractus, ubi late de hoc: *vide* Eucrh. *in locis legal. in loc. 99. ubi pleniſſ. hoc tractat, & melius & copioſius quàm alibi habes, vide eum omnino.* 67

Succedens in juribus defuncti, præſcribere non poteſt, ſi à defuncto incipere vellet: Soc. *in Reg. 389.* 68

Aſcendentes an præſumantur velle relinquere hæreditatem deſcendentibus: Joſ. Maſcard. *vol. 1. probat. concluſ. 136.* 69

Quando moritur naturalis filius relictis naturalibus fratribus ex eodem tantum patre natis, & ex diverſis concubinis ac matribus progenitis, iſti ad ſucceſſionem fratris non admittuntur, Marc. Anton. Peregr. *de jure fiſci lib. 3. tit. 18. num. 26.* Mich. Graſ. *de ſucceſ. ab inteſt. quæſt. 34.* Portius *inſtit. ad SCtum Orfitian. nu. 1.* Valent. Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſtato tit. de ſucceſſ. collateral. lib. 4.* Palcot. *de Nothis & ſpurys c. 39. in fin.* Anton. Gometz. *in l. tauri 9. nu. 46.* Florian. *in l. qui teſtam. de probat.* Landenſ. *de legitimat. nu. 26.* Caſp. Anton. Teſſaur. *qu. forenſ. 12.* 70

2. Quando filius naturalis moritur, cui ſupereſt pater & frater legitimus ac naturalis licet frater naturalis tantum non ſuccederet legitimo fratri, tamen frater legitimus ad ſucceſſionem fratris naturalis tantū admittitur. Caſp. Anton. Teſſaur. *dicta qu. 12. nu. 6.* Benedict. de Barzijs *de legitim. nu. 24. vid. diffuſius.* Anton. de Gamma *deciſ. 3.* 71

3. Quando mater habet inter liberos naturales utroq; latere coniunctos id eſt ex eodem patre & matre natos, alium filium ex legitimo matrimonio natum, & ſi moreretur unus naturalis alij fratres pariter naturales ex utroq; latere conjuncti excludunt legitimū: Ant. Gometz. *ad l. 9. Taurin. 49.* Joh. Re. *in ſucceſſ. c. 26 n. 79.* Caſp. Ant. Taſſa. *qu. forenſ. 12. n. 10.* 72

Quan-

73 4. Quando mulier ex concubinatu ſuſcepit duos naturales, inde alteri nubens, ex legitimo matrimonio habuit filium legitimum & naturalem & moritur unus ex illis naturalibus, altero ſuperſtite uno cũ patre legitimo, quid juris tunc eſt? Reſp. legitimus excludit naturalem, modo naturalis concurrens non ſit utroque latere conjunctus: Caſp. Anton. Teſſaur. *diſſ. qu. forenſ. 22. nu. 11.* Angel. *in*, §. *fin. auth. quib. mod: natural. efficiun. ſui* Gometz. *ad dict. l. 9. Tauri.*

74 5. Quotieſcunque moritur legitimus & naturalis relictis duobus fratribus uterinis uno legitimo altero naturali ex diverſis patribus tunc uterque admittitur: Valentin. Forſterus *de ſucceſſion. ab inteſtato lib. 4. tit. de ſucceſſion. tranſ. 2. ordin. caſ. 2. concl. 1.* Anton. Gomerz. *in d. leg. 9. Tauri nu. 48.* Benedict. de Barzijs *de legitimat. nu 706.* Oliverus Textor. *de ſucceſſion. nu. 89* Mattheſilan. *de ſucceſſ. ab inteſtat. num 144.* Caſp. Anton. Teſſaur. *d. qu forenſ. 22. nu. 12.*

75 6. Quando cum naturalibus & legitimis mater concurrit ad ſucceſsionem naturalis vel legitimi hoc caſu hæreditas in capita dividitur, & ſi pater adſit ille ad duas uncias admittitur: Caſp. Anton. Teſſaur. *d. qu. forenſ. num. 13.*

76 An illi qui ex damnato & punibili coitu nati ſunt, non tamen nefario ſibi invicem ſuccedant? Licet multi dicant fiſcum ſuccedere debere, ut Surdus *deciſ. 249. nu. 20.* Vegius *conſ. 86. nu. 240.* Afflictis *deciſ. 96.* Mynſing. *conſ. 67.* Benedict. de Barzijs *de legitimat. nu. 21.* Gometzius *in l. 9 Tauri* Natta *conſil. 421.* tamen contraria opinio verior eſt quod ſibi invicem ſucedant: Caſp. Anton. Teſſaur. *quæſt. forenſ 22. nu 23.* Johan. Rojas *in epitom. ſucceſſion. c. 26. nu. 27.* Palentius *de ſpur. c. 43.* Calcan. *conſ. 59.* Johan. Papon. *arr. lib. 2. titul. 3. arr. 5. 6* Bertmond. Conerus *de public. concubin. in gl. ſuper verbo qui etiam filios nu. 77.*

77 Quando moritur ſpurius relicta ſorore utrinque conjuncta & ſpuria, & filijs legitimis & naturalibus, habens alterum etiam fratrem ſpurium inde moritur ſoror, an filij legitimi excludant patruum à ſucceſſione amitæ? quidam tradunt fiſcum omnes excludere, ſed Caſp. Anton. Teſſaur. *qu. forenſ. 22. nu. 26.* decidit filios admittendos eſſe vide etiam Vegium *conſ. 62.* Curtium *conſ. 123.*

78 Nati ex inceſtuoſo matrimonio ſibi invicem non ſuccedunt Caſp. Anton. Teſſaur. *quæſt. forenſ. 12. nu. 27.* Valaſcus *conſultat. 57.* Didac. Spin. *in ſpeculo teſtament. gl. 16. nu. 38.* Johan. Roias *de ſucceſſion. c. 26.* Peregr. *de jure fiſci, lib. 3. tit. 18. nu. 34.*

79 Statutum excludens dotatam ſeu maritatam mulierem an indotatam & innuptam includat ita ut per eandem dotata & maritata ſoror etiam non extantibus fratribus ſeu agnatis maſculis à parentum ſucceſſione excludatur? innupta ſeu indotata excludit maritatam quia ſtatutum indotatæ providere voluit cum filiæ poſt mortem parentum majori dote videntur indigere ut honeſtius elocari poſſint: Caſp. Anton. Teſſaur. *qu forenſ. 42. per totum* Roman. *conſ. 442. ibi* Mandos. Cravet. *conſ. 653.* Chaſſan. *conſ. 55.* Anchoran. *conſ. 300.* Natta *conſ. 74. & 581. nu. 2.* Ozaſcus *conſ. 76. nu. 13. & ſequ.* Cephal. *conſ. 5. n. 6.* Becc. *conſ. 112.* Brunus *de ſtatut. art. 5. num. 44. art. 2. quæſt. 9.*

Agnatus eiuſdem cognominis & familiæ 80 an ſine alia probatione ad feudi ſucceſſionem excluſo domino admittatur? Diſting. Caſp. Anton. Teſſaur. *qu forenſ. 61.* inter feudum antiquum & novum nam in feudo novo & de recenti conceſſo etiam jure antiqui agnatio in ſpecie gradus eſt probanda, ſed cum ſumus in antiquis eſt diſtinguendum quod vel eſt neceſſaria probatio gradus in ſpetie, puta ad diſſolutionem matrimonij, vel ad excludendum remotiorem agnatum, vel quando ſtatutum vel inveſtitura loquitur de agnatis in tali gradu aut teſtator vocavit proximiorem de parentela vel inveſtitura vocat agnatum proximiorem & inter agnatos eſt contentio de ſucceſſione tunc verum eſt probationem requiri ſpecificam, quod quis ſit in tali gradu ſed quando ſola conſanguinitas vel agnatio eſt probanda, tunc ſufficit probare agnationem in genere, quæ probatur per famam per teſtes de auditu & per nominationem eiuſdem cognominis admittitur agnatus ad ſucceſſionem Rubeus *conſ. 16. nu. 17.* Johan. Cephal. *conſ. 90. num. 15.* Cravet. *conſ. 249.* Anton. Sola *gl. 3. 2. par in decr.* Volan. *nu. 2.* Alvar. *in tit. 51. vaſall. feud. privatur. in princ. col. 2. nu. 3.* Natta *conſ. 615. nu. 6.* Bruo. *conſ. 137. lib. 2.* Anchoran. *conſ. 339. in fin.*

Uterini vel conſanguinei ſuccedunt 81 cum germanorum liberis æqualiter jure Saxonico: Franc. Pfeil. *conſil. 122. cent. 2.*

Conſobrini defuncti cum patruis & amitis æqualiter ſuccedunt jure Saxonico ſecus jure civili: Franc. Pfeil. *conſ. 121. cent. 2.* 82

An amita præferatur conſobrinæ in 83 Gerada? N. Franc. Pfeil. *conſil. 119. cent. 2.*

Patrui & materteræ filij ex utroque vel 84 altero latere tantum conjuncti quomodo ſuccedant jure Saxonico & civili: Fran. Pfeil. *conſ. 120. cent. 2.*

Jus repræſentationis etiam locum habet 85 in fratrum vel ſororum filijs, ex uno latere conjunctis, habita tamen diſtinctione bonorum, an paterna vel materna ſint, jure civili non vero jure Saxonico Pfeil. *conſ. 116. cent. 2.*

Jure

86 Iure civili annunculi & matertéræ liberi & nepotes ſororis uterinæ æqualiter ſoccedunt: poſt fratrum & ſororum filios non conſideratur an ex utroque latere ſunt conjuncti vel non: uterina præfertur amitæ, materteræ: Franc. Pfeil. *conſ. 115. centu. 2*

87 Avus excludit patruum hoc eſt defuncti nepotis patris fratrem tam de iure civili quam Saxonico: Franc. Pfeil. *conſ. 115. cent. 2.*

88 Excluſo patre vel matre à ſucceſſionibus, ſi propter aliquam cauſam excludantur & filios & deſcendentes cenſeri excluſos, ſed ubi excluſio fit propter delictum tunc deſcendentes non cenſentur excluſi: id tamen procedit quando ratio excluſionis æqualiter militat in filiis, ſecus tamen ſi non militat & cohæret perſonæ quia tunc indiſtincte non afficit filios: tunc deſcendentes dicuntur excluſi quando non ex perſona propria ſed per præſentationem ad ſucceſſionem veniant verte paginam.

89 Excluſo aliquo à ſucceſſione tunc demum ejus filii & deſcendentes excluſi cenſentur, quando excluſio ſit perpetua & abſoluta atque excluſus omnino ſuit inhabitis & incapax ad ſuccedendum, ſecus tamen ſi nō omnino eſt excluſus, ſed potius aliquando vocatus ſive aliquo caſu aut tempore admiſſus, tunc eius deſcendentes non excluſi cenſentur l hæc omnia eleganter pertractant Iohan. del Caſtillo. *c. 15. à n. 60 par. 3. contrav: iuris* Caldas Pereira *de nominacion. emphytent. qu 14. n. 7.* Simon de prætis *conſ. 31. n. 16.* M. Anton. Peregrin *de fideicommiſ artic. 27. n. 18.* Iohan Vincentius Hondrdeus *conſ. 73. num. 47. lib. 1.*

90 An ius repræſentationes locum habeat duntaxat in his ſucceſſionibus quæ jure hæreditario deſeruntur & non in aliis? N. nam in feudo iure emphyteuto, item in fideicommiſſis familiæ relictis: Mieres de Maioratu *4. par. qu. 1. n. 47.* Gamma *Luſitan. deciſ. 174. n. 15.* Ludov. Molina. *lib. 3. de Hiſpanor. primogen. c. 6. n. 9.* Iohan. del Caſtillo *c. 19. n. 38. contraverſ. iuris part. 3.* Sfortia Oldus *conſilia 11. n. 39.*

91 Repræſentationi locum eſſe & in ſtirpes non in capita admitti quando inteſtato avo, & nullo ſuperſtite filio relicto filio deſcendente, ex diverſis filiis plures ne potes ad ſucceſſionem vocantur tradunt Petrus Borbola *in l. poſt dotem n. 53. in princ. ff. ſolut. matrimon.* Tellus Ferdinandez. *in l. 8. Tauri n. 2.* Iohan. del Caſtillo. *d. c. n. 61.*

92 Repræſentatio tantum in deſcendentibus non in aſcendentibus locum habet: Iohan Matieocus *in l. 1. titu. 8. gl. 2. & ibid.* Azebed. *n. 7. l. 5. nova recollection. regia* Emanuel Coſta *de ſucceſſion. regni portugallia pag. 178.*

Repræſentatio in tranſverſalibus ultra fratrum filios oon ſe extendis: Iohan. del Caſtillo. *d. c. 19. n. 69.* 93

In ſuccaſſione inter fratres & fratrum filios utroque latere, conjunctus excludit uno tantum latere conjunctum poſt ejus vinculi duplicitas non prævalet, & in bonis undecunque quæſitis proximitas ſola attenditur: Iacob Marchiſel. *qu. 91. n. penul. lib recollect.* 94

Maſculus ex fœmina & famioa ex maſculo ſi ad ſucceſſionem maioratus ſimul cōcurrant & de ſuccedendo ultimo poſſeſſori tranſverſali pertractent atque in eodem gradu ſunt maſculos fœminæ præfertur, & inde deducitur ex ſententia Avendani Hiſpani Philippum Hiſpaniæ regem ad regni Portugaliæ ſucceſſionem adverſus Catarinam ducenſam de Bragoſſa juſtiſſime fuiſſe admiſſum Velazquiez Avendanus *in l. 40 Tauri gl. 9.* *Blazius* Flores triez de Mena *in additi. ad deciſ. Gamma* Alexand. Raudenſ. *conſ. 141. à n. 121. inter conſilia ultimar. voluntatem lib. 2.* Iohan. del Caſtillo *c. 19 nu. 151. par. 3. var. contr overſio.* 95

Repræſentantis qualitas & conditio attendi debet quando ſucceditur ex perſona propria, quando vero repræſentatur perſona alterius, attenditur qualitas, conditio & ſtatus ipſius repræſentati: Ludov. Molina *Ieſuita tomo 3. de inſtitut. & iure diſputatian. 027. n. 11.* 96

Repræſentationi an locus ſit in ſucceſſione fideicommiſſi? *Affirm. ſed.* in iis caubus in quibus alias ob inteſtato repræſentatio conceditur de iure communi alias non: Caldas Pereira *de nominat. Emphyteut. qu. 17. n 7.* Velazquez Avendanni *in l. 40.* Tauri *gl. 1. à n. 29.* Anton. Pichardus *ad tit. inſtitu. de hæreditati qua ab inteſta defertur* §. 3. *à n. 45.* Pelaez. à Mieres *de maioratu p. 2. qu 6* Angel. Matheacius *de legat. & fideicommiß. c. 6. per totum vide tamen* Iohan. del Caſtillo. *c. 19. per totum à un. 213. par. 3. controverſ. iuris ubi hanc quaſtionem late explicat & limitat.* 97

Forenſis excluſus à ſucceſſione bonorum, non excluditur ab æſtimatione ſeu pretio eorum: Iacob Marchiſel. *qu. 113. num. 3. lib. recollectar.* 98

Statutum quod fratres excludant ſorores non excludit filios fratrum qui concurrunt cum patruis? Ferrant. Ganguar. *conſ. 93. n. 21. lib. 2.* 99

Filia primi matrimonii licet excludatur per ſtatutum à ſucceſſione admittitur tamen bona ad quæ deſeruntur filiis primi matrimonii in pœnam patris vel matris tranſeuntis ad ſecunda vota: Ganguat. *conſ. 98. nu. 81. & ſequ. lib. 2.* 100

Quando ſtatutum excludit filiam do-
100 tatam maſculo extante non verificatur niſi
filia ſit dotata& maſculus exiſtat,nam quan-
do filia & deſcendentes ex ea excluduntur
per ſtatutum quam diu maſculi ſuperſunt,
mortua prius filia&poſtea maſculus deſcen-
dentes ex fœmina poſſunt redintegrari:Cæ-
ſar Damat. à Fogneras *in decif. regni Granata decif.120. lib. 4.nu. 13.* Iacob Puteus *decif. 143. lib.2.*

Stante ſtatuto, quod moriente aliquo
101 ſine aſcendentibus & deſcandentibus ab in-
teſtato proximiores agnati ſuccedant uſque
in tertium gradum computandum ſecun-
dum jus canonicum, tunc utrinque conjun-
cti non excludunt conſanguineos tantum;
Hieron. Magun.*decif.82. vide* Menoch. *conſi. 187.lib.2.*

Agnatorum appellatione in ſtatutis
102 circa ſucceſſionem & ultimam voluntatem
non veniunt fœminæ agnatæ:Culd: Perei-
ra *obſer.99.n 14. lib.3.*

Statutum, ubi agitur de ſuccedendo &
103 de bonis ſitis in territorio ſtatuentium, an
comprehendat forenſes:*vide* Anton. Teſſaur. *decif. 106.*

Statutum diſponens maritum debere
104 ſuccedere in dote uxoris cum ipſius liberis
primi matrimonii debet fieri diviſio iuxta
ſtatutum nulla detracta legitima per illos li-
beros? Ferrant Ganguar. *conſ. 195.num. 50. & ſequ. vol. 2.*

105 Forenſi ſi per ſtatutum prohibeatur a-
liquid relinqui ſi illi relictus ſit fundus ut il-
lum vendat, & pretium habeat ſtatuto locus
non erit: Cald. Pereiro. *obſer.207.n,1.lib.2.*

106 Quando per ſtatutum prohibetur quod
mater teſtando vel codicillando non poſſit
præjudicare filiis in ſua ſucceſſione non ob
id prohibetur diſponere inter vivos: Ferran,
Ganguar *conſ. 118.n.87.lib 2.*

107 Si ſtatuto caveatur quod mater non
poſsit ſuccedere ab inteſtato filio vel filiæ
extantibus fratribus vel ſororibus aut atti-
nentibus ex linea maſculina defuncti vel de-
functæ virtute hujuſmodi ſtatuti avia exclu-
ditur ab amita defunctæ perſonæ: Ferrant.
Ganguar. *conſil.98.n.51.lib 2.* Menoch. *conſi. 234.lib. 3.*

108 Filia à ſtatuto excluſa ſemel, perpetuò
excluſa cenſetur,limitatur quando ſtatutum
loquitur per dictionem Donec 2.quando fili-
us non fuiſſet hæres: Caſſan. *in conſuetud. Burgund.titu.de ſ.ſucceſſionis rub. 7.gl.12.*

109 Utrinque coniunctus excludit conſan-
guineum tantum in ſucceſſione fratris de-
functi, quo ad materna, ſtante ſtatuto exclu-
dente cognatos propter agnatos, M. Anto.
Peregr. *conſ.51.n.13.vol.1.*

Remotioribus ad ſucceſſionem vocatis
110 arguitur propinquiores quoque fuiſſe voca-
tos: M. Anton. Peregr. *conſ.52.n.5.vol.1.*

Statutum dictans filiam unica dote con- 111
tentam eſſe debere & excludens dotatam, à
ſucceſſione dotantis intelligitur: Cæſar Bar-
zius *decif.98.n.38.*

Statutum excludens mulierem dota- 112
tam à ſucceſſione patris, avi, matris, non cen-
ſetur eam repellere à ſucceſſione aviæ: Cæſar
Barzius *decif. 98.n. 24.*

Verbum ſuccedat eſt verbum commu- 113
ne & institutioni & ſubſtitutioni inſerviens:
Cæſar Barzius *dec.93 n.24.*

Verbum perveniat in ſucceſſione eſt 114
obliquum & requirit alterius operam: Cæ-
ſar Barzius *decif. 121.n.39.*

An filia, accepta dote, renuncians ſuc- 115
ceſſioni in hæreditate poſſit petere ſupple-
mentum, ſi ex illa renunciatione fuerit læſa,
aucta patrimonio materno: *vide* Andr. Dal-
nerum *de renunciat. vari.iur.c. 4. n.48.* Andr.
Gayl *lib.2.obſ.70. & obſer.147.* Daniel Moſſe-
rum *in part.1.conſt.4. Saxon.* Anton. Fabrum,
de error. pragmat. decif.13. erro.5. Ludovicum
Molinam *de iure maiorat. lib. 2. diſput. 579. num.31.*

An in feudo materno ſuccedant filii na- 116
turales? N Hartman. *Piſtor. 3.qu.40.in princ.*

An aſcendentes etiam ultra patrem 117
ſuccedant cum fratribus & ſororibus utrin-
que coniunctis? Aff. Andr. Facbineus *lib. 6. controverſ.7.* Mynſing. *cent 6.obſer.41.* Iure ta-
men *Saxonico* collaterales excluduntur per
aſcendentes ut ex patre confirmat. Iohan.
Gœden. *conſ.70.in matre conſil.67.n.4.* Schurf. *conſ.55.n.3. cent. 1. in avia* Mynſing. *conſ.34.n. 8.decad. 4.*

An cum fratre utrinque coniuncto 118
ſuccedat in feudo filius fratris qui ex altero
tantum latere defuncto iunctus fuit: Aff.
Hartman Piſtor. *lib 3.qu.43.*

Frater ex utroque latere coniunctus, u- 119
trum excludat fratrem ex altero tantum e-
tiam in bonis à communi parente provenien-
tibus: *vide* Modeſtin Piſtor. *conſ.31qu.3. vol.1.*

An in feudis ex ſimultanea inveſtitura
iure *Saxon.* filii fratris ſuccedant iure repræ- 120
ſentationis cum patruis & ita in ſtirpes an in
capita: poſterius affirmatur propter ſimul-
taneam inveſtituram in qua hoc ſpeciale eſt
quod filii non iure repræſentationis ſed ſuo
ſuccedunt etiam non nominatim, ſed colle-
ctive tantum vocati: Weſenbec. *conſ. 41. nu. 146.& 95.83.n.16.*

SUFFRAGIUM.

Suffragium dicitur illa ſcriptura, quá quis 1
facit, cum de aliquo eligendo conſentit:
& ſic ponitur, *in l.de quibus, ff. de legibus.*

Sed

2 Sed patris ſuffragium quòd proderit filio, & econtrà filij ſuffragium patri, niſi lex municipij, vel perpetua conſuetudo prohibeat, item fratris ſuffragium fratri, *habetur in text. & gloſ. l. illud. & l ſequenti, ff. quod cuiuſque univerſita. nomi.* movet & reſpondet per dicta iura Ludov. Roman. *in ſingul. ſuo 813. incip. an in collegio, & ibi addit* Pignolig.

3 Sed dicit gloſſ. *ad l. item, ff. quod cuiuſq. univerſ. no.* quod intelligatur de publica ſalutem ſuffragio, non autem de privatè petita: imò dicit, quòd incidat in legem Juliam ambitus vel ſimoniem: *l. 1. ff. ad l. Iul. ambit. & l. 1. §. ſi quis, ff de poſtlimit. citat. notavi ſuprà in litera A. verſiculo de affectantibus honores*

SUITAS.

1 QUid ſit ſuitas? quo gradu iure ſuitatis quis habere cenſeatur? quo jure ſit introducta? quot ſint eius ſpecies? qui ſint, aut appellentur ſui hæredes? unde ſuitas originem ſumpſit aut cauſata fuit? an ſui hæredes habeant beneficium abſtinendi? & quid circa illos beneficium abſtinendi inducat, faciat vel operetur? quot ſint ſuitatis effectus? quot & quibus modis ſuitas tollatur vel impediatur? iſte omnia per decem quæſtiones principales examinet, explicat & docet Angelus de Periglis Perufinus *in tractat. ſuo de ſuitate*.

2 Sui qui propriè dicontur iure civili, & qui contineantur Suorum appellatione: & verbum Suus in inſtrumento prolatum ad quos cenſeatur relatum, an ad hæredes teſtatoris vel inſtitut. docuit Joan. de Reynan. *in tract ſuo de ſuitate & extraneitate, à num. 16. uſq; ad finem*.

3 Ex iure ſuitatis qualiter hæreditas non adita tranſmittatur, & quomodo filius ex iure ſuitatis fingatur dominus bonorum paternorum, etiam patre adhuc vivente, ſcripſit pulcherrimè Joannes Pyrrh. *in tractat. ſuo, de ſuitate & hæreditate per fictionem tranſmittenda, per totum: & ibi vide bona de hæreditate tranſmittenda, vel non etiam ad extraneos.*

4 Sed ſuitas per ſubſtitutionem vulgarem tollitur: *l. ſi filius hæres, ff. de libr. & poſthu* docuit Socio. *in regulis fallent. regula 483. cum ſeptem fallentijs.*

SUPERFLUUM.

1 SUperflua ſunt reijcienda: *l. qui bis idem, de verb. obl. l. bona fides, de R. I. §. ſi enim, in Auth. de conſul. l. unic. C. de uſucap. transfor. facit text. in l. quæ extrinſecus: de verb. obl.* Hinc eſt, quòd ſecunda venditio eiuſdem rei non valet. Bar. *in l. iuris gentium, §. igitur. de Pact.* Goz. *in l. ſingularia Si cert. pet. Lect. 16.*

2 Superfluum eſt, precibus impetrare, quod iam eſt conceſſum: *l. 1. C. de theſaur. lib. 10.* Bart. & Carol. *in l. 1. §. nunciatio, de oper. nov. nunc. l. ſi creditori, de leg 1. l. 1. in fin. ad mun.* vide ſuprà, *in verb. ius in materia*, quando quis propria auctoritate ius dicere poſſit, & in verb. contractus, circa materiam caſuum ſingularium.

Superflua non ſunt, quæ ad maiorem declarationem dicuntur: *not. in l. ſi quando, de leg. 1. & in c. ſi Papa, de privil. lib. 6. facit l. 1. §. ſed ſciendum, de edil. edend.* 3

Idem poteſt bis dici, ad evitandem malam & Sophiſticam interpretationem: Johan. Andr. *in c. minus, de exceſ. prælat.* 4

Sic etiam, gratia dubitationis tollendæ bis dictum, non eſt ſuperfluum: *d. l. 1. § ſed ſciendum, de edend.* ¶ Si exprimitur illud explicitè ad maiorem declarationem, quod implicitè inerat, non eſt expreſſio vel diſpoſitio ſuperflua: *ſecundùm gloſ. in c. 1. in verb. ex filio, de Summ. Trin. & fid. Cath. in 6* Joh. de Mont. Ferr. *in l. 1. in princ. de verb. obl. col. 11. in fin. &* Dom. de San. *gen. ibi ſuprà dicta gl. no. &* Dec. *in l. 1. in princ. 3. col. ibi in gloſ. 1. Si cert. pet. idem* Dec. *in d. l. 1. §. fin. in fin. eod. tit.* ¶ Expreſſio illorum, quæ inſunt tacitè, non eſt ſuperflua: Aret. *in l. liber homo, § poſſum, de verb. oblig.* Bald. *in Rubr. in 9. q. C. de contr. empt.* Car. *in l. 3. de leg. 1. lect. 22.* Goz. *in l. omnes populi, in 7. q. 1. q. princ. in fin. fol. 10. de Iuſt. & iur.* 5

Item, nullum verbum poſitum intelligitur ſine myſterio, etiam ſyllaba non debet eſſe ſuperflua: Et in tantum hoc procedit, quòd etiam argumentum à contrario ſenſu ſumitur ad correctionem iuris antiqui, ne verba ſint ſuperflua, & nihil operarentur in ſenſu directo: *vide in verb. verbum, & in verb. ſtatutum, & in verb. argumentum, & latiſſimè* Nicol. everh. *in loc. legalibus, loc. 4. cui titulum fecit, à contrario ſenſu.* 6

SUPPELLEX.

APpellatione ſupellectilium continentur lecti: culcitræ, arcæ, ſcamna, & huiuſmodi, non autem complectuntur veſtes: *l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de lega 1. ibi* Alex. & Jaſon. *colum. 4. verſ. quartò nota:* nec animalia comprehendit: *ut per* Bart. *in l. 1. ff. de ſupellect. lega.* Nam ſolùm, quòd olim nomine ſupellectilis ſignificabatur, hodie vulgari Maſſeritiarum nomine continetur: *ſecundùm* Bart. *in d. l. 1. &* Jaſon. *in d. l. ſi quis in fundi vocabulo,* Abb. *in conſ. 88. incip. caſus in facto, lib. 2. hoc refert* Joan. Dilect. *in tract. ſuo de arte teſtandi. in tit. 6. de legatis. in cautela 53 num. 4. ſed vide tex. & in toto titulo, ff. de ſupellect. legat.* 1

SUPPLICATIO.

CUi ſit ſupplicandum, qualiter hoc fiat, de quibus rebus, & quomodo ſupplicationes 1

tiones de iure & conſuetudine Principi offerantur, pro quibus perſonis ſit ſupplicandum, demonſtrat *tit. C. de precib. Imperatori offerendis, & ibi* Sebaſtia. Brand. *in explicatione titulorum, cum alijs Dd.*

2 Sed advertendum eſt, ut ſupplicatio veritate nitatur, & non ſit iuri contraria: aliàs reſcriptum ad eam impetratum non valet, & dicitur ſub & obreptitium: *l. reſcripta, C. d. tit. de prec. Imp. offeren.*

3 De effectu autem ſupplicationis, qualiter & quomodo per eam, & per alios modos perpetuetur actio, quando inducat litis conteſtationem, item quamdiu, intra quæ tempora, & in quibus terminis liceat ſupplicare, docet titulus *C. quando libellus princ. datus ſit litis conteſtat. titulus C. ut lite penden. vel poſt provocatio. aut diffinitivam ſententiam nulli liceat Imperatori ſupplicare.*

4 De alio effectu ſupplicationis, quomodo vel quæ ſuſpendat ſententiam, & in quid differat ſupplicatio ab appellatione, docuit Specul. *in tit. de ſupplicatione per totum, lib. 2.* Robert. Morant. *in ordine iudic. par. 6. c. de appellatione, verſic. ſupplicatio, nu. 12.* dicit, ſupplicationem etiam nominari reclamationem, & facit differentias eius ab appellatione octo, & unam convenientiam: vide.

5 Sed ſupplicatio adverſus ſententiam, quæ tranſivit in rem iudicatam, quando admittenda, vel non; (*ſi intra decennium proponatur, ſuſpendit executionem: ſi poſt decennium non item, admittenda tamen erit.*) conſuluit Decia. *in conſ. 47. vol. 1.* ibi bona, de ſupplicatione admittenda vel non: item de differentijs ſupplicationis & appellationis, docuit Decian. *ibidem, num. 18. num. 31.* putat illam in dubio ſemper admittendam: & fatalia decem dierum commodo currant in ſupplicatione, ut in appellatione, conſuluit *n. 30.*

6 Et nota: ſupplicans debet omnia ſpecificè narrare, & exponere etiam cum omnibus qualitatibus, quæ faciunt ad rem, de qua ſupplicatur: *c. paſtoralis, & c. ſuper ea, de reſcrip.* aliàs enim, ſi reſcriptum ad aliud impetraverit, dicitur ſubreptitiè impetratum, & non valet: Hippo de Marſi. *declarat per exempla in ſingul. ſub tit. incip. ſupplicans.*

7 Nota aliud: ſupplicans principi, ut retractetur ſententia, quæ tranſivit in rem iudicatam: non ſolùm caret impetratis, ſed etiam incurrit in infamiam: *dicit* Paul. Caſtr. *in l. fi. C. ut lite penden. per tex. l. fi. C. ſenten. reſcin. non poſſe.* quod verum fertur, quando talis ſententia eſt lata ex veris & proprijs probationibus: ſecus, ſi eſſet lata, ex probationibus privilegiatis: quia tunc non tranſit in rem iudicatam: & quandocunq; talis ſententia ſupervenientibus proprijs & veris probationibus contrarijs retractari poſſit, *ut in c. 2. ext. de purg. vulgari, & ibi* Abb. item quando ſententia eſt lata ad conſilium ſapientis, declarat & refert Petr. Gerar. de Petr. Sanct. *in ſingul. ſuo 20. incip. ſicut non valeat: & ſic notata ſunt aliqua de ſupplicatione.*

Supplicare Principi, ubi copia eſt Iudicis inferioris, & hic facit officium, non licet: *l. 2. ut lite pendente.*

8 Supplicare de iure Can. mentione tamen facta litis pendentiæ, quocunque licet tempore: *c. dilectus, de reſcriptis, c. inter Monachos de Iudicijs.*

9 Non licet ſupplicare poſt rem iudicatam: *l. 2. C. ut lite pend. niſi à pœna indebitè decreta, l. 1. in fi. de quaſt.* Platea *in l. quòd in libellum. C. de fide inſtrum.*

10 De Supplicationibus ad proceſſus ex Camera extrahendos, Patrus Fridarus *tract. de extrah. proceſſ. t. 1. & ſeqq. lib. 1.*

11 Ubi ſupplicatur præfecto prætorio intra 10 dies non mandatur ſententia executioni ſine ſatiſdatione, ſecus ſi poſt 10 dies ſupplicetur: Auth. *quæ ſupplicatio C. de precibus Imperat. offerendis.*

12 Per Supplicationem Principi oblatam lis dicitur pendens: *l. 1. & 2. C. Quand. libell. Principi.* Bart. Joan. Faber & Jaſ. *in d. l. 1. C. d. ti.* Cardinal. Zabarell. *in c. cum lite. 2. num. 8. ut lit. pend. in clementin.* Zachard. *in Addition. ad Fanorm. Rubr. ut lit. pend. nil innov.* Guid. Pap. *Deciſ. 337. num. 3.* Diaz. *in regul. jur. Regul. 404.* Cyn. *in l. 2. in princ. C. Quand. libell. Princip.* Maſcard. *in Tract. Probat. vol. 2. concluſ. 986. num. 2.* Firman. *in Repertor. 3 part. lit. L. in verbo lis pendet.*

13 De ſupplicationibus quæ apud Gentes mandantibus ſacerdotibus, pluribus de cauſis fiebant: Anaſtaſ. German. *lib. 1. tract. de ſacrar. immunitat. cap. 18.*

14 De Supplicationibus nervoſe tractant Petr. Rebuff. *in ordinat. Reg. Tom. 1. Tract.* De Supplicationibus ſeu errorum propoſitionibus: Joan. Ferrar. Montan. *in Tract. iudiciali de ſupplicandi uſu* Speculat. *lib. 2. part. 3. de ſupplicatione.* Ægid. *Baſſ. in Tract. criminali de ſupplicationibus adverſus rem judicatam.* Menoch. *& Dd in l. Edicto 3. C. de Edict. D. Adr. toll.* Bart. Bald. *Caſtrenſ.* Salycet. Jaſ. *& D. in l. ſi quis & in Authent. quæ ſupplicatio C. de precib. Imper. offer.* Hartman. Hartman. *ab Epping. in practic. obſervat. 29. tit. de appellation.* Myning. *cent. 1. obſervat. 84. & cent. 6. obſervat. 15.* Andr. Geyl. *lib. 1. obſervat. 139. nu. 4.* Matth. Coler. *in Tract. de proceſſ. executiv. part. 4. cap. 2. num. 23. & 24.*

15 Clauſula motu proprio & Supplicatio ſe invicem compatiuntur: Anaſtaſ. German. *in Tract. de Indult. Cardinal. §. Nos itaq; nu. 52.*

16 Stare poſſunt ſimul ſupplicatio petentis & ſpontanea diſpoſitio concedentis: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. §. Nos itaq; num. 53.*

Sup-

17 Supplicatio facta in forma motus proprij ſi clanſula motu proprio non ſit in ea manu Papæ appoſita expeditur ad petitionam perſonæ: Anaſtaſ. German. *in d. Tract. d. §. Nos itaq; num. 55.*

18 Aſſenſus intelligitur ſecundum ſupplicationem petentis: Paul. Fuſc. *in ſingular. in verbo Aſſenſus lit. A. num. 100.*

SURROGATUM.

1 SUrrogatum in locum alicuius, ipſius officium & naturam aſſumit: *§ fuerat. Inſt. de Action. l. 1. C. de rei ux. act.* Bart. *in l. infamem, de publ. judic. vide latè* Jaſ. *in d. §. fuerat, & per* Bar. *in l. 1. §. hac actio ff. ſi quis teſt. li. eſſe juſſ. fue.*

2 Hoc tamen non ſemper eſt verum: *vide* Carol. *in l ſtipulationes non dividuntur, Lect. 38. in princ. de verb. obligat.* Quia tantùm procedit, quando in acceſſorio eſt eadem ratio, alioquin non ſequitur naturam principalis.

3 Et quando duo remedia vel actiones ſunt diverſæ naturæ, & diverſi effectus, & unum ſurrogatur in locum alterius. tunc unum non ſapit naturam alterius Mod. omnas *in l. ſi quis filium, C. de inoff. teſt.* qui per hoc reprobant Bart. ſententem, quòd ex quo iua petendi legitimæ ſupplementum ſurrogatur loco querelæ. Ergò durat ſolùm per quānque annos, ſicut querela.

4 Reprobant, quia jus petendi ſupplementum & querela ſunt diverſæ naturæ, item divarſi effectus. Quia unum eſt odioſum, alterum favorabile: unum ad ſcindendum teſtamentum, alterum ad confirmandum: *vide* Goa. *in l. certi conditio, Lect. 50. in prius. Si cert. pet.* ¶ Surrogatum in locum alterius, non debet plus habere juris, quàm illud, in cuius locum ſurrogatur.

5 Surrogatꝰ in alicujus locum debet ſervare iſtas ſolennitates in actib. quas debuit ſervare is, cui eſt ſubrogatus, ponit exemplum in procuratore & eleganter declārat Hipp. de Marſil. *in ſingul. 255. incip. ſurrogatus.* Vide declarationem iſtius regulæ & exemplum de eligente ex ſubrogatione & de judice ſubrogato: Ludov. Roman. *ſingul. 484. incip. pono quod & ibi* Nicol. Pignol. *in addit. duas declarationes poſuit* Socin. *in reg. fallent. regula. 475. conſuluis* Decian. *in conſil. 27. in pr. vol.* 1. declarat per exempla bene notanda in cauſa fideicommiſſi, & in alijs idem Decian. *conſ. 5a. num. 33.*

6 In particularibus nec pretium ſuccedit loco rei nac res loco pretij nec una res in altarius locum, in univarſalibus vero pratium ſoccedit loco rei ex mente, intentione & æquitate non da natura verborum: Florez Diez de Mena *lib. 1. qu. 20.* ubi tractāt illā quæſtionē utrum ſi res aliqua patrimonialis vendatur, & in eius locum alia ſubrogatur quæ poſt etiam vendatur res ſubrogata efficiatur patrimonialis & conſanguineus poſſit eam rettactate? Negat. decidit vide Matienzo *in l. 2. gl. 2. nu. 4. tit. de donatio. inter virum, §. 62. nu. 4.* Acebed. *in l. 6. nu. 6. lib. 7. 5. tit. recompilation.*

SYNDICUS.

SYndicus dicitur quaſi ſingulorum cauſa dicens: appellatur etiam defenſor univerſitatis: *gloſ. in l. 1. in fin. in verb. Syndicum. ff quod cuiuſq; univerſi nom. habetur in c. 1. in text. & gloſſa, ext. de Syndico.* Nonnunquam etiam procurator pro ſyndico uſurpatur: *c. quia in cauſis, ext. de procura.* 1

Qualiter conſtituatur ſyndicus, & qui conſtituant, qualis & quis debeat ſyndicus conſtitui. quomodo revocetur, & quæ illi poſſint opponi, & ad quas cauſas poſſit conſtitui, item contra quos notavit Chil. Köning. *in pract. ſua, c. 19.* von dem *ſyndico, Speculi. in titul. de ſyndico per totum, & ibi ponit formam inſtrumenti ſyndicatus.* 2

Sed quomodo ad univerſitate conſtituatur, in cauſa criminali vel ardua, uteneat conſtitutio, dixit Ioan. de Arno. *in ſingula. ſuo 79. incip. circa regni, &* Bal. *in l. 1. ff. de magiſt. conue.* An & quando omnes de univerſitate ſint nominandi in illa, notavit (*In collectis nominibus non opus eſſe ſpeciali nominum expreſſione: ſecus, ſi per ſingularia nomina, ſingulares perſonas deſignantia, talis conſtitutio fiat: niſi ea talia ſint, quæ æquipolleant collectivo, ut omnes canonici, omnes cives.*) Mynſi. *in obſerv 78. cent. 3.* 3

Et qualiter univerſitas conſtituat ſyndicum ad alienandum res univerſitatis, ita ut eius alienatio teneat, docuit Roland. à Valle. *in conſi. ſuo 90. num. 17. & in ſeq. & ibi multa de alienatione rei univerſitatis.* 4

Syndicus pro vniverſitate quòd poſſit agere, accuſare, defendere, habetur apud Speen. *in titu. de accuſato num. 3. & in ſeqq.* 5

Quòd iuret in animam ſuam, cùm univerſitas non habeat animam, dixit Specul. *in titu. de ſenten. excommu. verſ. item nota quòd,* Barto. *in l. aut facta, §. fin ff. de pœnis.* Innocen. *in c. gravem, de ſenten. excommu.* ubi univerſitas non habet animam intellectivam. Si autem haberet mandatum ſpeciale jurandi in animas conſtituentium, poſſet in ipſorum animas iurare: Abbas *in c. in pertractandis, in 1. notab. de jura calum.* 6

De eius Conſtitutione & poteſtate, dicit Weſembec. *in paratit. & titu. quod quiſque univerſita. nomine.* 7

8 Syndicus univerſitatis ſcholarium cenſetur quaſi privatus procurator, ergo requiritur in eo ſpeciale mandatum: ſecus in ſyndico civitatis & villarum: *vide* Iaſo. *in l. præſes. C. de tranſact.*

9 Syndicum tres ſimul habitantes facere poſſunt, qui eorum nomine agat & conveniatur, quia tres faciunt univerſitatem *l.* Neratius, *verb. ſignif.* Barto. *in l. fin. de coll. ill.*

10 Syndicus eſt ille qui nomine univerſitatis agit & convenitur: *vide gloſſ.* Rub. *ff. quod quiſque univ. nom.*

Confeſſio ſyndici nocet communitati: 11
Dec. *conſi. 221. vol. 2 non patitur, & eundem conſi. 297. eod. vol. non patitur.*

An duo ex tribus ſyndicis, habeant po- 12
teſtatem illis tribus conceſſam ibidem.

Syndicus à quibus conſtitui poſſit, *vide* 13
Alex. *in conſil. 17. vol. 6. in prin.*

Syndicus qui tenetur denunciare deli-
cta, an ſuorum conſanguineorum denuncia- 14
re teneatur, *vide ſupra in verb. conſanguineus.*

TACITUM.

1 TACITI ET EXPRESſi idem eſt judicium: *l. cum quid, ibi gloſſa & Dd. ff. ſi cert. pet. l. quanquam, ff. de ritu nupt.* Datur exemplũ, quod ſicut per confeſſionem expreſſam [illegible] proceſſus nullus, ita etiam per confeſſionem tacitam: *refert* Hippo de Marſil. *in ſingul. ſuo 387. incip. taciti & expreſſi.*

2 Sed quando & quibus caſibus in contractibus tacitum habeatur pro expreſſo, vel non habentur quædam, *in gloſſ. & per Dd. in d. l. cum quid, ff. ſi cert. peti notaverunt* Bart. & Zazius *in l. quicquid aſtringendæ ff. de verb. obligat.*

3 In ultimis voluntatibus tacitum ſemper pro expreſſo haberi, ubicunque tacita mens teſtatoris conjici poſſit, tenuit d. Zaſius, *in d. l. quicquid, ff. de verb. oblig. n. 16 in fin per l. inter veſtem, & ibi per* Bart. *ff. de auro & argento legato. l. voluntatis, C. de fideicommiſſ.*

4 Nota: taciturnitas eſt magni effectus & importantiæ: *l. cum oſtendimus, ff de fidei inſ. tut & vide ea, quæ notavi ſupr. in lit. P verſ. de patientia, & in verſ. de probatione per taciturnitatem, ib. quomodo præiudicet & probet, vel non.*

5 Inter alia vide quomodo taciturnitas fratrum pro filia in dote inducat donationem excuſet & relevet filiam dotatam à collatione dotis? docuit Hippo. de Marſi. *in ſingul. ſuo 344. incip. taciturnitas.*

6 Et notavit aliquos caſus, qui valent parte tacente, & non contradicente, cum alias non valerent: Hipp. de Marſ. *in pract. ſua crim. §. ſequitur, n. 8. & in ſeqq.*

7 Sed tacens quando habeatur pro contradicente, & quando pro conſentiente docuit aliqua Anto Corſe. *in ſing ſuis, in verb. taciturnitas*, diſtinguendo de actibus oneroſis concupiſcibilibus ſeu honorabilibus, & commodum afferentibus *vide l. n. de ætate, qui tacuit 40 ff de interrog. in iur. fac.* Mynſing. *in 2. reſponſ. n. 53. decadis 1. reſpon. ſuorum.* conſuluit de taciturnitate reverentiali & multum præjudiciali: quia dicit potius haberi pro diſſenſu, quàm pro conſenſu: *vide etiam* Weſenbec. *in parat ff. de pact. n 7. in fin.*

In *Clemen. 1. de procur.* habetur, quod ſi 8
quis ſcienter recipit inſtrumentũ, quo conſtituitur procurator, videtur tacite ſe obligare ad illud officium: & hoc ideo, quia ultra taciturnitatem intervenit actus poſitivus: Corſet. *in d. ſingul. per c. ex ore, ext. de his, quæ fiunt à maio. parte capitu.* & (dicit) ex hoc cape unam bonam theoricam, quod ubi tractatur de præiudicio alicuius, ſi ultra taciturnitatem faciat aliquem actum, qui videtur venire ad probationem actus, videtur ad hoc conſentire *text. eſt in l. filiusfamiliar. ff ad* Maced. *& ibi per* Bart. quem tex. reputat. Corſet. ad hoc meliorem in corpore iuris, addit *in d. ſingul. in fi.* de recipiente, legente & retinente apud ſe, nec contradicente literas cambii, quod videatur eas acceptare & approbare: *vide* Pet. de Raven. *in aureo ſuo alphab. litera T. verſic. taciturnitas.*

Quatenus dominus feudi tacens, in eli- 9
gendo à paribus curiæ iudicem, videatur cõſentire, vide Curt. *part 7 n. 19. item Dn.* Ioan. Bocholt. *in tract. ſuo feudal. c. 10. n. 30. qui hoc pro & contrà eleganter & diſputant.* Curt. vult, quod litigantes pares curiæ alium iudicem eligere non poſſint, niſi dominus feudi expreſſe conſentiant, & argumenta contraria refutat. Bocholten vero eſt in ea ſententia, quod ſufficiat taciturnitas & ſcientia domini, ac optimis rationibus ſuam opinionem munivit.

Quandò proteſtatio præjudicet tacen-
ti docuit gloſſ. cum textu *in l. fin. §. item ſi prædixerit,* 10

dixerit, ff. nau. caup. & ſtabul. a. in l. 1. §. pœna, ff. de lib. agnoſ. Bart. *in l. non ſolum, §. morte, ad fin. ff. oper. novi nun.* favore religionis, quando tacens videatur conſentire, habetur apud Bal. *in l. jubemus, §. 1. C. de Epiſc. & Cleri. & ibi per illum textum tenuit, quod ſic.*

11 *S*ed pro meliori expeditione vide Socin. *in regulis fallenc. regula 484.* primo ſic dicentem, taciturnitatem, quo ad alicuius iuris diminutionem, ſeu actionis competentis ſublationem, pro conſenſu non haberi; *per l. invitum, ff. de ſervi ruſti prædio. & per l. in eo, §. penul. ff. de ritu nuptia.* ſed adducit ſex fallantias.

12 Secundo dicit, *in regula 485.* taciturnitatem, quo ad alterius delinquentis excuſationem, etiam pro conſenſu non haberi *l. penul. & l. inter eos. §. velare, ff. de furtis* ponit ibi unam fallentiam.

13 Tertio; *in regula 586.* taciturnitatem ad aliquem obligandum non haberi pro conſenſu, cum 5. fallentiis.

14 Quarto, *in regula 587.* tacentem in obligatione perſonali pro conſentiente non haberi: *l. non ſolum. ff. de procu.* cum duabus fallentiis.

15 Quinto, *in regula 588.* dicit: tacens contradicere videtur: Cynus *in l. mutus. C de procura. per textum in l. per quas, §.* Neratius *ff. de furtis, CC in c. nonne de præſump.* ponit d. Socinus quinque fallentias, da quibus *in loco allegato,* vide per ipſum *Socinum.*

16 Taciturnitas quatenus, & quando faciat iudicium contra domeſticum, tacentem de homicidio, in domo in qua moratur facto; notavit & docuit Anton. *Blanc. in repe l. fina ff. de quaſt. mihi n. 275. verſic. taciturnit. domeſtici. allegat* Bal. *in l. excipiuntur, ff. ad Syl. & alios, quos ibi vide: vide, qua notavi ſupr. in litera P. verſ. de patientia, & in verſ. de probatione per taciturnitatem.*

17 De tacito, taciturnitate, & de tacente, *vide* Everhard. *in Topic.* De maiori virtute expreſſi, quam taciti, Raudenſ. *de analog. lib. 1. c. 23. n. 35. & ſeqq.*

18 In ultimis voluntatibus caſus omiſſus habetur pro expreſſo: in contractibus verò non expreſſum habetur pro omiſſo: Moller. *lib. 5. ſemeſtr. differ. 15.*

19 Ibid. Remiſſiones de tacito & expreſſo, & quando omiſſum habeatur pro expreſſo.

20 Præſentia cum taciturnitate, habetur pro contradictione: quin imò pro conſenſu, utrumque verum regulariter, ſed limitandum: Capra *late reg. fol. 65.*

21 Tacens an & quando conſentire præſumatur. Menoch *lib. 6 præſ 99.*

22 Taciturnitas & patientia eius, qui ius ſuum ubiq; ſalvum fore ſcit, nullius eſt momenti: Pruckm. *de regal. c. 5. n. 59.*

23 Si actus eſt annulandus in favorem certe partis, hoc ita demum locum habet, ſi ille, cujus favore hoc introductum eſt, hoc petat alias, ſi tacaat, ſecus eſt: Schrad. *l. admonendi. n. 172. in fi. de iureiur.*

24 Tacitè quædam fiunt, quæ expreſsè fieri nequeunt: *l. filiusfamilias, §. veterum, de Procur. l. ita demum, C. eod.* De hoc brocardico, (licitum eſt expreſsè, quod tacire non licet,) *vide* Bald. *in c. 1. §. filia, de ſucceſſiou. feud.*

25 *S*ic filiusfamilias tacitè repudiando bonorum poſſeſſionem vel hæreditatem, patri præiudicat: *l. 1. C. qui ad,* expreſsè autem præiudicare nō poteſt *l. fi. in priu. C. de bon. qua lib. vide* Mod. *in d. l. 1. C. qui admit.* Vbi habes, an tacitum minus opererur, quam expreſſū.

26 Sic iuramentum calumniæ tacitè remittitur, quod expreſſe remitti non poteſt: *c. 1. §. 1. de iudic. lib. 6. l. 2. §. ſed quia, C. eod.* nec valet conſuetudo de ipſo non præſtando: *c. ceterum de iureiur.*

27 Optimum caſum nota, quo Clericus tacite ſuo privilegio, & ordini renunciat. ſi negociationibus ſecularibus ſe implicans, & tertio monitus non deſiſtit, tunc ipſo facto ſubjacet ſtatutis laicorum: *c. fin. de vi & hon. Eccleſ.* Quod expreſſe non potaſt *c. ſi diligenti, de for. comp. ita dixit* Io de Plat *in l. quidam ignavia, C. de* Dec. *lib. 10. in verb final.*

28 *S*ic etiam in conſequentiam multa permittuntur, quæ principaliter non concedarentur: *l. 1. ff. de uſufr. l. 1. in pr ff. de auct. tut. gl. in c. per venerabilem, qui filii ſunt legit. in verb. habent poteſtatem,* Iaſ. *in Rub. Act fol. 13. n. 45.*

29 Vnde debet inſpici, quod principaliter ſit: *De hoc latiſſime vide* Iaſ. *in l. ſi quis nec cauſſam, Si cert. pet. vide ſupra in verb. conſequentia.*

30 Expreſſo viciato & ſublato, tollitur tacitum *l. 3. §. qui habet, de ſervit. ruſtic. prad.* Iaſ. *in l. precib C. de impub. & aliis ſubſt.* ¶ Expreſſo vitiato, non vitiatur tacitum æque principale: ſaltem ubi non militat eadem ratio vitiandi tacitum: *l. ſi fideiuſ. in princ. & ibi* Bart. *de leg. 1. l. 1. quibus mod. pig. vel hyp. ſol. not.* Alex. *in l. 1. §. nunciatio in 8. col. de oper. no. nunc.*

31 Expreſſum dicitur illud, quod eſt de mente legis: & quod ſub generalitate verborum continetur, expreſſum eſt. Sicut evidens, quod ex coniecturis colligitur: *l. prætor ait, ubi gloſſ.* & Bart. *not. de oper. nou. nunc. vide de hoc* Goz. *in l. ſi quis id quod. in 2. Lect. nobis in Lect. ſua de iurisd. omn. iudic.*

32 Ex vi verborum tantum veniens, expreſſo æquiparatur: *l. exempto, de Act empt.* Bald. *in l. 1. § fin. C. de rei ux. act.* And. Sicul. *in c. translato, de* Conſt. *vide* Goza. *in l. omnes populi, in 3. q. 3. q princ. Lect 22. de Iuſt. & iur.*

33 Quando natura importat illud, non dicitur tacitum, ſed expreſſum: Bart. *in l. uxorem, §. agri plagam, de leg. 3. leg ſi fideiuſſor. §. memi-*

Pp 4

§. meminiſſe, de leg. 1. vide Jaſ. in l. 1. in 9. col. in princ. de leg. 1.

34 Expreſſum aliquid eſſe poteſt, non tamen per verba, ſed ſignis & nutu: ita eſt gloſ. aurea in l. item quia, ff. de Pact.. quem refert Dom. Carol. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, fol. 61. de verb. oblig. & in §. ſi quis ita, chart. 40. fa. 2. de verb. oblig.

35 An taciti & expreſſi ſit par virtus, vide omnes Dd. & maximè Jaſ. in l. cum quid, Si cert. pet. in 2. lectur. ſi cert. pet. & ibi Dom. Goz. cum in multis tanat.

36 Sic & dies tacita, & expreſſa idem operantur: l. 1. de pec. leg. ibi niſi fortè Bart. in l. ſi inſulā, in 5. opp. 1. partis principalis, de verb. obl.

37 Quando illud, quod tacitè ſubintelligitur pro expreſſo habeatur, vide Petr. in qu. 44.

38 Expreſſio illorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur: l. hac verba, de leg. 1. ubi latè omnes, l. non rectè, C. de fidejuſſ. Tamen talis expreſſio non eſt ſuperflua: Aret. in l. liber. homo, §. poſſum, de verb. oblig. Bl. in Rubr. C. de contr. empt. in 9. q.

39 In omni diſpoſitione habetur pro expreſſo illud, quod eſt veriſimile diſponentes fuiſſe expreſſuros, ſi de eo cogitaſſent, vel ſi de eo interrogati fuiſſent: l. Titius, §. 1. & ibi not. Dd. ff. de lib. & poſthum. & eſt gloſſ. not. in l. tale pactum, §. 1. ff. de pact. vide Alex. conſi. 188. vol. 2. in princ. ponder. verb. ¶ Nonnunquam expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocerent, vide pulchrè Zaſ. in l. præſes, ff. de re judic. colum. 115. ubi etiam habes, quòd taciti & expreſſi ſit diverſa ratio.

40 Ad hoc procardicum, an tacens videatur conſentire, vide Philipp Dec. in conſil. 98. volu. 1. in fi. & Bar. in l. quo enim, ff. rem rat. hab.

41 Quando illud, quod tacitè ſubintelligitur, pro expreſſo habeatur, vide Petr. in qu. 404.

42 Quando & an taciturnitas pro conſenſu habeatur, vide Socin. in Regul. 391. & ſeq.

43 Quando geritur actus me abſente, ſi ego cognovi, & taceo, an videar approbare? Et quid, ſi geritur me præſente, & taceo, an reprobare vel improbare dicat? & quid in præiudicalibus, & quid in commodum afferentibus. vide Bartol. in l. quo enim, ff. rem rat. hab.

44 Tacendo quis, in his, quæ ſunt ei præiudicialia, non videtur conſentire: l. qui vas, §. vetare, de Furt Joann. de Mont. Ferr. in l. 1. in pr. col. 9 de verb. oblig. vide ſupr. in verb. conſenſus

45 Quando tractatur de lucro & commodo alicuius, & is eſt præſens, ſemper in ſui favorem videtur conſentire: l. qui patitur, l. ſi remunerandi, §. qui paſſ. ff. Mand. Bartol. in l. qua dotis, ſolut. matr. Carol. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, fol. 61. in princ. de verb oblig. Secus, ſi de præjudicio: quia non præſumitur conſentire: l. qui vas, §. vetare, de Furt. l. mutus, C. de procur. l. qui tacet, de Regul. jur. l. Gaius, de pig. act. Paul. in conſil. 74. in 5. colum.

Item quando patientia ſine contradictione, pro expreſſo conſenſu habeatur, vide pulcram gloſ. & ibi Bald. in c. 2. ſi de inveſt. inter dom. & vaſall. lit oriat. l. cum plures, §. locator, ff. locat. l. 1. §. magiſtrum, de Exercit. Barto. in l. de quibus, in 1. q. 5. q. prin. de legibus. ¶ Item ad hoc, aliquid per Bartol. in l. 1. poſt gloſ. de negot. geſt. ubi dicit, quòd quando aliquid agitur ad commodum meum, tunc mea præſentia & taciturnitas inducit mandatum. 46

Qui conſentit alteri, ſua jura perdit, ſive tacitè, ſive expreſsè: c. 1. §. præterea, ubi gl. Bald. & alij quibus mod. feud. amitt. ¶ Plus operatur expreſſa voluntas, quàm tacita vel præſumpta: l. qui liberis, §. hæc verba, de vulga. & pupill. & in l. vera, §. teſtamento, de leg. 2. vide Carol. Ruin. in conſi. 10. n. 10. vol. 2. 47

Præſentia ſola cum taciturnitata non introducit renunciarionē iuris ſui ſed requiritur expreſſus conſenſ9: Cravet. conſ. 226. n. 9. 48

Dolus ex ſilentio arguitur: Cravetta conſ. 298. in fin. 49

Tacitum non valet plusquam expreſſum: Ægidius Bellamera concl. 126. nec plus operatur quam expreſſum concl. 746. 50

Quod agitur tacite pro expreſſo habetur, ut in mutuo in quo tacite agitur ut æqua bonū reddatur: l. cum quid ff. ſi certum petatur. 51

Tacitus caſus ſimilis expreſſo ad expreſſū refertur: Bar. in 6. ff. de condi. data cauſa. 52

Taciturnitas apud acta habet vim ſtipulationis: Bartolus in l. 1. à quibus appellare non licet. 53

In tacitus eſt præſumptis non ſit extenſio ſicut in expreſſis: Cravet. conſ 313. n. 3. 54

Tacitum & expreſſum idem operantur quando procedunt ex eadem cauſa efficienti: Marc. de Mantua ſing. 294. ſing. 309. 55

Expreſſio eorum quæ tacite inſunt nihil operatur: Bart. in l. non rectè C. de fidejuſſ. 56

Expreſſio autem eorum quæ tacite inſunt per modum conditionis, quando aliquid operetur & teſtator poteſt facere quod conditio quæ tacite ineſt, ſit conditio, & ſuſpendat: Bartolus in l. 3. ff. de legat. 1. 57

Expreſſio eorum quæ tacite inſunt per voluntatem aliquid operatur, ſecus ſi ex neceſſitate inſunt: Bartolus in l. 87. de legat. 3. 58

Expreſſum illud intelligitur quod per relationē ad aliud habetur: Ozaſ. dec. 129. n. 13. 59

Approbare dicitur quando non improbat quoties de eius commodo & luco agitur: Bartol. qu. 10. 60

Præſens non dicitur qui non intelligit, & ex præſentia non præſumitur intelligentiā niſi probetur: Joh. de Arnono. ſing 5. 61

Quan-

62 Quando in acto aliquo alicuius ſcientia requiritur, ſufficit illi actu notificatum eſſe, licet nō conſenſerit: Mynſin. *obſer. 46. cent. 6.*

63 In iudicio interrogatus tacens quo ad ſuum commodum habetur pro negante. *l. 12. § qui tacuit ff. de interrog. action.*

64 In lucrativis præſens non ſtatim cenſetur lucrum acceptare, & quod dicitur præſentem præſumi ad ſuum commodum conſentire intelligitur quando ad hoc præſens eſt & de hoc tractatur Caſpar Caball. *milleloquio 361. parte 1.*

65 Tacite quædam fieri poſſunt quæ non licet facere expreſſe, *l. 8. §. veterani ibi ff. & gloſſ. ff. de procurat.*

66 Expreſſum licet differatur, tamen tacitū non differtur: *l. 32. §. Lucius ff. de teſta. tutela.*

67 Taciturnitas in actibus præjudicialibus non inducit conſenſum quando datetur reverentia ex parte illius qui debet proteſtari, imo tunc præſumitur diſſenſus, & hoc caſu proteſtatio non facta non inducit conſenſum; maxime cum agitur de evitando præjudicio non proteſtantis: Afflictis *decis. 58. n. 3.* Franc. Marcus *qu. 329.*

68 Taciturnitas æquiparatur conſenſui ubi eſt coniunctio perſonarum; §. ſed etſi pater Inſtitu. quibus modis patria ſolvitur poteſtas & ibi Bartolus.

69 Tacitus conſenſus nihil operatur quando de iure expreſſus requiritur Dd. de Rota *decis. 15. de officio delegat.*

70 In cauſis favorabilibus tacens præſumitur conſentire liceat agatur de præjudicio tacentis, ideo in favorem pupilli tacens cenſetur ſe obligare pro pupillo, idem obtinet in favore Reipub. Cravetta *conſil. 281.*

71 Tacens quando ſibi præiudicat *vide* Marcum de Mantua *ſing. 443. & habeatur pro conſentiente* Bartolus *in l. 5. §. de adopt.*

72 In odioſis & obligatoriis licet tacens habeatur pro contradicente, tamen ſi ſcienter aliquid agit, tacite cenſetur ſe obligare & conſentire quia ultra taciturnitatem actus poſitivus adeſt Caſſad. *dec. 3. de reſcriptis.*

71 Tacitus conſenſus in judicialibus pro expreſſo habetur: Mynſinger *in conſil. Decad. 4. conſil. 40. n. 16* Tiraquel. *in Tract. de LL. connubial. gl. 7. in verb. expreſ. n. 47.* Schurpff. *cent. 3. conſil. 12. n. 40.*

74 Taciturnitas habet vim confeſſionis: Petr. Anchoran. *in c. ſi poſt 2. n. 8. De confeſ. in 6.*

75 Ex receptione literarum ob tacitum conſenſum inducitur confeſſio omnium cōtentorum in eis etiamſi in parte & partibus productæ fuiſſent literæ: Saluſt. Tiber. *in Practic. lib. 2. n. 23.*

76 Taciturnitas habet vim renunciationis: Dominic. de S Gemin. *in c. ſi is cui n. 10. & ſinal. de accuſation Inquiſit. & in 6.*

77 Tacitum pro expreſſo habetur: Euchard. *in Topic. Loc. ab expreſ. ad Tacit.* Philip. Franc. Peruſin. *in tract. diſputationis Patitoris §. videndum eſt nunc de ultimo dubio n. 11.* Anaſtaſ. German. *tract. de Indulc. Cardinal. §. S. Petri ad vincula n. 7.* Fulu. Paciano. *libr. 1. Tract. Probat. c. 29. & 30.*

Tacitus conſenſus uſucapionem & præſcriptionem inducit: Anaſtaſ. German. *lib. 3. De ſacr. immunitat. cap. 18 n. 86.* 78

Taciturnitas operatur conſenſum favore piæ cauſæ: Afflictis *decis. 95.* 79

Expreſſio quando requiritur in perſonis vel rebus ſufficit quod includatur ſub natura verbi expreſſi & illud dicitur expreſſum quod tacite ineſt & ex mente colligitur: Ioſephus Lodov. *dec. Lucenſ 28. n. 54. & 55.* 80

Præſens & tacens tunc cenſetur conſentire actui qui geritur quoties ille reſpicit merum favorem & commodum tacentis: præſens & tacens in actu ſibi præjudiciali nō videtur cōſentire ſed potius diſſentire: Præſens actui ex quo iniuria ſibi irrogatur conſentire non videtur ſed potius diſſentire: Præſens & tacens nunquam videtur conſentire, quoties debet reverentiam actum facienti ſed potius propter metum reverentialem tacuiſſe: Præſens & tacens qui non potuit impedire ne actus qui gerebatur fieret, conſentire non videtur: Præſens & tacens ſibi non præjudicat quando ſcit jus ſuum durare: Præſens & tacens etiam in mere præjudicialibus conſentire videtur quoties ultra præſentiam ex parte ipſius actus exterior intervenit: Præſentia inter conjunctos habetur pro conſenſu quando conjunctus ultra præſentiam aliquid faceret quod conſenſum argueret Iohan. del Caſtillo. *de uſufr c. 2. n. 101. cum ſequ.* Bartol. *in l. qua dotis n 21. ff. ſolut. matrimon.* Aod. ab Exea. *de pactis à n. 15.* Antun. Galeatius Malvaſian. *conſ. 21. n. 6. & 7. vol. 1.* Borboſa *l. qua dotis n. 169 ff. ſolut, matrimon.* Padilla *in l. quoties ab omnib. n. 6. C. de fideicommiſſ.* Pett. Surdus *conſ. 45. n. 47. lib. 1.* Ioh. Vincentius Hondedæi *conſ. 91. n. 91. lib. 1.* Afflictus *dec. 58. n. 3.* Hyppolytus Riminaldus *conſ. 569. à n. 177. lib. 5.* Decius *conſ. 661. n. 10.* Ioh. Garſia *de nobilitat. gl. 8. n. 5.* Ferdinand. de Mendoza *diſputat. iur. civil. lib. 2. c. 4. n. 37.* Iacob Concenatio *ſingul. qu. iur. lib 1. qu. 9. lib. 2. qu. 19.* Hieron. Alban. *in addit.* Bartol. *ad l. qua dotis ff. ſolut. matrimon per totam legem* Fulvius Pacianus *de probat. lib. 1. c. 29. & 30* Franc. Sarmientus *in l. Titia cum teſtamento* §. Lucia Titia *per totum §. ff. leg.* Menoch. *lib 6 præſump. 99. per tot* Petr. Cenedus *in collect. ad ius canon. collect. 9. ad decret. n. 4.* Camil. Gallin. *de verb. ſigni. lib. 5. cius n. 181. & 212.* Ioſeph Maſcard. *de prob. tom. 1. concl. 1224. n. 51.* Dec. *conſ. 117. n. 64. lib. 3.* Galianla *in rub. de verb. oblig. n. 62.* Steph. Forcatulus *dialgo 52. n. 3. ad fin.* Corſet. *in ſuis ſingul. in verb. Taciturnitas* Boer. *dec. 185. n. 10.* 81

Tacitum

82 Tacitom ex tacita non reſoltas nec infertur: M.Anton.Peregrin. *conſ.56.n.29.vol.1.*

83 Cunſanguineus, qui præſens eſt in alienatione bonorum aviorum & non contradicit, neque proteſtatur tamen ſibi non præjudicat, quin eo iure retractus ante tempus tamen præfinitum elapſum uti poſſit Daniel Moller. *ad conſtitu.32.par.2.n.17.cum ſequ.*

TALE.

1 TAlis quis eſſe præſumitur, in quo habitu reperitur: *l. apud labeonem, §. ſi quis virgines de iniur.*

2 Aliud eſt eſſe tale, & haberi pro tali: *l. mercis, l. 2. ff. de verbo. ſignif.* Et hoc eſt verum in his, quæ facti ſunt: ſed in his quæ iuris ſunt, idem eſt eſſe tale, & haberi pro tali: *vide pulcrè & latè* Bartol. *in l. ſi maritus, § legis Iul. de Adult. vide* Socin. *in l 1 in princ. numer. 43. ff. ſi cert. pet.* Bartol. *in l. ſi is qui pro emptore, in 2. q. princ. num 6. de uſuc.*

3 Propter quod unumquodque tale, & ipſum magis: *l. an multo magis, C. de S.S. Eccleſ. l. cui licet, de regul. iuris.*

4 Cum quid eſt tale propter aliud, conſideratur id, propter quod eſt: *l. & ſi non ſunt, §. perveniamus, de aur. & arg. leg.* Bart. *in l. legatum de leg. 3.*

5 Quicquid eſt ſecundum qoid tale, & non ſimpliciter, non dicitur propter tale: *l. hoc legatum, de leg. 3.* Bartol. *in l ſi maritus, §. legis Iul. de Adult. vide* Socin. *in l. 1. in 7. colum. in princ. de Acq. poſſ.* Alex. *in conſi. 30. volum. 4. & conſi. 178. volum. 2.* Socin. *conſi. 119. volum. 1. & conſi. 7. volum. 3. vide* Guz. *in l. omnes populi, in 6. princ. circa proprietatem vocabuli. de Iuſt. & iur. lect. 26.*

6 Quicquid profertur non ſimpliciter, ſed cum adiuncto, non eſt propriè tale: ut frater patruelis non propriè dicitur frater, & frater conſobrinus: *doctrina eſt* Bartol. *in l. Lucius, §. quæſitum, de leg. 3.* Iaſo *In l. 1. in 2. colum. C. de ſucceſ. edict.*

7 Quicquid eſt tale in potentia & non actu, non eſt propriè tale: Goz. *in dict. l. omnes populi, gloſſ. in l. fin. de hered. vel act. vend.* Bartol. *in l. emptor, §. Lucius de pact.* Alex. *in conſil. 46. vol. 1. adde* Guz. *in l. 2. §. creditum. in princ. ſi cert. pet. vide ſupr. in verb. potentia.*

8 Licet aliquid actu non ſit tale, vel fiat, tamen ſufficit aptitudine tale eſſe poſſe, vel fieri, quia aptitudo non actus attenditur: *l. labeo, ff. de ſtat. lib* Car. *in l. ſtipulationes non dividuntur in 8. q. lect 62. fol. 131. de verb. obliga.*

9 Non ſequitur illud: eſt largè tale, ergo impropriè: *vide in verb. verbum, & ſupr. in verb. argumentum.*

10 Quis non debet admitti, ut talis, niſi probet ſe talem: *l. non ignoras, ubi* Bartol. *C. qui accuſ. non poſſ quod facit ad quaſt.* Statutum dicit, quòd nullus faciat actū niſi civis: *&* Bartol. *in l. falſus tutor, ff. de falſ. tut. vide* Dec. *conſi. 321 vel. 2 n. 2.* 11

Quando quis debet reputari, ut alius, propter favorem ſui, & in privilegium debet talis reputari, quando hoc eſt ſibi utile, & in ipſius commodum: alias ſecus: ſic etiam per contrarium, quando quis in ſui odium reputetur, ut alius: procedit hoc ſi eſſet ei damnoſum, non ſi ſibi eſſet utile. 12

De illis duabus regulis, vide Goz. *in l. qui ſe patris, col. 3. & 5. ubi infert. ad q. C. unde liber.*

TEMPUS.

ET prima de temporis brevitate. Actus brevi tempore expeditus, facit ceſſare præſumptionem, quòd cauſæ cognitio actui ſit adhibita: & ſic actus ſine cauſæ cognitione factus, regulariter non valet: veluti ſententia, habita proceſſu in continenti lata, dicitur fulminatoria, & non valet propter brevitatem temporis: Hippol. de Marſil. *in practica ſua criminali, §. nunc videndum, n. 32. & 33.* Sic etiam conſilium conſultoris, repentè conſultum, reputatur nullum ipſo iure: Alex de Imol. *in l. prolatam, C. de ſenten. & interlo. omn. iudic.* Imo plura circa temporis brevitatem adduxit idem Hippol. de Marſi. *in l. ſtatu liber. in penult. col. ff. de quæſtio. ubi videas, & in dict. §. nunc videndum, dict. n. 32. 33. & in ſeqq.* dicit de importantia cauſæ cognitionis, & nota huc textum, *50. diſtinct. c. ponderet*, ſic dicentem: nos tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus: non præcipitemus opera, & conſilia noſtra, neque eorum ordinem conturbemus eſt bonus text. præcipitantiam & celeritatem in omnibus operibus & conſiliis noſtris prohibens. 1

Et brevitas temporis quæ faciat præſumi, enumerat in aliquibus caſibus idem Hippol. de Marſil. *in repet. Rubric. ff. de fideiuſſ. n. 76. 77. 78. 79. & ulterius.* 2

Et quæ propter temporis brevitatem poſſint impugnari, & quod non præſumantur legitimè facta, ſed mutila, ſed potius durate primam cauſam, conſuluit Decian. *in conſil. 34. vol. 3. n. 31. & in ſeqq.* 3

Item celeritas actus inducit ſuſpicionem fraudis, *probat text, iuncta gloſ. in l. ſi ventri, §. eorum, ff. de privilegiis credito.* 4

Et id, quod in continenti fit, præſumitur præordinatum, præcogitatum & ſimulatum, per exemplum declarat Antho Corſet. *in ſingul. in verbo præſumptio 3. incip. celeritas actus.* 5

De temporis anguſtia. Quæ durant tantum momento temporis, non ſunt in conſideratione, & aliquid non diſponunt: ita- 6

diti

dixit Bald. *in c.* 1. §. *cum etiam*, *titu. Epiſcopo. vel Abba.in uſibus ſeudo, l. ex facto, §. fina. ff. ad Trebell. notavit* Hippol. de Marſil. *in repet. l. qui falſam, ff. ad l.* Corn. *de falſ. num.* 50. Imo dicit, dabat durare effectus, alias oon eſt ſatisfactum legi: eo quia ooo dicitur factum quod non durat factum: *allegat.* Batt. *in l. gerit, ff. de acquir. hared. & dict.* Hippol. *n* 55. & 56 *in d. l. qui falſam*, Dacian. *in conſi.* 34. *vol.* 3. *n.* 31. & *in ſeqq.*

7 De proximitate temporis. De proximo vel da erevi fiendum, an, quando, & in quibus caſibus pro facto, vel iam fieri habeatur, vide eundem Hippol. de Marſil. *in repe. l. unica, C. de raptu virginum, num.* 69. 70. & *in ſeqq.*

8 Nota dictum: qui de proximo eſt cingendus, habetur pro cincto: *l. penult. ff. de teſta. mili.*

9 De proximo condamnandus, habetur pro condemnato. Abbas. *in c. Eccleſia, in* 3. *notabi. de immu. Eccleſia, text. allegatur notabilis, in l. qui pœna, §. divus Pius, ff. de manumiſſio. & alia dicta, vide plura per* Hippo. *in dict. l. uni. C. de raptu. virgi. n.* 70. & *in ſeqq.*

10 Da proximo carceribus relaxaodus, habetur pro ralaxato, & potaſt ralaxari. Ludo. Roman. *in ſingula. ſuo* 469. *incip. Accuſat.* Hippol. de Marſil. *in ſingula.* 381. *incip. licet reus, qui dicit ibi, ſe plures illa practicaſſe, & obtinuiſſe pro fideiuſſore: vide eundem* Hippol. *in repet. rubric. ff. de fideiuſſo, in* 31. *qua. princip. a. n.* 217.

11 De Banniendo, ao poſſit occidi ſicut Bannitus, & da fideiuſſore condemnando, *vide* Ioan. de Arno. *in ſingula. ſuo* 80. & 81.

12 De temporis diuturnitate. Diuturnitas temporis operatur præſumi, omnia ſolenniter eſſe acta? *l. filiusfam. & ibi Dd. C. de petitio. hæredita.* Bald. Aogel. & *moder. in l. ſciendum,*
13 *ff. de verba. abliga.*

Tene tamen mēte perpetuo, quod mandatum ad vendendum, emendum, val compromittendum, vel ad ſimilia, ounquam præſumatur ex diuturnitate tēporis, ex eurſu centum anoorum, niſi probetur. *ſecundum* Bald *in l.* 2. *C. ſi ex fal. inſtru. in verſi quæro quid ſit dominus*: & adde, quod ex diuturnitate temporis non præſumatur, quod io contractu intervenite conſenſus propinquorum: *ita dixit* Bald. *in l. C. de legiti. hæredi.* Iſtas deelarationes, notavit Hippol. de Marſil. *in ſingula. ſuo* 323. *incip. diuturnitas*: & *vide notata* Zaſii *ad dict. l. ſciendum, ff. de verbo. obliga. generaliter dicentem, quod facta, vel ſolennitas extrinſeca non præſumantur.* Sad reſolutiones iſtorum iurium, voleotium, quod præſumatur ex diuturnitate temporis ſoleooiter aliqua eſſe acta, vida intar alios apud Roland. à Valle, *in conſil.* 2. *num.* 127. *lib.* 1. *ſunt bene notanda.*

14 Tampus ſi fuerit fortunatum & felix, quadruplex deeorum obſervandum eſt. Primum, non nimium exaltari & gaudere, dum arridet ſucceſſibus noſtris fortuna: Secundum alium cui adverſatur fortuna non irridere, & contemnere præ nobis, tanquam ipſo ſimus feliciores. Tertium, timere & ſemper ſolicitum eſſe, ne nobiſcum immutetur fortuna: vento namque ineonſtantior eſt, & rotæ inſiſtere dicitur, ſic ut in eodem ſtatu ſiſtere nequeat. Quartum, gratiam referre Deo de largito nobis ſeeundo ſuecaſſu, ne ingrati videamur, ſed DEUM, ut maiora conferat, illectemus, Dei non obliviſcamur præ fortunæ felicitate, & temporis.

Tempus & loeus, non ſunt de ſubſtantia 15
in privata ſcriptura: *ut in l. cum tabernam, §. id. quæſit, ff. de pigno.* ſed in publi. ſunt de ſubſtantia: *ut l. optimam, C. de cantrahend. & commit. ſtipula.* vide limitationem unam per Matth. Matheſila. *in ſingula. ſua* 45. *incip. nota quod tempus.*

Et licet in ſcriptura privata, ad proba 16
tionam debiti non requirantur dies & locus, *ut in l. publica, in fi. ff. depoſi* quod autem ad probandum prioritatem vel poſteritatem temporis requiratur dies, quia aliter apparere ooo poteſt. Et alium eaſum in legitimatione filiorum naturalium, quod videlicet in iſta ſcriptura legitimatioois requirantur dies & loeus, notavit per iura Gabr. Saraii. *in addi. ad d. ſingula.* 45. Matthe. de Matheſila. *vide.*

De tempore inſtantiæ quando Incipiat 17
eurrera, & quando finiatur, & alia notavi *in lit. I. verſi. de inſtantia.*

Sed de tempore, ſeu inſtantia proſe 18
quendæ appellationis, quod quidem per cōpromiſſum ſuſpendi, ſed non prorogari poſſit, notavit, & aſſignavit rationem diverſitatis, Matthe. Matheſila. *in ſing. ſuo* 24 *incip. nota quod tempus* & diſponitur de iſta materia ad plenum, & eſt ibi bonus tex. *in Clem. quamdiu de appella* ſecus eſt in tempore dato ad appellandum, quia non poteſt per aliquem partium eonſenſus ſuſpendi, prout ſingulariter notat Bald. *in Auth. ei qui, C. de appellatio.* & iſtud ſequitur par rationem Paul. Caſtr. *in l.* 2. *ff. de re iudica. & ibidem* tenet Roman. ſubdens quod tamen tale tempus ad appellandum poterit conſenſu partium minui: *per lege. final. §. fin. C de temp appella. docuit.* Gabr. Saraii. *in addition. ſua ad ſing.* 22. Matth. Matheſila.

De temporum extenſionibus. Diſpoſi 19
tum à teſtatore mandatum, confirmatum, eonceſſum, vel aliquid aliud ſimile factum, ita, ut habeat robur, vel valeat de tempore præſanti, an extendat ſe ad facta de præterito, vel relatum ad futurum, an ſe extendat ad præteritum, vel præſeos, & èeootra

decla-

41 Tempus longum quod dicatur in locationibus bono. Eccleſiæ: Men. *lib. 2. c. 4.*

42 Antiqua iura non debent ignorari, vide in hanc ſententiam Laurent. Caſtell. *in pr. tit. Inſt. de teſta. ord. n. 18.* ¶ Et antiquitas ſemper veneranda: *ibid. fol. 28.* & antiquitatis gratia multa in jure diſpoſita inveniri, *ibid.*

43 Tempus contractus attendi debet: ut puta, minoris Læſio tempore contractus. Donatio in officioſa tempore donationis, Iuſtrumentum liquidum tempore executionis: Seraph. *priv. 77. nu. 10. & Seraph. privil. 83. num. 91. & ſeqq. ubi plura exempla, declara ut n. 95. ibid.*

44 Præſumptio in antiquia quid valeat, Afflict. *dec. 13.* ¶ Tempus probatur meliùs ſcriptura, quàm teſtib. Marſil. *de ban. in verb. tempus, nn. 35.*

45 Tempus in dubio ſemper accipitur pro continuo, niſi expreſsè dicatur, quòd ſit utile: Coler. *p. 4. c. 1. n. 200.*

46 Tempus ad aliquid faciendum de iura præfixum, dicitur utile, nec currit ignoranti, vel impedito impedimento facto vel juris: Coler. *p. 2. c 3. nu. 378. fol. 537.*

47 Tempus indeterminatum eſt in arbitrio judicis: Marſi. *de ban. verb. tempus, n. 1.* ſicut *reos, n. 2.* & pœna, *n. 3.*

48 Tempus facilimè cadit è memoria teſtis: Marſi. *de ban. verb. tempus, n. 29.* & magis creditur teſti deponenti dubitativè de tempore, quàm ei qui certitudinariè, *nn. 30.* & teſtia qui non recordatur de tempore, tamen probat, *nn. 31.* lim. niſi tempus eſſet de ſubſtantia probationis, *nn. 32.* item niſi omnes dicerent ſe non recordari, *nn. 33.*

49 De annorum computatione, Covar. *var. reſol. c. 12. lib 1.*

50 Verba præſentia & præteriti temporia quando trahantur ad futura: Marſil. *de bannit. in verb. expectatur, nn. 4. & multis ſeqq.*

51 Tempus in judicio deductum, an & quando præſumatur, Men. *lib. 2. præſumpt 49.*

52 Tempus teſtamenti vel mortis quando inſpiciatur, quoad augmentum vel diminutionem legatorum: Dauth. *de teſtam. nn. 269. & ſeq. fol. 320. ibid.* quando diſpoſitio præſentis temporis trahatur ad futura.

53 Tempus ſi non adjectum ſit obligationi, quando quis interpellari poſſit, ut moroſus: Coler. *p. 3. c. 3. nn. 5.*

54 Tempus quod ſtatuendum promiſſori, ut quod in loco dare promiſit ſolvat: Men. *lib. 2. caſ.* a.

55 Tempus immemoriale cenſetur 100. annor. Marſil. *de ban. v. tempus, nn. 36.*

56 Tempus ſolum non eſt modus inducendæ vel tollendæ obligationis: Pruck. *de regal. c. 5. nn. 50. latè.*

57 Quando tempus eſt fundamentum Intentionis alicuius, tunc tenetur ille tala tempus præcisè probare, aliâs ſuccumberet, ſi dico, me tibi tali tempore mutuaſſe, ſi de hoc tempore non probo, ſuccumbere debeo: *l matr. C de prob. gl. in l eum actum, ubi* Bart. *de nego. geſt. vide* Jaſ. *in Rub. C. qui admitt & ibi* Goz. Fel. *in c. a. in 13. col. de Reſcrip.* Alex. *in conſi. 16. voln. 5. fol. 18. nn. 1. in cauſa & lit.*

Ex temporis diuturnitate præſumuntur omnia ſolenniter acta: *l. 1. §. 1. de acq. her. vide l. adverſus, C. de uſuc. l. cum de in rem verſ. de uſu.* 58

Mandatum tamen nunquam ex diuturnitate temporis etiam centum anno. præſumitur, niſi probetur: *vide ſup. in v. Mand.* 59

De hac regula, an ex diuturnitate temporis præſumatur Authoritas vel præſentia iudicis interveniſſe, *vide latè* Jaſ. *in l. 1. in 4 & 5. col. C. qui admitt. Br. in l. ſi filius, C. de pet. her. & in l. ſciend. de v. obl. ubi omnes &* Fel *in c. ſicut de re jud. vide latè* Goz. *in d. l. 1. C. qui admitt. vid ſup. in v. ſolennitas.* 60

Tempus à lege vel ſtatuto præfixum, quando ignoranti currat? vide cum mille concordantijs, D. Alex. *in l. quamdiu, C. qui admitt poſt* Bal. & Sali. *& poſt illos* Iaſ. ¶ Quòd debeat attendi, vide Alex. *in conſi. 40. volum. 16. num. 7.* 61

Et in omni materia, tempus ſtatutum ad aliquid faciendum, non currit ignoranti, ſed incipit currere à tempore ſcientiæ: *vide latè* Franciſc. Curt. *conſi. 7. fol. 81. colum. 1.* 62

Tempus utile quid ſit, *vide gl. in § fin. Inſt. de bon. poſſ.* 63

Tempus à lege ſtatutum in actibus fiendis vel complendis, non poteſt per iudicem prolongari: *vide Abbrev. gl. eſt. in Auth. offeratur, C. de lit. conteſt.* 64

Tempus indefinitum decennio finitur: *l. ſine defuncto, de pæn.* ¶ Ad tempus prohibita, poſt tempus videntur conceſſa: *l. Imperator, ff. de poſtul.* 65

Qui tempore nundinarum promittit, ante ultimum diem nundinarum conveniri non poteſt: *l. eum qui certarum, ff. de v obl.* Sic & illa conditio, ſi ad annum 15. pervenerit, non dicitur impleta, quando is eſt ingreſſus 15. ſed requiritur, quòd ultimus annus ſit completus, quanquam ſufficit cœptum eſſe ultimum diem: *l. non putabam, de cond. & demonſt.* 66

Quando adijcitur tempus certæ ætatis, ultimus annus debet eſſe completus: Barto. *in l. ſi cui legetur, la. 1. de leg. 1. l. qua ætate. de Teſta.* 67

Tempus præteritum, de propria ſignificatione non claudit præſens: *l ſi quis id quod, ubi* Bart. & Moder. *not. ubi inducit ad q.* 68

Tu tamen vide tex *in l. ſi quis, §. ſi ff. de incend. rui. naufr.* quem *Bart.* ad hoc dicit mirabilem 69

Digitized by Google

& ſingularem: quòd participium præteriti temporis verificatur ex tempore præſenti, vel in continenti elapſo: quod nota.

70 De præteritis ad præſentia præſumitur: *l. non ignorabit, ad exhib. l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter, ex quibus cauſ. vide in verb præſum.*

71 Præterita & præſentia ſemper certa ſunt in rerum natura, licèt quandoque quò ad nos incerta ſint: *l. cum ad præſens, ff. ſi cert. pet.* Barto. *in l. ventre, in 3. colu. in 1. opp. de acq hæred. vide* Bart. *in l. ſtipulationes non dividuntur, in ult. q. ad fin ibi ad rationes, de verb. oblig.*

72 Tempus illud fruſtra expectatur, cuius eventus nihil operatur: *arg. c. cum contingat, de off. delegat.* Goz. *in l. omnes populi, fol. 24. fa. 2. de iuſt. & iur.*

73 Tempora diſtingue, & conciliabis ſcripturas: *gl. in l. 1 C de accuſ. gl. in l. 3. de ſupell. leg.* Bart. *in l. apud antiquos, §. nos autem, C. de furt. gl. in c. ſi Eccleſia 23. q 4.*

74 Intervallum temporis modicum eſt unus dies: an autem dies artificialis vel naturalis, *vide* Soc. *in l. 1. §. 1. de V. O. ubi* Bar. *& alij.*

75 Quale ſit tempus modicum? Dic. quòd hoc relinquitur arbitrio iudicis: *ut per gl in l. ſi ita quis, §. Seia, in verb. modicum tempus, de verb obl &* Bart. *in l. ſi inſulam, in 2. oppoſ. 1, part. eod. tit.*

76 Sic etiam quæ cauſa ſit Minima, arbitrio iudicis relinquitur: *ut per* Iaſ. *latè poſt alios in l. Imperium, in ult. colu. ff. de iuriſdict. omn. jud.*

77 Serò & Manè quando dicatur & quando Nox: ut ſciatur, an delictum de nocte, an die, an ſerò, an manè ſit commiſſum, *vide ſup. in verb. Dies, & alia pulcra.*

78 Quando aliquid dicatur de ſero factum, declarat Barto. *in l. qui duas, §. hac conditio, De ma. teſt.* ¶ In computatione temporis limitati à jure, ſufficit tangere ultimum diem, & annorum ultimum annum: interdum tamen de momento in momentum quærimus: *vide ſupr. in v. Dies.*

79 Tempus quo nox efficitur, eſt dies: & tempus, quo dies efficitur, eſt nox: Bar. *per illam tex in l. qui duas, §. hac conditio, De ma teſt.* Bar. *in l. aut facta, §. tempus ff. de pœn.*

80 Paria ſunt, aliquid fieri tempore licito, vel etiam illicito, & conferre in tempus licitum: *l. in tempus, ff. de har. inſt. Br & Bl vide de hac regula in l. quod ſponſa. C. de Donat. ante nupt.* Hoc limitatur, niſi de præſenti aliquid turpe contineat, *ita limitat poſt* Alex. Iaſ *per illum tex. in l ſi. C. de pact. in 4. not. in 3. col.*

81 Quando aliquid confertur in tempus prohibitum vel illicitũ, non valet actus: *l. Stichus ſervus, ff. de ma. teſt.*

82 Tempus belli & tempus peſtis æquiparantur: ergo ſicut uno tempore non currit præſcriptio, ſic nec altero: & utroq; tempore valet teſtamentum cum minori numero

teſtiũ, quam ſeptẽ: *vide* Iaſ. *late in l. ſi. C. de teſt.*

Tempus interponendæ appellationis eſt utile ab initio, continuum vero quoad proceſſum Ant. Ayerve ab Ayora *lib. ſing. collect. forenſ. q. 119. per l. 1. §. Dies ff. quãdo appellandũ ſit.* 83

Tempus datæ literarum attenditur in gratijs in reſcriptis iuriſdictionalibus tempo præſentationis: Vincen. de Francis *dec. 326. p. 2* 84

Facta ſponſione, ſi aliquid fuerit factum ab hodie uſq; ad totum menſem puta Ianuarij an dictio hodie ſtet incluſive vel excluſive ipſius diei ſponſionis: *vide* Magon. *deciſ. 8.* Rotæ Floren. 85

Quando intra aliquod tempus quis tenetur agere & petere creditum, tempus incipit currere à die natæ actionis cum effectu, & non à die rogati inſtrumenti: Vinc. de Franc. *dec. 341. p. 2.* 86

Tempus reluendi bona capta in exequutione iudicati, incipit currere à tempore exequutionis, & non à tempore confirmatæ ſententiæ à qua fuit appellatũ: Cravett. *con. 66* 87

Tempus quandocunq; adijcitur ætati per genitivum caſum tunc perfectio temporis requiritur, nec ſufficit principium temporis advenisse, idem ſi tempus apponatur per accuſativum: Natta *conſ. 461.* 88

Perfectio conſideratur ſecundum tempus initij quando uno tempore eſt initiũ & alio tempore eſt perfectum: Barto. *q. 15. nu. 13.* 89

Ibi dicuntur res eſſe ubi perpetuo eſſe debent, nõ ubi ad tempus: *l. 35. ff. de hæred. inſt.* 90

Qui vult ad tempus rem ad alium pertinere, poſt illud tempus videtur velle eam ad ſuum hæredem redire: *l. 35. § Titia ff. de leg. 1.* 91

Verbum futuri temporis, reſtringitur ad tempus mortis ut ultra non extendatur: *l. 2. ff. de auro & arg. legato.* 92

Verbum præſentis temporis non porrigitur ad futurũ: *l. 76. §. cum ſtipulamur ff. V O.* 93

Qui ſtipulatur Calendis intelligitur de proximis niſi aliud ſit actum, ſed pone quod hodie incipiant Calendæ huius menſis & hodie promittis mihi dare Calendis, tunc intelligitur de ſequentibus: *l. 41. ff. de verb obligat.* 94

Tempus eſt probandum quoad ſcripturas repoſitas in archivo, cum alias nulla probatio poſſet deduci, quaſi ubi potuerit eſſe dimiſſæ tempore litis pendentiæ: Stephan. Gratian. *in addit. deciſ. March. deciſ. 167.* Caputaqu. *dec. 41. lib. 1.* Corocr. *conſil. 142 nu. 6. lib. 3.* 95

Utrum ex curſu longi temporis præſumitur titulus aut ſolennitas in titulo vel in actu requiſito? Hanc quæſtionem late tractat Flores Diez. de Mena. *lib. 3. qu. 23. præcipuas eius concluſiones recenſebo.* 1. Nullum tempus ſuapte natura non inducit obligationẽ nec tollit obligationem, nec ſi invalida eſt eam confirmat, *per l. creditor c. uſuris* 2. Licet tempus non inducat obligationem facit tamen 96

tem-

tempus decennale iuncta ſolutione decen-
nali continua, & ex cauſa certa, iuſta expreſ-
ſa vel relata, in ipſis ſolutionibus, quod titu-
lus præſumatur conformæ cauſæ allegatæ,
aut in ipſis ſolutionibus expreſſæ vel relatæ,
alias ſi ſolutiones non eſſent decennales nec
eſſent continuæ & immediatæ ſed vel diſcon-
tinuæ vel una pro omnibus vel informes &
cauſa non expreſſa vel relata tunc titulus nō
præſumitur, Sic ex longa ac decennali, ſolu-
tione annalium præſtationum aut cenſuum
qui præſtantur in recognitionem dominij,
præſumitur titulus cenſus & tenetur cenſua-
rius ſulvere in futurum: Jacob Beneventanus
de annuis præſtation.par.a.q 10. Benedictus Bo-
non.*de cenſib.art.21.*Bardo *de utili tempore c.18.*
¶ Tempus ſimpliciter prolatum dure civili
in dubio de annali intelligitur Daniel Mol-
lerus *cenſt.32.part.2.*

97 Temporis antiquitati non ſtandum eſt
quando agitur de magno præiudicio, aut ſo-
lennitas extrinſeca ſubſtantialis deficit: Joh.
Bapt.Coſta *conſ.60. nu. final.*

98 Tempus cuius initij memoria non extat
habet vim tituli quem non allegare neque
probare neceſſe eſt, quia ex tempore imme-
moriabili oritur præſumptio iuris & de iure:
Jacob.Marchiſell.*qu 34.lib.recollectar.n.1.& 2*

99 Tempus & locus delicti neceſſario inſe-
ri non debet ubi citatio reo tranſmittitur de
crimine aliquo occulto, læſæ maieſtatis, hæ-
reſeos, magis & ſimilib. M. Anton. Peregrin.
conſ.2.à nu.46.vol.2.

100 Tempus ſtipulationis contractæ inſpici
debet, etiam in contractibus conditionali-
bus, ſed in ultimis voluntatibus capacitas &
habilitas perſonæ conſideratur de tempore
evenientis conditionis: M.Anton. Peregrin.
conſ.54 nu 23.vel 2.

101 Tempus antiquum in materia confi-
nium dicitur curſus 40. annorum: Cæſar
Barz. *decis.2.nu* 32.

102 Tempus quadriennij eſt uniforme quoad
reſtitutionē petendam: Cæſ.Barz.*dec.64 n.14.*

103 Tempus quo exercitium actionis com-
petit quoad æſtimationem faciendam magis
eſt inſpiciendum, quam tempus contractæ
obligationis: Cæſar Barzius *decis.70.nu.70.*

104 Tempus quadriennij conſtitutum ad
petendam reſtitutionem in integrum ab ini-
tio eſt utile & non currit ignoranti: Ferrant.
Ganguareius *conſ.13.num.12.lib.1.*

105 Fundans ſe in tempore probare debet:
Fulv. Pacian. *lib.2, Probation cap. 11. num. 9.*
Hortenſ.Cavalcan.*in Tr.teſtium part 2.nu.132.*
Alex.Sciatic.*in Practic.obſervat.cap.21.nu.46.*
Joſeph.Maſcard *vol 3 probat.concluſ.1351.*

106 Tutor ut ſe excuſet ratione plurium tu-
telarum habet tempus 50. dierum, poſt vero
non auditur: Paul. Fuſc. *in ſingular. in verbo
Tutor num. 42.*

Tutor non poteſt pro rogare tempus de- 107
bitori pupilli præfixum: Paul.Fuſc.*in d. ſingu-
lar.d.verbo Tutor num. 43.*

Verba per plures & plures menſes veri- 108
ficaratur in quatuor menſibus: Cæſar Barzius
decis.32.nu.31.

Verbum per plures annos poſſedit poſ- 109
ſeſſionem inducunt duorum annorum: Cæ-
ſar Barzius *ibidem n 32.*

Verba perpetuo & ſemper ſine temporis 110
præfinitione intelliguntur: *idem decis. 4.n.23.*

Verba Univerſalia non debent ad ali- 111
quod tempus reſtringi: Cæſar Barz. *dec.5 n.5.*

Verba eo caſu æquipollent Dictioni Tunc 112
& extremitatem temporis denotant: Cæſar
Barzius *decis.6.nu* 13.

Verbum præſentis temporis ſuam reti- 113
net veritatem in futurum: Cæſar Barzius *de-
cis.121.nu.35.*

Verbum præteriti temporis in teſtamen- 114
to appoſitum prædicatur etiam de futuro:
idem decis 121.nu.36.

Verbum fuerit maximè iunctum cum 115
relativo, poteſt etiam importare futurum &
conditionem, *idem decis.121.num.36.*

Verbum Habuiſſe an intelligatur de 116
præterito longi intervalli an modici? vide
Cæſarem Barzium *late decis.125.*

TERMINUS.

VIde quæ notavi ſuprà, *in lite. D. verſ. de* 1
dilationibus, ibi dixi de dilationibus con-
cedendis ad probandum, iuramentum præ-
ſtandum, beneficium acceptandum, & de
multis alijs.

Iſtis autem addas huc: quando diffa- 2
mavit aliquem, ad inſtantiam diffamati, ad
actionis vel accuſationis proſecutionem, ter-
minus à iudice fuerit præfixus, & diffamans
non proſequatur ſine cauſa, amplius elapſo
termino non audiatur: adeò quòd iudex in-
terloquendo, & imponendo ipſi perpetuum
ſilentium, poteſt eum privare effectu actio-
nis: Jeron.Schurff.*in conſi. 75. n. 6. 7.& ulteri-
us, & conſi. 34. nu. 3. & 4. cent.1.* Judicis enim
auctoritas non debet eſſe ludibrio: *l. ſi prætor,
ff. de jud.* & ſi non agat, utiq; contemnitur au-
ctoritas iudicis: *c.paſtoralis, de except.*

Et ex prædictis nota practicam, *l.* diffa- 3
mari, *C. de ingenuis manumiſſis.*

De termini lapſu. Termini lapſus præ- 4
cludit viam contumaci: *l mancipium, & ibi
Bart. ff. de optio.lega.* Neceſſe tamen eſt, quòd
contumacia ſit accuſata; & judex ſuper con-
tumacia interloquutus fuerit, *prout notavi
ſupr. in lit. C. verſi. de contumacia.*

An autem poſt termini lapſum, etiam 5
ſtatutarij, poſſint produci publica inſtrumē-
ta? notat Hipp. de Marſi. *in ſing. ſuo 283. in-*

cip. lapſu termini, remittit legentem ad multa iura, inter alia in fine, in quibus caſibus admittatur probatio poſt terminum.

6 Sed nota, quòd induciæ probationis ſint arbitrariæ de Jure Canonico & civili, adeò quòd ſint in arbitrio iudicis repoſitæ, pro qualitate perſonarum, & loci diſtantiæ concedendæ: Bal. *& moder. in l. 1. C. de dila.*

7 Nach Sachſen Rechte/ ſeind es regulariter Sechs Wochen vnd drey Tage: *Art. 61. lib 1.* Land R. Vnd fehet der termin an nach den zehen Tagen/ wann das Vrtheil ſein krafft erreicht/ dann vor der zeit mag es kein Vrtheil genant werden: *de quo plenè per* Abb. *& alios in rubr. ext. de re iudica.* Vnd ſolchs wann das Parth bedenckzeit der Vrtheil genommen/ ſonſten wann das Vrtheil acceptirt vnd gelobt/ gehet auch von ſtund an die zeit der beweiſung/ weil es darmit ſein krafft erreicht: *adde gl. fina. in Art. 6 lib. 2.* Land R. *& gl. in c. 70.* Lehn R. *tener* Chilian König. in practica ſua, in cap. 7. Von der beweiſung der Gezeugen vnd dem Termin.

8 Die Rechte haben heilſamlich verſehen/ diſpaniren vnd wollen/ quòd qui debuit aliquid facere in termino, ſi intra illum facere neglexerit, poſtea non audiatur: ſiquidem præfixio termini ad aliquid faciendum excludit facultatem faciendi poſt terminum: *ut probat* Salyc. *in l. ſcimus, §. ſimiliq; modo, &* Bl. *in §. cum igitur, in ead. leg. C. de jur. delib.* Et lapſus Termini renunciationem inducit: *aſſerente* Bald *in ſua pract. in quæſt. circa appellationem q. 3. in 3 per l fin. C. de his qui à non, & gl. quam dix. in fin. De acquir. hered. fac. l. ab accuſatione, §. deſtitiſſe, ff de Turpill.*

9 Et quòd terminus probatorius ſit peremptorius & excluſivus, notavit Abba. *in c. cum in tua, ext qui matr. accuſa. non poſſ.* Intellige omnia, non probato juſto impedimento: *Art 7. & ibi gl. lib. 2.* Land R.

10 Et quòd terminus probatorius legatis nunquam ſit peremptorius, quando probari poteſt de legitimo impedimento, dixit Alvaro. *in titu. quo tempore miles, in uſibus feudo. c. 1. col. 3. verſic. nota argumentum, in uſib. feudo.*

11 Sic poteſt dici, quando nuncius fuit in mora, vel ex parte iudicis provenit parti impedimentum: quia tunc terminus non habetur pro circumducto: dicit, ſic de nuncio deciſum eſſe in Camera, Mynſing. *in obſervat. 62. centu. 3.*

12 Et caſus plures, in quibus tempus ad probandum non currit, conſcripſit idem Mynſing. *in obſervat. 99. cent. 2.*

13 Propter termini lapſum in obligationibus dandi vel faciendi, quomodo quis conſtituatur in mora, & ad quæ teneatur, vide ea, quæ notavi ſupr. *in lit. M. verſ. de mora, & in lit. O. verſic. de obligationibus.*

Dies aſſignationis termini, an computetur in terminum, Vant. *Rubri. de null. ex defectu iuriſdict. ord. nu. 160. fol. 264.* 14

Judex ex officio reo debet terminum dare in delictis ad ſuas defenſiones: Afin. *de exec. § 3. c. 158.* 15

Auditur quis ſemper poſt terminum, ſive ad agendum, ſive accuſandum, ſive teſtes inducendum, ſive proponendum, ſive ad probandum, vel aliud faciendum, quouſque decretum interpoſitum fuerit, eum cui terminus ſtabilitus fuerit, eſſe contumacem, & de cætero non audiendum: Vivius *lib. 1. decis. 127. n. 9.* 16

Sententia non valet, niſi proferatur die aſſignata in citatione: Vivius *lib. 1. dec. 154.* 17

Non currit terminus datus, donec diſputatur de aliis impedientibus probationem ipſam: Vivius *dec. 286. lib. 2.* 18

Terminus poteſt ſtatui per judicem, ut actor agat, & de jure ſuo proponat: *l. diffamari, C. de ing. ma. gl. in l. ſed & ſi per prætorem, §. ſed & ſi cum decreto, ff ex quib. cauſ. mai. vide* Dyn. *in c. indult de R. I. lib. 6.* De hoc termino, & an ſit peremptorius, vide Iaſ. *in l. fin. in 3. col. ac Fer. & Late* Dec. *in c. licet cauſam, in 4. not. ext. de probat.* 19

Et talem terminum agendi vel docendi de jure ſuo, judex ſtatuere non poteſt, niſi ſaltem bina monitio interveniat: aliàs per lapſum termini non excluderetur: *vide pulcrè* Jaſ. *poſt alios in l. 1. quæ nobis in ſi. ff. de acq. poſſeſſ.* 20

Termino ad accuſandum dato ſi quis non accuſat, poſtea non auditur: *l ſi ea, C. qui accuſ. non poſſ. & l. Tertia, ff. de accuſat.* 21

Sic & in civilibus ſi daretur terminus ad agendum, poſtea quis non audiretur: *l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pig. l. diffamari, C. de inge. man. & not. in l. 1. C. ut nemo invitus, & per* Dyn. *in c. indultum, de R. I. lib. 6. per gl. &* Bart. *in l. Papinianus, §. ſi quis poſt rem. ff de inoff. teſt.* 22

Si iudex cum cauſæ cognitione ſtatuat tempus actori, intra quod agat, vel reo, intra quod exceptiones opponat, repellitur poſt illud tempus, quaſi lapſus temporis tacitam renunciationem inducat: *ff. de her. inſt. l. ſi quis inſtituatur, §. item ſi conditioni, C. qui accuſ. non poſſ. l. ſi ea, vide* Dyn. *in c. indult. de R. I. & in c. mora, in ſi.* 23

Et debet judex in aſſignando talem terminum non egeris, & ſi infra aſſignatum terminum non egeris, ex tunc prout ex nunc te in futurum non eſſe audiendũ: *in* Cæp. *in cautela 187. vid. de hoc termino ſup in verb Actio.* 24

Quando aliquid debet fieri infra terminum, tunc pars adverſa non eſt citanda, ſi hoc fiat ultima die termini: *ita* Bar. *in l. 1. in 1. not. C. de temp. appell.* 25

An dies termini computetur in termino, vid. Jaſ. *in l. 1. col. 4. ſi quis cautio.* 26

Ter-

27 Terminus 4 menſium ad ſolvendum debitoribus datur: *vide* Soc. *in reg.396. vide ſup. in v. ſolv. & in v. Debitor.* ¶ An lapſus termini in contractu expreſſi liberat ab oblig. *vide* Abb. *poſt gl. in c. ſicut, ext. de Sponſal.*

28 Poſt terminum licet aliquid fieri non poſſit, tamen, quod factum eſt, poſt terminũ declarari poteſt: Ioan. Andr. *in Add.* Specul. *in tit. de Teſt. §. nunc videndum, not.* Bald. *in l.1. §. huius ſtudii, col.1. ff. de iuſt. & iur. vide* Philipp. Dec. *in conſ.26. vol.1. in 4. col. prope fin.* ad quod optimè facit Reg. Quia declaratio nihil novi tribuit, ſed tantum illud, quod eſt oſtẽdit: *l. adeò, §. cum quis, ff. de rer. dom. l. hæres palàm, §. ſi quid poſt in fin. ibi.* Nihil enim nunc dat, ſed datum ſignificat: *ff. de Teſta. vide ſuprà in verb. declaratio.*

29 De termino ſtatuto à judice ad probandum ſive ab homine, ſive à lege, *vide* Iaſ. *in l. admonendi, in Repet. col.33. ff. de iureiur. ubi effectus mirabiles habes, vide etiam in verb. teſtis, ſupr.*

30 De termino illo ſtatuto ad probandum, quod ſit peremptorius, etiamſi hoc non dicatur eum ampliat. & lim. *vide D.* Iaſ. *poſt.* Bart. *& alios, in l. fin. ubi latè, ff. de Feriis.*

31 Si terminus datus eſt ad probandum, ſufficit infra illum terminum teſtes iuraſſe, licet non deponant, ſed poſt terminum, quia iuramentum, non depoſitio, in teſtibus attenditur: *not. in l. damni. §.* Sabin. *de damn. infect. ubi* Bart. & Aug. *Alb. de* Roſ. *in tract. ſuo de Teſtib. in 1. part. princ. fol.23. col.2. in fin.*

32 Termino ad probandum aſſignato, pẽdente termino teſtes non poſſunt produci, niſi pars citetur ad videndum iurare teſtes: Alb. *in* Roſ. *in tract. de teſtibus in 3. part. fol.53. column.3.*

33 Diſpoſitio, quæ habet locum in exiſtente in termino, habet etiam locum in exiſtente in via, & prohibitum in termino, intelligitur etiam prohibitum in via: *l. quo minus, ff. de flum. ubi* Iaſ. *not. in 9. not. in fin. 4. col.* Contrarium tamen huius voluit, idem Iaſ. *in l.2. in fin ff. de iurisd. om. iudic. & in l. ſi quis id quod, eod. tit. vide in verb. iter.*

34 Et an prohibitum in termino, cenſeatur prohibitum in via, *vide infr. in verb. via, & ſup. in verb. iter.*

35 Intra conſtitutum terminum exceptiones non probatæ revolvunt cauſam ad recuſatum: Zanger. *in tr. except. part.2. cap.3. n.13.*

36 Concluſio in cauſa eſt terminus probationum excluſivus: Iacob Marchiſel. *qu.19. lib. recollect. n.3.*

37 Prorogatio non fieri poteſt per partes ſi terminus datus ſit à lege vel ſtatuto: Garſ. Maſtrill. *deciſ.61. n. fin.*

38 Terminus datus ad redimendum currit à die captæ poſſeſſionis: Garſ. Maſtrill. *ibidem n. penul.*

39 Reſtitutio rei non retardatur exceptione melioramentorum, cum parti fuerit datus terminus ad liquidandum Garſ. Maſtrill. *deciſ.98 n. fin.*

40 Terminus petenti datus etiam alteri parti communis eſt: Cæſar Barzius *deciſ.67. num.3.*

41 Teſtes in termino probatorio iurantes poſt terminum poſſunt examinari, etiamſi non probata ſit diligẽtia, quod teſtes in termino examinari debuerint, quæ concluſio non procedit, dato termino ad probandum & pro probato habendum tunc enim poſt terminum examinari non poſſunt: Martin. Benckendorf. *ad Seraphin. in addition. privileg. 126.* Ful. Pacian. *lib.1. de probat. c.32. n.41.* Farinac. *in pract. crimin. p.2. lib.3. tit.8. qu.80. oppo 37.* Petrus Surdus *conſ.8. n.8. lib.1.*

TERRITORIUM.

1 TErritorium quid ſit, & quæ comprehendantur ſub iſta voce, & unde derivetur, & in quibus differat territorium à iuriſdictione, vide Decianum *in conſ.123. vol.3. n.17. & 23. cum aliis ſeqq.* Quidque conceſſo territorio conceſſum intelligatur? nempe omne ius, quo ipſe uti poterat in loco conceſſo, excepta ſuprema poteſtate: *l. traditio, ff. de acq. rerum dom. l. in modicis, ff. de contrah. emptio.*

2 Veniunt etiam in conceſſione territorii emolumenta in mari & aquis: mare & aquæ enim veniunt ſub nomine territorii: Geminia. *in c. ubi periculum. §. porro, per gloſ. ibi, de Electo. in 6.* Quid conceſſio territorii cõprehendat, quando addita ſunt verba, cum pertinentiis, declarat Decian. *in d. conſ.123. vol.3. n.27. & ibi in ſeqq. de pertinentiis pulcerrima docet.*

3 Conceſſo territorio, etiam quod alluvione vel fortuna accedit, dicitur cedere cõmodo Vaſalli, niſi ſit reſervatum expreſſe domino: *c.1. §. ſi quis de manſo. de controverſia inveſtitu.*

4 Et tandem quod ſub conceſſione territorii confinali omnium iſtorum bonorum intra confines exiſtentium: & non privatorum emolumenta, incrementa, acceſſiones, pertinentiæ, præſentium & futurorum, in aucupationibus & præſtationibus prout concedens uti poſſet, ſi non conceſſiſſet, comprehendantur, conſuluit *in d. conſil. d.* Decian. *n.30. & in pluribus ſeqq.* Et quæ denique videantur cõceſſa per conceſſionem territorii, colliguntur ex conſiderationibus Decian. *in d. conſ. n.29. uſq. ad n.74. & ibi multa bona de alluvione & incremento, quod accedant beneficiato.*

5 Quod conceſſio territorii etiam comprehendat ius piſcationis & venationis indefinitè, niſi præſervatum ſit, vel etiam limita-

tive ſit conceſſum, Decian *n.75.* & habes in hoc conſilio bona de alluvionibus, acceſſionibus & incrementis, quod omnino accedant bonis à principe conceſſis, niſi ſint reſervata
6 principi, vel ſint privatorum.

Sed alluvionis juri an præſcribatur? quod ſic, ſed quibus modis ejuſmodi præſcriptio interrumpatur, conſuluit Decian. *in conſ. ſequenti 124. vel.3 per totum.*

TERTIUS.

1 QUando tertia perſona intervenit proceſſui, & producit articulos interventionales, qualiter examinentur, an ſint pertinentes, an vero impertinentes, & quo caſu rejiciantur, quomodo contra tertiam perſonam excipiatur, & quod de ſuo intereſſe probare debeat, ſaltem ſummarie docuit Geyl. *in obſervat. 69. lib. 1.* ſed quod tertius pro ſuo intereſſe ad cauſam intervenire poſſit, (*ſummatim ſciendum, interventionem fieri ad triplicẽ effectum, ut agentem removeat, ut eum defendat, sivè aſſiſtat, ut executionem lata ſententia impediat.*) & quomodo ad cauſam admittendus, (*In eo ſtatu aſſumat cauſſam, in quo reperit eam*) In quibus caſibus interveniens iure ſpeciali utatur, (*quod tertiò provocare poteſt, impedire executionem trium ſententiarum conformiter latarum, inhibitio vel revocatio attentatorum contra eum non procedat, iudicem poſt litis conteſtationem recuſare poſſit, clauſula reſcripti, appellatione remota, non obſtringatur.*) de iſtis notavit d.Geyl, *in obſerv. 70. 71. & 72 d.lib.1.*

2 An & quando tertia perſona poſſit impedire executionem vel non, *diſtinguendum primo, an in alia re executione fiat, quam ſuper qua ſententia lata eſt, & impediet tertius executionem: an ſuper eadem, & ſubdiſtinguo: inter poſſeſſionem vacantem, & impediet tertius executionem, niſi vel præſumptio calumnia contra eum ſit, vel ſciens controverſiam tacuerit, & inter poſſeſſionem, quam alius tenet, & non impeditur executio, ſed præſtatur tertio intervenienti cautio: G. & M.*) docuit Mynſing. *in obſerva 73. cent. 3.*

3 De annotatione rei, à tertio poſſeſſore, & quouſque præſcribat hypothecariam, notavit Cremen. *in ſingul. 62.*

4 Vide Covar. *pract. quaſt. c.13. & 14. & c.15.* de illo, qui à ſententia inter alios lata appellat, quia eius intereſt, *& c.16.* de tertio, qui vult executionem ſententiæ inter alios latæ impedire *c.16.* Caval. *deciſ. 10. de Iudiciis. fol. 35.* Afin. *d.§.4.c.129. n 3.* licet ille tertius tantum habeat ius pignoris: *ibid. & c.232. n e. & 3. ubi item* Andreas Fachin. *in lib.1. controv. iuris, c.5.* Afin. *de exec. c.88. §.4. & c.129 n.3.*

5 Oppoſitio de iure tertii, (Roſenth. *de feud. c.6. concl.77.*) quando valeat, & an in petitione hæreditatis inſolidum per cohæredẽ facta poſſit opponi de iure alterius cohæredis, Anton. Teſſaur. *deciſ. 4. Vide item* Cavale. *in indice, verb. Exceptio de iure tertii,* Weſenb. *ad Schneid. §. retinenda, n.64. Inſt. de interd. fol. 1044.* Br. *ad l. 2. de except. rei iud.* & Ludol. Schrad, *in tract. feud. p.10. ſect.15.* ibid. notat ſedes huius materiæ.

Iudex de iure tertii ex officio poteſt opponere, quando in judicio de eo conſtat: Afin *de exec §.4. c.19. & c.230. item pars ibid.* 6

Item tertium particulare iudicium moventem rejicere poteſt: Afin. *d. §.3. c.75.* 7

Ex iure tertii ſi quis iuvare non poteſt, à quo nullum ius habuit: Raud. *de anal. lib.1 c.25. n 13. lim 8 modis, ut Theſ dicto loco.* 8

Ex jure tertii nulla cuiquam oritur exceptio: Weſenb. *in parat. tit. de except. in ff. n 8.* 9

Exceptio de iure tertii objici poteſt, quando eſt excluſiva intentionis agentis: Men. *de præſ. lib.3 præſ.51. n.20. fol.793.* 10

Conventio de iure tertii facta, mutari & revocari poteſt, re adhuc integra: Moll. *lib. 4. ſeme. c.9.* Tertio, res inter alios acta, neq; extra judiciũ, neq; in judicio nocet, ita ut huic liceat, quod principali non licet Vide 10. illationes *in* Schrae. *ad l. admonit. numer. 180. ff. de iureiurando.* 11

Tertius pro ſuo intereſſe non citatus, poteſt adeſſe liti motæ per alium: *vide* Bart. *in l ſi ſuſp ff. de ineff. teſt. ubi* Paul. *& l. ſi per luſoriæ, ff de Appell. ubi latè* Bart. Can. *in c. cum ſuper, de re iud.* Lanfr. *in 2. quoniam contra probat. in fin. e. vide ſupr. in verb. ſententia,* vide Alex. *in conſ.30. vol.6. in fi. conſ.* 12

Et tertius poteſt comparere in iudicio poſt ſententiam, quæ in rẽ judicatam tranſivit, & impedire executionem: *vide* Alex. *in conſ.15. vol.6.* 13

Res inter alios acta, quando tertio præjudicet, & quando non, *vide* Anto. de Tremol. *in add. ad liber. de bona curſo, in tit. de Excep. & beneſ. qua poſt diff. ſent. opp. in verb. & interdum.* 14

An tertius poſſit impedire trium ſententiarum executionem ex cauſa nullitatis Aff. Cald. Pereir. *obſer. 99. l.3.* Ludov. Rom. *ſing. 291.* 15

Poſſeſſor tertius dimiſſo principali an conveniri poſſit pro redditibus non ſolutis? Reſ. Dd. in diverſas opiniones tranſeunt ſed negativa verior eſt: *ſecundum* M. Anton. Peregrin. *conſ. 97 per totum vel. 1.* 16

Poſſeſſor rei cenſualis, immediate pro cenſibus debitis executi & conveniri poteſt, ſicut etiam poſſeſſor rei emphyteuticæ pro penſionibus debitis domino immediatè cõveniri poteſt: Peregr. *dict. conſil. 97.* 17

Tertius quando poſſit impugnare inſtitutionem factam de beneficio perſonæ non legitimæ: *vide* Garſian Maſtrill. *dec 91.* ibi decidit quod regulariter tertius non poſſit niſi ſit ille cuius intereſt ſcil. patronus vel parochianus. 18

Extra-

19 Extraneus admittitur pro defenſione eccleſiæ, nempe quando Eccleſia occuparur per aliquem ſpoliatorem Gars. Maſtrill. *d. deciſ. n. 6. & 17.*

20 Remedium exequutivum, quando adſunt in inſtrumento clauſulæ conſtituti & precarii, negocio præſertim liquidato & formato proceſſu, datur contra tertium poſſeſſorem Cæſar Barz. *dec. 45. n. 6.*

21 Qui veniunt ad neceſſariam defenſionem non poſſunt dilatorias exceptiones opponere ax eorum perſona, præſertim hoc procedit in citatis, ſi ſua putaverint intereſſe, quia principaliter negotium cum eis non geritur, ſed veniunt ex tranſverſo, ſed benè poſſunt opponare alias exceptiones peremptorias ex eorum perſona competentes: Rota Gennenſis *dec. 13. & dec. 143.* Iacob Puteus *dec. 365. lib. 2.*

22 Quando eſt commiſſa cauſa contra aliquem omneſque alios ſi tertius venerit vigore commiſſionis ad cauſam pro ſuo intereſſe dicitur reus non actor, & tunc poteſt ſententiam pro ſe reportare quamvis cauſa non ſit contra ipſum commiſſa: Didad. Hydalg. *de los caſos lib. 3. qu. forenſ. 96. n. 19.* Iacob. Puteus *deciſ. 385. lib. 1.*

23 Tertius veniens in petitorio poteſt reſtitutionem impedira in poſſeſſorio ante ſententiam reſtitutoriam, ſecus poſt Puteus *dec. 326. lib. 2.*

24 Si quis ſponte ſe obtularit liti ſine mandato & pro alterius defenſione poteſt contra illum ſententia executioni mandari: Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collect. qu. forenſ. c. 160.*

25 Tertius veniens ut cauſæ aſſiſtae & alium adjuvet ad victoriam, talis poteſt teſtes producere quos principalis non produxit: *idem d. cap. n. 6.*

26 Tertius interveniens in poſſeſſorio recuperandæ & petitorium intentans admittitur, illique reſpondeodum eſt: Mynſinger. *cent. 2. obſervat. 1.*

27 Quando tertius non venit ad cauſam pro defenſiona primi poſſeſſoris ſed ſolum pro ſe non poteſt judicium inter primum & ſecundum inceptatum impedire ideo in illo proceditur & eo finito, fit executio, ſemota forma legis, is à quo ff. de rei vindicat, Cæſar Damatus à Fogueras *in deciſ. regni Granata deciſ. 43. n. 8. lib. 7.* Vincent. de Franch. *deciſ. 161. p. 1.*

28 Veniens pro ſuo intereſſe impedit executionem in ſpolio, etiam poſt ſententias tres conformes, quando executio non poteſt fieri ſine ſcandulo, idque in continanti ex actis apparet: Mohed. *dec. 214.* Ioſe Lud. *dec per. 39.*

TESTAMENTUM.

1 TEſtamenti definitio, habetur *in l. 1. ff. de teſt. & in §. ante hæred. inſtit. de lega. & in l. pe §. Calph. ff. de hu, quæ in teſt. delentur.* & iſtius diffinitionis verba examinavit Rolan, *in tract. ſuo de teſta. 1. part. ff. Rubr. 3.* ¶ Quid ſit teſtamantũ & unde dicatur, & ſecundũ l. 1. diffinivit Clar: *in tract. ſuo de teſt. qu. 1. & in qu. 2. docet:* quo iure teſtamenti factio ſit inventa.

2 Diviſio teſtamentorũ illa eſt, quod aliud eſt conditũ in ſcriptis, aliud nuncupativum ſine ſcriptis. Rolan. *in 4. Rubr. de teſta. diviſio.* ¶ Sed de teſtamanto nuncupativo ſine ſcriptis, & de teſtamaoto in ſcriptis, qualiter conficiantur, quomodo cum confectis procedatur, & quid iuris de unaquoq; in ſuo genere, *docuit d. Rolan: in d. tract. ſuo de teſta. in 1. par ff. torũ, in Rubr. 62. & 63.* Iul. Clar. *in tract. ſuo de teſtam. lib. 3. ſentent. §. teſta. in 3. qu.* plures alias teſtamentorum fecit deviſiones: *ibi vide.*

3 Teſtamentũ autẽ poteſt impugnari multis modis: primo ratione perſonæ teſtatoris, cujus cõditio eſt conſidaranda, an ſit teſtabilis nec ne: poteſt autẽ teſtari, quicunq; non prohibetur: *l. ſtatim. C. de relig. & ſumtib. funerum.*

4 Teſtari autem probibentur aliqui ratione conditionis, vel alienæ poteſtatis: prout ſont ſervi aſcriptitii, Monachi vel Canonici regulares, filiusfamilias & alii, qui non habent propriũ, nec arbitrium voluntatis: Item interdictus bonis à lege: ratione infidelitatis, nempe hæreticus, & fautor hæreticorũ, nolens ſatisfacere infra annum: ratione incertitudinie de ſtatu ſuo: ratione ætatis, veluti impuberes: reſpectu imbacillis cõſilii vel vitii animi, vel mẽtis, prout ſunt furioſus & mẽte captꝰ prodigꝰ, ſurdꝰ & mutus à nativitate.

5 Item condemnati teſtari non poſſunt. ad mortem civilem vel naturalem: quid de bannito & excõmmunicato, quid de obſidib. datis (*Certum eſt hos omnes teſtari non poſſe.*) pro captivis populi Romani: item prohibentur damnati ob criman famoſum, puta de crimine contra naturam: item rei perduellionis, id eſt, qui commiſerunt crimen læſæ maieſtatis: quid de eo, qui eſt apud hoſtes, qoid de cæco, utroq; lumine carante, & quid iuris de exoculato propter crimen: *vide de iſtis* Spec. *in tit. de inſtr. edit. §. compend. à n. 1. uſq; ad n. 7. excluſivè.* Et de iſtis omnib. qui ita teſtari prohibẽtur, enumerat & declarat, Rol. *in tract. de teſta. in 1. par ffrorum, in Rubr.* 2 quib. prohibitum ſit facere teſtamentum *habes in gl. fin. §. fin. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. facere teſtam. ſecundum* Roland. *antè in d. Rubr. 2. n. 37.*

6 Vide addentem, quid iuris de uſurario, an, & quando teſtari poſſit, vel, nõ: *& in n. 39.* quid de damnato ad perpetuos carceres: *& in addit fin. ad illum, n. 45.* de deferentib. arma ad infideles, Chriſtianos expugnantes: ille dicit inteſtabiles ſunt activè & paſſivè: item ſervi eorum ſunt ipſo iure excommunicati, & bona eorum ſunt confiſcata: *c. ita quorundã, & c. ad liberandam, extra de Iudæis; ſunt textus pulcher.*

Et de inhabilibus ad teſtamenti factionẽ
7 activè & paſſivè: nempe de filiofamilias, de bannito, de condemnato ad mortem, de deportato, de condemnato ad perpetuos carceres, de excommunicato, de infame, de uſurario manifeſto, de prælato aut Clerico, de Monacho vel religioſo, de ſpurio, de nepote legitimè ex ſpurio nato, de prodigo. *vide* Iulium Clar. *in tract. ſuo de teſtam, à quæſt. 18 uſque ad quæſt. 33.*

8 Sed quæritur, an iſti inhabiles de iure communi poſſint teſtari, & teſtamenta eorum an ſuſtineantur, quæ ſunt ad pias cauſas facta, & ſic an favore piæ cauſæ valeant: *vide* Iul. Clar. *in tractat. ſuo de teſtamentis, (ubi reſpondet, quod nõ, præterquam in filiofam. qui accedente patris conſenſu ad pias cauſas teſtari poteſt ex magis communi ſententia: cætera tamen reſtitutio illo conſenta non valeat.) in quæſt. 5. & ſeqq. 6. & in quæſt. 34.* quærit idem Iulius, an in teſtamentis ad pias cauſas factis, ſint omnes ſolennitates iuris civilis ſublatæ? & pulcherrime reſpondet, (*quod ſic: ſolennitates enim iuris gentium duntaxat in eo obſervantur.*) ubi habes multos caſus, in quibus favore cauſæ piæ teſtamentum ſuſtinetur, quod alias non valeret: *& in quæſtione ſequenti 7. habes quoque.*

9 Sed an prohibiti teſtari poſſint, vel ſaltem diſponere ad pias cauſas? *remittit* Rolan. ad Panor. *ſuper Rubric. de teſtamen. verſ. ſed nunc quæritur de materia*: qui plane ibi materiam iſtam examinant: *vide* Bart. *in repet. l. 1. C. de SS. Eccleſ. poſt princip. apparatus ſui, & ibi etiam per* Bald. *& aliquid per* Ioan. Andr. *in Novell. in c. quanquam, in prin. 4. col. de uſuris, lib. 6.*

10 Sed teſtamentum cæci, licet regulariter de iure communi non valeat: quomodo tamen in ſpecialiter obſervandis ſuſtineatur, ut bene valeat, & de forma teſtamenti à cæco conditi ſeu facti, *docet* Rolan. *in d. 1. par. ſ. in Rubr. 60. & 61.*

11 Quo remedio autem ultima voluntas filiifamilias, patre vivente, vires habeat & valeat, *notavit* Ioan. Dilect. Durand. *in tract. ſuo de arte teſtandi, cautela 1. de his, qui non habent factionem teſtamen.*

12 Mulier quo remedio poſſit diſponere de rebus ſuis, ſine conſenſu propinquorum, ſtante lege municipali, ne teſtetur ſine conſenſu propinquorum, *idem* Dilect. *cautela 2.*

13 Quibus remediis teſtari poſſint Clericus, Monachus, pupillus, furioſus, habens dilucida intervalla, uſurarius, cæcus, non ſervata forma ſervanda, de qua ſupra, ſurdus, mutus, & alii inteſtabiles, *docuit d.* Ioan. Dilect. *in d. tractat. in cautelis 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*

14 De ſecundo modo impugnandi teſtamentum, *docet* Specul. *in titulo de inſtrum. editione, & compendioſe n. 7.* & dicit ibi, quòd impugnetur ratione hæredis inſtituti, qui non potuit hæres inſtitui vel ratione legatarii, cui non potuit legari: hæc enim duo æquiparantur: *§. legari autem, Inſtit. de legat. & § teſtamenti, Inſtit. de hær. qualita. & differen.* ſed enumerat *ibi* Specul. perſonas undecim, quæ inſtitui, vel quibus legari non poſſit: 1. dicit, perſona ſi ſit incerta: 2. deportatus: 3. damnatus in metallum: 4. ſervus de adulterio cum domina commiſſo ſi ſit accuſatus: 5. illicitum collegium, niſi probetur licitum: 6. ſunt inceſtuoſi: 7. hæretici maioris hæreſis fautores & receptatores: 8. apoſtatæ: 9. mulier infra tempus luctus nubens: 10. ſi inſtitutus non ſit in rebus humanis: 11. generaliter ſi eſt indignus: *ff. & C. de his. quibus ut indig.* remiſſivè ſubiungit de rebellione & teſtibus: nunquid poſſit illis in teſtamento, cui interſint, legari: de bannito, de deportato, de relegato, de condemnato ad perpetuos carceres, de excommunicato, de Monacho & religioſo, an habeant teſtamenti factionem paſſivam, item quod poſſint ex teſtamento capere & ſuccedere: item de filio naturali & ſpurio, de nepote ex ſpurio nato: & tandem omnes perſonæ, quæ ſunt Activè inteſtabiles, an ſint etiam inteſtabiles Paſſivè, quærit & reſpondet (*diſtinguens, an prohibitus ſit teſtari ob crimen, & nec ex teſtamento capere poterit, an vero ob defectum aliquem, & hic capere poteſt ex teſtamento.*) de iſtis omnibus ordine Iul. Clar. *in d. ſuo tract. de teſtamentis, à qu. 19. uſque ad qu. 34. invenies optima & ſcitu digniſſima.*

Sed qua cautela excommunicatus te- 15
ſtamentum facere & in ſpecibus relinquere poſſit: Quo remedio relinqui poſſit fratribus minoribus annus reditus, vel aliud immobile, *notavit* Ioan. Dilect. *in tract. ſuo de arte teſtandi, in cautela 10. & 11.*

Quibus remediis poſſit pater in filios, 16
non legitimos, ſua bona transferre, *docuit idem* Dilect. *in cautel. 14.*

De tertio modo impugnandi teſtamen- 17
tum, qui fit propter defectus ſolennitatum, reſpicientiũ formam probatoriam, & formã ſubſtantialem, Decia, *in conſ. 86. vol. 2.* dicit, quod teſtamentũ imperfectum, ratione defectus voluntatis & ſolennitatis, nunquam poſſit ſuſtineri, vel aliquem producere effectum neque ratione liberorum vel piæ cauſæ. Et ſibi in iſto conſilio *per* Dec. vide bona, tam de defectibus ſolennitatum iuris civilis, quàm ſtatutarii. Et denuo dicit, *in n. 5.* quod actus defectivus immutabiliter ſit nullus, quando concurrit defectus ſolennitatis iuris communis, ac etiam ſtatutarii Specul. *in d. tit. de inſtrum. editio. § compendioſe n. 8.* dicit de defectu ſolennitatis probatoriæ, ut quia teſtator non ſcripſit teſtamentum, ſeu ipſe vel octavus pro eo non ſubſcripſit, aut teſtes ſe-

ptem

ptem non ſunt adhibiti: *l. hac conſultiſſima,*
C. de teſta. & *l. fin. C. de codicillis.*

18 Et de iſta ſolennitate probatoria in ad-
hibendo ſeptem teſtes, fecit mentionem Iu-
lius Clarus *in tract. ſuo de teſtamentis, in quaeſt.*
55. & ibi tradit de qualitate teſtium, qui in
teſtamento poſſint adhiberi, & eſſe teſtes vel
non: imo *in ſequen. qu. 56.* dicit, quod iſte nu-
merus teſtium ſeptenarius, non ſolùm ſit de
forma probatoria ipſius teſtamenti, ſed eti-
am de eius forma ſubſtantiali: eſſe commu-
nem opinionem, atteſtatur *ſecundum* Rapam,
in l. nemo poteſt ff. de lega. 1.

19 Et circa iſtam ſolennitatem probato-
riam, de teſtibus adhibendis, & qui adhibe-
ri non poſſint, *docuit* Roland. *in 1. part. flor.*
de teſtamentis in Rubric. 35. de ſubſignatione
& ſubſcriptione, in *Rubric. 63.* de teſtamento
in ſcriptis, In quam vero, & qualiter ejuſmo-
di teſtamentum ſuſtineatur, *conſuluit* Weſen-
bec. *in conſ. 85 par. 2. n. 14* & *in ſequen.*

20 Sed in quibus caſibus, & quando nume-
rus ſeptenarius teſtium, vel aliæ ſolennitates
juris communis non requirantur, ſed valeat
teſtamentum etiam cum teſtium numero
minori, & ſine illis ſolennitatibus, *dixit d.*
Rolan *in d. tractat. in Rubrica 35 de teſtibus,* in
teſtamento adhibendis; & Iulius Clarus *in*
d. tract. de teſtamentis, quaeſt. 56. & 57. Speculat.
in d. tit. de inſtrumen. editio, §. compendioſe, n. 9.
& *in ſequentibus,* quærens ibi, an de conſuetu-
dine etiam, teſtamento carenti ſolennitati-
bus in numero teſtium, vel in aliis credàtur
& illud valeat.

21 Sed quod ſtatutum, volens, quod teſtá-
mentum ſuſtineatur cum uno teſte, non vale-
at, *voluit* Decian. *in d. conſ 89. vol. 2. n. 6. vide.*

22 In teſtamentò inter liberos ſufficiunt &
pauciores: *l. hac conſultiſſima, § ex imperfecto,*
C. de teſta. ad pias cauſſas, &c. cum eſſet ext. eod.
Ruſtici, l. ult. C. eo. & eo, quod principi aut ma-
giſtratui eſt oblatum & actis inſinuatum: *l.*
omnium, C. eod. Weſenbec. *in paratit. ff. in tit.*
23 *de teſtam. n. 10.* ¶ Sed error (*Cùm de probat.*
voluntatis agitur, ſeptem teſtes requiruntur, &
quidem ii ipſi, qui teſtationi interfuerunt: at cum
de aliis qualitatibus vel ſolennitatibus extrinſe-
cis, puta, numero aut rogatione teſtium, ſigillo,
&c. duo ſufficiunt.) omiſſæ ſolennitatis in te-
ſtamento, quomodo probari debeat, & quot
teſtes in eo probando requirantur, ſaltem vi-
delicet duo quod ſufficiant, *voluit* Myning.
in obſerv. 98. cent. 4. obſerv. Cam. Imp.

24 Requiſitio vel rogatio teſtium quod ſit
neceſſaria regulariter, ut valeat teſtamentū,
voluit d. Iulius Clar. *in tract. in d. quaeſt. 58.* fecit
ibi de aliquibus declarationes & limitatio-
nes, quando non requirantur teſtes rogati &
ibi ſimul notæ de rogatione notarij.

25 Sed quibus remediis teſtamentum in

ſcriptis, vel nuncupativum, mortuo teſtato-
re, teſtium recognitione ſeu comprobatio-
ne non egeat, & conſilium à notariis in teſti-
um adhibitione ſervandum, *notavit* Ioan. Di-
lect. *in tract. ſuo de arte teſtandi, tit. 2. de teſta-*
mentis ordinandis, cautel. 1.

Quibus remediis, non adhibito ſolen- 26
ni teſtium numero, vel ſi teſtes ſint fœminæ,
non evaneſcat heredis inſtitutio, *idem* Dilect.
in d. titul. 2. cautela 2.

Ex teſtamento minus ſolenni, ut lega- 27
ta vel fideicommiſſa debeantur, quibus re-
mediis utatur teſtator, ut ſcilicet ſtipulatio-
ne hæredis faciat ultimam voluntatem tran-
ſire in contractum, ut det licentiam teſtator,
quod legatarij vel fideicommiſſarii poſſint
propria auctoritate ingredi poſſeſſionem re-
rum relictarum, ſeu ut inſtituatur Eccleſia, *d.*
Dilectus, *in d. tit. 2. in cautela 3.*

Quo modo caveat notarius ſcribendo, 28
quòd plures teſtes invenire non potuerit, &
teſtamentum ſuſtineatur, *d.* Dilect. *in d. tit. 2.*
cautela 5. & ibi de teſtamento facto ruri.

Si non velit quis ſecundùm jus ſtatute- 29
rium vel municipale condere teſtamentum,
ſed potius ſecundum jus civile, quo remedio
hoc quis faciat, *tradidit idem* Dilect. *in d. tit. 2.*
in cautela 6. & ibi de teſtamento peregrini.

Qua cautela vel providentia ſuſtinea- 30
tur teſtamentum, à non notario ſcriptum,
docuit idem Dilect. *in d. tit. 2. de arte teſtandi, in*
cautelà 7.

Supra dictum eſt, quod teſtes debeant 31
eſſe rogati, & habetur in *l. haredes palam, §.*
in teſtamentis ff. de teſtamen. Sed qua cautela
ſalvetur teſtamentum, etiamſi teſtes non ſint
rogati, vel non potuerint teſtes à teſtatore
rogari, videatur *idem* Dilect. *in d. tit. 2. in cau.*
8. & in tan. ſeq. 9. dat conſilium, quod teſtes
potiſſimè adhibeantur ad teſtamentum, ne
ſibi hæredi vel legatariis forte deficiat pro-
batio.

Et tandem, in ſcribendo teſtamento, 32
non utatur notarius verbis vel clauſulis in-
ſolitis ſeu obſcuris, vel ambiguis, ſed potius
his, quæ tendunt ad declarationem, cōfirma-
tionem, & ad teſtamenti conſummationem,
videlicet factum, lectum, publicatum: nam
imperfectum, in ratione voluntatis, non va-
let, etiam inter liberos: *l. ſi his, & ibi* Bart. *ff.*
de teſtam. Dilect. *in d. titul. 2. de teſtamentis or-*
dinan. in tractat. de arte teſtandi. in caut. 11. ne-
que ad pias cauſas, Clarus *quaeſt. 9.*

Quartò teſtamentum impugnatur: quia 33
caret hæredis inſtitutione, quæ eſt caput &
fundamentum teſtamenti: *ut in §. ante hare-*
dis, Inſtit. de legat. & in l. ff. de haredi. inſtitu.

Imò in tantum teſtamentum ex hæredis 34
inſtitutione dependet, ut ſine ea nullum ſit;
ut in l. fin. C. de iur. codicil. & in §. in primis, Inſti.
de fin.

de fideicom. hereditr. & l. proximè, verſic. Calpurnius. *ff. de his, quæ in teſta. delen.* Decia. *in conſ. 86. num. 12. vol. 2.*

35 Quòd inſtitutio ſit duplex, expreſſa & tacita, quæ ſit expreſſa, quæ tacita, & in quo caſu ſufficiat tacita ſaltem, quòd autore proprio exprimatur, quòd ſit certa & iuſta inſtitutio, *docuit & declaravit* Jul. Clar. Alexan. *in tract. ſuo de teſtam. in quæſt. 35. 36. & 37.*

36 Sed quo remedio relicta in teſtamento, quod caret hæredis inſtitutione, valeant, *docuit* Joan. Dilect. *in tract. ſuo de arte teſtand. tit. 4. de hæredibus inſtituend. caut. 1.* tradit de clauſula codicillari, de clauſula omni meliori modo: *& ibi per* Dilect. *vide alia remedia, circa hæredum inſtitutiones.*

37 Spurij, teſtamentum patris inofficioſum dicere non permittitur, licèt aliud in teſtamento matris ſit receptum: *l. ſi ſuſpecta, 29. §. de inoffic. ff. inoffic. teſt.* Quid in legitimatis iuris ſit, vide *§. ſed neq; hæc, n. 18.* Geyl *lib. 2. obſerv. 40 n. 2. & 3.* ¶ Inofficioſi querelam ex l. Glicia. Cuiacius introductam exiſtimat, *lib. 4. obſerv. 14 Diſſ. 11.* Vulteius, *de inoffic. teſt.*

38 Quid de filio vel filia an illis relinqui debeat titulo inſtitutionis ſaltem honorabili? quòd ſic, *tenet per iura & per Dd.* Jul. Clar. *in tract. ſuo de teſtam. in quæſt. 38. & refert ſe ad communem in iſto caſu opinionem, idem* Clarus *in d. tract. quæſt. 8. verſ. ſed pone, notavit,* quòd in teſtamento etiam condito inter liberos, debeatur omnibus liberis aliquid iure Inſtitutionis, & de illis perſonis, quæ omninò inſtitui vel exhæredari debent, *docuit* Rolan. *in 1. parte ſtorum de teſta. Rubr. 13.*

39 Sed legitimatus ignoranter præteritus, an rumpat teſtamentum, ſicut alias filius legitimus & naturalis, quærit & reſpondet Decian. *in conſ. 37. vol. 1.* quòd ſic.

40 Et ulterius ibi docet, quatenus teſtamentum præteritione nativitate vel legitimatione ruptum, ſuſtineatur in vim fideicommiſſi: Et alia bona in materia legitimationis, præteritionis & teſtamenti rupti; ibi docet.

41 De præteritione, Weſenb. *conſ. 85. parte 2. num. 19. & in ſequen.* ibi, per quæ verba liberi videantur inſtituti, ita quòd non habeant querelam ad teſtamenti reſcriptionem, & in fine de inſtitutione uſq; ad legitimam, & petenda ſuppletione eius. Clarus, de inſtitutione liberorum, præteritione & exhæredatione eorum, *à quæſt. 38. uſq; ad quæſtionem 47.*

42 De præteritione matris, patris, aliorum aſcendentium, (*In his vitiari inſtitutionem, legata ſubſiſtere, magis communis opinio eſt. In fratribus verius eſt, univerſum teſtamentum per querelam reſcindi.*) collateralium, & liberti, an vitiet teſtamentum, Clar. *à quæſt. 48. uſq; ad quæſtionem 51.*

A teſtatoris voluntate iudex poteſt recedere ad evitandas rixas: Aſin. *de exe. §. 3. c. 129* 43

Voluntati teſtatoris non poteſt ſenatus vel princeps derogare: Raudenſ. *de analog. lib. 1. c. 30. n. 117. & 124.* lim. ex certa ſcientia, & cum clauſula, non obſtante: *ibid. num. 117.* item limit. ex iuſta cauſſa: *ibidem,* amplia etiam ſi eo contraveniendo reſultaret utilitas maxima: *ibid. n. 17.* 44

Teſtatoris voluntas & poteſtas quomodo conſideranda, Sab. Med. *de acquir. poſſ. gl. 1. verb. ſive ius aliquod, p. 3. n. 17. fol. 328. & 18. cum ſeq.* uſq; ad eo teſtatoris voluntas poteſt declarari per duos teſtes, & per actum minus perfectum: Cavalc. *deciſ. 17. in indic.* 45

Teſtamentum ante mortem teſtantis non eſt teſtamentum: Raudenſ. *de anal. lib. 1. c. 27. n. 1. & ſeq.* 46

Teſtamentum unum eſt, licet plures ſint copiæ: Raud. *de analog. lib. 1. c. 27. n. 22. 23. & 24. & n. 108.* 47

Teſtamentum eſt facti, & non iuris: Raudenſ. *d. c. 28. n. 111.* 48

Teſtamentum non eſt ſcriptura, ſed plena illa voluntas teſtatoris: Raud. *de anal. lib. 1. c. 28. n. 108.* Sicut aliud eſt inſtrumentum: aliud contractus: item aliud continens, aliud contentum: *ibid. & n. ſeq.* 49

Facultas teſtandi, numquid morte Papę concedentis expiret? & an pro primo duntaxat teſtamento intelligatur? & num teſtamentũ iam factum convalidare queat? Granut. *theor. 13.* 50

Tabulę teſtamenti debent eſſe penes maſculum hęredem, non fœminam: Pruck. *l. in multis, de ſtatu hominum, p. 1. n. 3. art. 38.* 51

Teſtamentum diu occultatum, pręſumitur falſum: Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 91. n. 5.* 52

Statutum prohibens mulierem teſtari ſine aſſenſu propinquorum, non habet locũ in teſtamento ad pias cauſas. Viv. *dec. 219. lib. 2.* 53

Diſpoſitio teſtatoris uti lex ſervanda, & cur, & quando non attendatur, Vivius *deciſ. 265. lib. 2.* 54

Attenditur mens & voluntas teſtatoris, & non verba dummodò verba non ſint ita clara & aperta, quod ex eis manifeſtè appareat mens teſtatoris: Vivius *deciſ. 281 lib. 2.* 55

Caſus omiſſus à teſtatore, habetur pro expreſſo, quando veriſimiliter teſtator ita reſpondiſſet, ſi fuiſſet interrogatus: fallit tamen aliquot modis: Vivius *deciſ. 284. lib. 2.* 56

Non debet ex alterius arbitrio dependere teſtamentum: ſecus autem in donatione cauſa mortis, quæ provenit per legem: Viv. *deciſ. 103. lib. 6.* 57

Teſtamentum ſemper cenſetur factum ſecundùm diſpoſitioné iuris, ſecundũ quod vivitur in loco, ubi conditum eſt; & ideo ſi vo-

ſi vocaret proximiores; cenſentur vocati, qui ab inteſtato proximiores eſſent: Viv. *in dec. 395. lib. 2.*

59 Taſtamentum propter ſtatuti formam omiſſam redditur nullum: favora taman piæ cauſæ ſuſtinetur: Vivius *dec. 419. lib. 3.*

60 Teſtatoris voluntas in conditionibus licitis, non autem in illicitis ſarvatur: Vivius *dec. 480.*

61 Muliar meretrix publica, de bonis turpiter acquiſitis teſtari poteſt; ſecus in meretrica occulta, cuius bona fiſco applicantur: Vivius *deciſ. 482. lib. 3.*

62 Vide Neporam *de Montalb. de except.* ubi de except. contra teſtamentum *c. 20.* & contra nuncipativum: *c. 21.*

63 Executor teſtamenti non poteſt alium ſubſtituere in ſuum locum, nec tranſmittitur in hæredes: Vivius *deciſ. 205. lib. 2.*

64 Taſtamentorum ſolennitates, proſaquitur Clarus § *teſtamentum, quaeſt. 55. uſq. ad 61.* & vide remiſſiones, quas habet Raudenſ. *de analog. lib. 1. c. 28. n. 23. & ſeq.* Nepos de Montalbo *de except. c. 22. fol. 119.*

65 Raſura & cancellatio quando viciet totum teſtamentum, & quid, ſi ſit correcta manu eiuſ. Notarij, Zuchard *de miſſ. in poſſ. n. 327. 333. 335. & ſeq.* & ibid. plura da vitijs taſtamenti.

66 Taſtamentis duobus confectis aod. die, ita ut non appareat, utrum ſit prius aut poſtarius an utrumq; valebit, an neutrum? Zuchard. *de miſſ in poſſ. n. 454 fol. 168. ibid.*

67 Teſtamenta quòd habeant axecutionem & effectum, Reipub. intereſt. *l. vel legare, quemadm. teſt. aper.* Unde teſtantium voluntas circumveniri non dabat: *l. ſi cui, de condit. & demonſtr.*

68 Hoc antem debet intalligi, quando de illa apparet: ita declarat Dec. *in conſ. 205. vol. 2. num. 5. & in conſ. 291. vol. 2. viſis diligenter.*

69 Et verba teſtamenti debent interpretari, ne aontradicant: Dec. *in conſ. 317. vol. 2. viſis qua acutiſſimè.*

70 In ultimis voluntatibus voluntas teſtatoris magis quàm verba inſpicienda: *l. 3. C. de lib prater. l. cum virum, C. de fideicom. l. inter veſtam, de aur. & arg. leg. l. in conditionibus primum locum, de condit. & demonſt.*

71 Quilibet poteſt relinquere in teſtamento, cui vult, & libera debet eſſe facultas teſtandi: *l. 1. C. de SS. Eccleſ. §. diſponat, in Auth. de nupt.*

72 Et hæc facultas teſtandi non dicitur reſtringi per ſtatutum diſponens, quòd maritus uxori nihil relinquere poſſit, vel eam non hæredem inſtituere. Non dicitur reſtringi libera voluntas & facultas teſtandi: *ut probat text. in l. Titio decem. §. 1. de cond. & demonſt. vide pulcrè* Curt. *conſ. 6. fol. 74. col. 2. & ſuprà in verb. matrim.*

73 Teſtatoris verba vim legis habent: *§. diſponat, in Auth. de nupt. l. 1. C. de S.S. Eccleſ. vide gl. in l. 2. C. pro emptore, l.* Bart. *in l. omnes populi, in 2. q. princ. de Iuſt. & iur.* Dummodò illa voluntas non ſit contra leges: alioquin non eſt lex: *tex. in Auth. de iureiur. à mo. praſt. & in l. nemo poteſt, de leg. 1. & in d. §. diſponat.*

74 Sic atiam taſtatoris iuſſus & iudicis æquiparantur: *l. ſervus hac lege, ff. de manu. l. non eſt mirum. ubi Br. not de pignor. act.*

75 Itam factum teſtatoris & iudicis æquiparantur: *l. 2. ubi* Bal. *ad hoc not. C. de Div. temp. l. 1. §. ſi pupillus, verſ. ergo, ubi* Bal. *not. de tut. & rat. diſtr.*

76 Sic licitum eſt arguare à verb. Prætoris ad verba teſtatoris: *l. ſi quis legaverit, de leg. 1. l. qui filium, §. Sabinus ad Trebell. vide ad hoc in verb. argumentum.*

77 Nemo poteſt cavere, quòd leges in teſtamento ſuo locum non habeant: *l. nemo poteſt, de leg. 1. vide* Carol. *l. 2. lect. 1 de leg. 1 ubi pulcrè diſtinguit.*

78 Teſtamentum, in quo nemo eſt hæres inſtitutus, inutile eſt: *§. in primus, Inſt. de fideicomm. hær.* vel ſi inſtitutus non audit: *l. ſi nemo, de teſt. tut. l. tam, C. de fideiuſſ.*

79 Inteſtabilis dicitur, qui non poteſt teſtari: inteſtatus, qui potuit iura, ſed non eſt teſtatus: Bart. *in l. 4. de ſuis & leg.*

80 Quamdiu ſunt hæredes ex teſtamento, ab inteſtato non admittuntur: *l. 1. C. de bon. poſſ. ſecund. tab. l. quamdiu, de acq. hæred. l. quamdiu de R. Iur. l. quamdiu, C. qui admitt. l. antequam ſcriptus, C. comm. de Succeſſ.*

81 Teſtamentum dici inofficioſum, eſt allegare cauſſam, cur exhæredari vel præteriri non debuit: quòd plerumq; accidit, cum falſo parentes inſimulati liberos ſuos exhæredant vel prætereunt: *l. inofficioſum, ff. de inoff. teſt.*

82 Teſtari e3 perſonæ prohibentur, quas habes in gl. *in l ſi quaramus ff. de teſtam.*

83 Teſtator hæredis inſtitutionem committere alteri nequit: *l. illa inſtitutio, l. captatorias, de hær. inſt. vide* Carol. *hoc pulcrè declarantem, in l. 2. lect. 1. de leg. 1.*

84 Teſtamentum largo modo eſt codicillus, & econtrà: *vide latè* Iaſ. *in Rub. de leg. 1. ubi infert ad q.*

85 Statutum prohibens taſtari minorem 25 annis, virum prohibeat codicillari, *vide* Bart. *in d. l. 2. de leg. 1. ubi* Mod. *& præcipuè* Alex. *qui multa allegat.*

86 Statuto poteſt introduci, quòd teſtamentum coram duobus teſtibus factum valeat: *ſecundùm* Bal. *in l. fin. circa 4. vel 5. col. C. de Fideicomm. vide* Moder. & Alex. *in Rub ff. de acq. poſſ.*

87 An teſtamentum valeat coram 5 teſtibus tempora peſtis, & an in tarris Eccleſiæ valeat

valeat coram quinque teſtibus, *vide* Dec. *conſ. 288. vol. 2. viſo puncto diligenter.*

88 Quòd nullus teſtari poſſit, pulcrè & ſubtiliter arguit, & difficultatem movet, Jaſ. *in Rubr. C. qui teſt. fac. poſ.*

89 Damnatus ad mortam, teſtamentum facete non poteſt: *l. eius, §. 1. ff. de teſtam.* Hoc fallit 8. modis, de quibus vide Soc. *in reg. 76.*

90 An & quando valeat teſtamentum illius, qui ſibi mortem conſcivit, *vide* Alex. *in l. 1. C. qui teſt. fac. poſ.*

91 Teſtaroris & hæredis cenſetur eſſe una perſona: *in Auth. de jurejur. à min. praſt. l. fin. C. de impub. vide ſuprà in verb. filius, ubi latè, & in verb. hæres.*

92 Hinc eſt quod ſi quis promittit tantum de facto ſuo, tenetur nihilominus etiam de facto hæredis: & hæres, qui promittit tantum de facto ſuo, tenetur etiam de facto defuncti: quia defuncti factum reputatur factum hæredis: *ut eſt gl. in l. ſervus, in pr. in verſ. intereſt, & ibi not.* Bar. & Bal. *de cond. furt. vide de hoc* Alex. *in l. ſtipulatio iſta, n. 7. de V. oblig.* Curt. *in conſ. 4. fol. 64. col. 4.*

93 Si ego ab inteſtato decedo, dicor mihi ſuccedentibus dare hæreditatem meã: Franc. Curt. *conſ. 4.*

94 An, ſi teſtator, morte præventus non potuit perfectè diſponere id, quod intendebat, eius diſpoſitio tanquam imperfecta vitietur, *vide pulcrè* Curt. *conſ. 12. fol. 85. col. 2.*

95 In eodem teſtamento quis in parte inſtitui poteſt primò, & poſtea in univerſo: *vide* Curt. *conſ. 15. fol. 87. col. 2.*

96 De clauſula codicillari, vide Bar. *in Auth. ex cauſa, pen. col. C. de lib. prat. & latiſſimè in l. 1. de jur. codicill. & in l. fin. C. de codicill. vide* Dec. *conſ. 320. vol. 2. dum legerem.*

97 Clauſula codicillaris operatur, quòd relicta debeantur à venientibus ab inteſtato: an autem hoc etiam habeat locum, quando hæres inſtitutus mortuus eſt vivente teſtatore, *vide* Dec. *conſil. 242. vol. 2.*

98 Clauſula codicillaris, in vulgari & fideicommiſſaria nihil operatur: Dec. *conſ. 291. vol. 2. viſis diligenter.*

99 Teſtamentum ſi valet iure codicillorum, non valet, niſi teſtator hoc expreſſè dixerit: *Socin. in Reg. 398.*

100 Cancellationes in teſtamento, in dubio præſumuntur factæ de voluntate teſtatoris: Alex. *conſ. 14. vol. 6. viſis & conſideratis, ubi multa de teſta. & inſtru.*

101 Teſtatus pro parte & pro parte inteſtatus decedere nemo poteſt: *l. jus noſtrum, de reg. iur. vide fal. per* Soc. *in reg. 400.*

102 An teſtator poſſit facere, quòd legata debeantur hæreditate non adita, vida ſupr. *in v. hæres:* & eſt opinio cõmunis, quòd non.

103 Teſtor Trebellianicam prohibere poteſt: *Authen. ſed cum teſtator, C. ad l. Falcid.* *Paul. in conſil. 8. in antiquis,* Abb. *in conſil. 17. vol. 2.* Soc. *conſ. 20. 21. vol. 2.*

Teſtamentum nullum eſt, in quo filius eſt præteritus, & non ſufficis, quòd iure legati aliquid ſit relictum: & agitur ad ſupplementum legitimæ, non obſtante prohibitione teſtatoris: Dec. *conſ. 228. volum. 2. in caſu propoſito.* 104

Quando ſecund. teſtamentum prævaleat primo, & quando legitimatus poſſit impugnare teſtamentum, Dec. *conſ. 264. vol. 2. revocatur.* 105

In taſtamento hæres vendere val alium contractum facere iuſſus, an contractus talis inter vivos cenſendus ſit, vel ultima voluntas, vide ſup. *in v. contractus.* 106

Teſtamentum poteſt fieri, ad interrogationem alterius reſpondendo ſimpliciter ſic: *gl. in l. jubemus, C. de teſta. de hoc vide* Soc. *in l. 1. §. ſi quis ita, de v. obl.* 107

De donatione facta in teſtamento, in pœnam mutationis teſtamenti, Dec. *conſ. 293. vol. 2. viſo teſtamento.* 108

Quando vocati ſunt proximiores, quomodo probetur, quem eſſe proximiorem, & quòd gradus debeant computari, Dec. *conſ. 321. vol. 2. in cauſa, qua vertitur.* 109

Teſtator ſi inſtituit uxorem ſuam hæredem univerſalem, & in eod. teſtamento nepotes etiam hæredes inſtituit univerſales: uxoris inſtitutio, ut videatur uxor relicta uſufructuaria, reſolvitur: Dec. *conſ. 278. volu. 2. non levis perplexitas.* 110

Teſtatoris diſpoſitio in dubio æquiparatur potiùs legis diſpoſitioni, quàm contrahentium: *vide latè* Dom. Carol. *in l. ſtipulat. non dividuntur, in 1. q.* Bar. *lect. 52. chart. 111. de V. oblig.* 111

Pro hoc poteſt adduci, quòd juſſus teſtatoris & judicis æquiparantur: *l. ſervus hac lege 9. De manu. l. non eſt mirum, ubi* Bart. *not. de pig. act. vide ſup. eod* Hoc dictum probatur per dictum Bart. *in d. l. ſtipulat. non dividuntur, in 8. q.* 112

An quis præciſè poſſit cogi ad factum? 113 diſtinguit inter obligationem legalem teſtatoris, & contrahentium: in legali dicit, quòd quis præciſè cogi poſſit, *per l. ſi cum except. §. ſed & ſi quis, quod met. cauſ.* & idem dicit in obligato ad factũ voluntate teſtatoris, quia præciſè cogitur: rationem ibi aſſignat Bart. quia voluntas teſtatoris lex eſt: *§. diſponat,* Novell. *de Nupt.* Obligatus verò ad factum diſpoſitione contrahentium, præciſè cogi nequit, ſed ſolvendo intereſſe liberatur: per rationem, de qua ibi per eum. Ecce quomodo pulcrè probatur, diſpoſitionem teſtatoris potiùs & magis accedere diſpoſitione legali & prohibitioni, quam contrahantium,

Quod

Quod dict. Batt. ego ad hoc ponderavi, & ibi aonoiaſ iad iectur. Gat. *in Apoſtil.*

114 Per præmiſſa deciditor pulcra q. de qua per Card. ubi ſupr. Quòd, ſicut per legem poteſt fieri prohibitio diviſionis in perpetuum: *c. imperial. §. præterea, de prohib. feud. aliè. per Frid. Noe. in c. licet, de vot. l. in commu. ff. com. divid.* Ita & per teſtatorem, cuius voluntas etiam lex eſt, *vide latius* Carol. & Moder. Item pro hoc facit, quòd ſoluit Petr. in 10. q. ubi dicit: prohibitio l. alienari rem, afficit rem ita, quòd alienari non poteſt: ſic & teſtatoris.

115 Teſtator poteſt remittere inventorium & rationis redditionem, in præiudicium fideicommiſſarij: *l. nemo poteſt, ad fi. ubi Dd. communiter, ff. de leg. 1.* Tamen in præiudiciū creditorum teſtator non poteſt remittere inventarium & rationem: *ita Dd. ubi ſup. poſt Bl. in l. fi. §. 1. C. de jur. delib.*

116 Per compulſionem teſtium fit teſtamentum nullum: *l. qui teſtamento in fi.* [illegible] *de teſt. 2.* Eeidem eſt propter compulſionem notarij: Ludov. Roma. *ſing. 61. quaro.*

117 Teſtes in teſtamento non probant, niſi viderint teſtatorem loquentem: *tex. eſt in l. ſi non ſpeciali, C. de teſta.* & hoc ideo, quòd vox teſtatoris propter infirmitatem ſolet mutari: & ideo dictum teſtis, ſi teſtatorem audivit, & non vidit, non eſt integrum: de facili enim quis decipi poteſt in voce: Abb. *in c. ex literis, nu. 4. de conſue. & cum cauſam de teſtib. vide iufr. in Miſcell. nu 83.*

118 Teſtator ſi teſtamento confitetur, ſibi debitum ſolutum, quod revera ſolutum non eſt, dicitur & cenſetur legaſſe debiti liberationem, & debitum remiſiſſe: *l. 1. & l. ſi dotem, C. de falſ. cauſ. adie. leg.* Et uſq; adeò valet confeſſio teſtatoris in ultima voluntate, & ſervanda eſt, quòd hoc non ſolum procedit in liberando, ſed etiā in obligando ſeipſum, & hæred. ſuum, ut ſi dicat, lego tantum, vel do Titio, cui per epiſtolam donavi, ſi etiam donatio per epiſtolam facta non appareat, verba tamen teſtamenti, quib. liberalitas teſtatoris confirmata eſt, continent fideicommiſſum: *l. ſi donatio, C. de donat. ad idem eſt bonus text. in l. Lucius Titius, §. quiſquis, la. 2. de leg. 2. & in l. Lucius Titius, §. ſempronia, leg. 3.* Ubi confeſſio debiti facta à teſtatore, licet debitum non probet, inducit tamen fideicommiſſi petitionem.

119 Teſtamentum debet deponi vel apud ſeniorem hæredem, vel in æde ſacra: *l. 4. cum ſeq. ff. famil. hercif.* Hier. *conſi. 50 col. 255.*

119 Pater poteſt in ſuo teſtamento aliquib. ſuis liberis prærogativam facere, & reliquis ſuis liberis contravenientib. pœnam privationis bonor. ſuorum (excepta legitima) imponere *l. unica, C. de his quæ pro, nom. §. ſi Iuſti, de leg. 1.* Hier. *conſi. 50 fol. 255. n. 9.*

Quòd mulieres ſine conſenſu maritorum teſtamenta facere non poſſunt, ſtatutū non valet. Hoc enim, tanquam iniquum, & liberam teſtamenti factionem auferens, eſt nullum: ſicut nec reſcriptum principis hoc diſponens valet: Paul. de Caſtr. *in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. in 2. col. verſ. in text. ibi etenim iniquum.* 121

Vide Clarum de teſtamento inter liberos condito, quatenus & quomodo valeat: *tex. eſt in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto ib.* Bat. Bal. *& alij Dd. C. de teſta.* & de iſto teſtamento paterno inter liberos, *vide plen.* Geyl. *in obſ. 112. lib. 2. obſ. Cam. Imp. Et vide* Weſ. *in conſi. 90. par. 2. declarat ibi Authe quod ſine, C. de teſta.* Decian. *in conſi. 34. vol. 1. & in conſi. 126. vol. 3.* quærit, an ſchedula manū patris ſcripta tollat teſtamentum priùs ſolenniter inter liberos factum? Reſpondet diſtinguendo. (*Regulariter non tollitur, niſi ſecundum eſſet magis favorabile ipſis liberis, vel niſi inter utrumq; teſtamentum intercesſiſſet decennium.*) 122

Item quærit, an ſcriptura patris, ſine tempore valida ſit inter liberos? plus quærit, an teſtamentum imperfectum etiam inter liberos adoptivos valeat? Reſpondet, (*in utroq; caſu, quòd non,*) prout videbis. Et eſt materia bona de teſtamento paterno, & qualiter poſterius tollat prius de libris adoptivis. 123

Item de diviſione paterna inter liberos facta, quatenus. (*Si videlicet teſtamento vel codicillis confirmata ſit: tunc enim in vim prælegatorum vel inſtitutionis valet, prout teſtator vel verbis inſtitutionem inducentib uſus eſt, vel non.*) ſervanda, docuit *idem* Geyl. *in obſ. 116. lib. 2.* 124

Quid iuris, & qualiter ſuſtineatur teſtamentum deficiens in hæredis inſtitutione, & per quæ verba liberi directè inſtituti videantur, und das darnach möge geſprechen werden / habetur *in* Conſt. *Elect. Sax. Art 9. par. 3.* (*Præteritio liberorum vitiat inſtitutionem ſalvis legatis & fideicommiſſis: ſanè verba communia, item relictum ſub titulo legitima vel dotis, pro inſtitutione habentur.*) Weſ. *conſuluit in conſi. 85. par. 2. n. 19.* Ratione piæ cauſæ refert, *idem* Clar. *in tr. in quæſt. 6. verſi ſextò infertur* & ibi de teſtamentis, qualiter valeant & robur accipiant favore piæ cauſæ: habetur *in iſta quæſt. 6 & in quæſt. 7 ſequenti per totum.* 125

Quid de teſtamento volentis ingredi religionem, an etiam valeat ſine titulo Inſtitutionis? quòd ſic, *tenet idem* Clar. *in d. tr. in q. 38. verſi. item quæro.* ſed plenius de teſtamentis Clericorum & Monach. *idem* Clar. *in q. 28. per totum, ſunt bona.* 126

Et teſtamentum tandem, an & quando valeat ſine hæredis Inſtitutione, *vide addit. ad* Roland. *in 1. parte ſtorum de teſta. in Rubr. 21. num. 2.* 127

128 De modis inſtituandi liberos legitimos & naturales, jam natos, poſthumos nepotes, legitimus tantùm, naturales tantum, ſpurios, parentes, vel aſcendentes, & extraneos, vide d. Roland. *in 1. parte ſſtorum de teſta. à Rub. 14. uſq; ad Rub. 21.* & ibi habas bona de præteritione, de inſtitu. nepotis, & de ſpurio: *vide* Gey. *in obſ. 115. lib. 2.*

129 Sed quæritur, an quis poſsit inſtituera hæredes plures, uſq; in infinitum? Reſpondetur, quod ſic, *in §. & unum, Inſt. de hær. inſtituen.* declaratur, modò tamen non vagetur voluntas ſub incerta dinumeratione: iſta inſtitutio enim non videretur ſani hominis eſſe, & poſſit fiſcus vel Reſpublica admitti, qui univerſos cives repræſentant: *dicit* Viglius *in commentarijs ad d. §. & unum, Inſt. de hær. inſtitue.* plus volens, pium eſſe, talem hæreditatem diſtribuere pauperibus, ſi modò eſſet aliquod talis voluntatis indicium.

130 Pluribus autem hæredib. inſtitotis, qualiter fiat diſtributio, pro partibus æqualibus vel inæqualibus, habetur *in §. ſi plures, & ibi poſt alios Dd.* Viglius, *Inſt. de hær. inſtituen. & in iſto tit.* vide alia de modo & qualitate inſtituendi, deq; conditionib. inſtitutioni adiectis, & quos quis hæredes inſtituere poſſit, an etiam ignotos? Reſpondetur, quòd ſic, *vide* Weſen. *in materia inſtitutionum, in conſi. 28. parte 1. à prin. uſq; ad n. 11.*

131 Redditur etiam teſtamentum nullum per teſtatoris revocationem: eſt enim hominis voluntas ambulatoria, uſq; ad ſupremũ vitæ exitum: *l. 4 ff. de adimen. legat.* & ideo poteſt uſq; ad mortem mutari, minui, corrigi & revocari: *c. ult. voluntas. 13. q. 2. d. l. 4. ff. de adimen. leg.*

132 Sed qualiter revocatio teſtamenti fieri debeat, ut valeat, & de alijs bonis in revocatione fienda *conſulutt* Weſenb. *in conſil. 88. par.* 2. de revocatione teſtamenti, in quo poſtea monaſterium, Eccleſia vel liberi ſunt inſtituti, quod valeat, *conſuluit* Decia. *in conſ. 31. vol. 3.*

133 Seſt poſterius teſtamentum, an & quando deroget primo, etiam jurato, ſolenni coràm Cæſare, vel viginti teſtibus facto, vel etiam clauſulam derogatoriam habente, *notavit* Didacus Covarruvias *in tr. ſuo, de teſt. in 2. part.* Et in iſta materia mutationis teſtamenti, & ademptionis legatorum, *vide* Joa. Dilecti *in tract. ſuo de art. teſtandi, tit. 10.* per octo cautelas, *& ibi cautela 4.* de teſtatoris cancellatione vel teſtamenti correctione. *Et in cautel. 6.* de notario, qui delet aliqua verba teſtamenti, vel addit: & de teſtamentis, quæ per poſterius rumpuntur, quæq; per teſtatoris capitis diminutionem, irrita fiant ſunt, tex. *& ibi notant Dd. §. poſteriore, & §. alio autem modo, Inſtit. quib. mod. teſt infir. & in iſto tit. vide §. non tamen, & ibi poſt alios Dd.* Viglium *declarantē, quomodo de teſt. variatione mutatione vel cancellatione appareat. Et ibidem, qua ratione poſterius teſtamentum tollat prius, vel non.*

Sed tamen, quando ſecund. teſtamentum eſt factum cum clauſula, Irritans, Caſſans, &c. & non valeat, an maneat primum clauſula derogatoria non obſtante, in ſuo robore? *& tenet* Joan. de Arno. *quod ſic in ſing. ſuo 55. inc. quidam fecit.* Et de teſtamentorum revocationib. qualiter, & per quos actus vel verba revocata cenſeantur quouſq; etiam ſecund. vel poſterius tollat primum, *docuit* Cla. *in d. tr. ſuo de teſta. à quæſt. 91. uſq; ad finem.* 134

Impugnatur etiam teſtamentum per inofficioſi teſtamenti querelam, per illos, quib. nihil penitus in teſtamento relictum eſt: *§. ſed hæc, Inſt. de inoff. teſt.* 135

Quando autem aliquid minus legitima relictum fuerit, querela inofficioſi quieſcente, agatur ad legitimæ ſupplementum: *§. ſin vero, l. [illegible] tit. de inoff. teſta. l. omnimodo, C. eo. tit.* habetur in Conſt. Elect. Saxo. *Art. 9. in prin. par. 3.* Weſen. *in conſ. 85. parte 2.* 136

Quæ ſint iſtæ perſonæ, quib. competat inofficioſi teſtamenti querela, habetur *in §. 1. d. tit. Inſt. de inoff. teſt.* liberi ſcilicet, parentes fratres, & ſorores, & ſi turpem perſonã inſtituerit, ſuo modo: non autem veniunt cæteri cognati: Ang. Aret. *in d. §. 1. Inſt. d. tit. de inof. teſtam.* 137

Et competit non tantum exhæredatis, ſed etiam penitus præteritis. ¶ An autem filio inofficioſi querela competat, quando eſt inſtitutus ſub conditione non poteſtativa, conſuluit Decia. *in conſi. 50. volum. 2.* & dicit, quod non, quantum ad teſtamenti reſciſſionem. 138

Fratri autem, cui, in quib. caſib. & quando, contra teſtamentum fratris cõpetat inofficioſi teſtamenti querela, & quid conſequatur, an legitimam, & ibi vide de fratris legitima: An autem totum teſtamentum fiat irritum, vel ſaltem uſq, ad legitimam, hæc & alia bona, *vide poſt alios Dd. apud* Bal. *in l. fratres, C. de inoffi. teſta.* Quid de teſtamento fratris, in quo inſtituit uſurarium an contra illud fratri competat inoffiaioſi teſtamenti querela, dixit Matth. Matheſi. *in ſing. ſuo 49. n. 3. & ibi in addi.* Gabr. Saraij. 139

Sed nota, quod filius qualitercunq; conſentiat in teſtamento patris, ſive expreſſè, ſive tacitè, excludatur à querela: *eſt text. in l. parentib. C. de inoff. teſta.* & iſta regula cum ſuis limitationib. *notat* Pet. Duen. *in reg. falle. in regu. 342.* & habetur de iſto, in Conſt. Elect. Sax. *Art. 1. eo. par. 3.* ibi, ſi præteritio fuerit facta de voluntate filij, quòd valeat teſtamentum, ſaltem jure prætorio conſtitutum eſt. 140

Quid

141 Quid iuris inter liberos naturales, Clar. *d. q. 8. Theſ. dec. 94.*

142 Vide remiſſ. & alia huc ſpectantia in Raud. *de anal, lib. 1. c. 28. n. 24 & ſeqq.* ¶ Teſtamentum quomodo aperiri debeat, Zuch. *de miſſ. in poſſ. n. 346. fol. 134. & ſeq.*

143 In teſtam. patris inter liberos, an minus duo requiruntur teſtes: *Raud. de anal, lib. 1. c. 28. n. 25.* ubi plurima alleg. cōtr. *n. 96 & §. ex imperfecto, d. l. hac conſultiſſima*, non habere locū in nato ex adulterio: *n. 26.*

144 Et qualiter hi teſtes debeant deponere, *n. 28.* & teſtes requirantur etiamſi ſit factum coram Principe: *n. 29.* vel preces Principi oblatas: *n. 30.* vel in teſtamento militis: *n. 30.* & in teſtam. in actis coram iudice. *n. 31.*

145 De teſtamentis privilegiatis, veluti inter liberos, piæ cauſæ factis apud acta Principis, vel oblatis Principi precibus, & ſimilib. qui ſcripſerint, refert Raud. *d. c. 28. n. 24. & ſeqq. & præcipuè n. 31.*

146 Teſtamentum ſcriptum à Notario coram teſtibus ſi notarius legit teſtamentum, &, antequam finiat, moriatur teſtator, valet inter liberos: dummodo probetur per teſtes, & dicitur defectus ſolennitatis, non vero voluntatis: Cavalc. *dec. 27.*

147 Quando ſecundum teſtamentum factum inter liberos annullet primū, & quantum tempus requiratur. Vivius *decif. 292. lib. 2.*

148 Teſtamentum per patrem ſcriptum inter liberos probatur, etiam per filiorum confeſſionem Raud. *de anal. lib. 1. c. 28. n. 121.* item poteſt probari abſque teſtibus ex comparatione literarum: Raud *d. l. n. 141.*

149 Prohibens aliquem teſtari incidit in crimen falſi: *l. Paul. de falſ. & in caſu vide* Cor. *conſil. 56. lib. 1. & conſ. 84. eo.* & plura de eius pœna, *vide* Caball. *in add. ad conſ. ſtat. de Butr. conſ. 85. v. prohibentem.*

150 Quemadmodum teſtamentum in ſcriptis aperiatur & deſcribatur, Rol. *de teſta. rubr. 64. fol. mihi 305.*

151 De teſtamentis principum, & eorum probatione: Raud *de anal. univoc. & æquivoc. lib. 1. c. 28.*

152 Teſtatoris balbutientis teſtamentum etiam non irritatur: dummodo bene poſſit colligi voluntas ſua licet momenta verborum male ſint articulata: *l. quoniam indig. C. de teſta.* Quod ita de teſtatore balbutiēte intelligendum eſt, niſi talis ſit conditio teſtatoris, quod jam ſit penè mortuus: quia tum d. l. *quoniam*, non procederet; Bart. & Iaſ. *in l. jubemus, C. eo. ti. de teſta.* Alex. de Imo. *in conſ. 12. vol. 1. pulcher.* Zaſ. *in l. mulier. n. 6. ff. de v. obl. & ibi vide de balbutientium ſtipulationibus.*

153 Sed quod balbutientis teſtamentum ſuſtineatur per clauſulam codicillarē, transeundo in fideicommiſſum, *notavit* Ioan. Lileck *in tr. de arte teſtandi, tit. de hæredibus. inſtituendis, in cautela 2.* & quæ ſint conſideranda, ut teſtamentum infirmi ſuſtineatur, *notavit* Conſt. Elect. Sax *in Art. 5. par. 3.* 1. Appareat, quod potuit articulatè loqui. 2 Quod fuerit mens eius condendi teſtamentū 3. Quod ceſſet præſumtio captatoriæ voluntatis, vel de ea non appareat: *conſuluit* Men. *in conſ. 45. vol. 1.* ibi præſertim de captatoria voluntate, vel teſtamentum ad notarii vel alterius interrogationem factum an valeat? reſpondet ibi integerrime.

De teſtamento tempore peſtis condito, quomodo valeat, ſine ſolennitatibus iuris Civilis vel ſtatuti conditum, *vide elegan. er* 154
Rolan. à Valle *in conſ. ſuo. 81. per totū. lib. 1.* Pariſi *in conſ. 32. & 25. vol. 2. ſeniore* Bal. *& alii multi Dd. in l. ſi. C. de teſta* ſunt utiliſſima: & enumerantur, *à d. Dn.* Rolan. à Valle *in d. conſ.* alia in materia peſtis, quæ ſunt notanda: vide unum *per* Pet. Gor. de Petr. Sanc. *in ſing. ſuo 100. n. 24.* Et teſtam. tempore peſtis valere, coram duobus teſtibus tantum factum. & ſic in Camera fuiſſe iudicatum, *teſtatur* Mynſin. (*qui conſentit* Geyl. *2. obſ. pract. 118. n. 9.*) *in obſ. 69. cent. 1. & ſic concludit ibi in fi. licet* Bened. *n. 6.* *Raym. de teſta. multa in contrarium allegat.* Et quod duo, vel tres ſaltem ſufficiant teſtes, ordinavit *Conſt.* Elect. Sax. *in Art. 4 par 3.*

De teſtamento actis inſinuato. Teſta- 155
mentum actis inſinuatum, vel in judicio coram judice factum, valet; & tenet non minus, quam ſi fuerit confectum coram ſeptem teſtibus *l. omnium, & ibi* Alex. de Imo. *C. de teſta. & probatur in l. ſancimus, C. eo. tit. & per illa conſuluit* Schurff. *in conſ. 77. cent. 1. vide* Hip. de Marſi. *in rep rubr. C. de proba. mihi nu. 84. not.* Raphael Fulgo. Bald. & Salyc. *in d. l. omnium, C de teſta.* Alex. *in l. pacta, C. de pact. facit* Conſt. Elect. Sax. *in Art. 3. part. 3.*

De teſtamento aviæ, vel avi nota. teſta- 156
mentum horum, in quo nepotes vel neptes ex filia ſine cauſa hæredes non ſuor inſtituti neque exhæredati, & ſic præteriti; quod ſit ipſo iure nullum: adeo quod non opus ſit iſtud per querelam inofficioſi teſtam. expugnare: *Auth. ex cauſa de libe. præt. vel exhæred. & Auth. non licet C. eo. tit alleg. gl. ſing. in § exhæred. in v. voluit, Aut. de hæred. & falci.* diſponens ſimile de nepote ex filio ab avo præterito: & per illa iura pulcherrime *conſuluit* Schurff. *in conſil. 73. cent. 1. à pr. uſq; ad n. 8. & in d. conſ. n. 5.* præteritionem deſcribit, quod nihil aliud ſit quam ſine cauſa neque inſtituere neque exhæredare: *per §. eadem Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* & de hac materia præteritionis *vide* Weſ. *in conſ. 85. n. 19 par. 2.* Clar *in ſuo tract. de teſtam.* de liberorum aſcendentium, collateralium & liberti præte-

ritione, *d. qu. 38. uſq. ad quæſt. 51.* & de exhæredatione liberorum, *elegans conſi. 29 par. 1. ejusdem* Weſenbecli.

157 De teſtamento damnati ad mortem, quod poſſit de bonis ſuis teſtari, niſi & condemnatio fuerit facta ad bonorum confiſcationem, *habetur in Conſt. Elect. Sax. Art. 6. part. 3.* Vnd alſo wird es zu Breßlaw auch gehalten: das den jenigen / ſo wegen ihrer Mißhandlung das Leben verwircket / auch ſchon zur Todesſtraff verdammet ſeyn vnd offen ſtehe / ihren letzten willen vor denen Perſonen die ſie darzu verordnen zumachen: es were dann ein ſolch verbrechen, dadurch der Mißhändler nicht allein ſein Leib vnd ſein Leben / ſondern auch ſein Hab vnd Güter verwircket hette: *vide ſtatut. Vratisl. Art. 5.* von Teſtament.

158 De teſtamentis conjugum, nihil hodie dubitandum eſt, quin liceat alteri ex conjugibus alteri legare, & alterum hæredem ſcribere: quod prudentum reſponſis, & manifeſtis principum placitis, ac conſtitutionibus clarius deciſum eſt, quam ut de eo dubitari poſſit: *l. qua dotis, ff. ſol. matr. l. uxori meæ. ff. de uſufr. lega. l. uxori, §. 1. l. uxorem, ff. de lega. c. 3. ſi pater, de teſta. in 6. l. ſi. ff. & C. ſi quis aliquem teſta probi §. ſin. in Auth. de exhiben. reis.* Intelligenda & accipienda tamen ſunt prædicta, ne extorqueantur per vim & dolum: licet ei maritali ſermone placuerit, & ſic aſſenſus fuerit: *d. l. ſina ff. ſi quis aliquem teſta. probi. l. ſina C. eo. tit.* Et de mutuo conjugum teſtamento, (*In quo tamen hoc obſervandum, ut notarii teſtiumq; ſubſcriptiones & ſubſignationes utriusq; nomine fiant, cum duo cenſeantur teſtamenta: ideoq; alter eorum vel ſolus voluntatem ſuam mutare poteſt*) *notavit* Geyl. *in obſer. 117. lib. 2. obſer. Cam. Imp.*

159 Vel niſi minæ præceſſerint, quæ metum intulerunt: quia tunc teſtamentum non valet: Caſtr. Iaſ. & *alii in d. l. ſina. ff. ſi quis aliquem teſta. probi.*

160 Sed quando dicatur metus interceſſiſſe, & metum duraſſe inter conjuges, *notaverunt Dd. in l. interpoſitas, C. de tranſactio.* Iaſ. *in §. quadrupli, n. 66. Inſt. de actio.* Bar. *in l. penul. circa ſin ff. de condictio. ob turp. cauſ.* Ge. *in c. accedens, ext. de conver. coniug. & plenius in c. veniens, ext. de offi. delegati. tenet* Alex. de Imo. *in conſi. 47. vol. 4.*

161 Vel ſi non ſolum blandis, & modeſte conceptis verbis, ſed aſſidua & importuna petitione, ſeu inſtantia, aliquid relictum fuerit, quia tunc minime procedit? Segura. *in repe. §. ſi vis. l. 1. ff. de acq. poſſeſ. fol. 12.* Decia. *optime in conſi. 65. vol. 2. per totum*, dicit teſtamentum nullum: quia captatum eſt malis artibus uxoris: & ibi dicit, quod ex ſolicitationibus moleſtiis & minis, factis contra graviter infirmum, arguitur metus: Innocen*tio c. petitio, de iureiur.* Imo perſuaſiones, maxime reiteratæ & frequentes, habent vim coactionis & violentiæ: *l. 1. §. perſuadere, ff. de ſerv. corrup.* & ſic legata extorta non valent: voluntas enim teſtantium debent eſſe liberæ, non coactæ: *l. 1. C. de SS. Eccl. & in hoc conſi. nota.* quod ex multis machinatio dolus, fraus, & circumventio conjecturetur ex ſuggeſtione, ex requiſitione notarii conjuncti, & ex requiſitione legatariorum, & non per teſtatorem facta, vel quia teſtamentum erat factum de nocte, ſine tribus luminarib. *n. 20.* & ibi habet bonam materiam de captatoria voluntate: *vide quoq; Meno. in conſi. 45. vol. 1.* ibi de teſtamento iterato ad interrogationem alterius, ſit an valeat, & an tollat prius factum.

Tertio, vel niſi alium conjunx fecerat hæredem: quia tunc ſi blandis verbis, vel adulationibus induceret teſtatorem, ut eum inſtitueret: licet teſtamentum valeat, tamen prius inſtitutus revocabit à ſecondo, per actionem de dolo, vel in factum: *eſt deciſ.* Angel. *in l. 1. C. de his quibus indignis. Notavit* Ioan. Bernar. Diaz. *in reg. fallentiarum, regul. 798. incip. uxori licitum eſt*, Petr. Peck. *in tract. ſuo de teſta. coniug. lib. 1. c. 3. & 4.* 162

Quæ autem requirantur, ut poſſit dici, teſtamentum vel ultimam voluntatem inter coniuges legitime eſſe conditam, ut valeat, *tradidit eleganter d.* Pet. Peck. *in d. tract. de teſta. coniug. lib. 1. c. 5. & c. 6. & per eund. Peckium, vide in d. tract.* multas utiliſſimas quæſtiones & deciſiones, in ordinationibus teſtamentorum & ultimarum voluntatum: & ex illis de ſucceſſionibus in bonis conjugum, ita ut valeant, vel non, tradidit *de iſtis, Peck. per 5. libros, quos non ſine utilitate videre licet.* 163

Ob aber der Mann / oder Weib / von ihren gemeinen Gütern ohne des andern willen / auff etwas können Teſtament machen vnd vergeben oder wie viel nach Sächſiſchen Rechten / *vide text. & gl. in* Weichbildt *Art. 65. Art. 31. lib.* Land-Recht / *& in d. gl.* Weichbildt. Vnd das aber ein Ehegatte dem andern ſeine anwartende gerechtigkeit / durch Teſtament oder andern letzten willen nicht vermindern könne *habetur in Conſt. Elect. Art 7. par. 3. in d. Art. 65.* weichbildt *invenies*, Das einer / da er nicht mehr bey vernunfft iſt / das ſeine nicht vergeben könne. 164

Sed ſi coniuges faciant teſtamentum, ut utriuſq; proximi hæredes dimidiam hæreditatis accipiant, an uno ex conjugibus mortuo ſuperſtes revocare poſſit, quæritur? & reſpondetur, quod ſic, quo ad medietatem ipſum concernentem: Mynſing. *in obſervat. 8. cent. 1. obſer.* (*Conſentit* Geyl. *2. obſer. pract. 117. n. 2.*) 165

De teſtibus adhibendis, ſubſcriptione fienda, & ſignaculis imponendis in teſtamenti confectione, ut valeat, *vide tex. in §. ſed* 166

cum

eum paulatim, *Inſtit. de teſta. & ibi notant gl. & Dd. vide commentaria Ulrici Zaſij, vehemẽ.* Et de ſolennibus ultimarum voluntatum, item pactorum, quæ ultimam naturam induunt, *conſulatie* Weſen. *in conſ. 38. p. tr. 1.* ¶ Sed qui non poſſint teſtes adhiberi in teſtamentis, *enumerat tex. in §. teſtes autem. d. tit. Inſt. de teſta. ordi.* Clar. *in d. ſuo tract. q. 55. in ſequentib.* de numero & teſtium qualificatione, vide aliqua.

167 De teſtandi libera facultate, quòd non poſſit aliquo pacto anguſtari vel tolli, & quòd debeat eſſe libera, non captatoria, *notat* Zaſius *in l. ſtipulatio hoc modo, in prin. ff. de v. oblig.* & ibi aliqua habet de materia captatoriæ voluntatis: *eſt textus in l. captatorias, ff. de hæred. inſtit.*

168 An teſtamentum poſſit fieri irrevocabile contra communem theoricam: quæ eſt, quòd ambulatoria ſit hominis voluntas uſq; ad ſupremum vitæ exitum, *ut in l. 4. ff. de adimen. legat.* docuit & dedit remedium unum Dynus *in c. quod ſemel, de reg. jur. in 6.* Quid hoc caſu juris in pia cauſa, *vide d. Zaſium, in d. l. hoc modo, nu. ff. 14. de v. oblig.* Et de libera teſtandi facultate, deq; pacto contra illam, quòd non valeat, Schneid. *de dona. §. alia, nu. 93.*

169 Sed quæritur, an ex teſtamento nullo debeantur legata & fideicomiſſa? reſpondet (*Diſtinguendo inter patrem ſcientem filium præteriri, et ſi ignoravrrit ſe habere filium, quia hoc poſteriore caſu nec legata debentur, niſi quæ neceſſariò relicta ſunt, puta ad exonerationẽ conſcientiæ, &c.*) Geyl. *in obſer. 113. lib. 2. obſerv. Came. Impe.*

170 Qualiter autem teſtamentum rumpatur nativitate poſthumi, vel quibus alijs ex cauſis, *vide Geyl. in obſerv. 114. lib. 2. nu. 11. (Ubi ſimiliter probat Bart. diſtinctionem, an pater de poſthumo cogitaverit, & vel clauſula ſubſiſtere iſtam dicit: an non cogitaverit verſimiliter de eo, & negat clauſulam quicquam operari:)* & ibi invenies de clauſula codicillari, de qua notavi *ſup. in liter. C. verſi. de clauſula codicillari.*

171 De militari teſtamento, & ibi multa bona de militibus *docuit* Geyl. *in obſerv. 118. lib. 2 obſer.* Cam. Imp. *vide quæ notavi ſup. in lite. M. verſi. de milite.*

172 Conſuluit de teſtamenti militaris confectione, eius validitate & impugnatione, eleganter Weſen. *in conſ. 17 & 38. part. 1.* & teſtamentum militis quæ privilegia habeat, & an miles poſſit pro parte decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus, Clarus *in d. tractatu de teſt. qu. 15. & 16.*

173 De teſtamento ſecundum loci conſuetudinem facto, an ubiq; valeat, *decidit per Dd. quod ſic, (Idq; verum eſt, quo ad ſolennitates: ſecus quo ad habilitatem perſonæ, ut alibi dictum eſt.)* Geyl. *in obſerv. 1. 117. lib. 2. obſer. vide quæ notavi ſup. in lit. B. verſi. de bonis in diverſis territorijs.*

De teſtamento ſcriptura privata teſta- 174
toris facto, an valeat in vim teſtamenti vel ultimæ voluntatis? quòd non, *delibrrat* Dec. *in conſi. 46. volu. 2. à principio uſq; ad nu. 25.* ibi bene refert modos impugnandi teſtamenta: ſed qualiter & ex quibus eiuſmodi teſtamentum, licet privata ſaltem ſcriptura de teſtatoris voluntate appareat, in favorem liberorum maſculorum, familiæ & reipublicæ, exequendum; *conſuluit iſte* Decian. *in d. conſ. 46. vol. 2. à nu. 26. uſq; ad fin.* addendo, quod conſuetudo excludens fœminas, maximè ſit in conſideratione habenda.

De teſtatore aliqua quæ poſſit facere, 175
ordinare, præcipere, vel prohibere in teſtamentis, & alia de eius voluntate notabo.

Voluntas teſtatoris pro lege habetur: 176
tex. eſt vulgat. in §. diſponat, in Auth. de nuptijs.

Sed non poteſt facere teſtator, quo mi- 177
nùs leges in ſuo teſtamento locum habeant: *l. nemo poteſt, ff. de lega. 1.* ita dixit gl. *in l. in verbo cautione, ff. de uſu & habita.*

Sed teſtator, an in teſtamento ſuo poſ- 178
ſit hæredi prohibere Trebellianicæ detractionem expreſſe, vel etiam tacitè, *vide* Julium Clar. *in tractatu ſuo de teſtament. in quæſt. 61. incip. dictum eſt,* Bal. *in l. jubemus, C. ad Trebell.* tenet quod pater quidem non poſſit prohibere Trebellianicam filijs primi gradus: Iaſ. *in l. Marcellus, ff. eod. tit.* Clarus *in quæſt. 61. verſ. contrariam vero ſententiam, & in quæſt. 62. ſequenti,* Alex. de Imo. *in conſil. 29. volu. 5. colu. 2. verſi. ſed ubi. (Conſentit Geyl. 2. obſerv. pract. 138. n. 15. & ſeq. ubi ait etiam quod extraneis prohiberi poſſit.)*

Teſtator, an poſſit prohibere inſinuati- 179
onem teſtamenti, quæ ſtante ſtatuto fieri debebat? reſpondet, quod non, Clarus *in tracta. de teſtament. quæſtio. 65 incip quæro ſtante ſtatutum,* Bartolus *tenuit in l. nemo poteſt ff. de lega. 1.*

Teſtator, an poſſit remittere confecti- 180
onem inventarij hæredi, (*In præjudicium creditorum non poteſt; in præjudicium legatariorum vel fideicommiſſariorum remittere eum poſſe contra Bald. communis eſt opinio.*) uſufructuario, (*Communis opinio eſt non poſſe,* & tutori, (*Tutori remitti poteſt, ſive exprohibendo, quo caſu utilitatis pupilli ratio habita videtur ſive ſimpliciter remittendo: quæ opinio communis eſt, à qua in practica non recedendũ. Iudex tamen, ſi ita expedire pupillo viſum fuerit, nihilominus tutorem ad confectionem inventarij cogere poteſt.*) examinavit idem Clarus *in d. tract. de teſta. in quæſt. 66.* Weſenb. *conſi. 86. parte 2.*

Teſtator, an poſſit in teſtamento tutori 181
remittere rationis redditionem, & quid o-

petetur, *notavit* Alexand. de Imol. *in conſ. 164. vol. 5. per totum.*

182 An poſsit teſtator prohibere diviſionem inter hæredes? dic, quod ad tempus benè, non autem in perpetuum: *d.* Iulius Clar. *in quaſt. 67.*

183 Teſtator an poſſit legatario dare licentiam, ut propria auctoritate capiat poſſeſſionem rei legatæ, (*Reſpondetur, quod ſic. hæredi tamen poſſidenti per vim eripere non poteſt. eaque communis eſt.*) Clarus *in dict. tract. de teſtam. quaſtio 68.*

184 Teſtator, an poſſit privare hæredem hæreditate, ſi aliquid fecerit, vel non fecerit, contra ejus voluntatem? reſpondet, quòd ſic, Claru. *in quaſtione 69. & ibi declarat, quomodo tamen iſta privatio intelligatur.* (*Ut videlicet per vim fideicommiſſi hæreditas reſtituatur ſubſtitutis vel cohæredibus, vel his deficientibus, venientibus ab inteſtato.*)

185 Teſtator, an queat prohibere in teſtamento, ne bona ſua tacitè ſint hypothecata, legatariis? reſpondet, quod ſic, *dict.* Clarus *in quaſtione 70.*

186 An teſtator poſſit diſponere de rebus hæredis, ea expreſſe obligare, vel hypothecare? reſpondet variè loquendo, *dict.* Clarus *quaſtione 71.*

187 An poſſit prohibere teſtator hæredi alienationem rerum ipſius hæredis? quærit & reſpondet quod non, *dict.* Clarus *in dict. quaſtione 71. & ibidem in fine*, An poſſit gravare hæredem fideicommiſſo, ſuper re jam per eum donata? dicit, quod ſic, *reprobata gloſſa, qua contrarium voluit.*

188 Teſtator, an poſſit in ſuo teſtamento uſufruct. remittere cautionem uſufructuariam? reſpondet diſtinguendo in bonis immobilibus & nobilibus, (*Quanquam & in his non poſſe remitti, ſicut in immobilibus, communis eſt opinio,*) *d.* Clarus *in quaſtione 64.*

189 An poſsit hæredi prohibere, ne detrahat falcidiam, (*poteſt*) & filio, (*Filio ipſi prohibere non poteſt: hæredi eius poteſt: ſin dubium ſit, a quo relictum ſit fideicommiſſum, interpretabimur ab hærede eius relictum, ut prohibitioni locus ſit.*) ne detrahat legitimam, de fideicommiſſo? reſpondet, quod ſic, Clarus *in qu. 72. & 73.*

190 An prohibere poſsit jus accreſcendi, latè diſputat *& docet* (*In legatis vel fideicommiſſis ius accreſcendi prohiberi poteſt In hæredum inſtitutione, & maximè, ſi unus ex re certa inſtitutus ſit, magis communis opinio* Dyn. *ſequitur, quòd non obſtante tali prohibitione iuri accreſcendi locus ſit, à qua nec in iudicando recedendum*) *d.* Clarus *in qu 74.* & ſecundum Clarū de poteſtate teſtatoris aliqua dicta ſunt.

191 De teſtatorum præceptis, bona extra familiam alienari prohibentibus, *vide* Bart. *Romulo in in tractatu ſuo ſuper §. Divi l. filiusfamilias. ff. de legatis 1.* vide ibi pulcherrima quæ faciunt ad familiæ & agnationis conſervationem & reduxit ibi illam materiam, per quatuor principales concluſiones, de quibus *ibi vide per illum, à n. 67. uſq. ad finem.*

Notabilem vide quæſtionem, *n. 227.* an princeps poſsit immutare teſtatoris voluntatem, ut non obſtante illius prohibitione in teſtamento facta, bona poſsint alienari extra familiam? affirmativè bona inducit argumenta. Sed ex melioribus rationibus refellendo contraria, in negativa reſidet *à n. 235. uſque ad n. 246.* ſed in reliquis uſque ad finem diſtinguit, & bene docet: eſt materia docens, in quibus princeps poſsit diſponere vel non. 192

De teſtatoris voluntate attendenda, circa collationem in ſucceſsione fiendam, vel non, *conſuluit.* Decian. *in conſi. vol. 2.* 193

Teſtator quod diviſionem bonorum legatorum, ne lacerentur poſsit prohibere, *conſuluit* Decianus *in conſi. 43. vol. 2. n. 28.* Sed quomodo plures legatarii utantur iſtis bonis legatis? reſpondetur, quod intelligatur legatus uſusfr. ut dividatur, vel ut bonis alternis fruantur: Dec. *conſi. 51. vol. 3. n. 5.* 194

Teſtator ſi dixerit: (bona davaniant indiviſæ ad agnatum proximiorem,) & plures eiuſdem gradus agnati concurrunt, quis habebit? reſpondet, dividant in portiones, Decia *conſi 71 vol. 3.* in aliis, vide ibi, quando duo vel plures æqualiter in aliis actibus concurrant. 195

De voluntate & mente teſtatoris. Semper & ante omnia ipſius teſtatoris voluntas attendi debet: *l. non aliter ff. de lega. 3. cum ſimilibus.* 196

Imo non ſolum attandenda eſt teſtatoris voluntas expreſſa, ſed etiam illa, quæ ex conjecturis colligitur: *l. cum proponebatur, in fi ff. de lega. 2.* 197

Imo plerunque propter conjecturatam mentem teſtatoris à vi & proprietata verborum eſt recedendum: *l. hæredes mei, §. cum ita. cum ibi nota, ff. ad Trebellia. docuit pulcherrimè per ſeptem regulas,* Iulius Clarus *in tract. ſuo de teſtamen. quaſt. 76.* & ibi vide de extenſione diſpoſitionis teſtatoris de uno caſu ad alium fienda: *habetur in l. commodiſſimè, ff. de libe. & poſthu. in l. Titius. §. Lucius ff eo tit. & vide* Hippo de Marſi. *in ſingula. ſuo 499. incip licet diſpoſitio.* 198

Mens teſtatoris in dubio præſumitur conformis diſpoſitioni iuris communis: *ita allegatur* Bart. *dicens in l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Trebel.* Dec. *in conſil 107 vol. 2. n. 18* 199

Et alia de præſumenda teſtatoris voluntate in materia, an liberi ſub conditione poſiti conſeantur vocari, *vide apud* Clarum *in d. tractatu* 200

tract ſtu,in quaſt.77. uſq; ad queſtionem 81. & alia apud Decianum *in conſi 3. nu. 50. & in ſequentibus vol.1.* & ibi de præſumenda mente teſtatoris,quod volverit potius maſculum præferri in ſucceſſione, quàm fœminam: *in conſi.107.vol 2.idem in conſi.7.vol.1.per totum,* & ibi conſiderandam ſic mentem contrahentium atq; teſtatoris,*idem* Decian *conſ.34. vol.3.*Sed teſtatoris mens qualiter ex ſcriptura privata ſic probetur, quòd poſſit executioni mandari, atq; ſi eſſet ſolenne teſtamentum factum,*optimè conſtituit* Decia.*in conſ.46. vol 2.nu.27.& in multis ſeqq.*

201 Et de voluntate & mente teſtatoris,quod ſit attendenda: quòd gubernet & regat ea, quæ ſunt in teſtamento: & quòd debeamus ſectari mentem teſtatoris, ſicut canis leporem in ſylvis *dixit* Barto.Romul. *tract ſuo de teſt precep ho ia extra.fami.aliena prohib.n.93.*

202 Sed voluntas teſtatoris ſcripta à notario & non lecta, non valet,neq; jure teſtamenti, neq; jure codicilli: *gl eſt in l fideicommiſſa,§. 1.ff.de annu. lega & per illam* Guilel.de Ludo. *in ſingu ſuo 143.*

203 Et notandum eſt, quod voluntas teſtatoris vel cuiuſlibet diſponentis intelligitur (ſtantib rebus,prout ipſe conſideravit eas:) *l.ex facto,in prin.ff.de vulg.& pupill. ſubſt.* Dec. *in conſi.95.vol 2.n. 4.*

204 Et poteſt tamen interdum ex juſta,legitima & probabili cauſa ſaltem judex recedere à voluntate teſtatoris: quia videt fortè non expedire pupillo, ut iſta teſtatoris voluntas ſervetur: Decian.*co ſuluit in caſib.in d. conſ 95.vol 2.n.14.*

205 De teſtatoris aſſertione quæro.ſi teſtator aſſerit,quod habeat tot bona& talia:quando qualiter & in cuius præjudicium probet eius aſſertio? *(verba teſtatoris enunciativa contra filiorum legitimam nihil operantur ſed agenti incumbit probatio.)* ita etiam,quod non opus ſit probatione in contrarium, *vide* Paul de Caſtris. *in conſ 77. incip viſo ſupra ſcripto puncto primo,n.2 & 3.vol. 1,*

206 An aliud,Inteſtatum mori, quam ſine teſtamento: Imol.Ait,*in l.15.de vulg Briſſonius negat. vide* Cujac.*7. obſer. 15* Gothof *ad l. inteſt.64.de U. S.*

207 Pro parte quis non poteſt decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus,& hoc regulariter: *in l. Ius noſtrum,ff.de regul.jur.* vide autem iſtius legis ampliationes & limitationes *per* Decium *ibidem,&* Bertac.*in ſuo repertorio, litera T.in verſi teſtator,& in verſi teſtator parte, declarat benè.* Poſuit iſtam theoricam; (quod quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus,non poſſit decedere.) *Socinus in regulis fallentia.495. addaxit fallentias 22. & addit* Pe.Philip.Corne.*in conſi 35. incip.in caſu, in litera T.in 2.parte,& omnino in conſ. 85.incip. plura,in lit.G in 3.par.*

208 Sed quot modis dicatur quis deceſſiſſe Inteſtatus? notavit modos ſeptem, Schur. *in ſuo tractatu de ſucceſſ.ab inteſtato,mihi fol. 13.*

209 Cauſam teſtari & inteſtati non cumulari, *notatur per Dd.in l.fin.C.de codicillis,& per illos ſic dixit* Mynſing.*in obſervat.25.cent.3.cum una (niſi videlicet probabilem & juſtam ignorantia cauſſam habeat codicillorum poſtea factorum,) declaratione ibidem.* Geyl. *in obſer. 124. n.14.lib.2.ibi,*quod propter patrimonij diverſitatē,in diverſis locis latè ſituatis,quis poſſit mori pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus: item duplicem perſonam ex illo ſuſtinere videtur.

210 Per contractum ab exheredato cum hærede factum teſtamentum approbatur *per l.23.§ Si hæreditatem,ff.de inofficioſo teſtam.*

211 Teſtator in dubio cenſetur legaſſe fructus quemadmodum eo vivente percipiebantur, & hæres ſi gravatus fuerit aliquid pati intelligitur gravatus ut patiatur eo modo quo patiebatur defunctus, item conſuetudo teſtatoris inſpicienda eſt in exquirenda voluntate, atque ut ſciamus quid quale, & quantum legare ipſe voluerit conſuetudo tamen teſtatoris ordinaria non extraordinaria tunc attendi debet: Iohan.del Caſtill. *de uſufr. c. 22.* Quaſada *diverſ.quaſt.c.20.* Petr. Borboſa *in l fructus ff ſolut.matrim. à n. 30.* Franc. Mantica *de conjectur. ultim volunt. lib 6.tit. 9. per totum.*

212 Teſtes in teſtamento an debeant eſſe omni exceptione majores? N. ſufficit quod teſtamentum facere poſſit: Flores Diez de Mena *lib 1.var. quaſt. quaſt. 1. nu. 26.* Burg. de Paz. *in repet. leg. 3. Tauri par 1. concluſ. 3. an 57.* Acebedo *in l 1.titu.4. lib. 5 recompil. n. 44.* Mantienco *in d. leg. 1.gl.7.nu 8.* Maſcard. *concl. 1353. & 1361.*

213 Si teſtator maxima gravetur infirmitate & uxor aut aliæ perſonæ ſuſpectæ maximis precibus rogaverint etiamſi loquatur ordinate & habeat plenitudinem intellectus, ſi ipſe ſponte nihil eorũ quæ,ſcripta ſunt ordinauit, non valet teſtamentum,quia præſumitur ob importunitatem factum, vel ſaltem venit reſcindendum: Flores Diea de Mena *var.quaſt.lib 1.qu.1.nu.52.*

214 Ex approbatione codicillorũ non infertur approbatio teſtamenti,quia ſunt diverſa imo etſi hæres approbaret teſtamentum in una parte ſeparata ſcilicet ſolvando aliquod legatum non ideo cenſetur approbere totũ teſtamentum, *Dd in l. non dubium, §. illud C. de teſtamentis* Flores Diea de Mena *var. quaſtion.lib.1 qu.1.nu.70.*

215 Teſtamentum impugnans an legata conſequi poteſt? ſi impugnaverit ratione defectus,ſolennitatis, ſic quod dicit nullum vel non jure factum etiamſi perſeveret & per ſententiam ſuccumbat legatum non perdit

 item.

216 Item ab impugnatione teſtamenti ap-
pellatione pendente, quo caſu etiamſi inoſ-
ficioſum vel falſum dixiſſet teſtamentum,
nihilominus legatum conſequi poteſt: Fran.
Pfeil. *conſ. 98. cent. 5.*

217 Quando teſtamentum à duobus in ea-
dem charta & ſcriptura fit unicam tantum
ſolennitatem requirit non duplicatam: Bur-
gos de Paz *in l. 3. Tauri 2. par. à nu. 1214.* Alvar.
Valaſcus *conſultat. 7. nu. 3.* Johan. del Caſtil.
c. 18. quotid. controv.

218 An teſtamentum uxoris & mariti valeat
in quo maritus ſua manu ſe hæredē ſcripſit?
N. Anton. Gama Luſitan. *deciſ. 251.* ſed quæ-
ritur an prædictum teſtamentum valeat in
quantum eſt mariti teſtamentum & ſic in
præjudicium mariti & in favorem uxoris?
Affir. Johan. del Caſtillo *c. 18. controv. quotid.
nu. 12.* Franc. Beec. *in conſ. 103. nu. 11. lib. 1.*

219 Cum teſtamentum à duobus ſimul in
eadem ſcriptura fit, poteſt ab altero pro par-
te ſua revocari: Hieron Zavallos *pract. comm.
qu. 265. & qu 310* Burg. de Paz *junior civilium
quæ. nu 13.* Salaz. *de uſu & conſuet. c. 4. nu. 27.*
Tellus Ferdinand. *in l. 17. tauri nu. 8. 13.* Alva-
radus *de conject. mente defuncti li. 2. c. 3. §. 1. n. 97.*

220 Teſtamentum cum faciunt maritus &
uxor vel alij duo ſimul in eadem ſcriptura
conjunctimque de bonis ſuis diſponunt vel
aliquando aut nominatim in aliquā cauſam
expendi illa decernunt; uſq; adeo ſuperſtes
pro parte ſua eam diſpoſitionem revocare
poteſt, ut defunctus ex hac revocatione decep-
tus non videatur, nec illi ex hoc aliqua fraus
aut injuria facta fuiſſe cenſeatur, quia ſibi
imputet cur cautius aliis potentioribus re-
medijs non ſibi proſpexiſſet: Johan. Caſtillo
c. 18. controv. nu. 26.

221 Teſtamentum à conjuge ſuperſtite pro
ſua parte revocari poteſt, quamvis maritus
& uxor ſimul teſtentur & in aliquam cauſā
ſua bona ſimul expendi aut converti conſti-
tuant & utriuſq; bonorū uſufructu ſuper vi-
ventem frui caverant expreſſe, ſuperviven ſq;
alio mortuo, prædicto uſufructu fuerit frui-
tus Burgos Salon de Pace *in l. 3. Tauri par. 2.
ex nu. 1219. Imo conſi. 2. defendit*, quod ſi teſta-
mentū faciant maritus & uxor in eadē ſcrip-
tura, & in teſtamento ipſum teſtamentum
non revocandi onus expreſſe fuiſſet conſti-
tutum, & ob id fructus ſuperviventi illic aſ-
ſignarentur, quod nec hæreditatis aditione
nec fructuum perceptione prædictū onus ac-
ceptatum videtur nec fieri poteſt irrevoca-
bile teſtamentum, vide etiam: Johan. Caſtil-
lo *d. c. 18.*

222 Teſtamentum in quo ſine cauſa aliqua
juſta omnes conjuncti præteriti ſunt, extra-
neo penitus hærede inſtituto, & præcipue
ſenatore judice cauſæ coram eo pendentis an
reſcindi poſſit? Aff. Johan Baptiſta Coſta 74.
conſ. 74 per totum.

Solennitas ſtatuti non cenſetur remiſ- 223
ſa quando per illud prohiberetur teſtamen-
tum fieri ſavore alterius etiam ob privilegi-
um piæ cauſæ; Lancellor. Callus *de ſtatut.
in princ. qu. 3. nu. 54. tom. 2. f. 299.* Roder.
Soarez *in l. 13. for. de las deudas col. 1. in princ,
verſ ſic in propoſito fol. 229.* Petr. Pecch. *de te-
ſtam. conjug. lib 3. c. 12.* Crot. *conſi. 158. & 194.*
Tiraquel. *de Ll. connubial. gl. 8. nu. 174.* Steph.
Gratian. *in addit deciſ. March. deciſ. 206.*

Teſtamentum cum à duobus fit in ea- 224
dem ſcriptura poſito quod certum eſt licere
ſuperviventi pro ſua parte illud revocare, et-
iamſi uſufructu aut fructibus bonorum, alio
ve commodo fructus ſit, atq; etiamſi in te-
ſtamento onus non revocandi teſtamentum
ipſum expreſſe fuiſſet injunctum aut teſta-
mento in dicto in caſu revocans perceptos
fructus; ſive commodum ex teſtamento ſibi
proveniens reſtituere ſit aſtrictus? N. Johan.
Caſtillo *c. 18. nu. 61. quotidian. controverſ.* Mo-
lina *de Hiſpanor. primogen lib. 4. c. 2. nu. 84.*
Azebedius *in l. 1. tit. 6. n. 25. lib. 5. novæ recollect.
regiæ* Alvar. Valaſcus *conſul. 7.* Burgos Salon.
de *Pace in l. 3. Tauri par. 2. concluſ. 6. nu. 1228.*

Teſtamento inter liberos privilegiato 225
non licet ſubſtituere vulgariter, pupillariter
aut per fideicommiſſū univerſale, nulla imo
extranea perſona eſt immiſcenda: M Anto.
Peregrin. *conſ. 61. nu. 6. vol. 1.*

Teſtamentum an per pactum poſſit fieri 226
irrevocabile? Aff. M. Anton. Peregrin. *conſi.
69 nu. 5. vol. 1.*

Conceſſa à Principe teſtandi facultate 227
ei, qui libere teſtari poteſt, intelligitur com-
miſſum, quod poſſit teſtari, omiſſis juris ſo-
lennitatibus: Anaſtaſ. German. *in Tract. de
Indult. Cardinal. § quod in Romanam nu. 20.*

Conceſſa à Principe facultate teſtandi 228
homini inteſtabili intelligitur conceſſum,
quod teſtetur cum juris ſolennitatibus: A-
naſtaſ. German. *in d. Tract. d. §. quod in Ro-
manam nu. 21.*

Teſtamentum jure Pontificio cum duo- 229
bus aut tribus Teſtibus Valet: Anaſtaſ. Ger-
man. *in d. Tract. d. §. quod in Romanam nu. 23.*

Facultas teſtandi Cardinali conceſſa, 230
non eſt ad ſolennitates trahenda ſed ad po-
teſtatem diſponendi de bonis quorum diſ-
poſitio et alias interdicta erat: Anaſtaſ. Ger-
man *in d. tract. d. §. quod in Romanam nu. 24.*

Facultas teſtandi, reſtringitur ad pios 231
Uſus: Anaſtaſ. German. *in d. tract. d. §. quod
in Romanam nu. 25.*

Licentia teſtandi etiam ſine cauſa cle- 232
ricis conceſſa valet: Anaſtaſ. German. *in d.
tract. d. §. quod in Romanam nu. 26.*

Teſtamentum non operatur, niſi poſt 233
teſtato-

teſtatoris obitum: Anaſt. Germ. *in d. tract. d. §. quod tu Romanam nu. 32.*

234 An Advocatus poſſit ſive peccato impugnare teſtamentum minus ſolenne: Joan. Petr. Ala *in tract. de Advocato. quæſt. 66.*

235 Rex ſi interponit aſſenſum ſuper Teſtamento per Titium faciendo & moritur Rex, deinde Titius, an requiritur novus aſſenſus ſucceſſoris regis ex quo effectꝰ aſſenſus eo tempore confertur, quo ille non eſt Rex: Paul. Fuſc. *in ſing. in verbo Rex nu. 49.*

236 In teſtamento inter liberos fœmina poteſt eſſe teſtis, nec minus hermafroditus, qui magis incaleſcit ſexui fœmineo quamvis in aliis teſtamentis tales non ſunt idonei: Ludov. Molin. *de hiſpan. primogenit c. 8. nu. 27. lib. 2.* Cevall. *quæſt. 60. nu. 6.* Stepha. Gratian. *in additi. deciſ. March. deciſ. 26.*

237 Teſtamentum matris ſuſtinetur, quæ duos habens filios, eos hæredes ſcribit, & poſt teſtamentum confectum tertium ſuſcipiens in puerperio, antequam teſtamentum mutare potuit decedit, quæ tamen concluſio limitatur & non procedit, ſi mater, dum teſtamentum conſcriberet gravidam ſe eſſe compertum haberet 2. aut ſi extranei & non liberi ſunt, inſtituti, aut extranei cum liberis concurrunt, 3. teſtamentum ex capite tacitæ inſtitutionis non convalidatur ſi mater poſt natum poſthumum diu fuit ſuperſtes: D. Frider. Pruchman. *in l. in multis art. 34. 2. par. princip. ff. de ſtatu homin.* Franc. Mantica *de conject. ult. voluntat. lib. 4. tit. 8. nu. 5. L. 3. ibi Vaſquius C. de inofficioſo teſtament. teſtament.* Gomez. *var. reſolut. lib. 6. c 5. nu. 24.* Menoch. *tr. remed. poſſeſ. adip. remed. 4. nu. 88.* Bald. *ad l. 3. n. 1. C. de inoff. teſtam.*

238 Præterita an filia cenſeatur in teſtamento paterno in quo juſſit filias dotari & alimentari addita clauſula omni meliori modo? N. quia dos eſt titulus univerſalis 2. Clauſula omni meliori modo relervat teſtamentum à vitio præteritionis: M. Anton. Peregrin. *conſ. 60. vol. 1.*

239 L. hac conſultiſſima §. imperfecto, non habet locū in patre inter liberos naturales teſtante bene tamen in matre, illa enim naturales liberos tantum coram duobus teſtibus hæredes recte facit: Julius Clarus §. *teſtamentum qu. 12.* Aſcan. Clementinus *de patria poteſtate c. 5. nu. 41.* Boerius *deciſ. 140. nu. 20.* *ff.* Frid. Pruchman. *in l. in multis art. 30. par. 2. ff. de ſtatu hominum.* March. Anton. Natta *ad l. hac conſultiſſima u. 174. C. de teſta.*

240 An princeps dum teſtamentum condit aliqua præſubditis fruatur prærogativa? Aff. quia princeps ſolutus ſolennitatibus legis civilis 2. ſemper ſtipatus numero conſiliariorum D. Frid. Pruchm. *in §. ſoluta poteſtas cap. 4. memb. 3. eff. 1.* Lancel. Galiau. *in l. centurio nu. 59. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* Vaſqu. *de ſucceſ. creat. lib. 3. §. 26. nu. 1.* Mantic. *tr. de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 1. nu. 39.* Natta *conſ. 402 nu. 46.* Menoch. *conſ. 351. nu. 8. & 9.* Capiſer. *tr. de nu. teſt. p. 1. c. 24.*

An princeps jure militari teſtari poſſit? N. 241
quia militibꝰ privilegiū datur propter ignorantiam juris, quatenus in periculo verſantur, ſed princeps habet jus in ſcrinio pectoris: Michel. Graſſus *recept. ſentent. §. teſtamentum. qu. 6. in fine* Franc. Mantic *de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 6. tit. 1.* Pruchman. *in §. ſoluta poteſtas memb. 3. c. 4. eff. 2.*

An principis præſentia reliquarum ſo- 242
lennitatum defectum in teſtamentis privatorum reſarciat? Anceps & intrica quæſtio eſt: Negativam ſententiam tuetur, D. Frid. Pruchman. *in §. ſoluta poteſtas eff. 3. memb. 4.* quia non veroſimile eſt principem ſolennitates ſummo ſtudio excogitatas ita facile tollere velle, 2. præſumitur dolus, in teſtamento quod omiſſa forma teſtandi conſueta coram principe conſcribitur? Aff. ſententiam defendit, D. Martinus Benckendorff. *in repet. legis 1. limit. 4. memb. 4. par. 1. n. 155. ff. de reg. Juris, per l. omnium C. de teſtamentis* 2. quia princeps eſt dominus ſolennitatum legis, 3. fruſtra & abſq; fructu fieret principis oblatio perfecti teſtamenti. deinde multa exempla recenſet, in quibus ceſſant ſolennitates juris civilis interveniente præſentia principis vide etiam Mynſing. *obſer: 29. num. 4. & 5. cent. 6.* Johan. Cotaſium *miſcell. lib. 5. c. 12. n. 1.* Peccium *de teſtam. conjug. lib. 3. nu.* Maſcar. *de probat. concl. 13. 52. nu. 47.* Emanuel. Suarez, *in commu opin. lit. T. n. 41.* Vaſq. *de ſucceſ. creat. §. 26. nu.* Covarr. *in rubr. par. 2. nu. 5. ext. de teſtam.* Chaſſan. *in catal. glor. mund 5. par. conſ. 24. ſpecial. 89. & 124.* Jul. Clar. *in §. teſtam. qu. 56. nu. 7.* Boerium *deciſ. 218. nu. 3.* Vacunium de Vacuna *declar. 16. nu. 5.* Petr. Fabrum *in l. nemo. ff. de R. Jur.* Weſen. *§. fin. nu. 4. quibus mod. teſtam. infirmentur* Egidium Boſſium *in practica criminali titul. de princip. nu. 71. & 73.* Borcholt. *de feud. c. 5. nu. 23.* Capiſer. *de numero teſtium c. 21. num. 4.*

Hodierno jure militum teſtamanta à 243
querela inofficioſi teſtamēti nō ſunt libera: Flamin. Rubeus *in l. pater filium. ff. de inofficioſ. teſtam.* Vaſq. *de ſucceſſion. creatio. §. 24. n. 33.* Graſſus *receptar. ſententiar. §. teſtament. qu. 7. nu. 3.* Riminal. *l. precibus nu. 563. C. de impub.* Cald. *in l. ſi curatorem V. lariano. tit. verſ. at vero, C. de reſtitut. in integr.*

Tot ſunt teſtamenta quot ſunt perſonæ 244
teſtantes, etiamſi ſimul in una carta teſtentur: Simon. de Prætis *lib. 2. de interpretat. ult. volunta.* Petrus Peecius *lib. 1. de teſtament. inter conjug c. 17.* D. Martin. Benckendorff. *in repetition. leg. 1. limitat. 4. memb. 4. nu. 178.*

nu.178. ff. de Reg. juris Michel. Graſſus *in libro receptar. ſententiar. §. teſtament. qu. 90.* And. Gailius *lib. 2. obſerv. 117.* Julius Clarus *lib. 3. receptar. ſententiar. §. teſtam. qu. 60.* Viglius *§ pluribus Inſtit. de teſtam.*

245 An Princeps cuiquam ut inſuper habito, legitimo teſtium numero telletur, gratiam facere poſſit? N. Dom. Frider. Pruchmannus *§. ſoluta poteſt. eſſ. 5. mem. 14.* quia princeps jus quæſitum tertio auferre non poteſt, deinde explicat *l. 51. non ſpeciali, C. de teſtam.* *qua contrariari videbatur.*

246 Teſtamentum venetijs conditum ſecundum ſtatuta venetiarum an alibi vires habeat? Aff. Franc. Pfeil. *conſ. 103. cent. 1.*

247 Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis ad pias cauſas non ſuſtinetur: Jacob. Marchiſel *qu. 52. nu. 5. lib. recollectar.*

248 In ultimis voluntatibus ſingularis numerus trahitur ad plura ſecus in contractibus: Stephan. Gratian. *in addit. deciſ. March. deciſ. 5* Surdus *conſ. 369. nu. 5. lib. 4.* Mandoſ. *regul. 3. qu. 3 per totum, ubi de emente pro nominando qui non poterit plures nominare.*

249 Conjecturæ quibus ultimæ voluntates declarantur hæ ſunt 1. teſtatoris conſuetudo 2. Regionis in qua vixerit mos, 3. mos ejuſdem teſtatoris, perſonæ in quam confertur diſpoſitio, dignitas, caritas, & neceſſitudo, ultimo quid teſtator in præcedentibus, quid idem in ſequentibus, teſtamenti aut alterius ultimæ voluntatis partibus ſenſerit: Mynſing. *obſer 76. nu. 3. cent. 5.* Molineus *in l. 1. nu. 69. ff de verbor. oblig* Schenck. *c. 1. nu. 10. de feudi cognitione* Caball. *l. ſi tantas nu. 52. C. de inoffic ioſo teſtam.* Gomezius *var. reſolution. lib. 1. c. 12. nu. 19. l. hæredes palam, §. ſed & ſi nolim, ff. de teſtament. l. ſi ſervus plurium, §. final. ff. de leg. 1.*

250 Per ſimplicem revocationem coram ſeptem teſtibus teſtator. volo teſtamentum factum valere revocatur teſtamentum, ſi autem autem illa ſolennitas non obſervata fuerit, decennium tamen præterfluxit, tunc revocatū ceſetur teſtam: Caſp. Ant. Teſſ. *qu. for. 56. ibi plura de revocatione teſtamentorum* Clar. *qu. 91 nu. 3. §. teſtamentum* Guid. Pap. *qu. 200* Bernus *conſ. 2. lib. 2.* Didac. à Spino *in ſpecu. teſtam. gl. 30. nu. 45.* Papon. *lib. 10. arr. 1 §. 3.* Graver. *conſ. 74. lib. 4.*

251 Fratres uterini tantum non habent querelā inofficioſi teſtamenti etiā turpi perſona inſtituta: Joh. del Caſt. *nu. 13. c. 9. contro. jur.*

252 Frater à fratre præteritus vel exheredatus, cū teſtamentū impugnat quia in eo fuit inſtituta turpis perſona utrum in totum reſcindi debeat teſtamentum an autem uſq; ad legitimam tantum? ſi nihil relictum fuerit tunc totum corruit teſtamentum, ſecus ſi aliquid relictum fuerit ſive titulo aut inſtitutionis tunc agit frater ad ſupplementum legitimæ tantum: Iohan. del Caſtillo *c. 19. controverſ. juris per totum*: Anton. Galeat. Maluaſ. *conſ. 24. nu. 63. lib. 1.* Hieron. Zavallos *practic. commun. quæſtion. 566.* Johan. Vincen. Hondedeus *conſ. 47. nu. 32. lib. 7* Angel. Matheac. *de legat. & fideic. lib. 4. c. 9. nu. 8.* Anton. Pichardus *§. Soror Inſt. de inofficio. teſta. nu. 88.*

An frater ſi rumpat teſtamentum fratris per querelam quia in eo fuit turpis perſona inſtituta teneatur ad omnia legata & fideicommiſſa etiam univerſalia relicta in teſtamento fratris, & ſic an textus in auth. *Ex cauſa, C. de liber. præteritis habeat locum etiam turpi perſona inſtituta?* Aff. Johan. Caſtillo *c. 19. controverſ.* Tellus Ferdinandez *in l. 3. Tauri 4. parte nu 18. & 21.* Anton. Theſaur. *deciſ. 128. n. 7.* Hieron. de Zavallos *practic. commun. qu. 566.* Gregor. Lopez. *in l. 12. tit. 7. par. 6. in verbo de teſtamento* Anton. Galeat Malu. *conſ. 24. nu. 70. vel. 1.* 253

Quænam perſona dicitur infamis aut turpis in materia querelæ inofficioſi teſtamenti? Reſp. *l. frater, C.* de inofficioſo teſtamento loquitur alternative, & ſufficit quod una qualitas ex illis tribus concurrat in hærede ſcripto & ſic quod ſit infamis, vel turpis perſona, aut levi macula noterur: Anton. Gamma *143.* Greg. Lopez. *in l. 12. tit. 7. par. 6. verbo de Malo vide*: Queſad. *diverſ. qu. juris c. 6. nu 11.* Blaſius Flores Diez. de Mena *in addit. ad deciſ. 143. Gamma in princip.* 254

Teſtatoris aſſertio in materia prohibitiva ſufficiens non eſt probatio: Joh. Bapt. Coſta *conſ. 16. 49.* 255

An cortina exiſtens circa lectum teſtatoris & impediens teſtes ne videant teſtatorem reddat teſtamentum nullum? Aff. Johan. del Caſtillo *c. 1 n. 74. par. quæſt. juris* Stephan. Gratian. *c 199. qu. forenſ.* 256

Teſtamentum patris factum ad præjudicium filij prioris matrimonij an præſumatur factum ad inſtigationē novercæ contra privignum & ob id valere non debeat? Aff. niſi pater legitimam relinquerit: Petrus de Peralta *in l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de leg. 1t. 3. nu. 219. per totum* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 11. n. 10.* Mieres de Majorato *p. 1. qu. 25.* 257

Ad teſtandum, qui dicit impedimentum aut metū alicui eſſe illatum neceſſe habet tria copulative probare, alias obtinere nō poteſt: primū neceſſario eſt probandum quod ille fuerit prohibitus & per actus inuentes prohibitionem & impedimentum & à jure reprobatum tanquam doloſum 2. probandum eſt, quod ille impeditus tunc temporis quo fuit prohibitus volebat teſtari, & quod ceſſante impedimento fuiſſet teſtatus, non enim ſatis eſt, ſi uno tempore voluiſſet teſtari & alio fuiſſet prohibitus aut impeditus, 3. probandū ex parte querelantiū eſt, ut nec eſſe probari debeat teſtatorem 258

tor

eos voluiſſe inſtituere, aut illis aliquid relinquere, vel in eorum favorem diſponere eoſque inſtituiſſet vel in favorem eorum diſpoſuiſſet, ſi prohibitus non fuiſſet, Burgos de Paz *conſ. 7. nu.* 11. M. Anton. Peregrin. *de jure fiſci lib. 2. articul. 6. à num. 21.* Johan. del Caſtillo *c. 1. nu. 100. par. 3 var. controv. juris.*

259 Si quis prius feciſſet teſtamentum & aliquem inſtituiſſet hæradem, poſtea blandis verbis teſtator inducitur ut mutet teſtamentum, an prior hæres inſtitutus contra ſecundum agere poſſit & hæraditatem à ſecundo inſtituto hærede revocare? Anceps & intricata quæſtio eſt ſed negativa videtur verior ſecundum Iohan. dal Caſtillo *c. 1. priv. 186. par. 3. varia. controverſ.* Petrus de Peralta *in l. ſi quis in principio teſtamenti nu. 92. ff. de legat.* Plotus *in conſ. 168. nu. 59. inter conſi. ultimar. voluntat.* Mieres *de majoratu p. 1 quæſt. 25 à nu. 2.* Sforz. Oddo *conſ. 87. lib. 1.* Burgos de Paz. *conſ. 7. nu. 14.* Peckius *de teſtam. conjug. lib. 1. c. 3. vide etiam diſſent.* Palacios Rubios *in repetition. rubr. de donat. inter* §. *81. nu. 2.* Iohan. Gutierez *de tutel. 2. p cap. 14 num. 7.*

260 In teſtamento utrum donator poſſit donatarium hæredem inſtituere in rebus irrevocabiliter donatis ſub novis conditionibus & pactionibus? N. Johan. del Caſtil. *c. 10. par. 3 contr. juris* Velazquez de Avendano *in l. 25. Tauri gl. unica nu. 3.*

261 Si teſtator infirmitate gravatus amiſerit loquelam & à notario interrogatus fuerit, an velit facere teſtamentum annuerit capita quod ſic & an velit ſororé relinquere hæradem & annuerit quod ſic, & poſt mortem ſororis velit eius bona diſtribui in pauperes Chriſti & annuerit quod ſic, & ſi in eiuſdi teſtamento adeſt clauſula codicillaris venientas ab inteſtato tenentur reſtituere hæraditatem ſorori, & poſt mortem ſororis diſtribui debent bona pro anima ipſius teſtatoris Jacob. Marchiſellus *qu. 52. lib. recollectar. nu. 4.* Calderin. *conſ. 4. de teſtam.*

262 Teſtator interrogatus an velit Titium hæradem eſſe & ſi reſpondeat quod ſic teſtamentum ſuſtinetur, modo articulatim loqui poſſit, ita ut exaudiri & intelligi poſſit: Jacob. Marchiſel. *d. quæſt. num. 1. & 2. 3. lib. recollectar.*

263 Teſtamentum coram duobus teſtibus factum in foro conſcientiæ ſuſtinetur & ex eo naturalis oritur obligatio, ſi ergo conſtat nullam falſitatem interveniſſe legata ex eo in foro conſcientiæ ſolvi debent: Jacob. Marchiſ. *qu. 54. lib. recollectar.*

264 Teſtatoris prohibitio de non alienando palatium inducit tacitum fidei commiſſum ob affectionem quam ad id habere præſumitur: Marchiſellus *qu. 6.. lib. recollectar.*

265 Scriptura manu notarij non publicata de teſtamento paterno recognita per filios pro teſtamento patris an pro legitima habeatur? Aff. quia teſtamentum inter liberos minus ſolenne per confeſſionem partium convalidatur, ſecus in teſtamento inter extraneos: M. Anton. Peregr. *conſ. 64. à n. 12. cum ſeq. vol. 1.*

An teſtamentum juramento confirmatum revocari aut per ſecundum teſtamentum tolli poſſit? N. Mart. Benckendorff. *ad Seraph. de Seraphin. in addition. priv. 75. n. 4. 5.* Johan. Gutierez. *de confirm. juram. p. 2. c. 1. nu. 2.* Hieron. de Cevallos *in ſpeculo commun. opinion. contra commun. opin. qu. 168. lib. 2.* Claud. Baltandier. *de legitim. præfation nu. 10.* Franc. Sarmientus *lib. 3. ſelecta. interpret. c. 14 nu. 29.* Roland. Paſſag. *de ult. volunt. rub. 3. nu. 5.* 266

Teſtandi facultas an tolli poſſit per reſcriptum aut ſtatutum: quod coarctari poſſit de eo dubitatio non eſt penitus eam tolli poſſe volunt: Petr. Peccius *lib. 4. de teſtam. conjug. c. 13.* Cavalcan. *de uſufr. mulieri relicto nu. 123.* Boer. *deciſ. 198.* Decius *conſ. 196.* *vide* Anton. Fabr. *in pragmat. error decade 39. errore 2.* Mart. Benckend. *in addit. dicti privileg. 75. ibi hanc quæſtionem late tractat.* 267

In taſtamento an teſtes ſemper ſint rogandi? Aff. niſi ſit teſtamentum ad pias cauſas aut inter liberos: Martin. Benckendorff. *in addition. privileg. 78. in tracta. Seraph.* Proſp. Farinac. *in pract. crim. p. 2. lib. 2. tit. 6 qu. 62. ſub limit. 7. ampl. 2. nu. 152.* Joſeph. Ludov. *in commun. concluſ. concl. 63. verſ in dubio.* 268

Teſtamentum in ſcriptis manu teſtatoris oportet ut appareat nec ſufficit ſi notario illud ſolenniter ſumpſiſſe appareat: M. Ant. Peregrin. *conſ. 51. nu 3. vol. 2.* 269

Teſtamentum publicatum à notario coram teſtibus juſſu teſtatoris valet, quamvis manu hæredis ſcriptũ Pereg. *conſ. 80. n 1. vol. 2.* 270

An teſtamentum revocetur ex eo quod teſtator coram ſeptem teſtibus dixerit nolle teſtamentum per eum factum valere? Diſtin. nam ſi teſtator dixerit convocatis ſepté teſtibus nolo teſtamentũ meũ valere ſed ab inteſtato decedere: tunc revocatum dicitur teſtamentum, ſi autem ſimpliciter dixerit nolo valere teſtamentum & nihil ordinat aut amplius declarat non cenſetur revocatum niſi decennium præterfluxerit M. Anton. Peregrin *conſ. 28. n. 5. vol. 3.* 271

Rogitus teſtium in teſtamento eſt ſolennitas extrinſeca E. in dubio non præſumitur Mart. Benckorff. *in tract. Seraph. de Seraph. in addit. priv. 78.* Proſp Farin. *in pract. crim. p. 2. lib. 2. tit. 6. qu. 62.* Franc. Zantz. *conſ pro uxore nu. 64. 674. 686.* 272

Juramentum in teſtamento à taſtatore appoſitum habet vim clauſulæ codicillaris: Panſchman. *lib. 2 qu. jur. qu. 6. nu. 59.* Intrig. *de ſubſt. cent. 3. qu. 11. n. 49.* Mart. Benck. *in addi. ſuo priv. 97.* 273

Si an

874 *Si* in teſtamento deficiunt, quæ in codicillo requiruntur, clauſula codicillaris illud non conſervat Martin. Benckend. *ibidem* Fab, Tuttet. *de effect. clauſ. codicill. qu.17. 18.* Iohan Gutierez. *de iuram. confirmat p.2.c.2.n.4.*

875 An ſi teſtamentum ſcripto comprehenſum fuerit, & tamen valere non poſſit, ut teſtamentũ ſcriptum, firmum & ratum eſſe poſſit tanquam nuncupativum: Hartman. Piſtor. *l.1.qu.* 2. Colerus *de proc. execut. p. 3. c.5. numer 35.*

876 Ex imperfecto teſtamento nihil debetur niſi clauſula codicillaris fuerit adjecta: Nicolaus Reuſnerus *p. 1. de teſtamen. c. 1. n.7.* Vand. *lib.1.qu.21.*

877 Privilegium teſtamenti paterni inter liberos procedit tantum inter filios legitimos non naturales: Andr. Fachineus *lib. 4. controverſ. c.4.*

878 Tempore peſtis etiam ſeptem teſtes requiri ſubtiliter ex l. 8. C. de teſtamentis probara volunt Arumæus *diſputat. 7. exercit. 11.* Fachin. *lib.5. controv. c.92.* nam docent ſolennitatem tantum remiſſam eſſe quod teſtes non conveniant ſimul ad audiendum unico contextu teſtamentum, ſed non eſſe ſublatam ſolennitatem hanc quæ pertinet ad teſtium numerum, ſed diſſentiunt Gayl. *lib.2. obſer.118.n.18.* Vultejus *lib.1. iurisprud. Roman. c.73.* Heigius *ad §. 3. inſtit. de teſta.* Gulielmus Forſterus *diſput.12. th.5.*

879 Filius emancipatus, frater, maritus, uxor, miniſtri, teſtes rectè in teſtamento eſſe poſſunt: Hugo Donell. *lib. 6. comment c. 7.* Bronchorſt *centur. 3. aſſert. 23.* Bocerus *claſ. 5 diſput.20. th.70* Arumæus *diſput.7. exercitat. 25.* Gulielm. Forſterus *diſput. 12. th. 8. vide* Revardum 2. *variar. c.8.* Duarenum *lib. 1. diſputat. 8.*

880 An legatarius teſtis in teſtamento nuncupativo eſſe poſſit? N. Philip Hænonius *diſput 7. qu. 9. per §. undecim. inſtit. de teſtam. quia Imperator in ſcripto tantum teſtamento loquitur* Franc. Duarenus *de teſtam. tract. de teſtibus vide* Petrum Heigium *ad §. undec. Inſt. de teſtament.* Arumæum *diſput. 7. exerc. 16.* Bronchorſt *centur. 2. aſſert. 97.*

881 An filiusfamilias de bonis adventitiis, quorum uſusfructus patri non acquiritur, teſtari poſſit? N. per l. nemo penul. C. qui teſtam. facere poſſunt: Herman Vulteius *ad princ. inſtitut. qui teſtam. facere poſ.* Heigius *ad eundem locum* Guliel. Forſterus *diſput. 12. th. 13* Giphan. *ad eundem titulum* Philip Hænonius *diſput. 7 qu 13.* Reuſner. *de teſtament. part. 2. c 23. n.13.* Franc. Duaren. *de teſtament. ſub titul. qui teſtam. facere poſſunt vide* Vandum *diſſent. lib. 1. qu. 1.*

882 Teſtamentum nativitate poſthumi ruptum virtute clauſulæ codicillaris non ſuſtinetur: Arumæus *diſput. 10. exercit. 7.* Philipp. Hænonius *diſput 8. qu. 21.* And. Fachin. *lib.4. controv. c.22.* Gayl. 2. *obſervat. 114. n.8*

Cum teſtamentum nullum eſt ex cauſa præteritionis filii vel filiæ natæ aut inofficioſum ex cauſa exheredationis filius vel filia quæ hæreditatem ab inteſtato vendicat non tenetur per fideicommiſſum eam reſtituere heredibus in teſtamento ſcriptis virtute clauſulæ codicillaris in teſtamento adjectæ Anton. Faber. *dec. 20. err. 5. de error. pragmatic.* Franc. Hottoman. *lib.8 obſer. 1.* Philip. Hænonius *diſput. 8. qu. 22. vide* Gayl. *lib. 2. obſer. 114.* Teſſaur. *dec. 141. n. 1.* 883

Teſtamentum militare non ſubjacet querelæ: Henr. Bocerus *de iure belli 622.* Arumæus *diſput. 12. exerc. 13.* Vaſquius *lib. 3. de ſucceſ. § 24. lim. 19. n.36.* 884

An filio iuſte exhæredato nepos ex ſua perſona ad querelam inofficioſi teſtamenti admittatur? N. per l. ſi quis filio exhæredato *ff.* de iniuſt. & rupto teſtam per l. illud §. 1. *ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul.* Iacob. Cuiac. *ad l. 6. de iniuſto & rupt. teſtam. & l. 9. §. 2. ff. de lib. & poſthum.* Hottoman. *lib.5. obſervat. 25.* Gomez. *tomo 1, var. § c 11. n. 21.* Coſtal. *ad l. 12. ff. inoff. teſtam.* Philip. Hænon. *diſput. 9. qu. 7.* 885

An fraternum teſtamentum in quo ſpurius inſtitutus eſt per querelam reſcindatur N. *vide titul.* de ſpuriis ibi probatum ſpurios non eſſe infames. 886

An l. hac conſultiſſima C. de teſtamentis locum habeat quando pater non æquis portionibus liberos hæredes inſtituit: Aff. Anton. Ayota de Ayota: *lib ſingul. collect. forenſ. c. 16.* 887

An privilegia teſtamenti paterni inter liberos, utpote ſi in ſcedula ſuam voluntatem ſine teſtibus ſcripſerit, etiam ad pias cauſas extendantur N. Cæſar Damaſus à Fogueras *lib. 3. decif. 50. lib. 4. decif. regni Granat.* 888

Vtrum teſtamentum inter liberos imperfectum ſervari debeat, ubi non deſunt tantum ſolennia ſed etiam voluntas eſt imperfecta, Diſting. ſi pater inceperit teſtamentum & cum hæredibus primis inſtitutis ſecundos hæredes conſcribere vellet, morte impeditus videtur potius incepiſſe teſtamẽtum facere quam feciſſe 2. Si teſtatoris voluntas imperfecta ſit, quia conditiones quas adſcribere volebat non adſcripſerit, veluti ille hæres eſto ſecundum conditiones infra ſcriptas, tunc ſi nulla ſit adſcripta conditio valet nihilominus inſtitutio & pro pura habetur per l ſi teſtamentum *C. de inſtitution. & ſubſtitution.* 3. Cum teſtator manu ſua ſcripſit teſtamentum inter liberos, deinde juſſit ut Notarius vocaretur & ſimul etiam teſtes quibus præſentibus ſuam voluntatem ſe declarare vel- 889

rare velle dixit antequam vero teſtes & Notarii eecederent mortuus eſt, an valeat diſpoſitio? Aff. per l. conſultiſſima §. imperfecto. Cæſar Damatus à Fogueras *deciſ. 50. lib. 3. deciſ. regni Granatæ.*

290 Teſtamentum inter liberos factum in quo nec dies appoſita, nec menſis deſcriptus fuit quibus conſectum eſt, & in quo ſolennitas à ſtatuto requiſita non fuit valet: Ferrantes Ganguareius *conſ. 10. n. 58. vol. 1.*

291 Cum prius perfectum teſtementum rumpatur per poſterius imperfectum, in quo venientes ab inteſtato ſint inſtituti an omnes venientes ab inteſtato inſtituti eſſe debent? Aff. per l. hac conſultiſſima §. ſi quis autem C. de teſtamentis Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collectan. forenſ. c. 60.*

292 Pater teſtamentum fecit & liberis inſtitutis hæredibus in legitima portione, vel illis juſtas ob cauſas exhæredatis extraneos inſtituit hæredes adhibitis omnibus ſolennitatibus poſtea aliud teſtamentum fecit in quo filios ſuos inſtituit non adhibitis quinque teſtibus juxta l. hac conſultiſſima in §. ſi quis autem, ſed ſervata tantum forma Novellæ Juſtiniani de imperfectis, quæritur an poſteriori imperfecto prius perfectum ſublatum cenſeatur? N. quia lex hac conſultiſſima vult quo imperfectum tollat prius perfectum ut venientes ab inteſtato etſi inſtituantur. 2. ut quinque teſtes adhibeantur: Anton Ayerva de Ayora *lib ſingul. collectan. forenſ. c. 61.*

293 Teſtamenta duo eodem die facta corruunt ſi de eorum prioritate non appareat: Ioſeph Ludovic. *deciſ. Lucenſ. 53. n. 20.*

294 Teſtamentum validum pro hærede debet eſſe validum pro legatariis, ideo valet legatum ſputio in teſtamento facto coram duobus teſtibus in quo erent inſtituti venientes ab inteſtato: Paponius *lib. 20. tit. arr. 1.*

295 Teſtamentum publici juris eſt ideo ejus forma privatorum pacto alterari non poteſt & per conſequens partes non poſſunt facere ut teſtamentum inſolemne habeat vim teſtamenti: Virgilius ab Agaruira *in horto iuridico ramo 9. arbor. 60.*

296 Solvens partem legati relicti in minus ſolenni voluntate poteſt cõpelli ad ſolvendum aliam partem, ſecus ſi legata ſint plura niſi concurrat præſtatio triennalis & favor alimentorum: Virgilius ab Agaruira *in horto iuridico ramo 10. arbor. 60.*

297 Opinio etiam unius ſingularis Doctoris eſt tenenda, non obſtantibus aliis opinionibus, quando defendit teſtamentum: Ioſeph Ludovic. *dec. Lucenſi 29. n. 85.*

298 Teſtamentum per manus publici Notarii in præſentia ſeptem deſcriptorum cum ſubſcriptione eorum teſtium ſumptum an valeat & in quibus caſibus *vide* Matth. *Afflict. deciſ. 156.*

Teſtamentum fuiſſe factum probatur 299 duobus teſtibus licet ad probandum illud ſolenniter fuiſſe factum aut ad probandum voluntatem teſtatoris ſeptem requiruntur teſtes: Ferrantes Genguareius *conſ. 11. num. 10. vol 1.* Thomas Minodaus *dec. 41.*

Teſtandi facultas cardinali conceſſa 300 non validat teſtamentum antea factũ quia facultas reſpicit actum faciendi non factum Paul. Aemilius Verallus *dec. 258. p. 3.*

Quum teſtes teſtamentarij deponunt 301 primo teſtamentum fuiſſe factum ſub certa die deſcripta in teſtamento in quo Notarius erravit circa appoſitionem diei, ſi ipſi teſtes poſtea repetiti dicant fuiſſe rogatum ſub alia die non cienntur periuri, neq; varii ideo probant: Georgius de Cabedo *deciſ. 4. num. 10. lib. 3.*

Speciale eſt in teſtamento ut requiratur, quod teſtes videant teſtatorem & ipſum audiant: Anton Ayerve de Ayora *lib. ſingul. collect. forenſ. c. 62.* 302

Teſtes ſub viribus teſtamenti poſſunt 303 examinari ante litis conteſtationem *idem cap. 64.*

Teſtamentum conditum in loco exempto, veluti in monaſterio ſito intra territorium ſtatuentium, ſtatuti ſolennitate non ſervata ſuſtinetur maximè, ſi fuerit factum à forenſi: Cæſar Damatus à Fogueras *lib. 3. dec. 8.* 304

Clauſulæ conſuetæ apponi in teſtamento per Notarios ſemper haberi debent pro expreſſis & appoſitis, etiamſi fuerint penitus omiſſæ: Virgilius ab Agaruira in horto juridico *ramo 19. arbor. 63.* 305

Teſtamentum celans tenetur pœna *idem* 306 *ramo 20. arboris 63.*

Teſtari in ſcriptis quando apparet teſtatorem voluiſſe, non valet teſtamentum ori nuncupativum, quod limita quando clauſula omni meliori modo adeſſet. Verall. *deciſ. 260. p. 3.* Cabal. *milleloq. 359.* 307

Quando conſtat teſtatorem voluiſſe teſtari in ſcriptis licet in præfationibus nominaverit teſtamentum nuncupativum tamen nõ dicitur teſtamentum nuncupativum, dato quod defectu aliquarum ſolennitatum ex ſtatuto requiſitarum ut teſtamentum in ſcriptis non poſſit ſuſtineri: Ferrantes Ganguareius *conſ. 19. vol. 2.* 308

Teſtamentum nuncupativum de jure 309 communi eſt contentum deſcriptione ſeptem teſtium ſine ſubſcriptione, & tunc publico teſtamento ſubſcripto per Notarium ſtatur & creditur: Ferrantes Ganguareius *conſ. 20. vol. 2. n. 8.*

Inter venientes ab inteſtato ſufficit 310 quoquo iudicio diſponere & ſi producatur

te'ſtamentum inter liberos corroſum taliter, ut non appateant niſi duo teſtes adhuc valebit: Anton. Ayerva de Ayora *lib. ſingul collect. forenſ. c. 64.*

311 An filiusfamilias ad pias cauſas conſenſu patris accedente teſtari poſsit? Aff. Cæſar Damatus à Fogueras *dec. 8. lib. 1. dec. regni Grã.*

312 Si extranei in primo teſtamenti ſint inſtituti in ſecundo venientes ab inteſtato, hoc ſecundum tollit primũ, nõ obſtante clauſula derogatoria id primo ſcripta *idē dec. 18. lib. 1.*

313 Quando teſtator dixit in primo teſtamento quod ſi contingat aliquod aliud teſtamentum fieri, voluit non valere & eo caſu voluit intelligi & haberi ac ſi mortuus fuiſſet ab Inteſtato, tunc ſecundum teſtamentũ non valebit, primo firmo remanente Ferrantes Ganguareins *conſ. 19. vol. 2. n. 60.*

314 Natus in ſexto vel octavo menſe qui vivere non poteſt an habeatur pro non nato ad rumpendum teſtamentum *vide* Boerium *decіſ. 280.* quod tunc non irritetur primum teſtamentum decidit: Cæſar Damatus à Fogueras *decіſ. 18. lib. 4. cui aſtipulatur etiam* Menochius *conſ. 284. lib. 3.*

315 Utrum teſtantis voluntas ex teſtamento imperfecto & non ſolenni obſervanda ſit ab hæredibus in foro conſcientiæ & animæ? Aff. quia naturaliter ex non ſolenni teſtamento obligatur *per l. 5. C. de teſtam. & l. 2. C. de fideicom.* Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collectan forenſ. c. 70.*

316 Utrum legata conſerventur teſtamento ex poſthumi præteritione ignorantes facto reſciſſo, N. quo ad ea legata quæ poſthumus præteritus rupto teſtamento pro ſua parte præſtare deberet, veluti ab inteſtato rogatus ex clauſula codicillari: Cæſar Damatus à Fogueras *dec. 30. lib. 4. per novel ut cum de appel. cog. §. aliud ca. era autē legata ſalva manent.*

317 Teſtamentum factum ante profeſsionem monachus poſt factam profeſsionem revocare poſſit? N. *auth. §. illud de Monachis* Virg. ab Agaruira *ramo 20. arb. 80. in ſuo horto jurid.*

318 Clericorum teſtamentum num ſubjaceant querelæ ac reſciſſioni ſi ſint inoffcioſa Aff. *per dictam novellam* 115. §. *et.* hæc quidem ubi generaliter decisum eſt, nec jure canonico in clericis contrarium invenitur diſpoſitum *idem decіſ. 81. lib. 4.*

319 Teſtamentum in dubio non videtur habere aliquam clauſulam derogatoriam ad ſequentia teſtamenta, etiam ſi apponantur illa verba, & voluit teſtator hoc ultimum teſtamentum etiam in vim donationis & omni meliori modo valere Ferrantes Ganguareius *conſi. 90. vol. 2.*

320 Revocatio teſtamenti regulariter requirit eandem ſolennitatem quam ipſum teſtamentum, ideo probari debet revocatio teſtamenti per ſeptem teſtes adeo quod ſi unus ſolum deficeret non daretur juramentum ſuppletorium patri utenti revocatione: Virgilius ab Agaruira *in horto juridico arb. 71. ramo 28.*

Revocatio teſtamenti facta coram tribus teſtibus & Notario valet, quando tendit in favorem liberorum & inducit æqualitatẽ inter eos: Joh. Paponius *lib. 20. tit. 1. arreſto 21.* 321

Teſtamento ſimpliciter revocato non cenſentur revocata legata ad pias cauſas Guido Papæ *quaſt. 200.* 322

Hærede inſtituto mortuo vivo teſtatore, teſtamentum redditur caducum tamen legata peti poſſunt virtute clauſulæ codicillaris Anton. Ayerva ab Ayora *lib. ſing. collect. forenſ. c. 74.* 323

Teſtamentum inter liberos valet conditum coram duobus teſtibus, ad eius tamen revocationẽ ſeptem requiruntur, *per §. & ſi quidem auth. de teſtam. imperfecto* Georg. de Cabedo *decіſ. 18. lib. 3.* 324

Teſtamentum inter liberos intelligitur habere clauſam derogatoriam ut per illud revocetur primum, in quo extraneus erat inſtitutus nullu facta mentionu de ipſo primo, ſecus ſi in primo teſtamento erant inſtituti liberi, tunc enim primum non tollitur per ſecundum niſi in ſecundo fiat mentio primi, illud nominatim revocando: Cæſar Damatus à Fogueras *lib. 3. decіſ. 2. decіſ. regni Granatæ nu. 30.* Vincent. de Franchis *decіſ. 399. par. 2.* 325

Poſthumus præteritus ſi naſcatur & moriatur vivo teſtatore teſtamentum quod eius præteritione erat ruptũ, reconvaleſcit de jure prætorio quoad hæredis inſtitutionẽ & legata in eo relictu, ſecus ſi decedat poſt mortẽ teſtatoris: Marc. de Mantua *ſingulari 80. & 169.* Georgius da Cabedo *decіſ. 90 lib. 2. nu. 80. vide etiam* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſu 391.* 326

Licet nativitate poſthumi præteriti rumpatur teſtamentum, tamen, ſi teſtator teſtamentum coram quinque teſtibus confirmaverit valebit jure codicillorum *l. 1. C. de codicillis* Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collect. forenſ. c. 75.* 327

Si pater filium quem in poteſtate habet præterierit cauſa legitima teſtamento inſerta qua vera eſſe probetur utrum teſtamentum valeat? Aff quia in exhæredatione non tam verba quam ſenſus ſpectandus eſt & idem eſt filium prætereo quia me verberavit quã filium exhæredo: Cæſar Damatus à Fogueras *decіſ. 19. lib. 2.* 328

Teſtamentum factum apud acta judicis un teſtes requirit *N. per l. omnium, C. de teſtamentis idem d. decіſ. à nu. 10. uſq. ad 30.* 329

An hæres præſumatur habere notitiam teſtamenti poſtquam hæreditati ſe immiſcuit? Diſt. ſi clauſis tabulis teſtamenti adeatur 330

vur hæreditas pro ut aut poſſit conſtitutum eſt, in *l. unica §. in noviſſimo C. de cadue. tollend.* tunc inter omnes, præſumatur ignorantia, ſecus eſt ſi non clauſæ tabulæ teſtamenti proponantur, quia tunc adiri non poteſt hæreditas niſi cognito tenore teſtamenti C. tunc præſumitur ſcientia : Georgius de Cabedo *dec. 60. lib. 2.*

331 De facultate teſtandi à ſummo pontifice conceſſa perſonis Eccleſiaſticis, an ad unum teſtamentum ſit coarctanda N. Franc. Sarmientus *de reb. Eccleſiaſticis p. 4. c. 4. num. 3.* Martin. Navarr. *de reditib. Eccleſiaſt. qu. 3.* Rota Romana *in deciſ. noviſſim. par. 1. dec. 47.*

332 Utrum teſtandi facultas conceſſa perſonis Eccleſiaſticis morte pontificis expiret N. Rota Romana *in d. deciſ. 47. p. 1.* Sarmientus de reditibus *Eccleſiaſt. p. 4. c. 4.*

333 Primum teſtamentum quod ſecundum *l. penult. § teſtamento ff. de bonor. poſſeſſ.* ſecundum tabulas poſterio revocatum intelligitur, ſi poſterius inciſum eſt revocatum ſit à teſtatore, quæritur quomodo reviviſcat, jure actionis vel exceptionis *s.* an hæres primus etiam actionem vel exceptionem tantum intentare poſſit Reſp reconvaleſcere etiam iure actionis Antonius Ayerve de Ayora *lib. ſing. collect. in forenſ. c. 80. vide* M. Anton. Eugenium *diſſent. conſ. 59. n. 19.*

334 Ex communicatus an teſtari poſſit N. Georgius de Cabedo *deciſ. 120. lib. 2.*

335 Si filiusfamilias faciat teſtamentum cum conſenſu patris adiecta clauſula codicillari, ſi non valet jure teſtamenti valeat iure codicillarum & cuiuſcunque ultimæ voluntatis, utrum in vim donationis cauſa mortis valere poſſit ? Aff. Georgius de Cabedo *deciſ. 121. lib. 2.* Anton. Teſſaur. *deciſ. pediment. 150. nu. 12.* Viglius *in §. qui alieno n. 10. Iuſt. qui teſtam. facere poſſunt.*

336 Puer ab utero matris cæſus, ſi vivus eſt patri vel matri ſuccedit & præteritus teſtamentum rumpit, licet vocem non emittat & ilico extinguatur, niſi mater in puerperio decedat, & non potuerit teſtamentum mutare quia tunc ſuccederet æqualiter cum aliis & cenſetur inſtitutus Georgius de Cabedo *deciſ. 90. lib. 2. per l. 54. ff. hæred. inſtituendis.*

TESTIS.

1 DE modo producendi teſtes, & formandi probationem per eos, *dixi & notavi ſuo. in litera P. verſi. de probatione per teſtes* : hic notabo, & addam aliqua circa productionem, perſonas teſtium, dicta eorum, & aliqua alia notatu digna.

2 Nota : teſtis ad teſtimonium ferendum eſt citandus ſi autem non citatus deponat, non valet eius teſtimonium : *dicit Anavellus de Claris Aquis in ſingula. ſuo 102. per textum, l. ſi quando, C. de teſtib. & c. in nomine domini, extra. tit.* quod debeat citari teſtis, & de practica citandi *docuit* Geyl. *in obſerva. 100. lib. 1. n. 9. & 10.* Mynſing. *centu. 4. obſerva. 1.* Hoc tamen nō procedit, ſi eſſemus in materia, in qua de evitando peccato ageretur : quia in tali caſu teſti etiam ſemel offerenti credendum eſſe, Hippo. *ſing. 14. aſſerit.*

Sed teſtes quomodo compellantur ad ferendum teſtimonium veritatis, qui compellantur, (*Regulariter omnes, etſi iuraverint, ſe non prohibituros teſtimonium, aut non revelaturos ſecreta.*) & in quo caſu non (*privilegiata perſona invita non dicunt teſtimonium, nec clericus aut laicus de ijs, quæ in confeſſione audivit, nec proxeneta, niſi utriusq; partis conſenſu : qua magis communis eſt.*) *vide textus & notata Dd. ad totum titulum, extra de teſtibus cogendis ; &* Geyl *docuit pulcherrimè, in obſerv. & ibi nu. 20.* an criminalibus compelli poſſint. (*Remittit ſe ad Panorm. atque alios, qui variis diſtinctionibus rem intricant : ſumma eſt, cogi poſſe teſtes, ſi agatur de puniendo delicto, vel etiam in exceptionibus, ſi aliter veritas haberi non poſſit, magnumq; verſetur eam re adverſa partis præjudicium, quanquam in communis ſanguinis clerici cogendi non ſint.*) 3

Adde unum : quando aliquis teſtis eſt citatus ad perhibendū teſtimonium, ſed eſt contumax, & non vult comparere, poteſt propter eiuſmodi contumaciam iudex illi imponere pœnam confiſcationis bonorum : Bal. *c. 1. & per illum textum, ext. de teſtibus cogendis, notavit* Inan. de Arno. *in ſingul. ſuo 96. incip. eſt citatus.* De iure Canonico per excommunicationem, de jure Civili per pœnam vel mulctam cogitur : Chilian Koning. *in practicâ ſuâ, cap. 81.* Von dem Gezwange der Gezeugen. 4

Sunt autem aliquæ perſonæ, quæ invitæ teſtimonium dicere non coguntur. quæ perſonæ enumerantur, *in l. lege Iulia, & in l. inviti, ff. de teſtibus.* 5

Sed intellige, quando poteſt per alios probari ; alias ſecus : ratio eſt, quia non eſt anguſtanda facultas probationum : *l. quoniam, C. de hæreticis, Hoſtien. &* Ioan. Andr *in c. t. de teſtibus cogend.* Geyl. *in obſerv. 100. lib. 1. nu. 14.* Sed cui incumbat onus probandi, quod veritas aliter haberi non poſſit, *notavit Romanus in ſingula. ſuo 398. incip. tu habes, & ibi in addit. Pigno.* 6

Poteſt etiam volens producere teſtes, alloqui eos, & dicere, ut dicant de cauſa ſua veritatem : non autem permiſſum eſt, ut inſtruat eos, qualiter deponant : Bal. *in l. data opera, C. qui accuſa non poſſunt* : quia fraus non eſt, parare probationes : *l. atqui natura, §. cum me abſente. ff. de nego. geſtis,* Chilia Koning *tra-* 7

didit in ſuo proceſſu, cap. 81. n. 3 in fi. aliud exemplum ponit idem Chil. *in d. proceſſ. c. 75. n. 7.*

8 Sed jam teſtibus repertis producat eos ſuis ſumtibus, ita quod illis ſumtus præſtet *l. quoniam, C. de teſtib. l. eos, C. de appella.* ſed deducat, quod erant impenſuri in domo: *tenuit* Anavell. de Claris aquis, *in ſing ſuo 14. allegans l. ſed ſi hæred. ff. ad exhib.* Geyl. *in obſerv. 99. lib. 1.*

9 Sed quando unus procurator litem eſt conteſtatus, an alter procurator poſſit producere teſtes, *habetur in c. ſi duo de procura. in 6. notavit (quod non poſſit) adverſario contradicente,) cum una limitatione* Ludo. Roma. *in ſing. 246.*

10 Sed pro expeditione videndum erit, quæ perſonæ ad teſtimonium ferendum nõ admittantur: omnibus enim conceſſum eſt teſtimonium dare, niſi quibus id lege ſit interdictum: *l. 1. ff. de teſtibus* & regulariter non admittuntur.

11 Minor quatuordecim annis, non poteſt eſſe teſtis, in cauſa civili: *l. iuncti ff. de teſtib.*

12 Item minor annis viginti, non admittitur in teſtem, in cauſa criminali: *l. in teſtimonium, ff. eo tit.* ſed maior factus poteſt teſtificari de illis, quæ vidit in minori ætate: *l. excipitur, §. 1. ff. ad Syllania.* dum tamen proximus pubertati. Et quo caſu minores poſſint teſtificari, *vide* Hippo. de Marſi. *in repe. l. ſi fortè mulier, n. 9. & n. 13. C. ad l. Corne. de ſicariis: item* Angelum de Maleſi. *in verſi. qui iudex ſtatuit, n. 5.* Blan. *in repe. 2. fin. ff. de quæſt n. 346. ut* Lancilo. *in ſuo breviario, in rubri. aggredien. perſo. teſtium, in verb. pupillus.*

13 Infamis neque de his rebus, quæ vidit, antequam infamis erat factus, poteſt eſſe teſtis: *l. 3. § dua, ff. de Carbonia. edicto.* Alciatus *in l. neminem ff. de verb. ſignifi. l. 3. §. leg. Iulia ff. de teſtib.* ſed in caſu, quando veritas aliter haberi non poteſt, benè admittitur: Hippo. de Marſil. *in d. l. ſi fortè mulier, n. 7. C. ad l.* Corne. *de ſica. & notavit* Antonius Corſer. *in ſingularibus ſuis, in verb. mors. n. 3* & ideo etiam homicida, tanquam infamis, non poteſt eſſe teſtis, fallit in occidente *B*annitum: Ioan. de Arno. *in ſingul. ſuo. 71.*

14 Et in tantum infames non admittuntur, in criminali vel civili ardua cauſa, quod neque numerus ſuppleat infamiam, ex qua ſequi poſſit condemnatio: Ioan. de Arno. *in ſing. ſuo 19.* Bal. *in c. ad noſtram, de prob.*

15 Quatenus autem, & an papa poſſit diſpenſare de infamia, *vide* Corſe. *in ſingularib. ſuis. in ver. teſtis 14.*

16 Infames infamia iuris qui ſint, & quod omnino ſint à ferendo teſtimonio repellendi *docuit* Lancilo. *in ſuo breviario iuris, in rubri. perſonas teſtium aggrediendo, in verb. infamis:* undecim caſus tamen ibi poſuit, in quibus infamis infamia iuris teſtificetur: *& ibidem nu. 14.* vide de infame infamia facti, in quibus caſibus non admittatur. Decian. *in conſ. 92. vol. 2. n. 37.*

17 Diffamatus, qui laborat mala fama: *in Authen. de teſte, §. licere, in verb. nomine,* Barto. & Bal. *in l. 1. C. de ſumma Trinita. & fide Catho.* Angel. de Maleſi. *in verſi. nec non à malevolis.*

18 Item opponitur, quod ſit accuſatus vel inquiſitus: Angel. de Maleſi. *in tracta. ſuo, in verſi. comparuerunt dicti inquiſiti, & totum negaverunt, n. 13.* vel quod ſit litium redemtor, & perpetuus litigator, quia non poteſt eſſe teſtis: Corſet. *in ſingula. ſuis, in verb. teſt. 13.*

19 Perjurus: *c. de teſtimonium, & ibi gloſſa de teſtib. c. ſemel malus, de regulis iuris, in 6. in l. ſed ſi quis maior, C. de tranſactio.* Lancfranc. *in ſua prax. cap. 8. nu. 74. notavi ſupra in litera P. verſi. de periurio,* Lancilo. *in ſuo breviar iuris, in rub. aggrediendo perſonas teſti. verb. periurus, ibi cum ampliationibus docet, qualiter quis fiat periurus, vel non.*

20 Excommunicatus: *tex. eſt, in c. veniens, el. 2. Dd. notavit in c. teſtimonium de teſtib.* item exiſtens in mortali peccato, niſi pœniteat: *d.* Ioan. *in ſua prax. c. 8. de teſtibus n. 72. & 73.* Lancilo. *in ſuo breviario, rubri. aggrediend. perſo. teſti. in verb. excommunicatus ſuſpenſive, ibi invenies 4. limitationes.*

21 Hæreticus & infidelis *2. q. 7. c. ſi hæreticus,* Angel. de Maleſi, *in verſ. qui iudex ſtatuit, n. 13. vide ſup. in lit H. verſi. de hæreticis,* Lancilo. *in d. loco, in verb. infidelis:* limitat ibi octo modis in Iudæo: ſimiliter de Iudæis, *Spec. tit. de teſte, §. 1. n. 59.*

22 Inimicus intelligitur de inimico capitali: Innocen. *in c. inquiſitio. de accuſa. & in l. teſtium. ff. de teſtib.* Angelus de Maleſi. *in d. verſi. qui ſtatuit, n. 14. vide bonum textum & gloſſam ſingularem in c. accuſatores, el. 1. 3. q. 5.* non etiam reconciliatus: *vide ſuprà in litera I. verſi. de inimico & inimicitia* Lancilo. *in ſuo breviario iuris, d. rubri in verb. inimicus, ibi in fine, qualiter debent probari de inimicitia.*

23 Amicus magnus: *l. teſtium, ff. de teſtib.* Feli. *in c. quoties, ext. de teſtib. notavi ſuprà in litera A. verſi. de amico & amicitia: vide* Alex. de Imo. *in conſ. 88. in 5. vol* Lancil. *in verb cantum, ibi in fine* vult, quod numerus tamen amicorum ſuppleat.

24 Pater vel mater pro filio, & econtra filius pro patre vel matre regulariter non admittuntur: *ut in l. parentes & liberi,* C. *de teſtibus,* niſi in cauſis, quæ reſpiciunt ætates vel matrimonia liberorum: *gloſſa eſt ſingula. in l. etiam, ff. de proba. text. gl. & Dd. in c. videtur, ext qui matrim. accuſ poſſ.*

25 Sed licet pater vel conjunctus non poſſit eſſe teſtis in cauſa filii vel conjuncti, tamen ſi fuerit deſcriptus in inſtrumento ut teſtis, adminiculatur inſtrumento. ¶ Item

quando

quando concurrit cum aliis teſtibus idoneis, facit fidem, Corſe *in ſingul. ſuis, in verbo teſtis 11.* & ibi nota regulam, ubi teſtis non debuit examinari propter ſuſpicionem: tamen ſi fuerit examinatus, facit aliquod indicium: Barto. *in l. maritus, ff. de quæſtio* Lancilo. *in ſuo breviario, d. rubric. in verbo parentes*, declarat per ampliationes, & adducit novem limitationes, quod parentes pro liberis teſtes admittantur.

26 Liberi ſtantes in communione: *l. 2. C. de teſtibus, & ſecundum* Antoni de Butr. *in c. cum oporteat, de accuſ. & in c. accuſatores, el. 2. eo.*

27 Frater pro fratre vel alius coniunctus, non admittuntur: *l. 3 ff. de teſtibus*, Angel. de Maleſic. *in verſic. qui iudex ſtatuit, num.* 9 Sed quo caſu in criminali, ad faciendam defenſionem, frater pro fratre poſſit teſtificari, *vide* Ioan. de Arno. *in ſingula. ſuo 40 per* Bal. *in l. parentes, in prin. C. de teſtib. &* Corſet. *in ſingularibus ſuis, in verbo teſtis 16.* Mynſi. *in 1. reſponſ. decadis 1. n. 10.* quibus caſibus frater pro fratre admittatur vel non, docuit per 6. limitationes & 8. ſublimitationes: Lancilo. *in ſuo breviar. rubri. aggredien. perſo. teſtium, in verbo fratres, ibi, ſimiliter de agnatis, cognatis & affinibus.*

28 Conſanguineos licet admittatur, tamen non eſt teſtis integer, & omni exceptione maior: Bal. *in l. qui teſtamento, §. quacunque, ff. de teſta.* ¶ In cauſa criminali omnino non admittitur, niſi pro defenſione formanda: Bal. *in d. §. quæcunq. & in l. lex Cornelia in prin. ff. de iniur.* Alexan. de Imo. *in conſi. 5. & in conſi. 18. vol. 1.*

29 Socer nunquid debeat admitti pro genero, *habetur in c. ſi teſtes 4. q. 3. §. lege Iulia publicorum*, Alex. *in d. conſi. 18. vol. 1*

30 Patronus admittitur quidem; ſed non facit tantam fidem, atque alius teſtis integer: Bal. *in l. parent. C. de teſtib. verſ. quæro igitur.* ¶ Sed in cauſa ætatis bene probat pro eo, quem levavit de ſacro fonte, Barto. *in conſi. 92 incip.* in quæſtione vertente inter dominum Simonem.

31 Maritus & uxor etiam non admittuntur: *vide gloſſ. &* Cynus *in l. 2. C. de teſtib.* Specul. *in tit. de teſte, §. 1. n. 15. verſi. ſed quid de uxore*, Angelus de Maleſic. *verſi. qui iudex ſtatuit, n. 9. & ibi Auguſti. in addi. n 32.*

32 Domeſticus ſeu familiaris etiam non admittitur regulariter: *l. 2. C. de teſtib. c. in literis, ext. eodem.* Specul. *in tit. de teſte. §. 1. nu. 11. verſi item excipitur:* & ibi declarat, qui dicantur domeſtici, (*qui videlicet ſumtibus producentis aluntur*,) ſimul de commenſalibus, mercenariis, famulis, & libertis, quod ſint domeſtici, & ſic non idonei teſtes, *habetur in l. præſenti, §. ſic ubi, C. de his, qui ad Eccleſias confugiunt, tenet* Lancilo *in ſuo breviario iuris, in rubri perſonas teſtium aggredien. verſicul. domeſtici* ibi ampliat, illam repulſam domeſtici procedere, etiamſi non opponatur à parte: & notavit ibidem viginti ſex limitationes, in quibus non procedat iſta concluſio, de non admittendo domeſticos.

Advocatus pro clientulo ſuo an poſſit eſſe teſtis, quæritur? & reſpondetur, quod regulariter non, quando præſtitit patrocinium: *gl. eſt in l. fina. ff. de teſtib. eſt textus in c. mediatores, de teſtib. in 6. & ſic concludunt communiter Dd.* ubi autem aliter veritas haberi non poſſit, poteſt advocatus eſſe teſtis pro clientulo ſuo: *vide* Lanckfran. de Orian. *in ſua prax. cap. 8 de teſtium depoſitio. nu 64.* Ioan. Andreæ *in addi. ad* Specul. *in tit. de teſte, §. 1. verſ. quod ſi advocatus, n. 75.* Lancilo *in ſuo brevia. d. rubri in verb. advocati*, ampliat aliquibus, & limitat 5. modis, cum una declaratione. 33

Sic etiam procurator ad cauſam vel proceſſum prohibetur eſſe teſtis: *d. l. fin. ff. de teſtib.* Innoc. *in c. ſuper, de teſtib. eſt text. in l. deferre, §. item decreverunt. ff. de iure fiſci.* Lancilo. *in d. loco, in verb. procurator*, docet, in quibus caſibus ſit admittendus vel non. 34

In procuratore autem ad negotia, nulli dubium eſt, quin poſſit admitti, ſi non ſpectet ad eum commodum: *gloſſ. eſt, in c. 1. de teſtib. in 6.* Lanefran. de Oriano. *in ſua prax cap. 8. de teſtib. depoſ. n. 65.* vide de advocatis, procuratoribus & ſimilibus, Boniſa. de Vitella. *in tract. ſuo maleſi. in rubr. de teſt. n. 15.* Angelū. *in tractu maleficio in verſi. qui iudex ſtatuit, n. 10.* addit illis patrocinantes, & ſollicitatores in cauſa, tutores, curatores & adminiſtratores offenſi: *Allegat. d. l. fin. & quæ ibi notantur, ff. de teſtib. vide Lancilo. in d verb. procurator, in verſi. procurator ad negotia.* 35

De ſollicitatore ſalariato, vel non, *notavit* Ioan. Andr. *in addi. ad* Specula. *in d. tit. de teſte, §. 1. n. 75. ibi adde pro hoc*, & regulariter reſpiciunt & conſiderant iura, an quis habeat commodum, vel non: Lancilo. *in d. loco, in verb. ſollicitator, ampliat & declarat.* 36

De tractante de ſe exonerando, quòd regulariter teſtis eſſe non poſſit, *notavit* Lanc*franc.* de Orian. *in d praxi, in c. 8. de teſtium depoſ. n. 65.* Bart. *in l. deferre, §. idem decreverunt, ff de iure fiſci, dixit aliqua pro intellectu eorum* Paulus de Caſtrenſ. *in conſi. 161. incip. ad benè examinandum.* 37

Iudex quatenus teſtem produci poſſit, *docuit* Bal. *in l. ne in arbit. C. de arbit. d.* Lanefr. de Oriano, *in d. c. 8 de teſt. depo. n. 66. verſ. quare quantò*, Spec. *in tit. de teſte, §. 1. n. 76.* 38

De iudice arbitro, adſeſſore, & de ſimilibus, an repellantur à teſtimonio, *notant alii* Boniſa. de Vitella. *in tracta maleſi. rubr. de teſtibus, n. 43.* Lancilo. *in dicto breviario, & d. rubr. in verb. iudex.* negat iudicem repelli: ampliat duobus, & limit. 10. modis. 39

40 Wie ein Richter ſampt ſeinen Schöpfſen / bey d.n Eyden / damit er der Banck vorwand etwas Gezeugen ſolle / das ſo oder ſe gerichtet worden / *habetur ſecundum Ius Saxonicũ in Arti.8.lib.1.* Land Recht / *& refert gloſſa in Artic.38.lib.3. & ibi vide additionem latinam, litera A.*

41 Wie ein Rath vor Gerichte ſoll Gezeugnus geben: Nemlich / das bekentnus ſollen die Räthe thun in gehegter Banck alle mit einander vor Richter vnd Schöpffen / nicht aber darff ein jeglichte ſonderlich bekennen / ſondern der Bürgermeiſtre thut das Bekentnuß alleine / vnd die andern geben alle jhre Jawort dazu: *gl.eſt in* Weichbild / *Arti. 100.*

42 De proxeneta vel mediatore, qui eſt particeps muneris, quod quoque ſubmoveatur, niſi in caſibus, docuit, Lancilo. *in verbo proxeneta*: quòd non ſit integer teſtis: *vide* Decio. *in conſil.55.vol.2.n.21.* Dicitur autem proxeneta ille, qui explorat voluntates hominum, an & quando volint contrahere, & qui contractus ipſos inter contrahentes ad concordiam redigere volunt: horum hominum in magnis Emporiis neceſſarius uſus: Azo *in ſumma, C.de ſponſa.* Decia *in d. conſi.n.20.*

43 De tabellione vel notario, an poſſit eſſe teſtis in cauſa, in qua adhibetur pro notario vel tabellione Lancfran. *in d. ſua praxi, cap 8.de teſti.depoſi.n.66. verſi conſequenter dicitur.* Quo caſu notarius actorum poſſit admitti, refert *Lancilo.in d.verbo index, in fine.*

44 De tutore, quod poſſit eſſe teſtis pro pupillo, determinavit Barto. *in l.qui teſtamento, in prin ff.de teſt.* & ibi quoque notat de actore *Lancfrancus, in d. cap 8.n* 67. Angel. de Maleſi. *in tracta.maleſi.in verſi.qui judex ſtatuit.n.10. Lanciln. in verb tutor.* Item excipitur contra teſtes, quod ſit adminiſtrator, Epiſcopus, Abbas vel alius prælatus collegiatus in cauſa Eccleſiæ ſuæ, quò ad bona menſalia: *dicit & declarat* Lancilo. *in verbo adminiſtrat.*

45 Da legatario, quatenus pro teſtamento poſſit eſſe teſtis, vel non, docuit Bald. *in l.dictantibus, C.de teſtib.habetur in §.legatarius, Inſti.de teſtamen.d.* Lancfran. de Oriano *in ſua praxi, d.cap. 8.de teſti. depoſi.n.67. verſi. quæro ulterius, nunquid legatarius.*

46 De muliere, quod non poſſit eſſe teſtis, *habetur in c.forus, ext.de verbo.ſigni.* Quatenus in civilibus, ſpiritualibus, matrimonialibus, & criminalibus, *notavit* Specula. *in tit. de teſte, §.1.nu 83.verſi.item quod eſt mulier, l. ex eo. ff.de teſtib.l. in teſtamento mulier, ff.de teſta. Inſtit.eo tit.§. teſtis*, Angelus *in tracta* Maleſi. *verſic.comparuerunt dicti inquiſiti, & totum negaverunt, n.13.& 14.ibi dicit,* quod in criminalibus, in quantum non prohibeantur eſſe teſtes, ſint idoneæ: *per l.1.ff.de teſtibus.* Bonifa. de Vitella. *in tract.* Maleſi.in Rubric. *de teſtib. n.37.38. vide ibi, quibus caſibus admittatur, vel non, mulier.*

Mulier in cauſa civili contra clericum poteſt eſſe teſtis: Mata, *par.4.diſt.a n.41 & ſeq.* 47

Nota, quòd pro defenſione formanda: *bene* Mynſing. *in 1 reſponſ.ſuo dec.1.reſponſ.n.27.* 48
Quatenus, quando, vel non, mulier admittatur pro teſte, *docuit* Lancilo. *in d.breviario, & rubri.in verbo mulier, & ibi de Hermaphrodito.*

Sed mulierum dicta an ſufficiant ad condemnationem: puta, tres mulieres deponũt de Robaria, an ex earum dictis quis veniat condemnandus? *vide quæſtio. apud* Gandinum de Maleſi *in rubr.de furibus & latro.n 8.*& decidit, quòd non: quia conditio mulieris vana eſt, inſtabilis & mobilis: Bonifa. *in d.rubrica.de teſt.n.38.* arguendo à cauſa teſtamentaria ad criminalem: & de iſta quæſtione, an mulier poſſit eſſe teſtis, *diſſeruit* Lancfranc.de Oria. *in praxi, cap.de teſtium depoſitio. n. 77.* Barthol. Socinus *in regulis fallentia. regula 511.* ubi docet, in quibus caſibus mulier pro teſtamento poſſit eſſe teſtis. 49

De paupere, qui non habet 50. aureos in bonis, quod poſſit eſſe teſtis, niſi alias ſit ſuſpectus, *docuit* Specul. *in d.tit. de teſt. §.1.n. 61.* Paupertas enim non eſt de genere malorum: *c.illa in fine 15.q.1.* ſed quod ipſis minus credatur, quam divitibus, *voluit* Alex.de Imo. *in conſi.15.vol.3.* Angelus de Maleſi. *in verſi.qui judex ſtatuit, n.7.gl. in l.3.ff. de teſtib.* Lancfr. de Oriano, *in d.ca.de teſt. depoſi.n.81.* Bonifa. de Vitella. *in tracta.* Maleſi. *in rubri. de teſtibus n.46.* Lancilotus *in citato loco, in verb. pauper.* 50

Quid de ruſtico, quod neque ratione ignobilitatis repellatur, niſi ſit ſuſpecta perſona, & cæteris paribus quod minus illi credatur, *not.* Lancfranc. de Orian. *in d.cap. de teſt. depoſ.n 82.ſic intelligenda eſt gl.in l.3.ff de teſtib.* 51

De Senibus, die von Siebentzig Jahren ſeind / ij non quidem coguntur, ſed tamen bene eſſe poſſunt teſtes: Bal. Abbas, & Felinus *in c.ſi qui teſtium.extr.de teſtib.* 52

De fidejuſſore, quod pro debitore principali, quando eſt ſolvendo, poſſit eſſe teſtis: *not.Ioan* Bal. *in l.ſi cui legatur, § ſi Titio, in fi.ff. de leg 1 ſed contrarium tenent* Ioan. And.& Feli. *in c. inſuper, ext.de teſtib.* Spec. *in tit.de teſte. §.1 verſi.quid de fidejuſſore,* Chilia. *in cap. 75. n. 13.* Lancilo. *in d. loco.in verb. fidejuſſor.* 53

De eo, qui eſt de univerſitate vel collegio, an poſſit teſtificari in cauſa univerſitatis vel collegii in civili & criminali, Spec. *in d.tit.de teſt.§.1.n.22.* habetur, quòd ſic, quando aliter veritas haberi non poteſt: *in c.inſuper, & in c.cum nuncius, de teſtibus, in l.conſenſu, C.de divor.* vide cum diſtinctione; quantũ ad utilitatem privatam, Baldum *in l.parentes, C. de teſt.* Chilia. *in d.cap.75.n.16 pulcherrimè*, Alexan.de Imo *in conſi.99.col.4.verſi.nec obſtat*, 54

& in ſequentibus Lancfr deOria *in ſua prax. de teſtium depoſitione, nu. 70.* docuit per tres concluſiones, Pet. Gerar. de Petr. Sanct. *in ſing. 24 incip. utrum civis, vol. 5.* in quibus caſibus de univerſitate admittantur vel non, tradidit per octo declarationes, *Lancilo. in ſuperius citato loco, in verb. universitatis.*

55 De ſubditis ratione juriſdictionis, quod ſint teſtes idonei pro domino, *voluit Cynus in l. eos de teſtib. notavit* Abbas *in c. inſuper, in c. cum nuncius, ext. de teſtib.* ſi autem minæ & terror ſuſpicari poſſint, diminuitur eorũ fides: *Lancilo. in d. verb. univerſitatis: & ibi in fine,* quid de dominis pro ſubditis.

56 Quid de confeſſo & convicto de crimine, qui non eſt damnatus, an teſtis eſſe poſſit? de jure Civili benè, de jure Canonico vero non: *refert* Lancfr. de Oria. *in d. ſua praxi, C. de teſtium depoſitione, nu. 75.*

Uſurarius quoq; ad teſtificandum non admittitur, quia eſt iure infamis: Lancilo. *in loco citato, in verb. uſurarius.*

57 Item peccata non confeſſus ſaltẽ ſemel in anno. d. Lancil. *in verb. peccata non confeſſus.*

58 Guloſi & popinones, perſeverantes in eo modo vivendi in tabernis & in popinis, non poſſunt eſſe teſtes: quia non emendati: *d. Lancil. in verb. guloſi.*

59 Luſores quoq; intemperantes & quotidiani, eadem ratione non ſunt admittendi: Lancilo. *in verb. luſores.*

60 Supplicans contra ſententiã, in rem judicatã tranſitã: *idem* Lancil. *in verb ſupplicans.*

61 Item naturales & ſpurij non probant: quia ſunt infames ſaltem de facto: *idem* Lancil. *in verb. naturales.*

62 Item publicani non ſunt idonei teſtes, propter eorum vilitatem: parva mercede mercenarij ſimiliter repelluntur: Lancil. *in v. public.*

63 Item fuſtibus cæſus à prætore, famoſus eſt: ideo & ipſe à teſtimonio repellitur: *l. fuſtibus, C. ex quib. cauſ. infam. irrogat.* Lancil. *in verb. fuſtib.*

64 Accuſatus & damnatus de publico crimine, & ſimiles repelluntur à teſtimonio ferendo: Boniſa. de Vitel. *in tractat. ſuo maleſi. in Rubr. de teſtib. n. 22. l. 3 §. lege Iulia, l. ſcio, & l. ſequen. l. teſtimonium, ff. de teſtib. c. fin. ext. eo. tit.*

65 Item condamnatus de adulterio, vel de falſo, vel de publico iudicio: *l. quæſitum, l. ſcio l. qui falſa, & l. eos, ff. de teſtib.* Bonif. de Vitel. *in Rubr. de teſtib. nu. 41.* ¶ Item remotus à dignitate, propter turpitudinem ſuam: *l. 2. C. de dignita. lib. 12. Vitellan. in d. Rubr. de teſtib. num. 23.*

66 Item ſocij criminis non faciunt fidem Angel. de Maleſi *in verſi. qui judex ſtatuit, n. 11. l. qui filium, & ibi notatur, C. de libera. cauſa. notavi ſupra in litera S. in verb. de ſocio & ſocietate, in verſi. de ſocij dicto.*

Item blaſphemus non eſt idoneus teſtis 67
Lancil. *in verb. blaſphemus:* ſicq; proditor non eſt admittendus in aliqua cauſa: d. Lancel. *in verb proditor.* Bannitus: *idem* Lancil. *in verb. bannitur.*

Imò quód repellatur à teſtimonio feren- 68
do, *dicit* Lancilo. *in ſuo breviario, Rubr. aggrediendo perſo. teſti. in verb ſocius criminis:* ſed excipit ibi caſus aliquos, in quibus illi ſocio criminis credatur.

Teſtis pecunia corruptus, repellitur à 69
teſtimonio, etiamſi dixerit verum: nam eius dictum nullam facit fidem: *gl. eſt in c. licet cauſam, ext. de teſtib.* Bart. *in l. Divus, ff. de jud. declarat* Lancf. de Oria *in ſua prax. c. 7. de teſti. depoſ. nu. 76.* Felin. *in d. c. licet cauſam, in verſi. nota bonè.* ubi an per ſolam corruptionem vitietur dictum eius: de quo plenius per eum *in verſi. ſecundo concludo:* ubi etiam de ſententia lata teſtibus corruptis: & an talis teſtis corruptus probet contra corrumpentem. *vide per d.* Felin. *in c. 1. de teſtib* ubi an rogatus, ut teſtificetur, dicatur corruptus. & de materia iſta, *vide per eum, in c. ſicut. in gl penul. de teſtib ibi,* an ſententia data in cauſa matrimoniali retractetur ſola corruptione: ſed in quantum quis per ſolam pecuniæ dationem, per promiſſionis, juramenti, fidejuſſoris vel pignoris receptionem, dicatur corruptus, *docuit* Joan And. *in addi. ad* Specu. *in tit. de teſte § 1. n. 49. in liter. F. ibi non ſequatur, notavi quædam ſupr. in lit. C. verſ. de corrumpente.* Item repellitur à teſtimonio, qui accepit pecuniã, ut patri faveret, vel contra faceret, Boniſ. de Vitel. *in d Rubr. de teſtibus, n. 44. facit c. ſi. t q. 1.* De teſte pecunia & precib. corrupto, quatenus eius invalidetur teſtimonium, *docuit* Lancil. *in d. ſuo breviario, & in d. Rubr. in verbo corruptus: vide, quæ notavi ſup. in lit. M. verſ. de muneribus.*

Sed de iſtis teſtibus, quibus opponuntur 70
crimina, nota: quod non ſufficit generaliter opponere, ſed opus eſt ſpecificare locũ & tempus commiſſi delicti, & quòd tale crimen in ſpecie ſua ſpecificetur: opponens etiam crimina, habeat probationes criminum in promptu: aliás tenetur actione injuriarũ: Clar. *in prac. crim. lib. 5. § fin. quæſt. 51. nu. 2. & in ſeq.*

De carcerato in publico carcere, & de ſtipendiario, *vide* Lancf. de Oria. *in ſua prax cap. 7 de teſt. depo. nu 78. & 80.*

De illo, qui in vinculis publicavè cuſto- 71
dia detinetur, quòd à teſtimonio repellatur *dixit* Lancil. *in d. loco, in verb. carceratus:* rationem ibi aſſignat: quia, dicit, eſt ſuſpectus de crimine, & quodammodo infamis: quia detinetur propter crimen, quo propter ſententiam

tentiam infamaretur: vel etiam propter no-
tam vitæ, licet non ſit infamis? vel quia præ-
ſumitur, quòd falſum teſtimonium diceret.
De ſtipendiario *Lanc.ibid. in verb. carceratus:*
item quid arenarius vel vilis perſona, Specu.
in tit. de teſt. §.1. nu 80. in fi.

72 De ſocio omnium bonorum vel partis,
quòd non poſſit eſſe teſtis, *notavit* Lancfran.
de Orian. *in prax. c. de teſtium depoſi. nu 85. al-
legat* Innocent *in c. præſentis, ext de teſtib.* Lan-
cil. *in d. loco, in verb. ſocius, ibi ſimul de ſocio itine
ris, & de ſocio familiari.*

73 Monachi & Clerici, quòd non poſſint eſſe
teſtes ſine licentia ſui ſuperioris, *tenet idem*
Lancfr. per Specul. *in d. cap. nu. 84.* Clericus
autem ſecularis benè poteſt eſſe teſtis: *ut in
c. quicunq; 14. q. 2.* tamen debet examinari per
judicem Eccleſiaſticum: *vide* Lancfran. *ibid.
notavit* Angel. de Maleſi. *in verſ. qui judex ſta-
tuit. nu. 4.* niſi teſtificari ſint de licentia ſui
ſuperioris, vel aliter veritas haberi non po-
tuit: iſtis enim caſibus, dicit, eos admitten-
dos, Geyl. *in obſer. 100 lib. 1 n. 16. pract. obſ.* Lan-
cil. *in d. loco in verbis, Monachus & Clericus,
notavit aliquas fallent. de Monacho duas, de Cle-
rico, plures, examinando illas invenies bona.*

74 Laicus contra Clericum repellitur in
criminalib. niſi in cauſa hæreſis, ſymoniæ,
& in ſimilib. Bonif. de Vitel. *in tract. maleſi.
Rub. de teſtibus, nu. 36. c. veniens, de teſtib. c. cum
P. de accuſa. Spec. in tit. de teſte, § 1. n. 83.*

75 De ſuſpenſo, an repellatur à teſtimo-
nio, quod ſic, reſpondet *Hoſ. in c. olim, ext. de
accuſa. c. appellet, de excep.* ¶ Apoſtata quia ef-
ficitur infamis, etiam arcetur à teſtimonio:
Bonif. de Vitel. *in d. Rub. de teſti. nu. 5.*

76 De denunciatore & accuſatore criminis,
an poſſit eſſe teſtis, concludunt Dd. *& gl. in
c. in omni, de teſtib.* & tenent, quòd ſic, in de-
nunciatione Evangelica: in alijs autem de-
nunciationibus, quod non poſſit eſſe teſtis,
docuit Lancfran. *in d. c. 8. de teſt. depo. nu. 96.*
Lancil. *in d ſuo breviario, & in d. Rubr. in verb.
accuſator.*

77 Teſtis cæcus poteſt teſtificari de his, quæ
vidit antequam fieret cæcus: *l. notionem, §.
fin. ff. de verb. ſignifi. & ff. de teſt. l. 1.* vel ſi
deponat de formalibus verbis contrahen-
tium, quorum voces habet notas: Petr. à
Duen. *in regul. fall. regula. 605. in declaratione
4. Lancil. in d. loco, in verb. cæcus, de muto in
verb mutus.*

78 Furioſus & mente captus etiam non
ſunt teſtes: *ut in c. tua, 3. q. 7.* Angel. Maleſic.
*in verſi. qui judex ſtatuit num. 6. Lancilo. in d.
brevia. in verb. furioſus, ib.* ſi tamen habeat
intermiſſionẽ, eo tempore adhiberi poteſt.

79 Ebrius ſimiliter repellitur à teſtimo-
nio: quia ieiunus teſtis debet deponere: *d.
Lancilotus in verb. Ebrius.*

Item prodigus, vel is cui bonis eſt in- 80
terdictum, non admittitur in teſtem: *Lancil.
in verb. prodigus.* Timens litigator & libe-
ratus, non poſſunt eſſe teſtes: *item Lancil. in
verbis, timens litigator & liberatus.* ¶ Item re-
velans dictum ſuum utriq; parti, affirmanſ-
que ſcire, ad hoc ut produceretur in teſtem,
&c. *Lancil. in verb. revelans.*

Item repelluntur teſtes obſcuri vel igno- 81
ti: *ut in §. ſin. imm. Authen. de teſtib. Ang. in d.
verſi. qui judex ſtatuit, nu. 13.* ¶ Item non co-
gnoſcens perſonas, contra quas deponit: *ut
in c. licet, ex quadam ext. de teſtibus.*

Item repelluntur viles perſonæ ut me- 82
retrix, lena, tabernaria, leno, & ſimiles: *l. ob
carmẽ, §. fi. ff. de teſt l. humiliter, C. de ſecun. nupt.*
Bonif. *in d. Rub. de teſt. nu. 33. Lancil. in d. lo-
co, in verb. vilis, & in verbis leno & meretrix.*
De concubinario non admittendo, *docuit*
Lancilo. *in d. loco in verbo concubinarius.*

Item excipitur contra ſervum, & con- 83
tra illum, cui poteſt imperari ratione domi-
nicæ vel patriæ poteſtatis: Bonif. de Vitell.
in d. Rub. de teſtibus, n. 51. & 52. Ang. de Maleſi.
*in verſi. qui judex ſtatuit, num. 2. Lancil. in
verb. ſervi.*

De Muto, Cæco, & Surdo, an poſſint te- 84
ſtificari, *notavit idem* Bonifa. *in d. Rubr. de te-
ſtib. nu. 57. dicit,* quod non naturali ratione.
¶ Item excipitur contra teſtem, quod ſit
conſpirator & conjurator: *c. conſpiratores, 3.
q. 5. c. cum oporteat, de accuſa. c. licet Hely, de ſi-
monia, & c. per tuas, ext. de re judica.* Lancil. *de-
clarat in verb. conjurator.*

Item excipitur contra teſtem, quod de- 85
poſuit in re propria: *Lancil. in verb. re propria,
ibi docuit,* quot modis quis dicatur depoſuiſ-
ſe in re propria, & poſuit quinq; limitatio-
nes, Decian. *in conſ. 25. vol. 2.*

Item objicitur illi teſti, quòd ſit hæres 86
fideicommiſſarius univerſalis: item quod ſit
legatarius, & fideicommiſſarius particula-
ris: limitat duobus modis, *Lancilo. verb.
hæres.*

De venditore, debitore, creditore, do- 87
natore, & cedante, quatenus poſſint eſſe
teſtes, vel non, *notavit d. Lancilot. in verb. ven-
ditor, debitor, creditor, & cedens.*

Item, quod non juravit: *l. juriſiurandi, C.* 88
de teſt. Mynſing. *in obſer. 80. cent. 3.*

Sed an dicta teſtium, non jurato depo- 89
nentium, ſi poſtea jurent, fidem faciant, *(Cre-
brius obtinuit, quod non: niſi in continenti poſt
depoſitionem juramentum præſtent, & quidem
ultrò: nam ſi juſſi, non eſt veriſimile, eos ab initio
de juramento cogitaſſe, adeoq; atteſtationes verò
non valent. Ita contrarias opiniones Camera con-
ciliandas putavit,) docuit* Mynſing. *in obſer. 77.
cent. 4.*

Et pul-

90 Et pulcherrima de teſtis juramento,
(*Quod utriuſq; partis conſenſu remitti poſſit:
quanquam in matrimonialibus, alijſq; animarũ
ſalutem concernentibus, eo non obſtante, judex
iuramentum deferre debeat. Conſuetudine etiam
& ſtatuto induci poſſe, ut teſti iniurato credatur:
dum tamen de hominibus fide dignis, non promiſ-
cua multitudine ſtatutũ vel conſuetudo ſit:* Gey.
tradit in d. obſer. 101. nu. 11. & ſeqq.) *vide apud*
Geyl. *in obſer. 101. lib. 1. in obſer. præcedenti 100.
in fin. dicit,* quod in Auſtria & Bavaria nobi-
lib fit permiſſum deponenere per ſcripturã
ſine juramento corporali.

91 Opponitur etiam teſti, quòd non roga-
tus depoſuerit in caſib. ubi eſſet rogandus:
*de quibus Lanci lo. in ſuo brevia in d. Rub. in verb.
rogati.*

92 Item excipitur, quòd varium dixerint:
l. qui falſa, de teſtib. quòd omiſerint dicere
veritatem, vel quod eam occultaverint: *c.
illi qui, 6. q. 1.* vel quod non deponant veri-
ſimilia: *l. ob carmen, ff. de teſtib.* vel quòd di-
cant eundem præmeditatumq; ſermonem:
l. 3. §. 1. ff. de teſtib. vel dicant de diverſis de-
lictis, *c. licet de probatio.* vel de diverſis perſo-
nis, *l. ad probationem, C. de proba.* ſeu de di-
verſis temporibus, quàm in accuſatione vel
inquiſitione ſit deductum: vel etiam inter
ſe ſint varij de loco, & tempore, de quibus
deponunt *argument. not à per* Bart. *in l. denun-
ciaſſe, §. quod tamen, ff. de adult.* Angel. *refert
in d. verſ. qui iudex ſtatuit, n. 15. & in ſequentib.*

93 De teſte inſtructo de facti veritate; ut
meliùs recordetur. Licet dicat teſtis, ſe in-
ſtructum, tamen non vitiatur eius teſtimo-
nium: dummodo à veritate non recedat:
notavit per alios Mynſin. *in obſ. 75. cent. 3.* Item
objicitur teſti, quod ſimilem cauſam vel cri-
men habeat: Lancil. *in breviar. in d. Rub. ver-
bis ſimilem cauſam.*

94 Item excipitur contra teſtem, quod per
ſcripturam depoſuit: hoc enim regulariter
fieri non poteſt, niſi in quinq; caſib. de qui-
bus remiſſivè: *notavit* Geyl. *in obſ. 100. in fi. lib.
1. Fel. in c. de teſtib. ex de teſtib. dicit* Geyl. quod
obſervet conſuetudo in Bohemia, Auſtria &
Bavaria.

95 Objicitur etiam teſti, quod depoſuerit
contra illum, cui debuit reverentiam: Blanc.
*in rep. l. fin. ff. de quaſt. nu. 344. habetur in l. li-
bertor. C. de teſtib. notavit.* Salic. *in l. ſervos, C. eo.
tit.* Quid de Vaſal. contra dominum ſuum
feud. Lancil. *in ſuo breviar in Rub. aggredien.
perſo. teſtium, in verb. Vaſal.*

96 De teſte in facto proprio, & ubi tracta-
tur de eius commodo, quod illi non ſit cre-
dendum, *conſuluit* Deci. *in conſ. 25. volu. 2. ſed
ibi in pr. vide de teſtib.* inhabilibus & minus
idoneis admittendis, ubi aliàs veritas haberi
non poſſit maximè in criminalibus, ne ma-
leficia maneant impunita.

Imò dictum teſtis quomodo poſſit re- 97
duci per omnia decem prædicamenta Dia-
lectices: ita quod appareat, an verũ vel fal-
ſum dixerit: & bona de ratione teſtis, deq;
alijs multum utilib. in iſto materia, *vide per*
Bal. *in l. data opera, col. 7. 8. 9. 10. & 11. uſq; ad
verſ. revertor, C. de his qui accuſa non poſſunt.* Et
quomodo poſſint reduci ad concordiam,
docuit Zeſ. *in l. qua extrinſecus, n. 8. ff de v. oblig.*

De ratione in teſte, quomodo ſit redu- 98
cenda ad ſenſum proprium, *vide eundem* Bal.
*in l. non ignor. col. 3. verſ. ſi de factis, qua ætatem
hominis, C. de his qui accuſa. non poſſunt:* ideo ꝑ
ibidem omnium ſenſuum objecta recenſet,
& cuilibet ſenſui ſua objecta attribuit & dat
regulam, ſuper iſto non fieri ſenſationem,
niſi per appropinquationem debitam ſenſi-
bilis rei, ad ipſum ſenſuum: & ſic facilè colli-
gere quis poteſt, an pro ſtatu materiæ bonã
dixerit rationem. Et ſi non dixerit cauſam
ſcientiæ, depoſitio eius eſt nulla: *c. cum cau-
ſam, ext. de teſtib.* vel reddidit, ſed minus ſuf-
ficientem & ineptam: *c. præterea. ext. eod.* &
hoc intellige, ſi teſtis fuerit interrogatus de
cauſa: aliàs valebit teſtimonium nudè pro-
batum: *ut in c. ſicut nobis, ext. de re iud. gl. in d.
c. cum cauſam de teſt.*

Quòd tamen in his ſaltem procedit, quę 99
ex uno de ſenſib. immediatè comprehendi
poſſunt: aliàs corruit dictum, ſi nõ dicat ra-
tionem, etiam non interrogatus: declarat
exemplis Chil. Kôning. *in ſuo proceſſu, c. 78. n. 5.*
Alex. de Imo. *in conſ. 155. in 2. col. verſ. item non
probat, vol. 5.* & datur talis regula. Quotieſ-
cunq; aliqua res poteſt ſciri diverſis mo-
dis, niſi exprimatur modus, quo ſcitur, illud
dictũ dicitur obſcurum: & per conſequens
tanquam obſcurum non valet: docet per e-
xemplo, in modo probandi de valore rei, de
dominio, de poſſeſſione, Lancfr. de Oriano,
in ſua prax. c. 8. de teſt. depoſitio. n. 88. Soc. *nota-
vit in reg. fallent. reg. 496. & 497. vide ibi de-
clarationes pulcherrimas.*

Sed quælibet ratio qualiter ſufficit pro 100
modo ſubiecti, *declaravit* Bal. *in d. l. non igno-
rat. & in d. l. data opera, C. de his qui accuſa. non
poſſ. verſ. videndum quæ ſit nulla.*

Et regulariter teſtimonium de auditu, 101
alieno ſcilicet, quòd audivit dici, non valet:
*2. q. 1. c. inprimis, verſ. ſed & de perſonis, c. licet ex
quadam, ext. de teſtib. l. teſtium, C. de* Spec. *in
tit. de teſte §. 1. n. 53. verſ. qui,* Spec. *tamen ibi in n.
54.* adducit caſus ſeptem; in quibus ratio de
auditu bene valeat & procedat: adde, quòd
ſubſiſtat in antiquis, de quibus non exiſtit
memoria hominum: Alex. de Imo. *in conſil.
116. in fine, volum. 5. text. & ibi Dd. in c. licet ex
quadam, de teſtib.* & intelligitur de antiquita-
te centum vel ad minus quadraginta anno-
rum: *Innocen. in c. veniens, & in c. quid per no-
valiſ*

vale, de verb. ſignif. declarat Chil *in proceſſu, c. 78. nu 5.* Et ſuot aliqui caſus, in quib. admittitur teſtis de auditu: quos ponit Fran. Ripa *in l. 1. nu 86 ff. ſi certum petatur,* Moder. Hiſp. *in tract.* Joan. Croti. *de teſtib. 1. qu. nu. 366.* Abb. *in d. c. licet ex quadam, de teſtib. col. 2.*

102 Sed aliàs in caſib. ubi non habet locum, non probat, neq; adiuvante fama publica: *ut per* Alex. *in conſi. 25. col 2. vol. 4.* nec etiam favore piæ cauſæ: *ut per* Dec. *conſi. 154. incip. caſus proponitur:* ſed tamen teſtimonium de auditu facit aliqualem præſumptionem ſeu conjecturam: Hip. de Marſi. *in ſing ſuo 371. incip. teſtis de auditu:* & ibi dicit de operatione, effectu, & prodeſſe iſtius clauſulæ, *idem* Hip. *in ſing. 276. incip. parum & nihil.* Et quod transferat onus probandi in adverſarium, *notavit* Lud. Rom. *in ſing. ſuo 345. in c. teſtim. de audit.*

103 Sed teſtis deponens de auditu, ad hoc, ut eius dictũ plenè probet, requiritur: quod deponat, ſe ante litem motam audiviſſe: ſi enim dicat, ſe poſt motam litem audiviſſe, nihil probat, neq; ſemiplenè: quia poteſt eſſe, quòd motio litis traxerit famam iſtam: Lud. Rom. *in ſing. ſuo 753. incip. omni, & text. eſt in c. licet ex quadam de teſtibus.*

104 De ratione. De viſu dic, *ut per* Spec. *in d. tit. de teſte, §. 1. n. 55.* & ibi cadit materia. De teſte cæco, eſt tex. *in Auth. de hæred. & fal. §. ſi vero abſunt* Bal. *in l non ignorat, & in l. data opera, C. de his, qui accuſa. non poſſ.* Et nota: ratio viſus ſimpliciter prolata, intelligitur de viſione perſpectiva ſeu intuitiva: non de viſione intellectiva, abſtractiva à præſentia corporalis obiecti: Bald. *in d. l. non ignorat. col. 3. verſi. verb tamen viſus, C. de his qui acc. non poſſ.*

105 De ratione credulitatis, quod non probet, *notatur per Cyn. & Dd poſt gl. in l. teſtium, C. de teſtib.* Spec. *in tit. de teſte, §. 1. nu. 58 & ibi vide* Joan. Andr. *in additione,* Specul. *in d. loco* vult, quod deponens de credulitate interdum admittatur: Alex. *in conſi. 70. in 3 col. vol. 2.* Quinimò, etiamſi teſtis dicat, ſe pro certo credere, non probat, etiam præſumtivè: *ſecundum* Barto. *in l. ſive poſſidetis, C. de probatio.* fallit, niſi adjiciat rationem credulitatis, & originem: *c. tertio loco, & c. literas, de præſum.* & fallit, quando depoſitio tendit ad defenſionem, vel quando depoſuit teſtis per rationem naturalem: Cyn. *in d. l. teſtium, C. de teſtib.* Joan. Andr. *in d. additio ad Spec. de teſte, §. 1. n. 58.* Hipp. de Marſ. *in ſing. ſuo 19. incip. tu ſcis.* Ang. de Maleſi. *in verſi. qui judex ſtatuit, n. 22.* Pro defenſione autem quòd plenè probet, *dixit* Joan. de Arno. *in ſing. ſuo 24.*

106 Cauſa, (quia ſum vicinus & conjunctus) an, quando, & in quibus caſibus talis cauſa probet *vide* Alex. de Imo. *in conſi 50. in 4. col. verſ. item interrogatus, vol. 5. dicit,* quod ſufficiat in his, quæ poſſunt in genere ſciri univerſaliter per vicinos & conjunctos: ſecùs, ubi tractatur de probatione aliorum, quæ in genere ſciri non poſſunt: vel in caſu, ubi nõ ſufficit probatio præſumtiva: quia non probat: Bald. *in l. conventiculam, C. de Epiſcop. & Cler.* Dec. *conſi. 92. vol. 2 n. 97. & 103.*

De ratione, (puto verum,) ſi dicat ſine 107
alia ratione per ſenſum proprium, non concludentem, non probat: ſecus, ſi ſic ponat cum ratione: ratio enim trahit ad ſe dictum, & dat eſſe dicto: Bal. *in d. l. conventiculam, C. de Epiſc. & Cler. idem* Bal. *in l. data opera, C. de his, qui accuſ. non poſſ. Chil. in ſuo proceſſu, c. 78.*

Excipitur etiam contra teſtem, quia ce- 108
leriter & repentè, antequam audiverit legi articulum depoſuit: dicit enim, falſum deponere & mentiri, Lud. Rom. *in ſing. ſuo 450. incip. an ille,* & ibi, teſtis in mora conſiſtens, videtur dubius. & ſe offerens ad teſtificandum, habetur ſuſpectus: *dicit Nicol. in addit. ibid. tenuit* Hipp de Marſi. *in ſing ſuo 140. in c. teſtis qui offert:* attamen (dicit) limita & reſtringe, hoc non habere locum, quando eſſemus in materia, in qua ageretur de peccato evitando: quia tali caſu teſti ſe offerenti crederetur.

Item opponitur teſti, quod ultrò ad te- 109
ſtificandum ſeſe obtulerit: quia pro ſuſpecto habetur: *arg. l. quæ omnia, §. ſed etſi adverſarius, ff. de procur. poſuit* Mynſin. *in obſ. 3. cent. 4.* Decian. *in conſi. 92. vol 2. n. 125.*

Objicitur etiam teſtib. quod ſint ſingu- 110
lares: illis enim regulariter non creditur: *ut habetur in c. bona, de elect. in c. cũ dilectus, eo. tit.* neq; poſſunt conjungi, quotcunq; ſint: Alex. de Imo *in conſi. 19. & 20. vol. 4.* non probant, neq; faciunt indicium: Ang. de Maleſi. *in verſ. qui judex ſtatuit, n. 22. & ibi apoſtill.* Hippo. de Marſi. *in ſing. ſuo 114 incip. vulgatum & tritum eſt,* ſimiliter probavit, quòd ſingulares teſtes tantum probent quantum unus: *ſecundum* Bal. *in l. iuriſiurandi, C. de teſtib. & alios.*

Sed dat unam limitationem, ſcilicet ſi 111
teſtes ita ſint nobiles, quòd judicem ducant ad indubitatam fidem: judex etiam tunc nõ debet curare illam ſingularitatẽ, ſed ſecundũ eos debet iudicare: *dixit mirabiliter & ſingulariter ſic tenere* Paul. Caſt. *in l. admonendi, ff. de iureiurando,* Geyl. *in obſ. 66. lib. 2. n. 10.* Cla. *in pract. crim lib. 5. §. fi. q. 53. nu. 18.* & ibi de principis depoſitione, an illi ſoli credatur.

Neq; juramentum ſuppletorium ad te- 112
ſtes ſingulares defertur: Bal. *ſingulariter in l. de quib. ff. de legib. idem* Bal. *in Rub. C. de proba.*

Sed quomodo ex dictis teſtium colli-
gatur ſingularitas, ſcilicet quando dicta te- 113
ſtium ex diverſitate factorum ſeparationem recipiunt: Bal. *in l. 1. C. ſi unus ex plurib. appellet:* licèt in cauſis ſcientiæ non concordant, tamen non ſunt ſingulares, ſi purè concor-

dans

dant in dicto: dicuntur enim teſtes deponere ad eiuſdem rei finem per diverſa verba: Geyl. *in obſ.66. lib.2. n. 10. declarat optimè per exempla Lancſ. de Oria. in ſuo prax in c.8. de teſti. depoſi. nu.23. Et ibi per illum, in verſ. circa iſtum teſtium ſingularitatem*, vide, qualiter ex congrua verborum interpretatione, teſtes poſſint ad concordiam reduci, ne dicantur ſingulares; ſecus autem, ſi fieret aliqua extrinſeca ſuppletio: *allegat*. Bal. *in l. de quib. ff. de legib. vide* Chil. Köning. *in ſuo proceſſu, c.81.* Von den einzlichen Gezeugen. Et teſtes per varia media ad unum finem tendentes, quod non dicantur ſingulares, *dicit* Mynſing. *in obſ. 76. cent.3.*

114 Et in quibus caſib. vel quando, probando in genere, (*Cum furor aut infantia in genere probanda ſunt, teſtes ſingulares ſufficiunt: cum in ſpecie, non ſufficiunt. Ita contrarias opiniones domini aſſ. ſores Cameræ conciliarunt.*) vel ſpecie ſingulares teſtes admittantur, & probent vel non, *docuit ibid.* Mynſing. *in d. obſer. 78. cent 3.* in caſibus juris venandi & decimandi, vel in genere aliquid probandi, puta quẽ eſſe furioſum vel infamem, quod teſtes ſingulares probent: reſpectu enim finis concordare eos voluit, Gey. *in obſ.66. lib.2. n.12. & in ſequentibus.*

115 Excipitur etiam contra teſtimonium, quòd productus ſit ſaltem teſtis unicus: teſti enim unicò regulariter nõ creditur: quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum: *c. in omni, & c. licet, extr. de teſti. l. ubi numerus, ff. eo.* ¶ Sunt tamen plures caſus, in quibus unus teſtis plenè probat, quos ponit Spec. *in titu. de teſte, §. reſtat, in verſ. hoc tamen fallit*, ubi enumerat 10. caſus, in quibus unicus teſtis plenè vel ſaltem ſemiplenè probet.

116 Dictis caſibus adde unum: quando videlicet ſumus in cauſis brevioribus: nam in talibus caſibus probatio per unum teſtẽ, vel per famam dicitur plena, adeo quod non eſt neceſſe deferre juramentum in ſupplementum probationis: ſimiliter in judicio poſſeſſorio, ubi dicitur agi de levi præjudicio: *notavit* Hip. de Marſi. *in ſing ſuo 433 incip. tritu & vulgaris:* & aliquas fallentias remiſſivè poſuit, Pet. de Raven. *in aureo Alphab. lit. T. verſi. teſtis, col. 1. ibi & regulariter Bart. in l. 1. C. quor. bono. latius* Iaſ. *in l. admonendi, ff. de jurejuran.*

117 Et in caſu ſtari dicto unius teſtis ex voluntate & diſpoſitione defuncti, cuius ſolius diſpoſitioni ſtaretur, *habetur in l. Theopompus, ibi* Bar. *& gl ſi ff. de dote prælega, & per illã gl. notavit* Guliel. de Lud. *in ſing. ſuo 27.*

118 Item dictum unius teſtis operatur aliũ mirabilem effectum: quia excuſat accuſatorẽ à pœna talionis: *ſic per* Bel. Hipp. de Marſ. *in ſing. ſuo 74. incip. in ore duorum.*

119 Quando ad quæſtionem vel torturam unus teſtis faciat indicium, vel ſemiplenam probationem, *habetur in gl. penul. d. l. Theopompus, ff de dote praleg. in gloſſ l. 2. C. ad l. Jul. mayeſt. & habetur in l. maritus, ff. de qu. notavit* Amanel. de Cleris *Aquis, in ſing. ſuo 115.*

Quod ſufficiat de aliquo impedimento probando matrimonij, *notavit* Lud. Rom *in ſing. ſuo 622. incip. dictum unius.* ¶ Item unius teſtis dictum, quòd faciat plenam probationem, quando nulli principaliter præjudicium infertur: & eſt commodum alicuius, puta, quòd aliquis ſit baptizatus, vel Eccleſia conſecrata, *tenuit cum* Spec. *in §. reſtat. de teſti.* Pet. Gerar. de Petra Sanct. *in ſing. ſuo 49. incip. nota regula, n. 2.* 120

Item unus nobilis teſtis facit ſemiplenã probationẽ: adeò ut in defectum probationis juramentum ſuppletorium deferri poſſit, ſecundum formam: *l. admonendi, ff. de jureiur. & l in bona fides, C. eo. tit. notavit* Lud. Rom. *in ſing. ſuo 694. incip. teſtib. notavi ſupr. in lit. I. verſi. de juramento ſuppletorio.* Sed illud (quod dicitur ſemiplene probaſſe unus teſtis,) eſt verum, ſi deponat cum cauſa: ſecus, ſi ſine cauſa: *ita dixit* Bel. *in c. 1, §. non autem de controverſia inveſti. in uſib feud.* Corſ. *in ſing. ſuo in verb. teſtis 3.* quid de principe, qui ſolus dixit teſtimonium, an probet, (*Si quidem princeps ſe ipſum vidiſſe teſtes credatur eius dicto, etiam qua ad condemnationem: ſi coram alijs geſtum eſſe quid intellexerit, & de eo teſtetur, dictũ eius non ſufficit: quia fortaſſis malè informatus eſt.*) Clar. *lib 5. § fin. qu. 53. n. 21.* 121

Sed quæritur, an poſſit rex aliquis vel communitas, non recognoſcens ſuperiorem, ſtatuere, ut ſufficiat unius teſtis dictum, & credatur ſolius Epiſcopi vel Marchionis dicto? habetur, quòd ſic, *in c. omnes, 11. q. 1 & dixit* Lud. Rom. *in ſingul. ſuo 361. incip. tu ſcis.* 122

Quòd autem Papa non poſſit ſtatuere, ut credatur unius teſtis dicto contra partem, *eſt tex. in c. judicas* Herm. *3. q. 9.* Clar. *in pract. crim. lib. 5. § fin. quæſt. 53. n. 20.* ſecus autem ex juſta cauſa & in certis cauſis: *ut per* Inno. & Abb. *in c. nuper, de teſtib. & in l. 1. §. ſi. ff. de verb. obl.* diſputant Dd. nunquid partes poſſint facere, ut credatur uni teſti: Lud. Rom. *& ibi Pigno. in addi. in ſing. ſuo 715. incip. an Papa.* 123

Alius eſt caſus, in quo teſti unico creditur: *qui eſt in gl. fin. Art. 54. lib. 2.* LandR *volens.* Das dem Hirten von ſeinem Vihe alleine gegleubet wird / darumb das gemeiniglich bey dem Viehe nicht mehr dann ein Mann zu ſein pflegt. 124

Creditur etiam Medico unico, perito de vulnere: *ſecund.* Card. *in Clem. 1. in 12. q. de homicidio, & in c. preſbyterum, in gl 10. tit notavi ſupr. in lit M. verſi. de medico,* 125

Item ſoli nuncio, jurato de executione citationis: *gl. in c. cum parati, in verb. ſuus nuntiu, &c.* 126

cius, de appella, & notavi ſupr. in lit. C. verſi. de citatione. De præcone habetur *in Art. 8. lib. 1.* LandR. *ibi,* Der Frohbothen Erzeugnüß geſtehet vor zwen Mann: *vide ibi add. latinam in lit. E.*

127 Et notarius quòd repræſentet numerum duorum teſtium, *dixit Calcaneus in conſi. 48. col. 3. refert d. addi. latin. lit. E. Art. 8. lib. 1.* LandRecht.

128 Sed in aliquibus caſibus requiritur certus teſtium numerus, ultra iſtud dictum, quòd in ore duorum vel trium ſtet omne verbum: *c. omnium nego. ext. de teſtibus.*

129 Veluti in teſtamento: quia ibi regulariter requiruntur teſtes ſeptem: *l. hac conſultiſſima, C qui teſt facere poſſ de quo ſup. in hac litera, verſi. de teſt.* in codicillis & in donatione cauſa mortis quinq;: *l. ſi. C. de codicillis:* & ad probandum ingratitudinem contra Vaſallum ad feudi privationem, requiruntur teſtes quinq;: *text. eſt in tit. quot teſtes ſint neceſſa. ad proban. feud. ingratitu. in uſibus feu do.*

130 In ſimili ad probandam ſolutionem debiti, in ſcriptis contracti, requiruntur quinque teſtes: *ut in l. teſtium, C. de teſtibus.*

131 Idem in confeſſione ſolutionis: *ut in Authen. rogati. C. eo. alius caſus habetur in §. oportet vero, Aut. de fide inſtrum. Alvorot. ad d. tit. quòd teſtes ſunt neceſſar. ad proban ſen. ingratitu.*

132 Impugnatur etiam teſtis dictũ variantis & vacillantis: judex nullo modo poteſt procèdere ad ſententiã ferendã pro ea parte primò teſtificatus eſt: *Inno. in c. præterea, de teſtibus cogen.* item talis varietas in teſte operatur, ut ipſe teſtis poſſit torqueri, *ut habetur in l. ex liberto, & ibi in gl. ff. de quaſt.* De his & de teſte variante, *vide* Hipp. de Marſi. *in ſing. ſuo 103. incip. varietas in teſte.* Variantes autem teſtes, vel contrarium dicentes, in uno eodemq; judicio, (*Hoc caſu neutri dicto ſtandum eſt.*) in ſecundo judicio, (*Communis opinio eſt, quã & Camera ſequiritur, primæ depoſitioni credendum eſſe, etſi in poſteriori judicio teſtis contrarium deponat: prima depoſitio per ſecundũ debilitatur adeo, ut etiã juramento ſuppleri non poſſit.*) vel in judicio, & extra judicium, (*Creditur ſecundæ aſſertioni iudiciali, ex magis communis opinione, licèt nonnihil autoritatis ei decedat ex dicto contrario extrajudiciali, per quod etiam litigator excuſatur, quaſi cauſam litigandi habuerit* Mynſing. *cent. 6. obſerv. 14. Idem* Geyl. 1. *obſer. pract. 104. num. 7. & 8.* an probent, & an ſint puniendi de falſo: (*Ilig,*) & qualiter, *vide Clarum in pract. crimin. lib. 5. §. fin. quaſt. 53. à num. 7. uſq; ad num. 17. ibi, ſi teſtis controria deponat,* cui, primo an ultimo dicto, vel an nulli credatur 1 Hippol. de Marſil. *& alij Dd. in l. eos qui, ff. ad l. Corne. de falſis, Ang. de Maleſ. in verſi. falſario, & Mynſinger. in obſer. 86. cent. 1. 2.*

Falſum autem vel mendatium dicens non in principali, ſed ſaltem in acceſſorijs, quòd non criminaliter ſed arbitrariè puniatur, *notavit* Ioan. de Atoold. *in ſingula. ſuo incip. intendo.* 133

Quod autem teſtis dictum potius ſit ſalvandum, non cavillandum neq; Judaicè intelligendum: ſed coadiuvandum & concordandum, etiamſi verba improprientur, quando aliter cõcordari non poteſt: & qualiter iſtæ concordationes fieri poſſint & debeant, quò minus teſtis de perjurio vel falſo argui poſſit, *conſuluit* Decian. *in conſi. 40. vol. 2.* 134

De repulſione teſtium ex officio judicis. Quòd inhabiles teſtes judex teneatur repellere, etiam parte non petente, *voluit* Inno. *in c. intimavit, extra de teſtibus.* Imo judex quod de teſtium habilitate teneatur inquirere, *notavit* Corſet. *in ſingularibus ſuis, in verb. teſtis.* 135

De teſtibus inhabilibus admittendis. Quando nõ poteſt quid aliter probari, tunc ſunt admittendi, ſi judici videbitur, quod ſunt perſonæ bonæ conditionis, & ſint tales, quæ non peierent: *arg. l. conſenſu, C. de repud.* & hoc, ne iuſticia pereat: *c. dilecto, ad finem, c. venines, & c. in literis, ext. de teſtibus.* 136

Quod verum putat, ne veritas occultetur, Bonifac. de Vitell. *in tract. maleſ. in Rubr. de teſtibus, num. 53.* Et quòd ex neceſſitate quis admittatur in teſtem, qui aliàs non admitteretur, *notatur in c. 1. de teſtib. cogen. in l. conſenſu, C. d. repud.* Salicè *in l. ea quidem, in 5. qu. C. qui accuſa. non. poſſunt.* 137

Et in iſto caſu neceſſitatis, quando plures teſtes non inveniuntur, ſufficit unus teſtis: *dixit* Pet. Gerar. de Petr. Sanct. *in ſing ſuo 100. nu. 6.* Et quòd in ſubſidium admittantur teſtes nũ idonei, nec veritas occultetur: ſive cauſa ſit criminalis, ſive civilis, ex crimine vero, vel ex contractu, vel quaſi, *probatur in l. Divus, ff. de quaſtionibus.* 138

Sed quatenus admittantur cum tortura, vel ſine notvit, Matth. de Matheſi. *in ſing ſuo 188. inci. no quòd in ſubſidiũ:* Bar. *de hac materia examinavit in l. ex libero homine, ff. de quaſt. & ibi* Hip. de Marſi. *multos tenentes in hac materia cumulat.* 139

Et quòd probetur inhabiles, in illis, quæ ſunt difficilis probationis, poſuit exemplum in crimine læſæ majeſtatis, Pet. Gerard. de Petr. Sanct. *in ſingu. ſuo 23. nu. 8.* Aliud exemplum poſuit in probando de falſis taxillis, Corſet. *in ſing. ſuis, in verb. mors. 1. n. 3.* Mynſi. in caſu adulterij, *conſuluit in reſponſ. 1. deca. 1. reſponſ. nu. 32.* 140

De do-

141 De domeſtico admittendo, qui alias eſt inhabilis, vide declarationes 32, *per* Bernat. Diaz. *in regul. fallent. in regula 749. fol. 871.*

142 Item quod teſtes inhabiles vel minus idonei in caſibus, ubi veritas aliter haberi nō poteſt, admittantur, & credatur eorum dictis, *voluit* Hippol. de Marſil. *in repet. l. ſi fortè mulier. C. ad l.* Corne. *de ſica.* Quibus autem cautelis ſint admittendi, & cui incumbat onus probandi, quod veritas aliter haberi nō poſſit, *notavit ibi in n. 7. uſq. ad n. 21.*

143 Et quamſq; iſta doctrina habeat locum (*Quando videlicet ex natura negotii vel facti veriſimiliter habita & actu alii intervenire non potuerunt, & is qui hoc aſſerit, probare tenetur*), *pulcherrimè docuit idem* Hippo. *in ſingula. ſuo 73. incip plures ſunt: Et explicat* Mynſing. *in obſervatio. 16. centur. 3.* quòd etiam de conſenſu partium teſtes inhabiles poſſint habilitari, & atteſtationes invalidæ ratificari, ſi modo inhabilitas ſeu invaliditas ſit remiſſibilis per partes.

144 Et videndum eſt, an conſentiant partes in dicta, vel in perſonam tantum, ſeu in dicta & in perſonam ſimul: *tradidit* Hip. de Marſi. *in ſing ſuo 92. incip. Iste teſtis*: & ſic etiam dici poteſt, quod teſti inhabili, rogato à partibus, credatur: *gl. eſt in §. & licet, in Aut. de teſtibus* Bal. *in l. parentes, C. eo. & habetur in c. in nomine dom. ex de teſtib.* Mynſi. *in obſ. 3. cent. 4.*

145 De teſtibus reprobatoriis, quando ſint producendi regulariter, antequam publicentur teſtimonia priora, *voluit* Chil. Koning *in ſuo proceſſ. in c. 84. n. 2. referens* Lancfr. de Orian. *in ſua prax. c. 8. de teſt. n. 39.* differens, an ſola publicatio impediat, vel an ſit neceſſe, quod quis teſtificata didicerit, (*Quod utique neceſſe eſt, atque hac verior communior, & in* Camera *quoque approbata opinio eſt.* Mynſi. *cen. 6. obſ. 59.* Geyl 1. *obſ pract. 105. n. 3.*) de iſta probatione fienda, *vide* Spec. *in tit. de teſt. §. ſæpe teſtes, & ibi n. 7.* quærit & reſpondet, an quis ſuum teſtem poſſit reprobare, (*non poteſt.*)

146 Et nota, quod volens reprobare teſtes, quod hoc faciat per plures numero, quā primi fuerint, iuxta notata, *in c. in noſtra de teſt. & l. 3. ff. eo tit. & in hac materia vide* Clemen. *finalem, de teſtibus.*

De repetitione teſtium, *vide* Chil. *in pract.*
147 *ſua in c. 87.* von der wiederverhörung / *pertinet ad proceſſum, de quo notavi ſup. in lit. P. verſ. de probatione per teſtes.* De teſtium repetitione, quod admittatur de iure, (*Teſtis ſuper interrogatoriis vel articulo omiſſo repeti poteſt etiam poſt publicationem,* Mynſi. *cent. 1. obſ. 32. idem eſt, ſi non legitimè recepto ſint,* Geyl. 1. *obſ. pract. 105. n. 11. & 12.*) & in Cam. Imp. atteſtatur Mynſing. *in obſer. 64. cent. 3.* ſed teſtis ſecundario examinatus, referens ſe ad primum dictum, an probet? *docet.* (*Iudicantis hoc arbitrio rel* [illegible] *quit* Bart. *an eius depoſitionem admittere vel* [illegible] *necnè.*) Mynſing. *in d. obſ. 64. cent. 3. idem in 3. reſponſ. dec. 1. reſponſorū, n. 5.* & quatenus teſtes ſunt repetendi, quia noluerunt reſpondere ad interrogatoria, *idem in d. 3. reſpon. num 10. & in ſeq.*

Teſtis verum tacens, punitur etiam de 148
falſo, ac ſi falſum diceret: Vivius *deciſ. 389* ¶ Teſtem producens illius perſonam approbare dicitur, minimeque contra eum etiam in alia cauſa opponere poteſt: Vivius *dec. 400. n. 21. lib. 2.* ubi plura de teſtibus.

Deficientibus aliis probationibus in cri- 149
minibus obſcuris, ſocii criminis admittuntur in teſtes contra ſocios: Vivius *deciſ. 157. lib. 1.*

Ex quo delicta de nocte commiſſa ſunt 150
difficilis probationis, teſtes deponentes, ſe cognoviſſe delinquentem ad vocem, faciunt indicium ad torturam: Vivius *dec. 169 lib. 1.*

Principalis offenſus non poteſt depo- 151
nere, & ſi deponit, non facit indicium contra reum, niſi ſint alia indicia: Vivius *deciſ. 168. lib. 1.*

Teſtes in numero & quantitate diſcre- 152
pantes, an poſſint ſaltem in minori ſumma, in qua concordant admitti, Antho. de *Butr. conſi. 52. n. 1.* Item diverſimode circa æſtimationes rerum deponentes, poſſunt tanquam concordes admitti: *ibid. n. 2.* itē quando plures concordant in una ſumma, ſtamus parti majori *ibid. n. 3.* Caball. *milleloq. 245.* ¶ Non veriſimilia deponenti teſti non creditur: Vivius *deciſ. 199. lib. 1.*

Quando teſtes ſunt ſingulares in eorum 153
dictis, ſed tendunt eorum depoſitiones circa idem factum, faciunt indicium: Vivius *deciſ. 200. lib. 1.*

De teſtium comparatione, quibus ſci- 154
licet magis credatur. Teſtibus, qui reddunt cauſam, plus creditur, quam iis, qui vera dicunt, ſed de cauſa non ſunt interrogati: *Bal. in l. presbyteri, in fin. C. de Epiſcopo. &* Cler. Corſe *in ſing. ſuis, in verb. teſtis 4.*

Teſtes tabelliones præferuntur aliis te- 155
ſtibus non tabellionibus: *gl. eſt in* Auth. *de hæred. & falcidia, §. ſi vero, in fi. & prin gl. magna.* Decian. *conſi. 59. vol. 3. n. 4.*

Item ſtandum eſt teſtibus dignioribus, 156
& melioris famæ: & magis creditur religioſis, quam laicis: *text. eſt, & ibi notat.* Abb. *in c. in noſtra, de proc.* Dec. *conſi. 59. vol. 3. n. 3.* ¶ Et magis creditur tot teſtibus, quam totidem iudicibus: Corſet. *in ſing. ſuis in verb. teſtis 5.*

Duo teſtes maſculi præferuntur duab. 157
mulieribus ratione inſtabilitatis, quam in ſe habent. *Bal. in l. ſi ff. de fide inſtrum.* Corſet. *in ſing. ſuis, in verb. teſtis 6.* Mynſing. *in 2. reſpon. dec. 1. reſpon. n. 24.*

Mynſing. *in 2.reſponſ.decad.1. reſponſ.n. 22.& in ſequen. inter alia voluit*: quod præferantur deponentes pro poſſidente, vel pro eo, cui aſſiſtit lex vel conſuetudo, *& ibid n.30.* affirmat paucis, quod numerus teſtium impleat, quod deficit in fide: Decian. *in conſ.4 vol.3.n. 25. & in multis ſeqq idem conſ.59 vol.3.*

174 Teſtis, qui geſſit negotia circa quę vertitur lis, magis probat, quam alius: *l. conſenſu, §. ſi in plagis, C. de repe.*

175 Item teſtis carceratus præſumitur magis verum dicere, quàm alius: *argumen. c. viſis, 16 in q. 1.*

176 Item teſti repetito, & cum iuramento idem deponenti, plus creditur: Bart. *in l. ult. C. de teſtib.*

177 Item teſtis aufugiens, ne contra aliquem examinetur, & tandem ſe patitur examinari, multum probat. *iuxta nota per gloſſam & omnes in c. dilectus, de teſtib. & in c. 1. & c. ſuper, eo de teſtibus.*

178 Item teſti approbato in tantum creditur quod non poſſit improbari: *l. ſi quis teſtib. ubi omnes,* C. *de teſtib.*

179 Item præſumitur pro teſte in alio, quando in uno verum dixit: Inno. *in c. fraternitatis, de haredi. de his omnibus* Decian. *in conſ. 62. vol.3.n.26.& in ſeq.*

180 De interpretatione intellectu & ſuſtentatione dicti teſtis, Dicta teſtis ſunt juvanda, & non calumnianda: debent interpretari, ne ſint captioſa: debent benigne interpretari, ut repugnantiam non Induant: & interpretatio ita eſt facienda, ut actus potius valeat: Bal. *in l. de quibus col. fin. ff. de legib.* Ange. *in l. ex militari, in fin. C. de teſt. milita.* Dec. *in c. tertio loco, de probatio,* Alex. de Imol *in conſ. 141. & in conſ. 56. vol. 2. l quoties, ff. de rebus dubiis, cum ſimilibus: per illa ſic conſuluit* Sylva. *in conſ 94. n. 13. l. lib. 2.*

181 Et qualiter ſic ſint ſalvanda & concordanda, etiam cum impropriatione verborum ne teſtis incurrat perjurium vel falſum, *conſuluit,* Decian. *in conſ. 40 vol 2 per totum.*

182 Sed teſtimonium dubium vel ambiguum, contra producentem venit interpretandum: *c. in præſentia, ext. de proba. l. inter ſtipulantem §. ſi Stichum, & ibi notat Bart poſt gl. ff. de verb. obligat.*

183 Et nota, quando optima opinio teſtium eſt cauſa inductiva plenæ probationis, quæ alias plena non eſſet: tunc de optima opinione teſtium eſt articulandum, & probandum, & ſic eius dictum ſolvendum & ſuſtinendum: *tenet* Matth. de Mattheſ. *in ſing. ſuo 1. in fin. per multa iura, quæ ibi inducit.*

184 Et ſunt teſtium depoſitiones intelligendæ ſecundum uſum loquendi regionis: imò ſecundum illum uſum, qui erat tempore depoſitionis: Matth. de Mattheſ. *in ſing. ſuo 102. incip. quod ſi capitulum.* Et quod probationes & dicta teſtium, ex communi uſu loquendi certa reddantur: & alia bona de interpretatione ſecundum uſum loquendi, *vide per* Gabri. Sarcii *in addit ad d. ſing 102.* Matth. de Mattheſ *notant gl. & Dd. in l. ſtipulatio iſta, §. hac quoque ff. de verb. oblig.*

Sed teſtis, ſecundo examinatus, an ſufficiat, quod ſe referat ad primā ſuam depoſitionem? ſufficere dicit, tamen cum ſalutari aliquà clauſula, *(Clauſulam hanc, qua teſtis repetitis ad priorem depoſitionem ſe refert, perjurii evitandi modum eſſe ſcribit: docet etiam petere poſſe teſtem à iudice, ut ſibi acta prima depoſitionis inſpicienda dentur.)* Geyl. *in obſerv 104. lib. 1. & ibi* docet, qualiter per contrariam aliquam aſſertionem derogetur primæ depoſitioni, vel non. 185

Teſtis eſt omni exceptione maior, quando nulla imputatio poteſt fieri contra eum, & penitus nullum patitur defectum: *gl. in §. item verborum, Inſtit. de inutilibus ſtipulat & gl. in c. circa litem, de conſanguin. & affin* Et integer teſtis eſt, qui à jure non repellitur: *l. popularis ff. de popu. actio notavit* Anto. Blanc. *in repet. l. fin ff. de quaſtion. n. 316. & 320.* Teſtes omni exceptione maiores, in quibus caſibus requirantur, *vide* Lancelot. *in ſuo breviar. in Rubr. aggredien. perſonas teſt. in verb. omni exceptione maior.* 186

Teſtes dicuntur deponere de veritate rei 187 & facti non ſolum quando deponunt de ipſo contractu, veluti de mutuo & depoſito, ſed etiam de confeſſione. ſi apocha eſt confecta ſuper confeſſione, quia ſufficit quod atteſtentur de contentis in ſcriptura, ſed tunc requiritur ut teſtis ſit peritus: Stephan. Gratianus *in additio. ad deciſ. 94. provinc. Marchia* Sardus *dec. 71. n. 8. & dec. 137. n. 7. & conſil. 144. n. 2 lib 2.*

Teſtes examinati inter alios faciunt ſe- 188 mipienam probationem quando ſunt mortui: Stephanus Gratianus *in addit. ad dec 94. provinc. Marcb.* Ozaſ. *dec. 38. n. 6.* Sardus *dec. 103. per totum* Natta *conſ. 160. n. 44. & 394. n 21.* Bartol. *in l. admonendi n. 45. de iure iurando.*

In probatione quæ per teſtes fit, tunc te- 189 ſtes debent cognoſcere contrahentes ſi ſuper eorum actibus teſtificantur, ſecus ſi probatio ſit per inſtrumentum, quia tunc non eſt neceſſarium quod teſtes cognoſcant contrahentes, vel illos cognoverint quia ſtatur inſtrumento, dummodo non ſimul in inventario vel in inſtrumento in ſcriptis confecto ab imperito literarum, quia requiritur cognitio in iſtis caſib. Stephan. Gratian. *in addit. ad dec. 116. Marcb.* Bertaz *clauſ. 2 gl. 2 n. 7* Felin. *in c. cum cauſam de teſtibus* Baldus *in l. 1. ff ſi ex noxal. cauſa agatur.*

In antiquis magis creditur inſtrumen- 190

tis propter oblivionem quam teſtibus: Ioh. Baptiſta Coſta *conſ.68.n 8.*

191 Teſti unico depoonenti de facto proprio non eſt adhibenda fides, quod non procedit in notario, illi enim creditur in his quæ ſpectant ad officium ſuum. 2. in mediatore, illi enim creditur de facto proprio, ſi ad eum nõ ſpectet commodum laus aut vituperiũ: Stephanus Gratianus *in addit. dec. 240.* Aym. *conſ. 491.* Caputaqu. *dec. 267. par. 3.* Achil. de Graſ. *dec. 7. n. 2. de teſtib.* Simon de Prætis. *conſ. 151.*

192 Teſtis ſingularis probat contra producentem: Cavalcan. *deciſ. 12 n. 46.* Stephanus Gratian. *in addit. deciſ. March. dec. 221.* Gabriel. *de teſt. concl. 1. ampl. 5.* Romano. *conſ. 104.* Cravetta *conſ. 201. n. 5. & 7.*

193 Statutum puniens producentem falſos teſtes habet etiam locum in uno teſte: Stephan Gratian. *in addit. deciſ. March. dec 4.*

194 Quoties veritas aliter haberi non poteſt, teſtes etiam inhabiles & minus integri admittuntur, quod tamen ita intelligendum eſt, ſi ex natura & qualitate negotii ne: o alius niſi inhabilis poſſit haberi teſtis: D. Fridericus Pruchmannus *in l. in multis 1. part. principal memb 2. artic 9 n. 17. ff. de ſtatu hominum* Iohan. Arelat. *in add. ad* Alciat. *de præſumpt. 47.* Plotus *trà. de in litem iur. §. 4. n. 21.* Hippol. de Marſil. *ſing. 73.* Petrus Gerardus de Petra *ſing 24.* Rolandus à Valle *conſil. 14 n. 67. vol. 7. & conſ. 7. n. 15. eodem vol.* Alexander *conſil. 64. n. 5. vol. 1. conſ. 148. n. 6. conſ 151. n 32 vol. 1.*

195 Fœmina in cauſis feudalibus non eſt teſtis, niſi fuerit convaſalla: Maſcardus *de probation concl 764 n. 2.* Iod. Damhouderus *pract crim. c. 50 n. 24.* Petrus Roizius *dec. Lituan 3. n. 538 verſ. derogatur* Tiraquel. *de LL. connubial. l. 9. num. 65.*

196 Fœmina à Iudæo contra Chriſtianum in teſtem produci non poteſt, id enim odio Iudæorum receptum eſt, igitur cauſæ veritatem per duos viros teſtes probet neceſſe eſt *c. licet univerſis sext. de teſtib.* Frider. Pruchman. *in d. l. in multis artic. 14 par. 1. memb. 2.*

197 Lex vel Canon in materia teſtium nunquam, virorum peculiatim meminit vocabulo, niſi ubi quid diſcriminis conſtituere inter viros & fœminas voluerunt: Pruchman; *allegato loco n. 8.* Aym. Cravetta *de antiq. tempor. p. 1. verſ quæritur n. 35.*

198 Fœmina ut teſtis in l. ſcripturas C. qui potiores in pignora habentur. admitti non poteſt, quia lex facit tantum mentionem virorum: Ioſeph Maſcardus *de prob concl. 764. n. 5.* Caſſaneus *in conſuetud. Burgund. rub. 7. § 4. gl. 5 n. 1.* Ripa & Ioachimus Beuſt *in l. admonendi ff. de iureiuran.* Cotta *in memorab. verbo Mulier* el. a. Franc. Cremanſis *ſing. 144.* Cravetta *de antiqu. tempor. p. 1. n. 34,* Pruchmann *in l. multis art. 12. membr. 1. part. principal.*

Fœmina ſi ſit nobilis vincit ſuo teſtimonio maſculum ignobilem: Pruchmannus *in l. in multis art. 17. memb. 2. 1. part.* Petrus Gerardus *ſing. 11.* Tiraqu. *de nobilit. c. 20. nu. 53.* Maſcardus *de probation. concl. 1095. n. 8. vol. 2.* Petr. Roizius *deciſ. Lituan 3. n. 44.* 199

Teſtes pro reo deponentes data paritate præferuntur actoris teſtibus etiamſi hi legaliores fuerunt: Panormitanus *in c. in noſtra n. 4 ext. de probation. gl. c. clerici 81. diſtinct. quia abſolutio favorabilis eſt.* 200

Quando in teſte requiritur aliqua per legem vel ſtatutum qualitas illa eſt deducenda & probanda, nec ſufficit generalis præſumptio quod quis præſumatur idoneus & bonæ conditionis, quia alias ſtatutum fruſtratoriè illam qualitatem requireret & exemplificant Dd. in l ſcripturas C. qui potiores in pignore habẽtur, ubi dicit lex quod teſtes ſint integræ & probatæ conditionis, nam tunc illa qualitas articulanda & deducenda eſt, alias generali præſumptione lex contenta fuiſſet: Caſp. Anton Teſſaur. *qu for, 80* Roland. à Valle *conſ. 84. lib. 3.* 201

An ſtante ſtatuto ſeu decreto pœnam imponente falſo teſti eadem pœna locum habet in ſubornante: Aff. Caſp. Anton. Teſſaur. *qu forenſ 15.* Ozaſcus *deciſ. 67.* Anton. Sola *in antiqu. conſtit. Saband. tit. de falſ gl. 3. in princip.* Iohan. Baptiſt. Plotus *conſ. 95. n. 11. 12.* Afflictis *in conſtitut. regni c. qui falſitatem n. 9. in conſtit. eos qui ſcienter n 26.* 202

Subornatio teſtium quomodo probatur per eoſdem teſtes qui dicunt ſe ſubornatos eſſe, quando non poſſunt haberi aliæ probationes, modo quædã præſumptiones & adminicula concurrant, ſi autem teſtes viles fuerint, tunc illis abſque præcedente tortura non creditur: Caſp. Anton. Teſſaur. *qu. forenſ. 15.* Iulius Clarus *in § falſum n. 5.* Ioſeph Maſcardus *concl. 1341. lib. 3.* Boerius *dec. 319. n. 5.* Guid. Papæ *conſil. 75.* Franc. Marc. *qu. 488, num 4.* 203

Teſtis ſubornatus an dicitur qui pecuniam accipit pro veritate dicanda? N. nam non ſubornatur ut falſum dicat. Caſp. Anton. Teſſaur. *qu. forenſ. 15. n. 5.* Ludov. Roman. *ſing. 330.* Speculator *in tit de teſte §. 1. verſ. quid ſi dederit pecuniam.* 204

Teſtes in teſtamento an debeant eſſe omni exceptione maiores? N. modo capaces ſunt factionis teſtamenti: Flores Diaz de Mena *variar. quæſtio. lib. 2. quæſtion. 1. num. 20.* Burg. de Paz. *in l. 1. Tauri concluſio 5. numer. 357.* 205

Iudex poteſt adhibere teſtibus ſingularibus in cauſa criminali non ad effectum puniendi, ſed vel ad effectum inquirendi, capiendi, torquendi, vel ad probandum aliquem articulum incidentem ſcil. ad repellendum 206

lendum vel inhabilitatem perſonæ; Flores Diez de Mena *lib 3. var. qu. 22. n. 48.*

807 Teſtes ſingulares ſingularitate obſtativa nullam fidem faciunt, ſingularitate diverſificata, etiamſi ſint mille, faciunt tantum ſemiplenam probationem, quidam tamen volunt ut plus quam ſemiplenam faciant. Teſtes ſingularitate adminiculativa ut quando agitur, exempli cauſa, ad probationem juriſdictionis & dominij plenè probant, late de hac materia agit. Florez Diaz de Mena *lib. 3. qu. 22. à n. 38 vide* Iohan. Burram *conſ. 2. conſ 32.* Iohan. de Roias *de hæreticis aſſert. 6.* Centetan. *in ſuis queſtion. crimin. c. 2. de teſtibus à n. 7.*

808 Teſtis ſub falſo nomine vocatus an comparere teneatur? Aff. quia error in judiciis de proprio nomine non obſtat: Franc Pfeil *conſ. 169. centur. 2.*

809 Licet reo qui in terminis probatoriis neque perſonas, neque dicta teſtium ſolenniter impugnavit poſt publicationem etiam lata ſententia redarguere teſtes, nam falſitas teſtium etiam poſt ſententiam allegari poteſt: Franc. Pfeil *conſ. 168. cent. 2.*

810 Si duo teſtes interrogati ſint qua moneta Titius acceperit pecuniam à Sempronio & alter dicat in ærea, alter in argentea teſtes hi habentur ſingulares non conteſtes, nam teſtes etiam in cortice verborum convenire debent quando quis certo modo interrogatur Anton. Queſada *c. 16. var. qu. n. 28.*

811 Diſtantia loci non facit teſtes varios nec ſingulares, quando factum eſt reiterabile ſicut eſt adulterium unde illi non ſunt ſingulares qui dicunt ſe vidiſſe commiſſum adulterium in uno loco alter in alio, quãdo probabilibus argumentis coadiuvantur: Anton. Queſade *d. loco n. 29.* Capella Toloſana *quæſtion 11.*

812 Utilibus teſtibus non creditur niſi cum tortura: Anton. Queſada *d. loco n. 31. in criminibus Blaſphemia etiam cum tormentis tantum probant* Iacob. Marchiſel. *qu. 50. lib. recollectar.*

813 Teſtis unus in antiquis plene probet maxime ubi agitur de modico præjudicio: Ioh. Bapt. Coſta *conſ. 41. n. fin.*

814 Teſtium contrarietas quæ non verſatur circa principalis negotii cardinem non officit, etiamſi teſtes de auditu, auditu auditus deponant: Ioh. Baptiſt. Coſta *d. conſ. n. 21.* Vincent. Carocius *dec. 67.*

815 Teſtibus de metu deponentibus magis creditur quam de ſpontanea voluntate: Iacob Marchiſel. *qu. 104. n. 7. lib. recollectar.*

816 Quando teſtes diverſi de maiori & minori ſumma ratione conſuetudinis dubitæ deponunt, in minori cenſentur concordare quia minor ſumma ineſt majori: Iacob Marchiſel. *qu. 13. n. fin. lib. recollect.*

Confeſſio extra judicialis probatur per teſtes ſingulares quando ſunt notabiles & fide digni, & quando invicem compatiuntur: Iacob. Marchiſel. *qu. 93. lib. recollect.* 817

Teſtes deponentes leſionem dubii litis eventus debent eſſe valde periti: Iacob. Marchiſel. *qu. 107. n. ſing. lib. recollect.* 818

Si teſtis negativam deponens reddit rationem ſui dicti concludentem explicatè vel implicatè videlicet quod actus fieri non potuiſſet quin ipſe vidiſſet vel audiviſſet aut ad eius notitiam veniſſet, idque veriſimile ſit, negativam concludenter probat neque falſi incurrit ſuſpicionem: Iacob. Marchiſel. *qu. 122. lib. recollect.* 819

Teſtes poſt publicatas atteſtationes in judicio nullo, poſſunt in alio judicio nec negato examinari, dictumque eorum, quamvis diminutum à primo, ſuppleri debet propter oblivionem ipſorum teſtium ſecundo loco examinatorum, quando inter primum & ſecundum examen non modicum effluxerit intervallum, in ſecundo tamen examine non poteſt teſtis habere relationem ad primas depoſitiones invalidas: Iacob. Marchiſel. *qu. 113. lib. recollect.* 820

Teſtes deponentes ſuper interrogatoriis probant contra interrogatorem etiamſi extra capitula fieret interrogatio: M. Anton. Peregrin. *conſ. 75. n. 15. vol. 4.* 821

An teſtis per literas deponere poſſit? Negat quia iudex etiam faciem teſtis conſiderare & inſpicere debet: Iacob. Marchiſel. *qu. 151. n. 9. lib. recollect.* 822

Teſtis ſi corruptum ſe fuiſſe dicat ſententia lata non retractatur etiamſi in articulo mortis: id allegat Iacob. Marchiſel *d. qu.* 823

Teſtis ex intervallo dictum ſuum corrigere non poteſt alias ſtatur primo dicto: Marchiſel. *d. qu.* 824

Teſti non iurato creditur quando cauſa iuris ſolennitate omiſſa vel ſola veritate inſpecta cognoſcenda eſt Iacob. Marchiſel. *in alleg. a. qu.* 825

Teſtis producens poteſt impugnare eorum dicta non perſonas: M. Anton. Peregrin. *conſ. 75. n. 13. vol. 1.* 826

Teſtium varietas, in circumſtantiis non in ſubſtantialibus, non obſtat: Peregrin. *conſ. 94. n. 9. vol. 2.* 827

Teſtes ubi inhabiles ſunt an numerus ſuppleat fidem? Aff. ſed tamen non ſufficiant ad condemnationem ordinariam: M. Anton. Peregrin. *conſ. 1. à n. 7. vol. 1.* 828

Teſtis varii dictum prævalet quod aſſeruit in tertia tortura *conſ. 138.* 829

Teſtes produci poſſunt ſuper eiſdem capitulis perempta inſtantia: Garſ. Maſtril. *dec. 70. n. 1.* 830

Teſtis de credulitate deponens probat, 831

in iis quæ præſumptivè probantur, ſi credulitatem ſuam quibuſdam adminiculis confirmet: Cæſar Barzius *deciſ. 120. n. 18.*

232 Teſtis unicus omni non eſt omni exceptione maior nedum ſemiplenam probationem non facit, ſed neq; etiam indicium aliquod producit: Cæſar Barzius *dec. 127. n. 4.*

233 Teſtes alterius civitatis non poſſunt cogi ut aliam civitatem adeant in qua lis vertitur: Cæſar Barzius *dec. 85. n. 4.*

234 Teſtium ſuper involuto facto deponentium, ſi in ſubſtantialibus concordent fides non diminuitur: Cæſar Barzius *deciſ. 120. n. 3.*

235 An teſtis dictum ſuum corrigere poſſit? Reſpon. ſi in continenti fiat & juramento afferat ſe cum parte poſt depoſitionem non locutum fuiſſe; ſi autem à parte acceptata fuerit depoſitio, tunc non auditur niſi de errore ſuo expreſſe docuerit: Martin. Benckendorff. ad Seraphin. *in addit. privileg.* 221. Proſper Farinac. *in pract. crimin. p. 2. lib. 3. tit. 2. qu. 66. § 7. concl. 9. n. 241.*

236 De pœna Falſi teſtis vide ſupra locum de pœna, ibi latè hæc quæſtio tractatur.

237 Differentia eſt inter inſtrumentum falſum & teſtem falſum, nam inſtrumentum falſum ſi diverſa capitula habet etſi in uno falſum eſt, in cæteris juſtum tamen præſumitur, ſecus eſt in teſte falſo, ſi enim in uno, depoſuit falſum, in cæteris, ſive connexa ſive ſeparata ſint, falſus cenſetur, quia in uno falſus, in toto præſumitur falſus: Proſper Farinacius *in princip. crimin. pag. 1. libro. 3. tit. 6. qu. 56. artic. 5. ampl. 4. n. 191.* Martin. Benckendorff *ad Seraph. in addition. privileg.* 168. Magon. *dec. 46. n. 21.* Surdus *conſ. 61. n. 15. lib. 1.*

238 Teſtes habiles ſi abſent qui facerent fidem ad condemnationem ſi inhabiles ſint, proſunt ad torturam, & ubi ſi habiles eſſent ad torturam tantum ſufficerent, ſi inhabiles ſint, proſunt ad inquirendum: M. Anton. Pelegrin. *conſ. 2. n. 17. vol. 2.*

239 Teſtes plures licet infames, in criminibus exceptis faciunt fidem ad torturam: *ibidem n. 10.*

240 Teſtes famoſi etſi recipiantur in criminibus exceptis non ſunt tamen integræ fidei *ibidem, n. 36.*

241 Teſtes non probant ubi agitur de probatione unius certi actus, ſi teſtes ipſi diſcordent inter ſe de loco aut tempore: *ibid. n. 56.*

242 Teſtium ſingularitas non obſtat in actibus reiterabilibus: *n. 58.*

243 Teſtes famoſi qui admittuntur in exceptis ſuper facto principali, attamen ſuper adminiculis & indiciis non ſunt idonei, niſi plures aut veroſimilia deponentes: *nu. 63.*

244 Mulier an poſſit eſſe teſtis in criminalibus? Neq; de jure canonico, & ideo in foro eccleſiaſtico repellitur, ſecus ubi civiliter pro crimine agitur. *n.* ubi judex inquirit & mulierem aſſumit in teſtem 3. in criminibus exceptis, imo etiam de jure civili mulierum teſtimonium minoris fidei eſt quam virorum *n. 64. cum ſequ.*

Repulſa an admittatur contra teſtes examinatos in prima inſtantia? N. Garſ. Maſtrill. *deciſ. 97. niſi ſit falſitatis repulſa* Anton. Theſaur. *deciſ. 259. n. 6.* 245

Teſtis non idoneus dicitur & fides ejus diminuitur qui juravit veritatem ſuper omnibus dicere, ſi falſum dicit ſuper impertinentibus, modo impertinentia aliquo modo cauſam tangant: Proſp. Farin. *in pract. crim. p. 2. lib. 2. tit. 7. qu. 67. § 4. ſublim. 1. lim. 4. n. 170.* Martin. Benckendorf. *ad Seraph. in addit. privileg. 168. n. 8.* Bertazol. *conſ. crim. 8. n. 19.* Anton. de Petra *de fideicom. qu. 12. n. 1324.* 246

An conſuetudine, ſtatuto, decreto principis introduci poſſit, ut teſti jurato non credatur? N. Rutger. Rulandus *de commiſſar. p. 2. lib. 3. c. 11. n. 4.* Bartol. Greneus *ad obſervat. 101.* Andreæ Gailij *lib. 1.* Farinacius *in pract. crimin. p. 2. lib. 3. tit. 8. qu. 74. ampl. 9. & 10. n. 54.* Martin. Benckendorf. *ad Seraphin. in addit. privileg. 28. n. 15.* 247

Si teſtis juratus in deponendo eſt varius potius poſteriori quam priori depoſitioni eſt inhærendum: Martin. Benckendorff. *num. 22.* 248

Teſtis qui juravit concredita ſibi non revelare nihilominus in teſtem productus cogi poteſt, ut de iis ſibi concreditis deponat atque etiam ſi juravit ſe nunquam teſtem eſſe velle, juramento non obſtante, ad teſtimonium deponendum cogi poteſt, juramentum enim eſt illicitum, atque adeo ut abſolutione non indigeat, licet ad maiorem cautelam peti poſſit; Rutger Rulandus *de commiſſ. lib. 2. p. 2. c. 10. n. 14.* Anton. Hering. *de fidejuſſorib. c. 1. n. 82.* Farinacius *in pract. crimin. lib. 3. p. 2. tit. 8. qu. 78. n. 9. ſublimit. 1. n. 131.* Benckendorffius *in addition. privileg. 30.* 249

An ſufficiat ſi teſtis deponat an Eydes ſtatt aut ſub fide porrecta manu dextra? N. Rutger Rulandus *de commiſſar. p. 2. lib. 2. c. 11. n. 25.* Iacob. Ayer *in proceſſu hiſtorico p. 1. c. 4 obſ. 9. n. 15.* Martin. Benckendorff. *in addit. privileg. 30 n. 49. ad Seraphin.* Proſper Farinac. *in practi. crimin. lib. 3 tit. 8. qu. 74. n. 3.* Seraſtus *de lib. 3. c. 9.* 250

Quando teſtis juravit dicere veritatem, tunc & probat depoſitio teſtis etiamſi ea ſit extra articulos dummodo ea faciat ad cauſam, multo magis quando juravit dicere veritatem ſuper totam cauſam, eſtque hæc ſingularis cautela, ſed judex teſtē ut ſuper totā cauſā juret, nō tenetur cogere, niſi pars ut ad [illegible] 251

ſas

ſiat inſtet: Rutger. Roland. *de commiſſ. p. 2. lib. 3. c. 10. nu. 3.* Jacob. Ayer. *in proceſ. baſtar. p. 1. c. 8. obſer. 4. nu. 14.* Martin. Benckendorff. *ad Seraphin. in addit. privileg. 30 a nu. 29.* Farinac. *in pract. crim. p. 2. lib. 3. tit. 7. qu. 71. limit. 1. ampl. 1. nu. 15.*

252 Teſtibus receptis pro informatione judicis non juratis creditur, niſi princeps reſcribat quod informatio diligens fieri debeat, tunc enim juramentum requiritur: Alexand. Statius *in ſua pract. rubr. de judiciis §. 16. nu. 80.* Martin. Benckendorff. *ad Seraph. in addition. privileg. 30. nu. 34.* Proſp. Farinac. *in pract. crim. p. 2. lib. 3. tit. 8. qu. 74. lim. 8.*

253 In cauſis ſummariis etiam juramentum teſtis neceſſario requiritur: Aff. Banckend. *in allegat. loco nu. 37.* Farinac. *in pract. crimin. p. 2. lib. 3. tit. 8. qu. 74. nu. 63.*

254 Teſtis non juratus præſumitur niſi ex actis perſpicue appareat; teſtem juraſſe, & quidem ſolenniter, & ſane ſi exacte appareat, teſtem juraſſe præſumptio eſt teſtem jureſſe præſumptio eſt teſtem legitime & ſolenniter ſecundum conſuetudinem judicii juraſſe: Martin. Benckend. *ad Seraph. in addit. privileg. 30.* Farinac. *in pract. crim. p. 2. lib. 3. tit. 8. ampl. 9. nu. 972.* Jerem. Satzer. *de juram. lib. 3. c. 9. nu. 16.*

255 Excipiens contra teſtes in judicio quod falſarii, improbi, criminoſi, & nō probans actione injuriarum non tenetur: And. Fach. *lib. 9. contr. c. 13.* Arumæus *diſput. 17. exer. 18.* Corat. *lib. miſcell. c. 24.* *Coſtal. in l. ult. ff. quod quiſq. juris qui diſtinguit.*

256 Teſtis in cauſa in qua eius emolumentum verſatur deponere poteſt, modo proteſtatione utatur, quod ex tali depoſitione, nolit ſe juvare Ozaſcus *deciſ. 99. nu. 40.*

257 Judæo teſti contra Chriſtianum uſurarium deponenti creditur, tamen regulariter Judæorum teſtimonium contra Chriſtianum non admittitur, item in aliis ſunt extra eccleſiam: Ferran. Gangue *conſ. 90. n. 30. lib. 1.*

258 Teſtibus à longinquis partibus venientibus ad locum judicii, an expenſarum victus tantum vel operarum mercedes etiam perſolvi debeat: *vide* Ozaſcum *deciſ. 46.*

259 Teſtis dum allegetur inimicus, debet judex in eius receptione ſuperſedere & procedere ad receptionem teſtium de inimicitia: Anton. Ayerue de Ayora *lib. ſing. collect. forenſ. c. 50. n. 33.*

260 Teſti inimico aliquando judex poteſt fidem adhibere quando conſtat per alios teſtes illum veritatem dixiſſe, item quando teſtis in hebilis purgatur ratione adiuncti: *idem d. c. n. 36.*

261 Injuria facta uni reſpicit omnes de familia aut cognatione, qui propterea de illa deponendo videntur deponere in cauſa propria, & non ſunt idonei teſtes: Didacus Hidalg. delos Caſos *lib. 1. qu. forenſ. 8. n. 19.*

Teſtis ad hoc ut repellatur, tanquam inimicus, debet probari cauſa inimicitiæ capitalis, ac evidens & manifeſta, nec ſufficit probare inimicitiam in genere, ſed in ſpecie debet probari qualitas inimicitiæ, ideo teſtis deponens de illa debet reddere cauſam & rationem ſui dicti, licet non ſit interrogatus de ea: *idem qu. 9. lib. 1.* 262

Teſtes alias inhabiles, qui tantum in ſubſidium admittuntur, ita demum recipiuntur, quando ex natura negotii alii teſtes non poterant occurrere actu & potentia: *id. qu. 10. n. 18. lib. 1.* 263

Teſtibus deponentibus de facto proprio & à ſe ipſis geſtis magis creditur, ideo baiulis deferentibus merces eſt credendū, & etiam ſervo de facto proprio deponenti eſt credendum: Ferrant. Ganguat. *conſ. 3. vol. 1. nu. 51.* 264

In controverſia finium ſubditi poſſunt deponere pro domino: Guid. Pap. *qu. 193.* 265

Vaſall. non poteſt eſſe teſtis contra dominum in civilibus non in criminalibus, *§. ſimiliter de conſuet. recti feudi in uſib. feudor.* Verall. *deciſ. 270. par. 3.* 266

Condemnatus infamis, ſi pendente appellatione, dixerit teſtimonium, erit validū, licet appellatio remanſerit deſerta: Ceſar. Damacus à Fogueras *deciſ. 110. lib. 4. n. 15.* 267

Teſtium repulſa non competit in judicio poſſeſſorio ſummario, item in tertio opponente ad impediendā executionē: *idem in dict. deciſ. 28 per* Menoch. *de arbitr. qu. 29.* 268

Teſtes repulſati licet non faciant probationem, faciunt tamen præſumptionem: Anton. Ayerue de Ayora *cap. ſing. collectan. forenſ. c. 110 n. 36.*

Teſtes a me producti non ſolum, ſi perſona, contra quem ipſos produxi primo, contra me producet eoſdem, ſed etiam in quacunq; alia cauſa, vel alia perſona, ex quo ſemel approbavi, nō poſſum decreto reprobare: *idem c. 119. n. 40.* 269

In caſu quo non poſſum reprobare teſtem, ut quia examinatus eſt etiā a pro me, tamen potero opponere contra dicta: Cabal. *milleloqu. 940.* Joha. Papon. *lib. 9. tit. 3. arreſt. 4.* 270

Impugnare quis non poteſt teſtes quos examinari fecit etiam in alia cauſa, & inter diverſas perſonas, licet eorum depoſitionibus uti noluit: Ferrant. Ganguatei. *conſ. 16. nu. 25. lib. 2.* 271

Si quis opponat, quod teſtes non fuerunt, neq; fuerunt omni exceptione majores hæc objectio non concludit, quia quamvis illud verbum fuerunt ſit præteriti temporis, tamen intelligi poteſt, poſt depoſitum teſtificatum: Petr. Gerardus *ſing. 94.* 272

273 Teſtibus inquiſitis de crimine tanquã infamia facti notatis minus creditur, condẽnatis vel infamibus juris infamia nihil, imo à teſtimonio repelluntur: Ant. ab Agaruira *ramo 9. arbor. 130. in horto juridico*.

274 Diffamatus publicè apud graves viros de jure canonico repellitur à teſtimonio ſed non de jure civili niſi fuiſſet condemnatus: Marc. de Mantua *ſing. 385*.

275 Teſtes infames & alias à jure prohibiti admittuntur ad probandam conjunctionẽ: Anton. Columb. *ſing. 1*.

Proxenetæ licet non ſint idonei ante contractum completum, tamen illo perfecto admittuntur pro idoneis: Agaruir. *ramo 10. arbor. 130*.

276 Teſtes conſanguinei vel affines licet admittantur ad probandam innocentiam ſui conſanguinei inquiſiti, non tamen admittuntur ad reprobationem teſtium productorum contra ipſum: *idem ramo 10. nu. 16. arbor. 130*.

277 Domeſtici patris non poſſunt teſtificari contra filium neq; contra: Capell. Toloſ. *qu. 4. in addit. nu 8*.

278 Domeſticus pro domeſtico probat contra domeſticum & famulus olim nunc probat pro domino: Rota Genuenſis *deciſ. 77 nu. 8 vide ibidem deciſ. 195*.

279 Cautela eſt pro teſtibus qui nõ coguntur deponere contra certas perſonas, ut ſcribatur in actis quod volentes deponant: Agaruira *ramo 10 nu. 38. arboris. 130*.

280 Minor 25. annis licet nõ admittatur ex defectu ætatis, tamen receptus & examinatus facit ſolenne indicium: Ferran. Gangu, *conſ. 35 lib. 2*.

281 Teſtibus etiam minus dignis judex debet adhibere fidem quando veroſimilia deponunt: Joſeph. Ludov. *deciſ. 3. Lucenſ n 31*.

282 Teſtes inhabiles ſi producantur, iudex ex officio repellere tenetur etiam parte non opponente: Ferr. Gangur *conſ. 19. nu. 83. lib. 2*.

283 Homicida non eſt teſtis idoneus etiam cum torture: *idem c. 30. nu. 19. vol. 1*.

284 Quando ex forma ſtatuti ſtatur dicto unius teſtis ſuper damno dato ille debet eſſe omni exceptione maior, nam ubi admittitur probatio contra regulas juris, teſtis debet eſſe omni exceptione major: Rota Genuenſ. *deciſ. 96*. Borg. Cavalc. *deciſ. 4. nu. 49*.

285 Teſtes extranei & omnino incogniti, licet à jure nõ reprobentur, cũ nõ debeant eſſe noti partibus, tamen adeſt aliqua præſumptio contra ipſos ut minus probent, & non ſunt omni exceptione maiores: Cæſar. Damatus à Foguer. *deciſ. 23. lib. 3. nu. 18. deciſ. regn. Granata*.

286 Viles perſonæ in criminibus exceptis ad teſtimonium ferendum nõ niſi cum torturis admittuntur: *idem deciſ. 19. lib. 3. nu. 4*.

Tutor poteſt eſſe teſtis in cauſa pupilli pro ipſo pupillo ſi cauſa pupillaris per alium agitetur, puta per alium tutorem: Capel. *Toloſan. qu. 205*. Barthol. de Capua *ſing. 57*. Bartol. *in l. 20. ff. qui teſtam. facere poſſ.* 287

Aſcendentibus cacumina ædificiorum pro illis reficiendis & reparandis non adhibetur plena fides: Anton. Ayerve de Ayor, *lib. ſing. collect. c. 192*. 288

Examinatio teſtium coram judice incompetenti facta eſt nullius momenti, ex æquitate tamen examen illorum, qui iterum non poſſunt examinari, ut mortui vel abſentes, ſubſtinentur: Johan. Mohed. *deciſ. 319*. 289

Utrum frater ſit admittendus in teſtẽ pro fratris ſui defenſione in cauſis criminalibus: N. contra communem opinionẽ: And. Fachinaus *lib. 9. controv. 83*. Everch. Bornch. *cent. 2 aſſert. 91: quia domeſticum teſtimonium jure civili ſuſpectum eſt*. 290

Teſtibus nulliter examinatis & in judicio productis fides contra producentem adhibetur, quia ex productione illa tacitè cenſetur approbare eorum teſtificata: Æmil. Veral. *deciſ. 268. par. 3*. 291

Teſtes examinati coram arbitro non probant in judicio ordinario, niſi ſint mortui, & ſi teſtes examinati coram arbitris vivunt, eſt in electione eius, quẽ cõtra atteſtationes producuntur aut illis ſtare vel petere qui de novo examinentur, ſed ſi ſunt mortui atteſtationibus de neceſſitate eſt ſtandũ: Didac. Hidelg. *de los caſos in repet. rubr. C. de teſtibus* Joſeph. Ludov. *deciſ peruſ nu 40*. 292

Quando teſtes debent repeti interim ſi moriantur nullam fidem faciunt: *idem in d. rubr. art. 6. memb 8 nu. 18*. 293

Teſtes examinati à judice incompetenti, non faciunt fidem coram competenti, niſi eſſent in provincia remote à loco judicij & de eorum abſentia vel morte dubitaretur: Virgil. ab Agaruira *in horto jurid. ramo 19. arb. 132*. 294

Examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam debet fieri coram illo judice, qui eſt competens rei conventi: *idem memb. 8. articul. 10. nu. 80*. Hartman. Hartman. *t. 8. tit. de teſtib. lib. 2*. 295

Teſtes ad perpetuam rei memoriam non recipiuntur in criminalibus ſi criminaliter agitur, ſecus ſi civiliter: Jaſ. Lanf. Balb. *deciſ. 198*. 296

Teſti dicenti ſe falſum teſtimonium dixiſſe non creditur ad infringendam eius depoſitionem: Anton. ab Agaruira *in horto jurid. ramo 9. arb. 120*. 297

Teſtis minus ſolenniter examinatus facit aliquale judicium, imo concludere debet apud viros graves, quoties proceditur ſola facti veritate inſpecta, alias ſecus 298

licet

licet eſſet omni exceptione major : *idem ramo 10.arb.120.*

299 Teſtis corruptus licet verum dicat non probat: Ferrant. Genguar. *conſ.20 n.18.vol.1.*

300 Statuto diſponente quod debitum non poſſit per teſtes probari, ſi ſuper credito examinari fecerim teſt ce, & tu non oppoſueris, videris ipſi ſtatuto renunciaſſe : Petr. Salaza. *deciſ.17 n.17.lib. 2.*

301 Ille qui produxit & præſentavit teſtes, poteſt revocare productionem ne examinentur contra ſuam voluntatem, tamen producente teſtes citatos & juratos compellitur ad examinari faciendum ad inſtantiam partis adverſæ : Rot. Avenionenſ. *deciſ. 116.* Cæſar. Damatus *deciſ.201.lib. 2.n 31. cum ſeq.*

302 Teſtis ex confeſſione quam facit teſtificando non poteſt condemnari: Fran. Marc. *quæſt.439. par. 2*

303 Accuſationes & teſtimonia per ſcripturas proferri non poſſunt jure cetuum, eſt, nec teſtis poteſt manu propria ſuam depoſitionem ſcribere & judici mittere, teſtis enim coram commiſſario voce intelligibili teſtimonium dicere debet & ſe ſubſcriberet Ant. Ayerve de Ayor. *lib. ſing. collect. for. c.150.*

304 Omiſſa publicatione teſtium an proceſſus reddatur nullus? vide Capel. Tol. *q.397.* atteſtationū publicatio nō eſt de ſubſtantia judicij ſecundū Gail. *lib.1. obſer.103.& 105.lib.1.* vide tamen Joh. Papon. *lib.9.tit.4.art.1.& 2.*

305 Omiſſio publicationis teſtium non vitiat ſententiam, maxime ſi à parte non fuerit petita : Virgil. ab Agaruira *in horte juridico ramo 2.arb 132.*

306 Jus commune loco inſtrumenti, etiam in probatione ſtatuaria quinq; teſtes admittit : Georg de Cabedo *deciſ.89 lib.1. n.26.*

307 Teſtis nimis animoſus redditur ſuſpectus : *idem deciſ.90.nu. 10.lib 1.*

308 Teſtis recipiens pecuniā pro veritate dicenda incidit in crimen falſi: *idē dec.90.n.15.lib.1.*

309 Teſtes examinati in poſſeſſorio non faciunt fidē in petitorio, tamen teſtes in momentaneo judicio recepti fidem faciunt in ordinario judic in poſſeſſorio, & recepti in prima inſtantia faciunt fidem in ſecunda : Pet. de Salaz. *deciſ. 23. lib.1.per totum.*

310 Teſtes examinati coram judice laico faciunt fidem in judicio eccleſiaſtico inter eaſdem perſonas tamen ipſi teſtes examinati non poſſunt repeti coram dicto judice Eccleſiaſtico propter timorem ſubornationis : *idem deciſ.24.nu.2.lib.1.*

311 Teſtis interrogatus de ratione ſui dicti aſſignare debet cauſam ſcientiæ & poteſt repeti ob rationem dicti non redditam : Georg. de Cabedo *deciſ. 17.nu.11.lib. 2. ubi alleg.* Rebuff *in conſt. regni de inq. artic.17.tom 3.*

312 Cautela eſt in repetitione teſtis quod illa dicat teſtimonium, reddo & in hac cauſa dico ſuper articulo facto, prout modo illud mihi in mentem recurrit, & ſi prima depoſitione appareat me aliter ibi dixiſſe quam nunc dico, volo hoc repetitū teſtimonium ad primam teſtificationem reduci & referri, & hæc ſalutaris cautela prodeſt ad evitandum perjurium : Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing. collectan forenſ. c. 111.*

Stante reſcripto ducali, quod teſtes examinandi, qui alias propaleſſe dicebantur, in eorū repetitione ad extenſū deponere debeant, poſſunt quidē petere in repetitione, ſibi legi primam eorum depoſitionem, non tamen poſſunt ad illā ſe referre, ſed tenentur & cōpelluntur ad extenſum deponere & nō cogantur deponere ad extenſum, niſi prius lecta eorū prima depoſitione: Boer. *dec.108.&* Andr. Gail. *obſer.104.lib.1.* 313

Omiſſio interrogatoriorum non vitiat examen, ſed repetuntur teſtes, quemadmodum & ſuper articulo omiſſo poſſunt repeti: Dide. Hydal de los Caſoſ. *lib. 1. qu. for.21 n.14.* 314

Teſtes examinati ſed non publicati in cauſa principali, faciunt fidem in cauſa appellationis inter eaſdem perſonas, tamen ea facta ſecte in uno judicio non probant in alio, etiam inter eaſdem perſonas, niſi denuo producantur : Jaſ. Lanfr. Balb. *deciſ.118.* 315

Depoſitio unius teſtis examinati in uno judicio, non nocet ſibi tanquam parti, ſeu principali in alio judicio : Capic. *dec. 52.* 316

Teſtis examinatus poſt publicationem, didicitis atteſtationib. & ſuper ſimilibus capitulis nō probat, fallit quando venit ad coadjuvandos veteres teſtes, & ad declarandū eorū dicta: Borg. Caval. *dec.20.n. 34. de contr p 1.* 317

Quando teſtes repetuntur, vel declarant dictum obſcurum, non requiritur juramentū : Cæſar. Dameta Fog. *in dec.27 n.20.lib.4.* 318

Teſtes ſi in repetitione ſe referant ad examen primū in omnibus & per omnia probant, licet primum examen eſſet nullum ex defectu ſolennitatum: Paul. Æmil. Veral. *dec. 287.par.3.* Papon. *lib.24.tit.8.art.6.* 319

Teſtis non poteſt repeti per fiſcum poſt pronunciatum in cauſa : Gramm. *dec. 28.n.6.* 320

Quando notarius ſcriberet hoc modo, talis teſtis citatus, juratus & examinatus ſic depoſuit, illi non crederetur, niſi appareat coram quo, & quo die juraſſet, & teſtis non dicitur juratus eodem die, pro ut debet, in quo pars eſt citata ad videndum jurare, niſi de hoc conſtiterit, nec ſufficit quod Notarius dicat in examine teſtis juratus: Paul. Æmil. Verall. *deciſ.285.par.3.* Rebuf. *in conſt. regni Reg. tract. de inquiſit art.12.gl. 1.tomo 3.* 321

Teſtes ſi contradicant inſtrumento, Notarius vero contrarium dicat exhibendo notam ſuam, illi magis creditur quam 322

teſtibus

teſtibus, ſi ſit bonæ famæ & hoc ſit propter officium, ſecus ſi talis Notarius eſſet perſona ſuſpecta propterea advocatus debet deducere bonam famam Notarij: Didac. Hydal. de los *caſos qu. foren ſ. 82. lib. 9.*

323 Teſtes reprobantes inſtrumentum debent eſſe omni exceptione majores & eorū dicta debent neceſſario concludere, & ijs nō creditur, niſi illi teſtimonij cauſam reddant: *idem qu. for. 83. lib. 3. n. 9.*

324 Teſtes extranei non minus quam tres vel quatuor ad inſtrumentū reprobandū admittuntur: Virgil. ab Agaruir. *in horto jurid. ramo 17. arb. 7 6. n. 5.*

325 Notarius ſi dicat præſentibus teſtibus, & teſtes dicant quod nihil intellexerint inſtrumentum erit invalidum: *idem ramo 19. arbor. 160.*

326 Teſtis qui ſe ſubſcripſit in inſtrumento, non poteſt contra illud teſtificari, niſi probet ſe deceptum in ſubſcribendo, nam ſubſcriptio præfertur depoſitioni contrariæ etiam juratæ & judiciali poſtea factæ: Geor. de Cabedo *decij. 18 n. 15. lib. 2. ubi alleg. Capicii decij. 192.*

327 Licet adſint duo teſtes, qui contradicant inſtrumento ſi adſit unus, qui deponat pro inſtrumento, ſuſtinetur inſtrumentum ut fidem faciat: Hyppol. *ſing. 61.*

328 Quando dictum teſtis extra judiciale eſt juratum, ſi poſtea aliter talis teſtis deponat, illi non creditur in primo neq; in ſecundo dicto: Ferrant. Ganguet. *conſ. 13 n. 13. vol. 2.*

329 Teſtes in poſſeſſorio ſummariſſimo non jurant, neque de falſo accuſantur: D. Fridericus Pruchman. *conſ. 23. nu. 19. volu. 1.* Farinacius *de teſtibus qu. 74. nu. 106.* Modeſt. Piſtoris *conſ. 5. nu. 16.*

330 In judicio poſſeſſorio ſummariſſimo certus numerus teſtium ab utraq; parte produci debet: verbi gratia, quinque tantum producit is qui prius ad judicium provocavit, quinque item producet is alter adverſus quem provocabatur: D. Frideric. Pruchman. *in allegato. conſ. nu. 16.*

331 Teſtis etiam is, qui omni exceptione major non fuerit, ſemiplene tamen probat adverſus producentem: D. Frider Pruchman. *conſ. 10. nu. 113. vol. 1.* Gerard. Mazol. *conſ. 4. nu. 8. vol. 1*

332 Teſtis non juratus, ſi exceptione major fuerit, pro ijs pro quibus depoſuit, ad minimum præſumi faciat: Frid. Pruchman. *conſ. 14. nu. 15. lib. 1.*

333 Teſtes non ſunt repetendi ſi reo contumace exiſtente, actor eos examinari fecerit abſque rei interrogatorijs, quantumvis reus hanc contumaciam poſtea purgaſſat: Frid. Pruchm. *conſ. 24. nu. 16. vol. 2.*

Sufficit teſtes juraſſe intra terminum 334
præfixum quantumvis finito demum termino examinati fuerint: Pruchman. *conſ. 15. n. 14. vol. 2.* Scarder. *de feud. in par. 2. 9. pp. ſect. 13. nu. 11.*

Teſtes omni exceptione majores in 335
probanda poſſeſſione vel quaſi juris piſcandi cum retibus, appellandi pecora, ſecandi gramina, vel colligendi fœnum vel deniq; cædendi arundines, non requiruntur dummodo alias idonei fuerint: D. Pruchm. *conſ. 6 nu. 262. lib. 2.* Farin. *de teſtib qu. 62. nu. 21.*

THESAURUS.

THeſaurus quid propriè ſit, habes text. 1
in l. nunquā, ubi pulcra Apoſtill. ff. de acqui. rer. dom l. 3. §. Neratius, ubi etiam Apoſtilla de acq. poſſeſſ.

Si vendis mihi domum, in qua poſtea 2
reperis pecuniam abſconditam per te vel patrem tuum, ita quòd non eſt theſaurus: ad quem pertinebit dicta pecunia? Dic ad te vendentem, ſi hoc feciſti per errorem: *l. à tutore, ff. de rev vend.* ſecus, ſi ex certa ſcientia vendidiſti, & nihil excepiſti. ¶ Idem eſt in eo, qui vendidit tunicam, in qua fuit inſuta pecunia, & ignorabat: quia pecunia non videtur vendita: *arg. l. ff de his, quæ in teſt. delen. Vide de præmiſſis & ſimilibus pulcrè* Alvarotum *in tit. quæ ſint regalia, circa finem.*

De theſauro diſtingue, utrum in ſuo an 3
alieno, data opera an fortuito ſit inventus: *Ex §. theſaurus cum notat. ibidem Inſt. de R. diviſ.*

De theſauro in loco religioſo reperto 4
dubitatio eſt *ex l. 3. § penul. ff de jure fiſci & d. §. theſaurus*, ſed ibi Hadriani conſtitutionem tantum referri à Iuſtiniano & improbari etiam indicant verba Naturalem æquitatem ſecutus, quibus innuitur juxta civilem æquitatem aliud dicendum eſſe, notum eſt ubi æquitas civilis & naturalis concurrunt, civilis prævalet, *l. 31 ff. depoſiti* Cujacius *lib 9. obſerv. 35.* Duarenus *ad l. fructus, §. ſi fundus. ff. de ſolu. mat. & ad tit. de acq. rer. domin.* Bronch. *cent. 2. aſſer. 60.* Jure Saxonico theſaurus omnis ſubterraneus profundus meatu aratri jacens ad imperij majeſtatem pertinet *artic. 35* Land-Recht. *lib. 1.* Conſtitutio tamē provincialis illud de auri argenti fodinis & alijs venis matallicis, non autem theſauris abſconditis intelligi vult, ſed in his jus commune ſervari conſtituit: Daniel. Moller. *4. ſemeſtr. 27.*

De theſauro in fundo dotali reperto, 5
& an is qui theſaurum invenit, juramento indicare teneatur quantum invenerit: *vide* Mollerum *ibidem in fine.*

Theſau-

6 Theſaurus in fuodo feudali inventꝰ an ad vaſallū pertineet? N. quia Vaſallus eſt inſter uſufructuarij: Molineus *ad conſuetud. pariſ. tit. 1. §. 37. nu. ult.* Bocerus *clauſſe 4. diſput. 13. th. 6. & diſput. 3. th. 48.* Petr. GilKenius *in præludijs ad tit. inſtit. de R. diviſ. & §. 40. ibi etiam* Johan. Harprecht. *vide* Roſenthal. *c. 1. concl. 35. de feud.* Heigiom *ad §. 40. num. Inſt. de rer. diviſ.*

TORTURA.

1 QUia iſta materia per varias quæſtiones debet tractari, igitur incipiam à prima, Quid ſit quæſtio? & propriè loquendo, eſt inquiſitio veritatis per tormenta, & corporis dolorem: *ita dicit tex. in l. item apud Labeonē §. quæſtionis verb. ff. de injur. juncta l. 1. §. quæſtionem, ff. ad Sylla.* ubi licet vidère, quoe ſint tormenta. & cum ſupra dicta definitione ſunt contenti communiter omnes Dd. *vide Cyn. in Rub. C. de q.* item tortura quod ſit, *habetur per* Abb. *in c. cū cōtemplatione, de reg. juris*, in quid differat à quæſtione. Quod autem ſæpiùs unom ponatur pro alio, *dixit* Grillan. *in ſuo tract. de quæſt. & tortura, in prima quæſtione, num. 4. & 5. notatur in d. l. item apud Labeonē, in §. quæſtionis, ff de injurijs.*

2 2. Eſt quæſtio: Quot ſint ſpecies tormentorum? dicit Grill. *in ſecunda quæſtione principali ſui tract. de quæſtion.* quòd ſint multæ ac diverſæ tormentorum ſpecies, referens ſe ad Dd. aliquorum commentaria: *ſed refert* Hip. de Marſ. *in l. 1. in princ. ff. de quæſtio.* ibi ponendo 14. tormentorum ſpecies: inter alia ſomni ſubtractionē, & ipſe Grillan. affirmat ibi, quòd ſit maximum tormentum.

3 Detentus in carcere, quod dicatur tortus vel torqueri, quia ſibi denegatur cibus & potus, vel alterum ex illis, dixit Ang. de Maleſi. *in verſ. quod fama publica præced. nu. 99. verſ. quæro, quid ſi eſt tale delictum. Et ibi tenuit* Auguſt. *in add.* quod denegatio alimentorū ſit tormentum: *allegat gl. in Clem 1. de hæreti. & notata Dd ibidem*, & iſto caſu, quòd carcer tranſeat in ſpeciem torturæ, *voluit d.* Auguſt. *& habetur in gl. d. §. quæ verb. l. item apud Labeonem, ff. de injurijs, & ideo in l. 3. C. de Epiſcop. aud.* præcipitur judici, ut viſitet carceratos, & curet, ut habeant neceſſaria: quod eſt notandum.

4 Item ſpoliatus veſtibus, & poſitus ad aërem tempore hyemali, dicitur tortus: *d. gl. ad verb. malam manſionem, in §. quæ verbo, l. item apud Labeonem, ff. de injurijs.* Sed territus verbis judicis, adhibito aliquo facto carnificis, cū ligatione manuum, & applicatione torquendi ad ſcalam, cū appenſione ponderis ad pedes, vel cum demonſtratione inſtrumentorum aut applicatione eorū ad erura, vel ſine adhibitione iſtorum aliquorum, an dicatur quis tortus: & confeſſio eius an dicatur in tormentis vel metu tormentorum facta? quod ſic, *dixit eleganter* Gandio. de Maleſi. *in Rubr. de quæſt. & tormentis*, Clar. *lib. 5. §. fin quæſt. 64. num. 28. & in ſeq.* Grillen. *in tract. ſuo de quæſtion. in 4. qu. princip.*

5 De iſta mataria eleganter docendo formavit 5. turturæ gradus: 1. poſuit Territionem: 2. Suſpenſionem ſupra terram, ad ſpecium dicendi unum Ave Maria vel Pater noſter, vel unū Miſerere, ſecundum qualitatem facti & perſonæ: 3. Quando detinetur ſuſpenſus ad ſpacium dicendi unū vel duo Miſerere ſeu paulò plùs: 4. Torturæ gredus eſt, quando detinetur elevatus per horam fortè, vel circiter: 5. Eſt quando ſuſpenſus detinetur, & ictibus cruciatur: de omnibus iſtis & ſingulis, tractavit & declaravit, d. Grilland. *in loco ſupr. notato*, Clar. *lib. 5. §. fi. qu. 64 n. 31*

6 Scabini Magdeburgenſes, pro qualitate vel urgentia iudiciorum, pronunciant territionem in præſantia carnificis, tamen ſine ictibos inferendum: vel torturam cum ictibus, humaniter tamen infligenda, Menſchlicher weiſe: pro chordis, quibus utuntur Itali, adhibentur communiter ſcalæ in Germania, & illis torquendis adhibentur, cum vel ſine corporis cruciatu.

7 Tertio cadit quæſtio: Quando ad tormenta, vel ad quæſtionem procedatur? & proceditur ad illam: quando veritas aliter, per alias probationes haberi non poteſt, cū quæſtiones ſunt introductæ in ſubſidium: *l. quoties, C. de quæſt. & in l. Divus, ff. eo tit.* ¶ Hic nota, quod judici non liceat devenire ad torturam, quando vult, ſed ſaltem, quando veritas aliter haberi non poteſt: *dicit* Ang. de Maleſi. *& ibi notavit* Angel. *in addi. in verſ. quod fama publica præcedente, nu. 64. ibi ſecundo quæro, an omnia?* Gand. *in tract. maleſi. in rubr. de qu. in prin.* Bian. *in repe. l. fin. ff. de quæſt. num. 12. 13. & 14.* Jacob. Novel. *in tract. ſuo defenſionū, in quæſtione, An judicia pro reo danda ſint & c. ag. & ibi monet judicē*, ut reus torqueatur ieiunus non quando comedit, in 5. vel 6. horis antè: unde dicitur, quòd judex à tortura non poſſit incipere: *prout not. av.* Hip de Marſ. *in pract. ſua crim. §. conſtante in multis, verſi. imò.* Sic etiam non poteſt incipere à minis, à metu torturæ, ſeu à terrore aliquo: quia talis metus & talis ſuſpicio torquendi æquiparatur torturæ: *ſecundum* Bal. *in l. interpoſitas, circa fi. C. de tranſact.* quē ibi ſequuntur Dd. & concludunt communiter, quod paria ſint, confiteri per tormenta, vel metu tormentorum: *notavit idem* Hipp. *in pract. crim. §. expedita, in pr.* Clar. *in pract. cri. lib. 5. §. fi. qu. 64. n. 5.*

Secun-

8 Secundo requiritur, ut fiat tortura, quod conſtet iudici, delictum eſſe commiſſum: *prout docuit eleganter* Hipp. de Marſi. *in pract. ſua crim. in §. principiũ, n. 5 probat tex. notabilis, in l. 1. §. 1 illud autem: & ibi* Bart. *hac ſentire videtur, ff. ad Syllania. & voluit* Bal. *in l. ſi quando, C. unde vi, habetur in Conſt. crim.* Carol. V. *Art. 6.* Clar. *in pract. crim. lib. 5. §. fin. quaſt. 64. num. 3.*

9 Qualiter autem judex de delicto commiſſo capiat informationes, & reſciſcat probationes, *vide d.* Hippo. *in d. iſto, § principium per totum:* Angel. de Maleſi. *& ibi Auguſt. in addi. verſ. quod fama publica præcedente num. 108.* Brun. à Sole *in conſil. ſuo crimin. num. 13.*

10 Tertiò requiritur, ut judex deveniat ad torturam, quòd contra inculpatum vel diffamatum urgeant indicia, ſi conditio diffamati hoc ipſum patiatur: *textus eſt clarus in l. milites, C. de quaſt. in l. 1. in prin. in l. de minore, in l. minus §. in ea, ff. eo tit.* Cyn. *in l. fin. C. de quaſt. in 2. colu. verſi. ſecundum eſt:* Hipp. de Marſ. *in pract. ſuo crimin. §. ſucceſſivè, per totum,* Ang. de Maleſi. *in verſi. quod fam. publica præcedente, nu. 4.* Blantin. *in rep. l. ſi ff. de qu. & alij Dd. plurimi.*

11 Imò requiruntur indicia, in ſuo genere urgentia, veriſimilia, clara & perfecta: & talia, quòd ſola confeſſio de eſſe videatur: *l. 1. ff. de qu.* Hipp. de Marſi. *in conſi. 63. n. 13.* Bald. *in conſi. 259. nu. 4. vol. 1. dicit,* quòd indicia debeant eſſe luce clariora, in ſua ſpecie indiciorum, maximè, quando tractatur de vita hominis: *tenuit* Rolan. à Valle *in conſ. 24. nu. 24. referens ſic ſecundum* Bald *in conſi. 77. volu. 3.* quod indicia debeant eſſe probabilia & veriſimilia, adeo quod judex ſit quaſi certus, quod arbitrio ipſius relinquitur: eadem & alia plura refert Bruno à Sole *in conſi. ſuo crim. n. 137.*

12 Et ſupra dicta quod debeant torturam præcedere indicia, in tantum eſt verũ, quod etiam vigore ampli arbitrij poteſtas: vel cõmiſſarius non poſſit ponere torturam, niſi habet legitima indicia: Jaſon. & Bal. *in l. milites, C. de teſta. militis,* Jaſon. *in l. 1 C. de SS. Eccleſiis,* Hippo. *conſi. 49. nu. 7. & 8. conſil. 50. nu. 2.* Felinus *in c. cùm oporteat, in 4. notab. de accuſat.* Calden. *in c. ex tenore, de foro competenti.*

13 Et ſi tortus ſine indicijs confeſſus fuerit, non valebit eius confeſſio: *l. penul. ff. de quaſt. & ibi* Bart. & Angel. Rolan. à Valle *in conſi. 31. num. 8. & num. 11.* etiamſi confeſſio ratificata fuerit ad bancum juris: *gl. eſt in l. penul. ff. de quaſtio.* eleganter notavit cum doctrinis, ampliationibus & limitationibus, Gabrie. Saray *in additione, ad ſingul. 55.* Matthæi de Matthesil. Hipp. de Marſ. *in pract. ſua* [illegible]

crim. §. occurrit, per totũ refert per multos Bruno à Sole *in conſ. ſua crim. num. 158. 159. & 160.* Imò judex, ponens reum ad torturam, legitimis indicijs non præcedentibus, tenetur in ſyndicatu: d. Gabrie. de Saray. *in d. addi. ad ſingul. 55.* Matthesilani, *& eleganter docuit* Jacob. de Bellovig. *in pract. ſua crimina. n. 99. in rubrica de quaſtionib.* Clar. *in pract. crim. lib. 5. §. fin. qu. 64. n. 9.*

Nota tamen, quòd confeſſio terrici valeat, etiam non præcedentibus indicijs facta: *ſecundum* Bal. *in l. 2. C. quom. appell. recipi.* Gabri. Saray. *in d. additione, in finalib. verbis.* Item torquari qui nõ poſſunt, terreri tamen quòd poſſit, *dicit* Joan. de Arno. *in ſingula. ſuo 99. incip. in regno.* 14

Et quod in dubio, an indicia ſint ſufficientia, nec ne, ſententia vel conſilij requiſitio requiratur, *vult Conſt. crim.* Car. V. *in Art. 7.* 15

Et quod omnia, modo notata, ſint in criminali Conſtitutione Caroli V. confirmata & diſpoſita, *demonſtrat textus clar. in Art. 20. qui ſic dicit:* ¶ Wa nicht zuvor redliche anzeigungen der Miſſethat / darnach man fragen wolte / vorhanden vnd beweiſet würden: ſol niemands gefraget werdẽ / (intellige Peinlich / prout deſignatur in rubro.) Vnd ob auch gleichwol aus der Marter die miſſethat bekand würde: ſo ſol doch der nit geglaubt / noch jemands darauff verurtheilet werdẽ. Wo auch einige Obrigkeit oder Richter / in ſolchen vberführen, ſollen die dem / alſo wider Rechts / ohne die beweiſene anzeigung gemartert were / ſeiner ſchmach / ſchmertzen koſten vñ ſchädẽ / der gebür ergetzũg / zuthun ſchüldig ſein. Es ſol auch kein Obrigkeit oder Richter / in dieſem fall keine Urſeyde helffen ſchützen oder ſchirmen; das der gepeinigte ſein ſchmach, ſchmertzen koſten vnd ſchaden, mit Rechte (doch alle Thätliche handlung außgeſchloſſen) wie Recht nicht ſuchen möge. 16

Sed inter alia faciens ad præcedentia, habetur & requiritur, *in iſto text. item probat* Clar. *in pract. crim. lib. 5. §. fin. qu. 64. n. 12.* quod indicia debeant legitimè formari & probari: ſed qualiter hoc, *demonſtrat tex. Art. 23. & 30. in d. Conſtit. crim.* Car. V *ſic volens.* Eine jede gnungſame anzeigung / darauff man Peinlich fragen mag / ſol mit zweyen guten Gezeugen bewieſen werden: *probatur per gloſſam in l. ſi. ff. de quaſt. nu. 46. verſi. ſeptimò præmitto.* Quòd indicium, etiam propinquum, debeat probari per teſtes duos, *habetur per Angelum in d. l. ſi. C. fam. hercìſc.* & concludit ſic poſt multos, *Brun. à Sole in conſi. ſuo crim. nu. 80. 128. & 119.* Hippol. de Marſil. *in ſingul. ſuo 476. incip. audiviſti.* 17

Et ibi, quales debeant eſſe teſtes, *adde* Weſen *in conſi. 98. parte 2* qui ibi multa bona de teſtium refutatione docuit: quod neq; unus teſtis 18

teſtis ſufficiat, neq; ad indicium formandũ, multo minus ad condemnationem faciendam: imo quod neque juratus eo probet, multo minus non joratus, *dicit* Decian. *in conſil.92.vol.2.n.23. & in ſeq.*

19 De modo iurandi per teſtem, ut ſcilicet juret ante depoſitionem ſuam, & noo poſt, *vult d.* Decian. *in d. conſi. 92. vol.2. n.30. & ibi bona de teſte non iurato.*

20 *S*ed quod unus teſtis, omni exceptione major, deponens immediatè de ipſo maleficio, probet ſemiplenè & ſic ad torturam, *probatur per* Bart. *in l.1.§ idem* Cornelio, *ff. de qu.* *per* Bal. *in l. milites, C. de quaſtio, & notavit* Hippo. de Marſi. *in ſingula. ſuo 476. incip. audiviſti, in principio, qui allegat multa iura, probat* Decianus *in conſi.92.vol,2.n.34. & veniunt ad corrobationem eorum verb.* Conſtit. *crimina. Caroli V. in Arti. 30.* Da alſo geſagt wird: Eine halbe Beweiſung (als ſo einer in der Häuptſachen die Miſſethat gründlich mit einem einzelichen Zeugen beweiſet, das heiſt vnd iſt eine halbe Beweiſung) vnd ſolche halbe beweiſung macht auch ein redliche Anzeigung / Argwohn oder Verdacht der Miſſethat. Aber ſo einer etliche Vmbſtänd / Anzeigung / Argwohn oder Verdacht beweiſen wil / das ſol er zum allerwenigſten mit zweyen guten tugendlichen vnuerwerfflichenen Zeugen thun: & debet unumquodq; indicium par ſe ſic probari: *d gl. in l fin. C. fam. heriſc.*

21 Imò ille teſtis, qui vult probare de indicijs, debet ritè recipi & examinari: alias nihil probat: *pulcherrimè notavit* Hippo de Marſi. *in ſingul ſuo 342. incip quando teſtis.*

22 Imo teſtes, in generali inquiſitione examinati, denuo examinentur: reo citato, & exiſtente contradictore, & datis interrogatoriis: alias non præjudicarent: Decia. *in conſ.92. vol.2. n,29 & 33.* conſuluit, quod recipiantur jurati in preſentia rei, vel ſic repetantur, qui pro informatione erant ſaltem recepti; imo indiciorum copiam dandam eſſe reo & quomodo hoc procedat, *docuit iſte d.* Decian. *in d. conſi.92. vol.2. n.131. item* Clar. *in pract. crim. lib.5.§. fin. qu.64 n.28.*

23 Et hoc debet iudex facera eum nominibus teſtium, reo etiam non petente: imo debet etiam judex ex officio dare advocatum: *poſt multos alios tenuit* Blan. *in rep. l. fi. ff. de qu. à n.24. uſq; ad n.31.*

24 Intelligas etiam, quando unus teſtis probat, quod concurrant cum illo unico teſte alia: nam ſolus ſine aliis indiciis non facit indicium ad torturam: Cyn. *in l. fin. C. de quaſt.* Hippo. *in d. ſingul.342. circa medium.*

25 Sed quod præcedente infamia de aliquo certo delicto: ſaltem contra aliquem poſſint formari indicia, & ſic devenlri ad torturam, *notaverunt* Angel. de Maleſi. *in verſic. quod fama publica præcedente, mihi n 99. & ibi* Auguſti. *in addi. & poſt alios* Brun. à Sole *in conſil. ſuo crim. n 13.55. & 88.*

Imò quod non poſſit inquiri, niſi contra diffamatum, *eleganter docuit d.* Brun. à Sole *in d. conſil ſuo crimin. n.148. & in ſequentib.* & ibi invenies, qualiter bona fama impediat nedum torturam, ſed etiam inquiſitionem ſine diffamasione, *docuit* Franciſ. Hercula, *in tracta. ſuo de probatio. negativa, n.198. ibi bona invenies de confeſſione.* 26

Quombdo autem talis diffamario fiat, *invenies ibid. apud* Bruno. à Sole, *in d. conſi. nu. 13. & 89. & in ſeqq. docuit* Anto. Blan. *in l. fina. ff. de quaſt. n.15. verſi. primo præmitto.* 27

Sed quæro: An unicum ſaltem indicium ad torturam ſufficiat, vel an requirantur plura? reſpondet Blan *in repr. l. fin. ff. de quaſt. n.39.* & facit diſtinctiooem, *de qua ibi vide per eum: & docet* Conſtit crimin. *Carol. V. in Arti. 30.* Clarus *in practic. crimin. lib.5.§. fina. quaſt. 64. n.14. (ubi concludit unicum indicium ſufficere, etſi ſit remotum à facto: eamq; ſententiam communem eſſe, & communiter in judiciis obſervari, aſſerit.)* 28

Quæ autem indicia valeant, & ſint ſufficientia ad torturam, nec ne, relinquitur arbitrio iudicis: quia nulla certa doctrina dari poteſt: *ut in l.1. §. ſi expilatores ff. de effractо. & expil. & Bal. in l milites, C. de quaſt.* Clar. *in pract crim lib 5.§ fin. quaſt. 64. num. 13.* Sed arbitrium judicis regulatur ſecundum diſpoſitionem juris communis: Barto. *in extravagante, ad reprimendum, in verb. videbitur.* Blan. *per iſtum, & alia in d. l fina. ff de quaſt. n. 40. & in ſeqq.* Ex informatione indiciorum quod procedatur de ſimilibus ad ſimilia, *habetur in* Conſti. *Caroli V. Arti. 24.* 29

Sunt autem indicia conſideranda ſecundum tempora tria: Præteritum, Inſtans & Conſequens: *ſecundum* Blanc. *n.66.* 30

Ad tempus præteritum, quod de præterito habuerit quis animum & propoſitum ſic delinquendi, poſſunt referri ſequentia indicia. 31

1. Præparatiooes & orationes indicant penſameotum & homicidium, ſeu etiam aliud delictum præcogitatum: Blanc. *num. 67.* (Decian. *in conſi.67. vol.3. n.5.* quæ requirantur, ut dicatur ioter plures penſamentum commiſſum, hoc eſt, animum & propoſitum delinquendi adfuiſſe, dicit: 1. colloquium præcedens, & tractatum committendi maleficium: 2. ipſam deliberatiooem & modum committendi: 3. executionem & confiemationem delicti, virtute præcedeotis deliberationis tractatæ.) 32

Sed quæ poſſint reum excuſare à penſamento, hoc eſt, ab animo & propoſito oc- 33

cidendi, *conſuluit idem Decia. in conſ. 104. vol. 3.* ¶ 2 Emptio armorum, quæ frequenter in uſu non ſunt ¶ 3. Exercitatio in armis inſolita, pro qualitate perſonæ, & loci ¶ 4. Si feceris limare vel molare arma, ut facilius inciderent vel vulnerarent: Einer leſt eine Wehre ſcherffen oder Polliren / wie mans heiſt. ¶ 5. Simile poteſt dici de jure, der etwan zu frembden Schlöſſern Schlüſſel hat machen laſſen oder ungewöhnliche Schlüſſel oder inſtrumẽta, damit einer kön̄e Diebſtal begehen: & de furto commiſſo ſi conſtet, & conditio perſonæ conjecturas admittat: tunc enim ex factis arguitur hominis animus, atque ex verbis: *l. de quibus, ff. de legibus, l. Paulus, ff. rem rat. habe.*

34 6 Vel ſi monuerit quis amicum vel aliquem, ut ſibi faceret aſſiſtentiam, vel dixerit aliqua alia verba, ex quibus judex arbitrari poſſit: *Blanc. n. 68* Angel. *in l. fina. C. de quæſt. textus eſt in l. 1. §. uti poſſid. ff. de vi & vi armat.*

7. Qui veniebat armatus & ſtipatus ad
35 caſtrum meum, præſumitur, quod voluerit illud expugnare, vel mihi vim inferre.

Sic etiam ex præparatoriis deſumi po-
36 teſt probatio in cauſa adulterii: nam deoſculatio, tactus mammillarum, apparatus, convivia, & alia ſimilia præparatoria probant adulterium; *ut eſt gloſſ. 3. & ibi* Bart. *in l. quod ait lex ff. de adulteriis, idem Barto. in l. 2. §. fina & in l. capite quinto, ff. eo. tit. tex. eſt in c. præterea, ext. de teſtib.* Blanc. *n. 69.*

De clandeſtino partu, & matris partus
37 interemptione, *habetur text. in Arti. 35. Conſtitu. crim. Car. V. ſic dicens*: So man ein Dirn / ſo für ein Jungfraw gehet / im argwohn hat / das ſie heimlich ein Kind gehabt und ertödtet habe: ſol man ſonderlich erkunden / ob ſie mit einem groſſen ungewöhnlichen Leibe geſehen worden ſey: mehr / ob ihr der Leib kleiner worden / und darnach bleich und ſwach geweſen ſey. Wo ſolches und dergleichen erfunden wird / wo denn dieſelbe Dirne eine ſolche Perſon iſt / darzu man ſich der verdachten Thae verſehen mag: ſol die durch verſtendige Frawen / an heimlichen ſtetten / als zu weiter erfahrung dienſtlich iſt / beſichtiget werden: würde ſie da ſelbſt auch argwöhnig befunden / und will der that dennoch nit bekennen / mag man ſie Peinlich fragen. Alter eſt text. *in Arti. 36* Wo aber das Kindlein / ſo kürtzlich ertödtet worden iſt / das der Mutter die Milch in den Brüſten noch nicht vergangen iſt / mag an ihren Brüſten gemolcken werden. Welcher denn in den Brüſten vollkomene Milch befunden wird / die hat deshalb eine ſtarcke vermutung peinlicher Frag halben wider ſich. Nach dem aber etliche Leibärtz ſagen / das aus etlichen natürlichẽ Sachen / etwa eine die kein Kind getragen / Milch in Brüſten haben möge / Darumb ſo ſich eine Dirn in dieſen fällen alſo entſchüldiget, ſol deshalb durch die Hebammen / oder ſonſten weiter erfahrung geſchehen. De materia probanda virginitatis, *vide pulcherrima per tex. & Dd. in c. penult. ext. de probation.*

Simile poteſt deduci de indiciis forman-
dis & habendis ſuper clandeſtina venena- 38
tione *in Arti. 37. Conſti. crim. Item*: So der verdachte uberwieſen wird / das er Gifft kaufft oder ſonſten damit umbgangen: unnd der verdacht mit dem vergifften in uneinigkeit geweſen / oder aber von ſeinem tode vortheils oder nutzes wartend were / oder ſonſt eine leichtfertige Perſon / zu der man ſich der that verſehẽ möchte / das macht einer redliche anzeigung der Miſſethat: Er köñe denn mit glaublichem ſchein anzeigen / das er ſolch Gifft zu andern unſträfflichen Sachen gebraucht hette oder brauchen wollen: Auch ſo einer gifft kauffte / das vor der Obrigkeit zu leugnen ſtünde / vñ doch des kauffs uberwieſen würde / möcht auch gnugſam urſach zu fragen / wozu er ſolches gifft gebraucht oder brauchen wollen: Diß iſt wider die Mägde / alſo offt ſie Sagebawm und Singrühn keuffen / kochen unnd trincken: *vide quæ notavi ſup. in litera V. verſi. de venenis, & poculis amatoriis.* Et quod in delictis clandeſtinis facilius deveniatur ad torturam voluit Clar. *in pract. crimin. lib. 5. ſu. qu. 64. n. 6.* Unicus teſtis ſufficit ad quæſtionem accuſato adhibendam, in crimine læſæ majeſtatis: *l. 1. § 4 de qu. v. l. 9 C de teſtib.*

De tranſitu non ſolito: & iſtud eſt indi- 39
cium, nempè quando quis ambulaverit in viis non ſolitis: ſimile, quando quis egreditur civitatem, ſed non per viam publicam & conſuetam: *l. fin. ff. de rer. diviſio.* Blan. *nu. 60. & 71.* Decianus *in conſ. 67. vol. 3. n. 16. notat ſup. in litera R in verb. de regalib, ver. de via publica.*

Item frequentatio viæ, in qua delictum 40
eſt commiſſum, facit indicium: *Blanc. nu. 72.* purgationem iſtius indicii docuit Novell. *in tract. defenſio. in quæſtione, An indi. reo ſint danda, num. 63.*

Armorum delatio, & armorum genus, 41
oſtendit animum, & præmeditationem ad occidendum: *Blanc. num. 78. & 83 notavit. ſup. in lit. A verſi. de armis*: purgationem docuit Novell. *in tract. ſuo defenſio. in quæſt. 67. & 68. & in ſeqq.*

Aſportatio, & alienatio bonorum, inducunt etiam malum animum, & præmedi- 42
tationem ad homicidium: Saly *in l. fin. C. de quæſtion* Blan. *numer. 85. & 86.* iſtius indicij purgationes, *vide per* Iacob Novell. *in ſuo tractat. defenſio. in quæſtion. An indicia pro reo ſint danda, n. 122.*

De inimicitia, quod & illa faciat indiciũ 43
cæteris concurrentibus, ſed quæ & qualiter contrahatur, *docuit Blanc. num 90. & in multis ſeqq.* Decia *conſi. 67. vol. 3 num 9. notavi ſupr. in litera I. verſi. de inimicitia*: Gandinus *in tract. maleſi.*

maleſi. in rubri. de præſumptionib. & indi. dubita.n.16. Iacob. Novel.*in tracta. ſuo defenſio. in quæſtio.An indicia pro reo ſint danda, n.41.& ibi n.42.dicit, de purgatione eius per reconciliationem.*

44 De minis, Blanc *n.179.*Gandi *in tracta. maleſi. rubri.de præſumt. & indi.n.13.* Blanc.*in num.183.* docet de eo, qui minatus eſt, & minas ſolitus eſt exequi, vel non, Iacob.Novel. *in tractat.defenſion.quæſtion. An indicia reo ſint danda,n.50* & ibi de iſtius indicii purgatione.

45 De tractatione, Blanc.*n. 184. & 186 & in* Conſti.*Carol. V. in Arti.32 ibique de minis.* Sed purgationem iſtius indicij ex jactatione, *docuit* Iacob Novel. *in tracta. ſuo defenſio. in quæſt. An indicia pro reo ſint danda, n.76 & ibi*, de jactationis revocatione, & de aliis.

46 Vnd ſolche neben dergleichen Argwöhnen werden gezogen auff alle Miſſethaten: *ſit in* Conſtit.*Carol.V. Arti. 25.& 26.* formantur ibi octo indicia, ſed tamen ità, ut iſtorum unum non faciat indicium, ſed requiritur, ut aliqua concurrant, *in d.* Conſti.*Arti.27.*

47 In ipſo actu homicidii indicia ſunt, modus percutiendi: *text.eſt in c. t.de homici.& ibi* Abbas: quia percutit quis ex inſidiis, vel percutit cum armis, & in capite, vel in alia parte corporis: Blanc. *n.188.*

48 Competit indicii mali purgatio, quando habuit arma, & non percuſſit eum illis: Novell.*in tracta. ſuo defenſion in qu. An indicia pro reo ſint danda, n.74. id* Novell *n.127. ibi.*

49 E modo percutiendi exiſtit quidem indicium, ſed purgatur, ſi percuſſerit eum haſta, vel pomo, quando potuit percutere cũ enſe: vel quando percuſſit ad dorſum vel pedem, cum potuerit percutere ad caput, vel ad alium locum periculoſum: nam non præſumitur, quod habuerit animum occidendi.

50 Proditio: *Blan. n.191. notavi ſup. in lit.P. verſi. de proditore.* De multitudine vulnerũ qualiter per illam probetur animus interficiendi, Blanc.*n.195.*

51 De hoc indicio & de purgatione eius, *vide* Novell. *in ſuo tract. defenſio.in qu. An reo indicia ſint danda.n.133.*

52 De tempore, puta de nocte: facit nox indicium præcogitationis, *Bal.* 198. de hoc indicio & eius purgatione, Novell. *in ſup.d. loco, num.137.*

53 Item locus aggravat delictum, & præcogitationem: *oſtendit* Blanc. *n. 200.*de purgatione Novel.*in d. loco, n.140.*

54 De tortura ſeu quæſtione, Petrus Greg. *in Syntag. lib.48.cap.*12. ¶ Torturæ finis quandoque eſt pœna, quandoq; indagatio veritatis: Pet Greg. *lib.48.c. 12.n.30.* Iul. Clar. §. *fi. qu.70.verſ.plerumq; etiam, fol.195.*

55 Tortura non facile adhibenda ad maleficiorum veritatem inveſtigandam: quia res fragilis, fallax & periculoſa, ſed plus diligentiæ, curæ, induſtriæ & ſtudii ad deliberandum recidendumq; à judice exigendum: Vivius *deciſ.467.lib.3.*

Negare cibum & potum, ſpecies eſt tormenti: & idem eſt ponere in loco, in quo frigore moriatur: Capyc. *dec.145 n.2.* 56

Tortura illata reo, licet tortus non fateatur, tamen nullum infert fiſco præjudicium, ſtante proteſtatione fiſci, circa ea, de quibus reus ipſe criminis convictus fuerat: Vivius *lib.1. dec.143* 57

Non poteſt reus torqueri neque condemnari, ſtante exculpatione offenſi: Vivius *lib.1.deciſ.101* 58

Ad torturam non eſt procedendum, niſi præcedentibus indiciis: quæ autem ſint talia, habes per Bart. *in l. fin in 2. colum de qq.* ¶ Vnus teſtis idoneus facit indicium ad torturam: *Bart. poſt gl. in l maritus, de qq. & in l. 1.§. idem Cornelio, eod.tit.* ¶ Tortura non infamat, ſi fiat pro veritate eruenda: *l. nullam, C.ex quibus cauſſ.infam.irrog. ibi* Bartol. *& Salic.* ¶ Ad torturam judex facilior eſſe debet, & promptior, in delictis, quæ occultè committuntur: ſicut eſt adulteriũ, venenare aliquem, falſificare monetam, & ſimilia: *ita dicit* Bald.*in l.3.C. de Epiſc.audien.*Alex.*conſi.77. vol.1.n.9 col.* 2.¶ Pœna judicis indebitè torquentis. Si judex indebitè ad torturam aliquem poſuerit, & ſequatur inde mors, eſt pœna capitis: *Bart. in l. qu ff.de qu.*ubi dicit, ſibi id contigiſſe, dum eſſet judex maleficiorum. ¶ An autem, ſi non moritur tortus injuſte etiam ſit pœna capitis vel Injuriarum, *vide* Iaſ.*qui alios refert in l.1.in 1.col. quod quisque jur.* 59

Aſſociatio, vel auxilium præſtitum, receptatio, & aſſiſtentia, faciunt indicia: *Blan. n.281. & 202. notavi ſupr. in lit. A verſi. de auxiliatore, & in lit.R.de receptationibus*: de iſto & ſimul de participatione, *iſt text. in* Conſtitu. *crimin. Caroli V. Art.40.*Item: ſo einer wiſſentlich vnd gefehrlicher weiſe / von geraubten oder geſtolenem Gute / Beute oder Theil nimpt: oder ſo einer die Thäter wiſſentlich vnd gefährlicher weiſe / äſſet vnd trenckt: auch die Thäter oder obgemelt vnrecht Guth / gahr oder zum theil wiſſentlich annimbt / heimlich verbirget / beherberget / verkaufft oder vertreibet: oder ſo jemands den Thätern ſonſt in andern dergleichen wegen / gefehrlich fürderung / Rath oder Beyſtand thut: oder in ihren Thaten vnziemlich gemeinſchafft mit ihnen hette / iſt auch ein anzeigung Peinlich zufragen vnd von andern mehr vrſachen meldet die Text dieſes Articels ferner / de quibus ibi lege. De indicio ex receptatione exiſtente, deq; ejus purgatione, *notavit aliqua* Novell. *in tract. ſuo defenſio. quæſt. An indicia pro reo ſint danda, n.94.* 60

Vu 2 De

61 De confeſſione extra judiciali, quod faciat indicium ad torturam: ſed, quæ requirantur ad illam, *dixit* Blanc. *n.* 204. *& in ſeqq. notavi ſup. in lit. P. verſi. de probatione per confeſſionem.*

62 Purgatur indicium ex confeſſione extrajudiciali exiſtens, ſicut indicium ex jactatione oriens: *de quo* Novell. *in tract. defenſio. in quæſtio. An ind. pro reo ſint danda. num.* 80.

¶ De confeſſione, coram in competente judice facta, an faciat indicium? Blanc. *n.* 214. *& in ſeqq.*

63 Confeſſio facta in tortura, an faciat indicium, ſi reus ductus ad ratificandum negaverit? Dd. tenent indicium oriri, *per notat. per Bart. in l. unius, §. in prin. ff. de quæſtio. & tenet* Bal. *in l. in bonæ fidei, col. 2. verſi. item quarto, C. de inveſtur.* ratio eſt: quia variatio in ren facit indicium, & ex ea poteſt torqueri *ut per* Bald. *in l. multum intereſt, & per* Bart. *in l. de minore, §. plurium. ff. de quæſt.* Blan. *docet n.* 219. accipe, ſi confeſſus fuerit in tortura legitimis indiciis præcedentibus antequam torqueretur.

64 Receptatio literarum cum taciturnitate, an faciat indicium ad torturam? *vide* Hippo. de Marſi. *in pract. ſua crimin. §. diligenter, n.* 196. *verſic quæro etiam de notabili dubio: poſt eum* Blanc. *in l. fin. ff. de qu. num* 223. concludens, quod non faciat indicium: ſed illa taciturnitas quod probet in civilibus, & qualiter, *notavi ſupr. in litera P. verſic. de probatione per taciturnitatem.*

65 De confeſſione pœnitentiali, an faciat indicium, *notavi ſupr. in litera C. verſi. de confeſſione pœnitentiali, ſeu ſacerdoti facta*: adde de confeſſione, advocato facta, Dec, *in conſil.* 91. *vol.* 2. *n.* 224.

66 De tractatu, qui dicitur eſſe, quoties plures conveniunt inter ſe, & in ſimul conſilium faciunt, & in eandem opinionem deveniunt ad delictum committendum, *eſt tex. in l. & ſi amici, ff. ad leg.* Iul. *de adult.* & de iſta materia tractatus, *vide* Blanc. *n.* 225. Angel. *in tractat. maleſi. verſi. & ad hoc colloquium & tractatum, &c.*

67 De indiciis, demonſtrantibus tractatum, *docuit* Blanc. *de ſecreta conventione & loquutio. n.* 231. *&* 232. de hoc indicio ex ſecreta locutione, deque ejus purgatione, *docuit* Iacob Novell. *in ſuo tract. defen. in qu. An ind. pro reo ſint danda. n.* 92.

68 Rixa ſecunda parum poſt primam facta, quod faciat indicium mali animi, Blan. *num.* 233. *notavi ſupra, in litera R. verſi. de rixa, & de rixoſo.*

69 Aggreſſio, nullis dictis verbis: de tali aggreſſione, quod faciat indicium tractatus, & mali animi, *dicit* Blanc *n.* 234. Angel. de Malefic. *verſ. fecit inſultum contra dict. Titium.*

De inſultante & provocante, *aliqua eleganter notavit* Hippo. de Marſi. *in pract. ſua crimin. §. quoniam, n.* 82. *uſq. ad fin.* facit indicium ſed tollitur in caſibus, de quibus: *docet* Novell. *in tractat. ſuo defenſion. in qu. An indicia danda ſint pro reo, n.* 141.

De aſſiſtentia, quod ſimiliter faciat indicium ad tractatum, *voluit* Blanc. *n.* 236. *notavi ſupr. in litera A. verſic. de auxiliatore.* Angel. de Maleſic *verſic. de maleſic. aſtitit.* 71

Ducens verbis aliquem, ſciens maleſactores eſſe in certo loco, & derobatus vel occiſus quis ſi fuerit, habet contra ſe indicium, quod ſit criminis particeps, & cauſam delicti quod præbuerit: Blanc. *n.* 238. 72

Ex perſona & vita imputati, etiam ſumuntur indicia: ut, quia eſt perſona malæ cõditionis, vitæ & famæ: vel eſt perſona, quæ talia committere ſolita eſt: Blan. *n.* 241. *pulcherrimè* Hippo. de Marſi. *in pract. ſua crimin. §. diligenter, n.* 99. *& in ſeqq.* non incongruè hic referri poteſt *text. in crimin.* Conſtit. *Caroli V Artic.* 39. *ſic dicens*: item, ſo Reyſige oder Fußknechte gewönlich bey den Wirdten liegen vnd zehren / vnd nicht ſolche redliche dienſte/ Handthierung oder gülde/ die ſie haben/ anzeigen können. dauon ſie ſolche zehrung ziemlich thun können: die ſeint argwohnlich / vnd vordechtlich zu vielen böſen ſachen/ vnd allermeiſt zu Rauberey: als ſonderlich aus unſerm vnd des Reichs gemeinen Landfrieden zumercken, darinnen geſatzt iſt/ das man ſolche Buben nit leiden/ſondern annemen/ härtiglich fragen, vñ vmb jhre Mißhändel ernſtlich ſtraffen ſol. Deßgleichen ſoll ein jede Obrigkeit / auff verdechtige Bettler vnd Landtfahrer auch fleiſſig auffſehens haben. 73

De converſatione malorum: Quod faciat indicium, converſari cum malis, *dixit* Blan. *n.* 253. *textus eſt in l.* 35. *nullus putat. ff. de excuſa. tuto.* Gandi. de Malefic. *in rubr. de præſumptio. & inde dubita. col.* 2. *verſi. item habet indagare*: & in præmiſſis dixit de mala vita, fama, & habitu, qualis quis ex illis æſtimetur. De converſatione cum malis: format ex illa indicium. Novell. *in tractat ſuo defenſio. in quæſtio. An indicia reo ſint danda, n.* 46. *& ibi num.* 48. *refert*, quomodo præſumatur quis purgatus & emendatus à mala vita: quia per triennium bonæ fuit converſationis & vitæ: imo propter deſiſtentiam ab iniquo genere vivendi, & reverſionẽ ad bonã frugẽ fingitur quis novus homo: *per Bald. dixit in conſi.* 3. *vol.* 5. & ſic docuit de purgatione iſtius indicii. 74

De qualitate perſonæ conſideranda, *docet Blanc. in n.* 255. 75

De qualit. loci, *not.* Gand. *in rubr. de præſu.* & *indic. dubitat. col.* 2. *in fin verſi. item conſiderat.* 76

De indicio quod oriri poteſt ex argumẽto de communiter accidentib. *not.* Blanc. *n.* 257. 77

Contra

78 Contra ſolitum & conſuetum delinquare, urget indicium: quia ſemel malus, in eodem genere delicti: purgationem iſtius, *vide per* Novellum *in ſua tracta. defenſio. in quaſtio. An indicia pro reo ſint danda, n.104.*

79 Ex verbis indicia oriuntur: ut ex trepidatione, inconſtantia, varietate, ex voce balbutiente, loquela timida, pallore: *eſt textus in l. de minore, §. plurimum, & ibi* Bart. *ff. de quaſtio. Blan. num. 259* qui ibi docet, quando iſta habeant locum, & in qua variatione: de indicij eliſione ex trepidatione, *docet* Novel. *in d. tract. ſua defen. in quaſt. An pro reo indicia ſint danda, n.143.*

80 Taciturnitas domeſtici facit indicium ad torturam: Blan. *n.275.* Decia. *in conſil. 91. vol. 2. ibi*, non indicans vel revelans res furtivas, in domo ſua repertas: *n.120.*

81 Item ſolicitans, & multum petens, ut inquiratur, cum res ad eum pertineat: dici debet ſuſpectus, & habet contra ſe indicium: Blanc, *n.176.* Hippo. de Marſi. *in pract. crim. §. diligenter n.150.*

82 Fuga quotupliciter conſideranda, ut probet delictum, vel faciat indicium ad torturam, vel non, *Blan. n.277.* & de fuga, *notavi ſup. in lit. P. verſ. de probatione per fugam, & ibi vide: & vide* Hippo. de Marſi. *in pract. crimin. §. diligenter, num. 41. & num. 43. docet*: qualiter præſumtio per fugam inducta poſſit tolli & purgari: *item* Blan. *n.263.* Iacob Novell. *in tr. ſuo defenſio. vult*, quod per ſpontaneam præſentationem, ſeu ad carceres oblationem infra tempora ad purgandam moram, vel contumaciam proveniens, indicium ex fuga ſit purgatum: *in quaſtion. An indicia pro reo danda ſint. n.29.*

83 De fuga officialis dum ſyndicatur, *Blan. num. 288.*

84 Fugatus cum clamore, ſeu rumore à loco maleficij, habet indicium contra ſe: *l. itaq. ff. ad leg. Aq. c. ſi perfodiens, ext. de homicidio.*

85 Fugiens cum gladio evaginato, ſanguinolento: & reperto mortuo in loco à quo aufogit, habet indicium ad torturam contra ſe: Blanc. *n.292.* Gandi. de *Malefic. rubri. de præſumtio. & indic. indubita. n.10. & .11.* Angel. de Malefic. *in verſ. quod fama publica precedente, n.64. ibidem in apoſtilla & addi. Auguſti.* & de hoc indicio, ejuſque eliſione, *vide* Novell. *in tract. ſua defenſio. in quaſt. An indicia pro reo ſint danda, n.144.*

86 De fuga, fractis carceribus, *vide* Hippo. de Marſi. *in dict. §. diligenter. numer. 46.* Sed de fugiente de carcere, quando captura fuit nulla, *eundem* Hippo. *in dict. §. diligenter, numero 52.*

87 De hoc indicio, deque ejus purgatione, *vide* Iacob Novell. *in tractatu ſuo defenſion. in quaſtion. An indicia pro reo ſint danda, numero 101.*

De contumacia, an propter illam quis poſſit torqueri, Hippol. de Marſil. *in practic. ſua crim. §. diligenter, n.136. & poſt illum Blan. num.293.* 88

Si comparendo infra terminum purgaverit contumaciam, purgatum eſt indicium ex contumacia veniens: Novell. *in d. loco tractat. num. 29.* 89

Prohibens, ne quis capiatur: vel procurans ut aufugiat, vel vadat ne capiatur: habet contra ſe indicium: *Boniſac.* de Vitel *in tract. maleſi. in rubri. de indiciis, num. 2. in fin.* Blanc, *num. 294.* ſed ejuſmodi indicium quomodo tollatur & elidatur, *notavit* Novell. *in tract. ſua defen. in quaſtion. An indicia reo ſint danda, num. 101.* 90

Cum cultello inventus prope mortuum, Angel. de Malefic. *in verſ. quod fama publ. praced. n.17.* habet contra ſe indicium: *poſt illum* Blanc. *n.295.* 91

Item ſi viſus fuerit cum gladio ſanguinolento, & pallida facie, exire de domo aliqua, in qua quis interfectus invenitur: Blanc. *n.297.* Angel. de Malefic. *vult*, quòd etiam ſufficiat ad condemnationem, *d. verſi. quod fama publ. praeſ. num. 18.* De hiſce indiciis, eorumque purgationibus. Novell. *in tractat. ſuo defenſio. in quaſtia. An indicia pro reo ſint danda, num. 144. & 145.* 92

Cadit indicium contra dominum domus alicujus, prope quam reperitur mortuus, ſi alia urgeant ſimul indicia: Blanc. *num. 298.* indicium ſic formari ſimul fatetur: ſed annihilationes *ponit* Novell. *in d. loco tract. ſui, n.146.* vel quando mortuus in domo faciat indicium contra inhabitantem domum; *idem* Blanc *nu. 291.* Angel. de Maleſi. *in d. verſi. quod fama praced. n.18.* Et de indicio contra aliquos, qui ſunt in domo, in qua quis ex illis occiſus invenitur, an præſumatur contra illos: *idem* Ang. *ibidem n.53.* 93

Inventus in loco delicti, indicium contra ſe facit: *l.1. §. quid ergo, & §. hic autem, ff. ad* Sylla. Blan. *n.300.* 94

Viſus ad menare gladium ſeu vibrare, licet non ſit viſus percutere habet indicium contra ſe, ſi concurrant alia: *Blanc. n.302. notavi ſupr. in lit. A. verſi. de admenatione.* 95

Prohibere potens, & non prohibens, culpa criminis carere non videtur: Gand de Maleſi, *in rubr. de præſumpt. & indi. dubit n.24.* Blanc. *n.303.* Purgationem *vide per* Novell. *in ſua tract. defenſio. in quaſtio. An indicia pro reo ſint danda, n. 98.* & ibi tractatur quæſtio, An quis periclitantem juvare debeat: & non juvans, an in pœnam? 96

Pax & tranſactio, an faciat indicium ad torturam, 97

torturam, *vide* Hippo. de Marſi. *in* §. *diligenter, n* 178. *&* Blanc. *n* 306. *Bal, & alios Dd. in l. tranſigere, C. de tranſactio. vide quæ notavi ſupr. in litera P. verſi. de pace*: ſed Hippo. *in d.* §. *n.* 306. docet de cautelis: Quomodo tranſigendo quis non dicatur fateri, & ſic contra ſe facere indicium, Iacob. Novell. *in tract. ſuo defenſio. in quæſt. An indicia reo ſint danda, n.* 58. *Idem* Novel. *num.* 110 *dicit*, quod pax, tractata per communes amicos faciat indicium: ſed tollatur, ſi pax fuerit tractata gratis, nullo dato recepto ſeu promiſſo: quia non videtur propter hoc crimen fateri indiſtinctè: & ibi docet ad longum, quod pactio privatorum non inducat impunitatem delicti, & in quibus caſibus poſſit tranſigi.

98 Petitio veniæ, an operetur indicium? quòd non, *dixit* Hipp. de Marſi. *in d.* §. *diligenter, n.* 180. *per gloſſam, in c. exhibita. extr. de homici.* Blanc. *n.* 108. *cautelam vide ibi fine* §.

99 Negligens in puniendo, habet indicium contra ſe; Blanc. *n.* 310. ¶ Denunciatio decani vel centenarij, an faciat indicium, *dicit* Blan. *in d. repe. l. fin. n* 396. ¶ In cantationes, divinationes, & ſortilegia, an faciant indicium, *eleganter notavit* Hipp. de Marſi. *in pract. ſua crimin.* §. *diligenter. num.* 181. Blan. *n.* 397. *& nu.* 400.

100 De nomine malo, & de phyſiognomia mala. Blanc. *nu.* 405. *&* 406. Expedire autem, habere bonum nomen, *notavi ſup. in liter. P. verſi. de bona fama*: Et prodeſt bona phyſiognomia. *ut voluit* Bal. *in l.* 2. *C. quo appella. non recip.* Novell. *in tract defenſio. in quæſt. an indicia pro reo ſint danda, nu.* 108.

101 De ſigno, ut quia ad tactum occiſoris, mortui cadaveris vulnus emittit ſanguinē. Iſtud ſignum in noſtris regionibus ſæpiſſimè practicatur, & ceteris concurrentibus ad illud, judicator: *de illo* Hip. de Marſi. *in pract. ſua crim* §. *diligenter, nu.* 181. *in fine, & Blan. num* 507.

102 Fama quatenus facit indicium, *vide* Blan. *nu.* 311. *& vide quæ notavi ſup. lit. P, verſi. de proba per famam*: Ang. *plene in verſi. quòd fama publica præced. & in verſi. non quidem à malevolis.*

103 Et nota, quòd furti indicia poſſint etiā deſumi ex indicijs diverſis, concurrentibus in homicidio: de quibus pro caſus contingentia cogitari & arbitrari poteſt: ſed de ſpecialib. furti indicijs, *notat* Blan. *in l. fi. ff. de qu. n.* 409.

104 Solitus furari, & ſic mala fama, facit indicium contra imputatum: *gl. eſt in l. incivilem, ibi* Bal. & Sal. *C. de furtis*: quod tamen verum eſt ſi concurrant alia: *Blan. num.* 411. purgationem *vide apud* Novel. *in ſuo tract. defenſio. qu. An indi. pro reo ſint danda, nu.* 104.

105 Vicinus domui, cuius habet noticiam, in qua factum eſt furtum judicatur, quòd furtum commiſerit: *tex. eſt in l. dominus horreorum, ff. de loca. & ibi* Bar. fallit, niſi vicinus ſit homo bonæ famæ: Blan. *nu.* 412. *&* 413.

Et inde poteſt quæri, an hoſpes vel eius familia poſſint torqueri pro re furata viatoris in hoſpitio? *docuit* Auguſt. *in addi. ad An. verſi. quod fama publica præced. nu.* 107 *& ibi in fi.* quærit de cuſtode, an pro re amiſſa poſſit torqueri? Blan. *in nu.* 415. *vult*: quòd conſideretur non tantum vita, conditio & fama hoſpitis, ſed etiam viatoris: de hoc indicio contra vicinum, deq; eius eliſione, *docuit* Novell. *in d. loco ſui tract. defenſio. n.* 152. 106

Res furtiva ſi reperiatur penes aliquem, indicium eſt, ipſum eſſe furem: *l. incivilem, & l. civile, C. de furtis*: & poteſt torqueri, niſi poſſit indicare ſuum authorem, vel ſit alias homo bonæ vitæ & famæ: Blan. *num.* 416. & de iſtis declarationibus, niſi poſſit oſtendere, à quo habeat, & niſi ſit homo bonæ famæ, locutus eſt eleganter tam de vicino, quàm de eo, apud quem invenitur res furata Hipp. de Marſi. *in repet. qui falſam monetam, num.* 121. *&* 125. *ff. ad l.* Corne. *de falſis*: Rolan. à Valle *conſuluit in conſi.* 45. *num.* 39. & quod bona fama ſic ſit conſideranda, *habetur in Conſt. crim. Caroli* 5. *art.* 28. 107

In caſu, quando res fortiva vel furata inventa fuerit in domo alicuius; quomodo & qualiter hoc debeat probari, & quatenus inde contra dominum poſſit formari vel oriri indicium ad torturam: quæ autem ſint, quæ poſſint iſtud indicium infirmare, adeò quòd non valeat contra illud intentatum, *conſuluit* Decia. *in conſil.* 92. *volum.* 2. *numer.* 23. *& num.* 91. *numer.* 9. *deducit*, qualiter pro domino domus ignorantia faciat, & quomodo poſſit probari quòd non potuerit ſcire, res illas furtas eſſe in domo ſua: contra theòricam, quòd quis non præſumatur ignorare ea, quæ ſunt in domo ſua: qualiter tandem innocentia iſtius domini domus deduci, colligi & conſiderari ex multis circumſtantijs, in hoc caſu poſſit, *pulcherrime d.* Decia. *in iſto d. conſi.* 91. *volum.* 2. *num* 47. *& inſeqq. & num.* 114. *vide*, qualiter ſpontanea præſentatio faciat maximum indicium innocentiæ *Hipp. latè in practic. criminali,* §. *diligenter, numer.* 114. *in iure Saxon. habetur textus elegans in Artic* 36. *lib.* 2. Landr. *Novell. in tract. ſuo defenſio. in quæſt. an indicia pro reo ſint danda, num,* 148. *ibi vide de iſtius indicij eliſione.* 108

Et de iſta rei inventione, quod faciat in iſtum eventum indicium, *diſponitur in Conſt. crimin. Caroli* 5. *Art.* 43 *in princip. in hæc verba.* 109
So der Diebſtal bey dem vordechtigen gefunden oder erfahren wird / das er denſelben gar oder zum theil gehabt / verkaufft / vergeben oder anworden: vnd ſeinen Verkeuffer oder W.hemann

man nicht anzeigen wolte: ſo hat derſelbige eine redliche anzeigung der Miſſethat wider ſich: dieweil er nicht außführet/das er ſolche Güter / vngefehrlicher / vnſtrefflicher weiſe/ mit einem guten glauben an ſich gebracht habe.

110 Expendens multam pecuniam de illa ſtampa ſeu cuneo, cuius fuit pecunia, quæ fuit ſubtracta, habet indiciũ contra ſe: Angel. *in l milites, C. de quæſt. ſed* Blan. *in l. fina. ff. de quaſt. nu. 420. putat*, non eſſe ſufficiens indicium ad torturam. *ſed ſecundum* Ang. *vult*, per illum indicium alia indicia coadiuuari.

111 Simile, quòd eiuſmodi indicium ſuper moneta non facile poſſit probari, *habetur in gl. in Art. 26. lib. 2.* LandR. Denn es könne ohne das wol einer eine ſolche Müntze deß ſchlages gehabt haben.

112 Aliud indiciũ formatur ratione inſtrumentorum: denn ſo der Diebſtal mit ſondern ſpeer oder brechzeuge geſchehẽ were: ſo denn der verdachte/an demſelben ende geweſen / vnd mit ſolchen gefehrlichen ſpeer / oder brechzeugen vmbgangen/ damit der Diebſtal geſchehen: vnd der verdacht ein ſolche Perſon iſt / darzu man ſich der Miſſethat verſehen mag: iſt Peinliche frage zugebrauchen: *Art. 43. in medio, in* Conſt. Carol 5.

113 Item expendens multam pecuniã, cum antè eſſet pauper homo, nec reperitur, unde habeat, indicium habet contra ſe: *voluit* Bartol *in l. fin. ff. de quaſt. argumento textus in l Quibitus ff de dona. inter vi. & uxo.* Salic. *in l. fina. C. de quæſtio. concordat text fin. Art. 43.* in der Peinlichen Halßgerichts Ordnung Caroli 5. de hoc indicio, & eius purgatione, *in qu. an ind. pro reo ſint danda, nu.* 130.

114 Aliud eſt indicium furti, ut, quando quis viſus eſt exire domum cum fardello ſub veſte vel pallio, ſed quid eſſet ignorabatur: & ſi hoc probatum fuerit per duos teſtes: illud erit vehemens argumentum, quòd ſubtraxerit res deficientes in domo, & quæ dicebantur furatæ in loco, unde ille exiuit: Angel. *in l. 2. C. de q.* Bl. *n. 418. in d. l. fi. ff de quæſt.*

115 Sic etiam exiens de nocte de domo, in qua furtum eſt factum, habet indicium contra ſe, cum maximè præſumat contra agentẽ da nocte: *ut eſt gl. in l. furem, ff. ad leg.* Cornel. *de ſica.* Blan. *nu. 419.*

116 Itẽ fuga famuli facit contra ipſum indiciũ quod furatus ſit rẽ domeſticã amiſſã: *gl. in §. ſi verò. in v. factũ, in Aut. de exhib. reis,* Bl. *n. 413.*

117 Res ſubtracta ſi cedebat ad commodum imputati, & non alterius, facit Indicium contra eum, ſi accedant, & concurrant alia: Angel. & Sali. *in l. final. C. de quæſtion.* ¶ Culpa cuſtodis quatenus habeat contra ſe indicium, quòd poſſit torqueri pro indicando fure, *dixit* Bal. *nu. 415.*

Forma pedis furantis, cæteris accedentibus, quod faciat indicium ad torturam, *idem Bl. n. 426.* 118

Si aliqua res in loco furti erit relicta, & juſtificetur alicuius eſſe, contra eum formatum eſt indicium, ſi circumſtantiæ patiantur vel niſi habeat ſuas defenſiones: *habetur in* Conſt. Carol. 5. *in Art. 29.* Sic etiam præſumitur contra iſtum, cuius eſt ſcala, quæ reperitur ad feneſtram poſita: *dixit* Blan. *nu. 427. & 428.* de hoc indicio ſcalæ, eiuſq; purgatione, *docuit* Novell. *in tractatu ſuo defenſio, in quæſtion. An indicia pro reo ſint danda, n. 151.* Et ſic habes aliqua indicia furti. 119

Von verdacht der Reuber gnugſame anzeigung/ *habetur textus in criminali.* Conſtitutio. Caroli V. *Articul. 38 & Articul 39.* 120

Von heimlichem Morde genugſame anzeigung: Item ſo der verdacht vnd beklagte deß Mords halber/vmb dieſelbe zeit/als der Mord geſchehen / verdächtlicher weiſe mit blutigen Kleidern/oder Waffen geſehen worden: oder er deß ermordten Haabe genommen verkaufft oder vergeben/oder noch bey jhm hett/ dz iſt vor eine redliche anzeigung anzunemen vnd Peinliche frage zugebrauchen: er könne denn ſolchen verdacht/mit glaublicher anzeigung oder beweiſung ablehnen: das ſol vor aller Peinlichen frage gehört werden: *Art. 33.* in der Peinlichen Halßgerichts Ordnung Carol. V. 121
De tutela mariti: quæ ſit, quam habeat 81 poteſtatem & auctoritatem in bonis uxoris ſuæ, & quæ ſit differentia ab aliis tutelis, vel tutorib. *notavit gl. in d. Art. 26. in* Weichbild / *colum. 20. circa medium, & in col. ſeq.* & de iſta tutela habetur *in Art. 45. lib. 1. in Art. 31. eod. lib. 1.* LandRecht.

De remediis (Weſ. *de curat furioſ. n. 5.*) 82 adultorum adverſus deceptiones tutorum & curatorum, *conſuluit bene* Weſ. *in conſi. 52. parte 2.*

De tutoribus & reſtitutione bonorum 83 contutorum in inventario, Afflict. *dec. 15.*

Apochæ tutorum datæ debitoribus faciunt præjudicium pupillis licet pupilli habeant regreſſum ad tutores *l. 47. §. tutele ff. de adminiſt. tutorum.* 84

Tutori

83 Tutori periculoſum eſt contrahere depoſito officio antequam rationem reddiderit: *gl. in l. unica C. Rem alien. gerent.*

84 De explicatione definitionis Tutelæ, vide pulcra apud D. Fridericum Pruchmannum *in §. ſoluta poteſtas c. 1. in fine ib. verb. vis & poteſtas declarat.*

85 Mater vel avia ſuſpicientes tutelam an admittentur ad cautionem juratoriam? Aff. ſi nullum fidejuſſorem facta diligenti inquiſitione invenerunt, ſed procedit quando mater non eſt ſuſpecta de mala adminiſtratione: renunciatio autem ſecundarum nuptiarum ſufficit ſine juramento, quia ſæpius pejerarent ſi cum juramento renunciarent: Auth. Matri C. quando mul. tutor. officio fungi poteſt: Caſp. Anton. Teſſaur. *quæſtion. forenſ. 24.*

86 Tutor qui commiſit res pupillares argentario ſolidiſſimæ fidei & cui alij credere ſolebant non tenetur caſu quo poſtea aufugiat argentarius l. ſi res pupillares *ff. de adminiſtrat. tutor.* Anton. Queſada *c. 20. n. 8. diverſar. quæſtion.*

87 Tutor hæreditatem pupillo delatam quamvis damnoſam repudiare non poteſt, niſi cauſa cognita: Iacob. Marchiſel. *qu. 40. n. 8. lib. recollect. ar.*

88 Vtrum minor poſſit petere rationes à Tutore vel curatore non obſtante quod ipſum liberavit liberatione generali & quis eorum teneatur probare rationes bene vel male redditas? Hanc quæſtionem eleganter tractat Florez Diez de Mena *lib. 1. variar. qu. 16.* *præcipuas eius concluſiones recenſebo.*

89 1. Si Tutor vel curator rationes reddidit minori ſimpliciter & abſque calculatoribus aut judicis autoritate, tunc quandocunque revideri poteſt ratio & ſufficit, quod à minori allegetur error licet non probetur.

90 2. Si tutoris ratio à calculatoribus vel à judice aprobata fuit, tunc præſumitur pro rationibus datis, & qui vult ut denuo ſibi dentur, tenetur errorem allegare & probare Gutierez *de juram. confirmator. c. 40. n. 18.*

91 3. Si non conſtat an integre & perfecte, prout tenetur per inventarium legitimũ aut librorum rationis, rationem tutor dederit, non obſtante quacunque liberatione denuo eam reddere tenetur in forma ſolenni, niſi ab ipſo tutore vel curatore probetur quod integre & ſine fraude & de omnibus bonis minoris rationem reddidiſſet, tunc licet non exhibuiſſet inventarium non tenetur iterũ reddere, quia cum dolus nõ ſit damnoſus cenſetur incluſus in generali liberatiõe.

92 4. Tutor vel curator ſi non conſtat de rationibus redditis ſolenniter, & ſumus in dubio, etiamſi habeat generalem liberationem, denuo tenetur reddere rationes, niſi liberatio eſſet antiqua ut quia 20. anni præteriiſſent, tunc efficaciter liberatur, in dubio autem omnes rationes cenſentur imperfecte datæ: qui plura deſiderat de hac qo. videat Acebedum *in l. 22. n. 9. tit. 6. lib. 3. recompilation.* Avend. *in 2. par. mandator. regalium c. 9 n. 39.* Menoch. *de arbitrar. cent. 3. caſu 289. nu. 37.* Roland. à Valle *conſ. 49. per totum lib. 1.* Baezam *in tractat. de decima tutori præſtanda c. 2. à num. 16.*

Quando tutor probat bona omnia quæ 93 minor habebat & quod plura non habebat abſque fraude, tunc propter non confectionem inventarii non defertur contra illum juramentum in litem, quia ceſſat vehemens præſumptio doli: Florez Diez de Mena *lib. 1. variar. qu. 5. n. 9.*

An teſtator poſſit tutoribus remittere 94 inventarii confectionem? Aff. nam videtur teſtator voluiſſe providere hæredi quo tutor alacrius tutelam ſuſciperet, interdum tamen magiſtratus ſi videat remiſſionem inventarii damnoſam eſſe, pupillo potius pupilli utilitatem quam teſtatoris ſcripturam ſequitur: Franc. Pfeil *conſ. 96. per totum cent. 1.* vide & infra in hoc loco ubi hæc aſſertio clarius explicatur & liberatur.

An ſi tutor facultatibus lapſus fuerit 95 denuo ſatiſdare teneatur? Aff. Anton. Queſada *c. 8. var. quæſt. n. 14.*

Cum fœminis tutores filiis dare non li- 96 cet in teſtamento, niſi quoties eiſdem aliquid relinquat, quæritur igitur utrum ſufficiat relinquere quantitatem parvi pretii ut huic ſatisfactum ſit? N. Anton. Queſada *c. 13. num. 5.*

Tutor confeſſionem in inventario factã 97 res proprias uti pupillares deſcribendo regulariter revocare non poteſt, quod tamen limitatur in bonis ſtabilibus, quid enim ſi tutor in inventario aſſeruerit ſe inveniſſe in bonis pupilli bona ſtabilia, quæ prius à defuncto alienata fuerint, aut aliena ſint, certe ex hoc pupillus non tenetur, 2. quando tutor appoſuerit proteſtationem quod ſi quæ in inventario poſuerit quæ deſcribi vel poni non debuerint, pro non ſcriptis haberi vult: Iacob. Marchiſel. *qu. 72. lib. recollectar.*

Tutor quando ſuo vel pupillorum no- 98 mine acquirere præſumatur? Reſpond. tutor qui facit id quod pro pupillis facere tenetur nõ ſuo ſed magis pupilli nomine facere cenſetur, aut quando patris pupillorũ voluntatem ſequitur pupillorum nomine actum facere præſumitur.

2. Tutor ſi nomine ſuo emit ex pecunia 99 pupilli res pupillaris efficitur: Iacob. Marchiſel. *qu. 152. per totum.*

100 Tutori non debetur ſalarium niſi cum judicis decreto fuerit taxatum: M Anton. Peregrio *conſ.51.n.30.*

101 Tutor creditor ſi vult ſibi ſatisfieri ab infante datur curator nec citandus eſt ſubſtitutus: Garſ. Maſtrill. *deciſ.73.n.8.cum ſequ.*

102 Tutor an poſſit aliquid accipere à ſponſo pro maritanda pupilla? N. Garſ. Maſtril. *deciſ 63. per totum.*

103 Tutoris fidejuſſor an debeat principaliter citari in judicio redditionis computi tutelæ contra tutorem? Aff. alias novus proceſſus cum fidejuſſore eſſet inſtituendus Garſ. Maſtrill. *deciſ.20. per totum* Mazzol *conſ. 51.n.1.* Surdus *conſ.114. n.19.*

104 Tutor quando tenetur reddere computum pro rata & geſtis per eum? Diſting. Tutores plures ſi fuerint conſtituti conjunctim & non diviſim, & unus tenetur pro altero, nec diviſa adminiſtratio nocet pupillo, ſecus ſi à lege aut teſtatore facta fuerit diviſio: Garſ. Maſtril. *deciſ.41.* Iohan. Baptiſt. Coſta de ratæ conſideratione *qu. 57.n. 5.* Surdus *deciſ.170.n.12.*

105 Mater an poſſit conſtituere tutorem filiis ſuis ex patre exiſtente de medio? Aff. ſi filios hæredes inſtituerit Garſ. Maſtrill. *deciſ. 59.per totum.*

106 Tutor an excuſetur ob militiam ſuſceptam? Aff. Garſ. Maſtrill. *deciſ.76.* ibi etiam tractat quæſtionem quando ſupervenientes cauſæ excuſant à ſuſcepta tutela.

107 *Tutor* immiſcens ſe adminiſtrationi tutelæ non excuſatur: Garſ. Maſtril. *ibid. n.3.*

108 Contra fidejuſſorem tutorum non juratur in litem ex mala adminiſtratione vel dolo tutoris, neque contra hæredes tutoris ad probandum intereſſe ſi ipſi hæredes non fuerint in dolo: Martin. Mooterus *de Curna deciſ. Arrog.11.n 14* Martin Benckendorff. *ad Seraphin. in addition. privileg 31.n. 24.* Anton. Heringius *de fideiuſſ c 27.p.5.n.29.* Paul. Montan. *de iure tutelar c.32.reg.7.n.10.*

109 An tutores & curatores, ſi multis rebus aucti hodie reperiantur, eum antequam munus tutelæ vel curæ intrent, non ita locupletes eſſent, id præſumantur ex pecunia pupilli vel minoris acquiſiviſſe? N. Hart. Piſtoris *lib.1 qu.2.n.2.* Gomez. *tomo 3. var. reſolut c.13. n.13.* Coſtal. *ad l. Quintus Mutius ff. donat inter virum & uxorem.*

110 An tutor poſſit petere ſalarium ex bonis pupilli N. quia officium tutoris debet eſſe gratuitum: Franc. Duaren. *de autor. tutor. c.6.* Wurmſer. *in practic. obſervat. titu. 38. obſer.11.tit de tutela* Simon Piſtoris *conſ.8. qu.1.*

111 An tutor fiſco præferatur in ſucceſſione pupilli? N. Daniel Mollerus *lib. 4 semeſt. c.ult. vide* Anton. Peregrin. *de fiſci iure lib. 4. titu.3.* Cavalçan. de tutore & curatore qui dicit eſſe hæreditatem inter fiſcum & tutorem dividendum, & ita Genuæ fuiſſe deciſum.

Cum proximus agnatus ex aurea bulla Caroli 4. tutor & adminiſtrator eſſe jubeatur hæredis Electoris, an jus ei per teſtamentum auferri poſſit, anceps quæſtio eſt & hodie quam maxime diſputata eſt, ut tractatus Marquardis Freheri, & Godefredi indicant, ſed quod auferri poſſit per teſtamentum verior eſt ſententia, ne tam ſummis electoribus facultas diſponendi & filiis ſuis providendi præcipuæ in hac religionum contrarietate adimatur, & cum maxima gratia ſit teſtari poſſe, non tam facile præſumitur per imperatorem illud beneficium ſublatum eſſe. 112

An vitricus poſſit eſſe tutor privigni? Aff Catell. Cotta *memb. incip. Vitricus,* Cujacius *ad l.2.D. R. Iur.* Wurmbſer. *in pract. obſervat. de tutel titul. 38. obſer. 4.* 113

An etiam legitimi tutores idoneis excuſationibus uti poſſint? Aff. *ex l. 1. C. leg. tutor. & l. 9. C. qui dare tutor. §. qui autem 16. inſtitu. de excuſat. tutor.* 114

An propter latam culpam tutor ut ſuſpectus remotus fiat infamis? Aff. hic enim lata cum culpa dolo æquiparatur, nam imperator removendo culpam loquitur de levi culpa, quæ ſemper intelligitur in dubio: Io hau. Corafi. *lib.4. miſcellan. c.2.* Franc. Duaren. *ad l. in action. n.33 in litem juran. & ad titul de ſuſpection. tutor. in final.* Donell. *lib. 16. comment. 7.* 115

An is qui veniam ætatis impetravit, ejuſmodi reſcripto ſimul tutelam accepiſſe intelligatur in fratres ſuos minores? N. Cæſar Damatus à Fogueras *lib. 3. deciſ. regni. Granat. deciſ.19. à num 18.* 116

Si tamen lex aut pragmatica ſanctio aliquem qui annos 18. vel 20. natus ſit pro homine ætatis perfectæ & legitimæ habeat, perinde eſt ac ſi iſte annos 25. naturaliter compleſſet, ergo fratrum minorum tutor eſſe poteſt: Cæſar Damatus à Fogueras *ibidem n. 30. vide etiam* Erneſtum Cottmann. *conſ. 44. numer.10.* 117

Contra tutorem non conficientem inventarium juratur in litem, nec relevatur quod defunctus deſignationem rerum ſuarum ipſe fecerit: Schurffius *conſ. 41. centur. 2.* 118

An pater tutor filiorum emancipatorum, vel mater aut avus maternus tutores teneantur inventarium conficere? Aff. Cæſar Damatus à Fogueras *lib. 1. deciſ. regni Granat. deciſ. 8. n. 33. cum ſequ.* 119

De remiſſione inventarii an per patrem fieri poſſit? *vide* Ioh. Plot. *de in litem iuranda §. 9.* Schurff. *conſ. 41. cent. 2.* 120

An

121 An tutor ad joratoriam cautionem admittatur, ſi idoneè ſatiſdare oequeat? N.Gail a.*obſervat*.47.Baro Schenck *in viridar.concluſio*.99.

122 Totoris datio neque imperij neqoe joriſdictionis ſed legis eſt: *per. l.6.§ tutoris datio ff.de tutel.* Vaeun.à Vaeuna *lib.6.declar.*78.*n.*13. Cujacius *lib.5. obſer.*19. Coraſ. 2, *miſcell.* 24. Goveao.*in tit. de iuriſdict.* Aoton.Goibertus *lib.memorabil. quaſt.c.*10. Petrus Heigioſ *ad princip.tit.*20. *inſtitu.lib.*1.Donell.*lib* 3.*comment.c.*7.& *lib.*17.*c.*8.Pacius *cent* 5.*quaſt.*69. Bronchorſt.*cent.*1. *aſſert.*13.

123 An tutor filijs datus etiam nepotibus datus cenſeatur N: *l.* 4.& 6.*ff. de teſtam. tutel.* Donell. *lib.*3.*comment.c.* 4. Pacius *cent.* 5.*qu.* 72.Bronchorſt.*cent* 3. *aſſert.*18. Ernaſt. Cottman. *diſput.*8. *corou.*11.

124 An teſtamento totor inutiliter datus ſi à magiſtratu confirmetor teſtamentarius vel honoratius ſit dicendus, poſterius affirmatur: Giphanius *ad* §. *ultimum tetul.*13.*lib.*1.*inſtitution.* Volteios *lib.* 1.*iurisprud.c.*25.Cujacius *lib.*7.*obſervat.*7. Bocerus *in diſputat. de tut. tit.*12 Erneſt.Cottman. *conſ.*45.*n.*8.& 31.*vide* Goeddeum *ad l.*130.*n.*4.*ff.de V ſign.*

125 Durante impedimento tutorie teſtameotarij an interim tutor dandus ſit vel curator, totorem daodom eſſe arbitror, *per l.*11. *in prin. ff. de teſtam.tutel.* Erneſtus Cottman. *diſput.*8.*th.*10.Duaren. *ff.de tutel.c.*4.Vultejus *ad prin.tit.*14.*n.*4.*lib.*1.*inſtitut. vide diſſen.* Doneliom *lib.*3.*comment.c.*15.

126 Imperiti literarum etſi regulariter à tutela excuſentur non tamen eo caſu, quo rerum ſeo negotiorum peritiam habeot: Paeius *centu.*5.*qu.*12. Duaren.*lib.*1.*diſput.c.*3.Anton. Augaſtin.*ad lib* 6.§.*fin ff.excuſat.* Heigius *ad* § 8.*n.*1e.*de excuſat. tutor.* Bronchorſt.*cent.* 2.*miſcell.controverſ. aſſert.* 5.

127 Non à tutelæ datione ſed ab excuſationis rejectiona appellari poteſt: Arumæus *diſpot.*3.*exercit.*18. Donel. *lib.*3.*c.*9. Golielm. Forſter.*diſput.*4.*th.* 7.Duaren. *ad tit. de excuſat.c.*1.

128 Suſpecti tutoris poſtulatio actio popularis eſt: Herman Voitejus *ad. pr.inſtit. de ſuſpect.tutor* Bocerus *diſputat.*14.*cl.*2.*de tutel.th.* *th.*128.*lit.B.* Philip.Hœoonius *diſputat.*6, *quaſtion.* 21.

129 Totor creatus per ſententiam debet adminiſtrara bona pendeote appellatioone, alioſ de damno & intereſſe pupillo teoetor. Iohan.Papoo.*lib.*15.*titu.*5. *arr.*4.

130 Quæſtio tutelæ non poteſt compromitti atiam ſtante ſtatoto quod omnes cauſæ compromittantur: Petrus Salazar. *dec.*120. *lib.*1.*num.*80.

131 Mater non cenſetur tutrix conſtituta per hæc verba committo filium meum matris cuſtodiæ: Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſing collectan.forenſ.c.*91. *n.*10.

Spurio à patre tutor dari non poteſt niſi confirmetur in teſtameoto: *idem c.*90.*n.*15. 132

Si ſtatutum præfert agnatos cognatis in ſucceſſioos etiam videtur illos in tutela 133 proponere, hoc tamen oon habet locum in matre Cæſar Damatus à Fogueras *lib.*2. *deciſ.* 94.*n.*8.

Matre poſt ſuſceptam tutelam volente 134 ad ſecunda vota tranſira & à judice peteote filiis ſuis de tutore provideri utrum ſit locus dativo vel legitimo tutori: *Auguſt.* Berous *quaſt.*66.

Agnatus ſi eſt creditor pupilli non po- 135 teſt eius tutor eſſe, ob id acceptando tutelam ſina declaratiooe facienda judici amittit ius ſuū: Virgil. ab Agarui.*in horto iurid. ramo.*11. *Arbor.*95. *vide etiam Affliſtum deciſ.* 13. & Iohan.Papon.*lib* 15.*tit.*5.*arr.*2.

Frater maior qoi habet patrimonium 136 commune conſiſteos pro maiori parte in negotiationibus cum minore fratre non poteſt aſſe tutor ipſius fratris minoris, alias frater major cogitur accipere tutelam ſuorum fratrum minorum. Petr de Cabedo *deciſ* 130. *à n.*80.*lib.*2. Iohan: Papoo: *lib.*15.*tit.*5. *arr.*6. Vincent de Franchis *dec.*401.*par* 2.

Ob quod debitom, arceatur debitor à 137 tutela vel cura ſuorum creditorum, vide late Meoichium, *de arbitr.caſ.*196.

Tutelæ datio eſt nulla, quando fuit de- 138 creta eodem die quo fuit petita: Virgilius ab Agaruira *ramo* 24. *arbor.*90 *in ſuo horto iuridico.*

Mater & avia petentes tutelam debent 139 promittere ſolennia cum expreſſa hypotheca ſuorum bonorom alias talis omiſſio vitiaret tutelam: *idem arbor.*50 *ramo.*25.*in ſuo horto.*

Curator datus teſtamento, ſi ante con- 140 firmationem non adminiſtraverit non tenetur de negligentia ſi adultus non petat ipſum confirmari: *idem ramo* 25. *arbor.*50.*n.*16.

Licet de jure curator ad lites debeat 141 ſatiſdare, tamen de ſtylo curiarum non ſolet ſatisdare, ratio, quia curator ad lites non adminiſtrat, ideo inventarium non facit: Iaffr. Lanfr.Balb *deciſ.*152. Gaſp. Caball. *milleloqu.* 72. Anton. Ayerve de Ayora *lib.ſing. collectan. forenſ c.*69.*numer.*36. Ioſephus Ludovicus *deciſion.*48.

Habens privilegium vel jus excuſan- 142 di ſe ab officio tutelæ, ſi ſubit illod muous, non poteſt ſe excuſare quantum ad ſpoote ſuſceptum, ſecus quo ad aliud futurum. Hartman: Hartmannus *de tutelis capitula* 8. & 9.

143 Tutor teſtamentarius vel dativus ſi non ſe excuſeverit intra 50. dies poſt ſcientiam, videtur ſe aſtringere officio tutelæ: Ferrantes Gonguarcius *conſ. 50. lib. 2. n. 69.*

144 Mater tutrix aut avia non poteſt propter litem quomodo libet habitam cum pupillo à tutela removeri, ſed datur adjuncta licet ſecus ſit in aliis tutoribus Georg. de Cabedo *deciſ. 99. lib. 2. n. 56.*

145 Quando mulier adhuc tutrix filiorum primi matrimonij, nondum datis rationibus ſuæ adminiſtrationis ad ſecunda vota convolat ſecundus maritus pro uxore tenatur & ejus bona liberis primi matrimonii tacite obligentur Anton. Ayerve de Ayore *lib. ſing. coll forenſ. c. 99.* Gulielm. de Ludo. *ſing. 124. l. 6. ff. de adminiſt. tutor. & curator.*

146 Tutor qui non poſuit in inventerio omnia apponenda accuſari poteſt, & ut ſuſpectus removeri, criminaliterque puniri & à tutela removetur ratione doli commiſſi in inventerio: Petrus Salazar *deciſ. 130. lib. 2. num. 19.*

147 Mater non tenetur facere tutorem ſuſpectum ſed tantum petere: Anton. Ayerve eb Ayora *lib ſing. collect forenſ. c. 130.*

148 Teſtator licet remiſerit confectionem inventarii tutori, judex tamen ex cauſa poteſt cogere tutorem ad illum faciendum: Petr. Selaraz *dec. 19. n 86. lib. 1.*

149 Iudex ex cauſa poteſt remittere tutori inventarii confectionem utpota ſi non expediet pupillo manifeſtari quantitatem patrimonij Anton. eb Agaruira *in horto juridico arboris 80 tutelaris ramo 12.*

150 Tutor qui promiſit de rato pro pupillo, an teneatur ſi pupillus major factus non ratum habuerit: vide Ioſephum Ludovic. *deciſ. Peruſ. 27.*

151 Tutor non poteſt dotem conſtituere pupillæ in rebus mobilibus & immobilibus ſine decreto: Hieron. Megonij *deciſ. 34. rota Florent.*

152 Tutor qui tempore ſuſceptæ adminiſtrationis juret ſe facturum utilia & inutilia prætermittare, poteſt contravenire contractui jurato per ipſum facto, per quam pupillus remanebat læſus: Cæſar Damatus à Fogueras *lib. 3. deciſ. 99. n. 80.*

153 Tutor ſi eſſet creditor pupilli ſibi ipſi ſolvere abſque judicis decreto, de bonis pupilli quæ ſervando ſervari non poſſunt imo creditor adminiſtrans bona ſui debitoris præſumitur in dubio quod ſibi ſolverit: Hieronim. Magon. *deciſ. Lucenſ. 46. n. 36.* Petrus Salaſarez *dec. 29 lib. 1.*

154 *Lex non ignotum C. de adminiſtrat. tutor.* procedit, quando tutor intentavit litem calumnioſe & non bona fide & quæ requirantur ad hoc, ut tutor eo in caſu condemnetur in expenſis: Hieron. Magon. *deciſ. 148. Rot. Florent.*

Per proceſſum criminaliter inchoatum contra tutorem non interdicitur ſibi adminiſtratio, *per l. 45. ff. ſolution.* Anton. Ayerve de Ayore, *lib. ſing. collect. forenſ. c. 18.* 155

Tutor vendens tutorio nomine non tenetur de evictione, ſi ex cauſa neceſſaria alienaverit, ſed ſi alienaverit ſine neceſſitate vel nomine proprio promiſerit tenetur: Georg. de Cabedo *deciſ. 112. n. 61. lib. 1.* 156

Tutor non poteſt procuratorem conſtituere ante litem conteſtatam ſed actorem cum decreto judicis alias non valet: *idem deciſ. 113. n. 28.* 157

Si tutores plures ſimpliciter per teſtatorem ſunt conſtituti, ille vel illi, qui non adminiſtrant non poſſunt petere ſibi rationem reddere ab illo qui ſolus adminiſtravit propter parem poteſtatem, nam durante adminiſtratione tutor non poteſt petere à contutore, ut reddat ſibi rationem adminiſtrationi univerſæ *l. penultim. C. de ſuſpection. tutor.* Marc. de Mantua *ſing. 572.* Anton. Agaruira *in horto jurid. arboris 13. tutelar. ramo 18.* 158

Tutor duorum pupillorum quis eſſe poteſt, licet unus ſit actor, alter reus: Virgil. ab Agaruita *d. ramo 18. arbor. 13.* 159

Tutor ſi in tali periculo ſit, quod ſimul & ſemel bona ſua & pupilli cuſtodire non poſſit, debet præferre cuſtodiam patrimonii filii, niſi res tutoris eſſet pretioſior vel per reiſpupilli: Petr. de Canobo *deciſ. 189. n. 3. lib. 2.* 160

Quando tutori remiſſa fuit confectio inventarii & redditio rationis, quia tunc licet teneatur reddere rationes & de dolo, ſi quid doloſè egerit, tamen non tenetur propter negligentiam, veluti ſi non fecerit inventarium aut librum & ſi in hoc caſu propter dolum præſumptum in omittendo non defertur juramentum in litem: Petrus Salazar *deciſ. 25. n. 20. & ſeq. lib. 2.* 161

Teſtator diſponere directè non poteſt quod tutor non teneatur reddere rationem, ſecus per indirectum legando tutori omne id, in quo ex cauſa redditionis rationum condemnabitur nam tutor tenetur reddere rationem adminiſtratorum, non obſtante liberatione facta à teſtatore quia illa liberatio ſolum operatur, ut non teneatur reddere rationem ita ſcrupuloſam ſicut alias fuiſſet obligatus: Anton: Sola *in antiqu. conſtitution Sabaudiæ tit de minor gl. ſuper decreto Quoniam fol 95.* Ozaſcus *deciſ. 25.* Virgil. ab Agaruita *in horto iurid. ramo 19. arb. 3. tutel. per l. 18. C. de fidei. & l. 9. § ſi heres. ff. liberat. legata.* 162

Tutor conſanguineus in reddenda ratione non ita exactè excutitur ſicut extraneus: Petrus Salazar. *deciſ. 54. nu. 99. lib. 1.* Anton. Sola *in ſuis comment. gl. ſup. decreto Quoniam n. 10. tit. de minoribus.* 163

Tutor

164 Tutor finita tutela non liberatur, niſi pupillo curatorem petat: Caſſaneus *in conſuetud. Burgund tit. de rub. 6. gl. 9. §. 4.*

165 Expenſis minoris redditio rationis fit, & redditio rationis ibi fit, ubi quis adminiſtrator poteſt conveniri in loco eius domicilij, ſi actor ſuis ſumptibus adferri faciat libros adminiſtrationis ad locum ipſum domicilij: Anton. Sola *in ſuis commen. gl. ſuper decreto quoniam tit. de minor.*

166 Filij datur retentio dotis donec fuerit reddita ratio tutelæ per matrem adminiſtratæ: Georg de Cabedo *decif. 81. nu. 10. lib. 2.*

167 Mater tutrix filiorum tenetur reddere rationem adminiſtrationis, ſecus eſt in patre niſi doloſe egerit: *idem dicta decif. nu. 13 & ſeq.* Gullelm. de Ludo. *ſing. 124.*

168 Tutor & eius hæredes tenentur de neglectis & omiſſis & ad debita non exacta, ſi debitor effectus eſt non ſolvendo tempore eius adminiſtrationis: Petr. Salazer. *decif. 99. lib. 1. nu. 22.*

169 Tutori dicenti ſe librum rationum amiſiſſe non creditur etiamſi juraverit ſed alijs probationibus manifeſtis probare tenetur, idem eſt in eius hærede rationem reddente: Ferran. Gang. *conſ. 130. à nu. 9. lib. 1. vide* Menoch. *conſ. 354. lib. 4.*

170 Tutor non legitime datus non poteſt adminiſtrationem deſerere, niſi alium faciat dari legitimè Ferrao. Gangu *d. conſ. n. 15.*

Tutor licet non poſſit remittere debitū liquidum, tamen non liquidum poteſt. Cæſar. Damatus a Foguer *decif. 17. lib. 4. n. 16.* 171

Tutoris datio ſuſtinetur etiam nullo vel rupto aut per querelam reſciſſo irritove facto teſtamento: Caldas Pereira *obſerv. 19. lib. 3.* 172

Tutor ſive à judice ſive in teſtamento ſimpliciter datus videtur & intelligitur datus ad univerſum pupilli patrimoniū ubicumq; ſitum: *idem obſer. 16. n. 7 lib. 2.* 173

Tutor à patre in teſtamento imperfecto 174 datur liberis, ſi modo is alias legitimus erat futurus tutor rectè datus videtur, extraneus vero à judice confirmandus? Anton. Ayerue de Ayora *lib. ſing. collect. forenſ c. 101. n. 6.*

Pœna *l. Cuncti C. de legitim.* tutoribus 175 perquam mater ob ſuam negligentiam in non providendo filio de tutore eius ſucceſſione privatur non egreditur perſonam matris nec extenditur ad alios agnatos: Virg. ab Agaturia *in hort. jurid. ram. 19. arb. 1.*

Tutoribus etiam doloſis competit beneficium diviſionis ſed non ceſſionis: *idem d. ram. num. 3.* 176

Tutor teſtamentarius jure hodierno 177 non aſſumens tutelam, quæcumq; ſibi in eo teſtamento relicta amittit indiſtinctæ, ſive illud fuerit relictum contemplatione tutelæ ſive non: Cæſar. Damatus à Fogu. *lib. 3. decif. 28. nu. 3. in decif. regni Granatæ.*

V

VAGABUNDUS.

1 QUis ſit Vagabundus, (*qui nuſquam, quod apparet certa ſede habitationeq; conſiſtit. licèt domicilum originis ratione habeat.*) & quem habeat judicem, (*is per edictum citatur à judice omniū ſupremo.*) *docuit* Geyl. *in lib. 1. pract. obſe. obſerv. 1. num. 33.*

2 Vagabundus beneficiatus, ſi tam diu abſit, ut dubitetur, an vivat, vel an mortuus ſit: poteſt privari beneficio, & poteſt alteri conferri. ¶ Item uxor non cogitur ſequi virum vagabundum, niſi ſciens talem duxerit.

3 Item emphyteuta vagabundus cadit à jure ſuo: an Vaſallus teneatur ſervire domino qui incipit vagari per mundum? reſpondetur, quòd non.

4 Item debitor non tenetur invenire creditorem vagabundum, & ſolvere ei debitū, licèt aliàs ſecus: de iſtis & alijs in iſta materia, *vide* Curſet. *in ſingularib. ſuis, in verb. vagabundus,* & invenies iſtarum notatarum aſſertionum ibi declarationes & modificationes.

5 Vagabundi in illis locis, ubi delinquunt, puniri debent: *Dd. in l. 1. C. ubi de crim. agi opo. & Dd. in l. abſens. § provide, ff. de iud.* ampliandum hoc: idem de raptoribus & aſſaſſinis: *tex. in l. unica, C. de rapt. virg. ibi ſine fori praeſcriptione: ibi* Bald & Salic. *Geminia. in c. per humani, de homic. in 6.* fallit in quatuor caſibus: *quos poſuit* Petrus à Duen. *in regu. fallen. ad regulam. 609.*

6 Vagabundus poteſt puniri de delicto in quolibet loco ubi invenitur: Ferra. Ganguar. *conſ. 102 nu. 2. lib. 1.*

VALETUDO.

1 EXcuſat à contumacia: *l. quaeſitum, ff. de re iudica.* Und wird als ein rechte Ehehaffte gehalten: *Arti. 7. lib. 2.* LandRecht: eſt juſta cauſa abſentiae, etiam finito officio: *allegatur l. ſi cui, § tam. diu, ff. ex quib. cau. maio. facit tex. in l. ex agentibus, C. de princ. agen. in reb. 12. ubi;* quamvis quis non debeat gaudere beneficijs, conceſſis perſonae propter adminiſtrationem alicuius officij, ſi ad finem non perducit: fallit, ſi propter infirmitatem nō potuit: ponit alia plura exempla, in quibus excuſet adverſa valetudo, Pet. de Raven. *in aureo ſuo alph. lit. V. verſi. valetudo.*

Hominas, adverſa valetudine laborantes, numerantur inter miſerabiles perſonas: 2
de quibus notavi ſup. in lit. M. verſi. de miſerabil. perſonis: de probatione adverſae valetudinis vel infirmitatis *ſup. in lit. P. verſi. de probatione infirmitatis.*

VALOR REI.

VAlor rei alicuius quomodo probetur, 1
& quid in illa probatione teſtes debeāt deponere, *notavit* Ioan. de Platea *in l. hi qui in verſ. an ſecunda expoſitione, C. de praed. & omnib. reb. navicul. lib. 11.*

Quale tempus in valore conſideretur, 2
docuit idem Platea *in l. 1. d. ti. de praedijs & omnibus reb. navic. lib. 11.* conſideretur tempus contractus: item conſiderari debet non quilibet locus, ſed ſaltem locus fori publici, Wie etwas auff gemeinem Marckte gegolten vñ verkaufft worden: Bald. *in l. ſeptem, C. de erog. milli. annon. lib. 12.* & nota pro his, *quae notantur in l. precia rerum, ff. ad leg. Falcid. in c. 1. de emp. & vend. c. cum dilecti, & c. cum cauſ. ead. tit.*

De modo probandi valorem rei, *docuit* 3
Bart. *in l. ſi. d. tit. C. de navic. lib. 11. notavit* Corſ. *in ſingul. ſuis, in verb. venditio.* 2. & notandū eſt, rem tantū valere pro quanto vendi poſſit, homini tamen ſcienti conditionem eius rei: *gl. in l. mortis cauſa, in fi. ff. de donat. cauſa mortis,* Pet. de Raven. *in aureo ſuo alphab. lit. R. verſ. res tantum valet: vide ea, quae notavi ſup. in lit. A. verſ. de aeſtimatione,* & ibi invenies inductum Arium Pinel. *in repet. l. 2. C. de reſcin. vend. & vide ſup. in lit. P verſ. de precio.*

Valorem rei ſuę quilibet ſcire praeſumi- 4
tur: Seraph. *pr. 92. nu. 9. per l. quiſquis, C. de reſcind. vend. vide ſupra materiam de pretio variatio.*

VARIATIO.

VArietas dicitur iniquitas: *l. ſi quis, C. de* 1
reb. credi. & dicitur res erubaſcenda: *text. eſt in l. fina. C. de modo mulcta.* in teſte eſt maximae importantiae: nam operatur, quod vigore ſuae atteſtationis judex nullo modo poſſit procedere ad ſententiam ferendam, pro ea parte, pro qua ipſe primò teſtificatus eſt: *ita notavit* Inno. *in c. praeterea, de teſtibus cogen. &* Anton. *in c. cum, in ulti. col. de teſt.*

Item etiam varietas in teſte operatur, ut 2
iſte teſtis poſſit torqueri: *ut habetur in l. ex libero, & ibi in gl. ff. de q.* Dyn. *in regula ſine culpa, de reg. jur. in 6.*

3 Eſt & alius effectus, quod propter variatione cæteris concurrentibus, quis poſſit torqueri: imò poteſt ad torturam reponi, etiam non exiſtentibus novis iudicijs: Angelus de Maleſi. *in verb. fama publ. verſi. nonò quæro: allegat hoc voluiſſe* Bartol. *in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. notavit* Hipp. de Marſi. *in ſingul. ſuo 103. incip. varietas*, Blanc. *benè declarat in repe. l. fin ff. de quæſtio. nu. 250.* de qua variatione autem ſit intelligendum, *docet ibid. nu. 262. & nu. 264.* quis varius, quis vacillans dicatur.

4 Promiſſor, quando declaravit obſcurè in ſtipulatione deductum, amplius variare non poteſt: Bart. *in l. quicquid aſtringendæ, §. ſed ne rurſus, ff. de verbor. obligat.* & teſtis poſt dictum perfectum ex intervallo non poteſt variare: Matth. de Matthæſil. *in ſing. ſuo 171. incip. nota, quod ubicunq; melius declarat* Gabr. de Saraij, *ibi in ſua additione.*

5 Quando pars poſſit variare reſponſionem vel confeſſionem ſuam, *habetur in gloſſ. in c. final. de iuratur. in 6. quam ſequuntur Dd.* Bald. *in l. edita, C. de edend. de his latius vide d.* Gabr. Saraij *in d. additon. ad ſingul. 171.* Matthæſil.

6 Variare an liceat ei, qui ſemel elegit dic quod ſic, *ſecundum textum in l. ſi ſterilis, §. fin. ff. de actio. empt.* poſuit iſtam theoricam, Petr a Duen *in regulis fallentia regula 612.* cũ tribus ampliationibus, & quinq; fallentijs. *Notavi quædam ſupra in lit. I. verſic. de in conſtantia, & in lit. M. verſi. de mutatione inſtituti, in lit. P. verſi. de pænitentia, & in liter. A. verſi. de acceptatione:* acceptatio enim partis adverſæ impedit variationem: & videnda ſunt illa quæ circa variationem ultimarum voluntatum ſunt notata *ſup. in litera I. verſi. de teſtamenti revocatione.*

7 Vide huc Pecc. *c. mutare, de R. I. in 6.* ¶ Variatio in homine nõ laudatur: Pruck *de rega. c. 5. n. 51.* nec voluntatis mutatio præſumitur: *ibid. n. 52. late*, nec præſumitur mutatum, quod fieri eſt conſuetum: Seraph. *privil. ante nu. 175.*

8 In pendante à voluntate & animo unius, poteſt dari variatio: Seraph. *privil. 75. nu. 8.* & dici ſolet, quòd faciliùs unius voluntas quàm duorum tollitur, *ibid.* nem nemo ſibi poteſt dicere legem, à qua non liceret recedere: *ibid. n. 19.* nam voluntas noſtra ad actus faciendos, vel non, libera eſt; *ibid.*

9 Sapientis eſt mutare propoſitum, & cõſulere veritatem detectam: Caval. *p. 2. deciſ. 12. num. 75.*

10 De variatione actionis. De jure Sax. non permittitur proceſſus, ſi quis in cauſa criminali primùm civiliter, poſtea criminaliter agere velit: Zobel. *differ. 9. p. 1.*

Variatio permittitur in diverſis inſtantijs & inter diverſas perſonas: M. Anton. Peregrin. *conſ 64. n. 4. vol. 1.* 12

VASALLUS.

Quare dicatur Vaſallus, quis ſit, unde dicatur, & quod habeat nomina, *dixit & poſuit Alvarez. in ſuis præludys feud. col. 8. verſi. quæro ſeptimò.* 1

Vaſallus non tenetur duplex Domino ſolvere laudemium ratione ſucceſſionũ: Hennin. Göden. *conſ. 25. &* Welenb. *conſ 16. par. 1.* Hartm. Piſtor *lib. 1. quæſt. 50.* 2

Quam fidelitatem, & reverentiam cogatur Vaſallus præſtare domino ſuo, & contra reciprocè dominus Vaſallo ſuo: quomodo ſeſe gerat Vaſallus in petendo inveſtituram, & in exhibendo ſua officia, & de alijs notavi ſuprà *in litera F. verſi. de feudis, & in aliquibus alijs verſiculis ſeqq.* 3

Aperti juris eſt, quòd Vaſallus propter feloniam vel delictum commiſſum, cadat a feudo: *prout ſupr. in d. lit. F. verſ. de feudi privatione ſeu amiſſione* notatum eſt: ſed felonia vel dictum commiſſum contra dominum, an expiret morte domini: adeò quòd hæredes domini nõ poterint illud opponere Vaſallo, & eum privare feudo ſi dominus nihil dixerit in vita ſua, (*quod ſic regulariter.*) tractavit Hipp. de Marſ. *in repet. l. unica, C. de rap. virgin. nu. 63. & nu 67.* 4

Vaſallus quatenus ſine conſenſu domini aliũ poſſit infeodare de feudo; modo fiat bona fide, ſincere, & ſine machinatione vel fraude nec fiat in alium, niſi qui ſit æqualis conditione, & ſub eadem forma, eodem ſtatu, & iiſdem conditionibus: & iſta infeudatio agnatis ſucceſſoris in præjudicium non fiat: tradidit Mynſing. *in obſerv. 64. cent. 1. obſer* Cam. Imp. 5

Vaſallus an & quatenus æs alienum à defuncto Vaſallo contractum teneatur ſolvere, docuit (*Communis diſtinctio eſt, ex feudo antiquo ex pacto & providentia, nec filius nec Vaſallus æs alienum ſolvere tenentur, ſi repudiata hæreditate feudum agnoſcant. Sin hæreditarium feudum, ſolent æs alienum, niſi cum beneficio inventary hæreditatem adierint: quod de agnatis indubitatum eſt.*) Geyl. *in lib. 2. pract. obſ. Cam. Imp in obſer. 55. & notavi quædam ſup. in lit. D. verſ. de debitis hæreditarijs.* 6

Vaſallus alienans feudum in caſu permiſſo an teneatur offerre conſorti feudi non agnato? Negat: ſed agnatis proximis fiat oblatio ſufficit: Caſpar. Anton. Teſſaur. *qu. for. 39.* Anton. Sola *in antiq. decret.* *Tolant. gloſſ. ſecun. par. n. 1. verſ. etiam conſorſ.* Ozal. *dec. 175.* 7

Vaſallus an ſictè contumax amittat feudum? N. niſi ter admonitus fuerit: M. Anton. Peregrin. *conſ 21. vol. 1.* 8

Vaſal-

9 Vaſallus privativè ad dominum habet omnes utilitates loci infeudati pro jure utilis dominij: M. Anton. Peregr. *conſ. 13. nu. 13. volum. 1.*

10 Vaſallus quamvis per alienationem feudi abſq; domini conſenſu cadat ipſo jure à feudo, poſſeſſio tamen non redit ad dominum, ſed aſſequenda eſt e manib. poſſeſſoris præcedente citatione: M. Anton. Peregrin. *conſ. 15. & 21. vol. 1.*

11 Vaſallus poſſidens feudum de voluntate domini dicitur inveſtitus: Garſ. Maſtr. *dec. 8. n. 13.*

12 An Baro ſeu vaſallus habens tantum poſſeſſionem feudi, poſſit intervenire & dare vocem in parlamento: Aff. Garſ. Maſtr. *dicta deciſ. 18. per totum.*

13 Vaſallus cōmittit contumaciam quando non facit quæ juravit facere, licet non fuerit interpellatus; Benckend. *ad Seraph. de Seraphin. in addit. privil. 49. nu. 4.*

14 Vaſallus feudi propter feloniam commiſſam non privatur feudi poſſeſſione quā dominus declaraverit ſuam voluntatem: Martin. Benckend, *in tract. Seraph de Seraph in addit. privileg.* 84. Henr. à Roſenth. *de feud. c. 10. concl. 40. nu. 41.*

15 De poteſtate & facultate Vaſallorum: vide Petr. Anton. de Petr. *in tract. de poteſt. Princip. c. 21.*

16 Dominus non poteſt alienare Vaſallos in alium ipſis invitis: Paul. Fuſc. *in ſingular. in verbo Dominus nu 97.*

17 Dominus poteſt agere pro injuria illata Vaſallo: Paul. Fuſc. *in d. ſingular. in d. verbo Dominus nu. 99.*

18 Dominus dicitur judex Vaſallorum: Paul. Fuſc. *in ſingular. in verbo Dominus n. 105.*

19 Vaſallus nec pro domino nec contra eum teſtificare poteſt: Ioſeph Maſcard. *vol. 3. probation. concluſ. 1398.* Petr. Rebuff. *in tr. de Reprobat. & ſalvat. teſt. num. 563.* Proſper. Farinac. *in tr. Teſtium lib. 2. c. 6. qu 55.* Ioan. Mar. Mancicel. *in Repet. teſt in verbo Vaſallus vel ſubditus in cauſa dominorum* Ioan. Campeg. *in tr. teſtium reg. 17. 71. & 159.* Conrad. Lancellot. *in tr. de offic. prætor. in cauſ. civilib. rub. Perſonas teſtium aggrediendo in verbo Vaſallus num. 46.*

20 Quando ſunt plures hæredes non omnibus cogitur vaſallo jurare fidelitatem, ſi feudum eſt individuum, cum ſufficiat unū eligere cui jurat, requiſitis tamen prius dominis, ut in unum conveniant, quibus non convenientibus licitum erit vaſallo unum eligere, idem obtinet, quando ſunt plures domini quibus ſolvandus eſt cenſus, ne graventur vaſalli ſolvere partiunculam cuilibet ipſorum, ſolitum eſt mandare eiſdem dominis ut conveniant de exacta re, qui poſtea unicuiq; partem ſuam diſtribuat *arg. l. ergo, §. creditoribus de commiſſar. libert.* Amadeus de Laudamijs *quæſt. 25.* Stephan. Gratian *in addit. ad dec. 107. provin. March. a.*

Vaſallus tenetur dominum feudi etiam contra ſuum patrē defendere in caſu, quando pater vel filius patriam vel veram religionem oppugnat: Martin. Benckendorff *ad Seraph. in addit. privileg. 154.* Heinric. à Roſenthal. *de feud. c. 8 concl. 14. ibi addit. ſub. lit.* A Intrigolius *de feud. qu. 57. num 7.* Herman. Vulteius *lib. 1. de feud. c. 10 nu. 26.* *Schrader. de feud p 6. c. 5 nu. 1.* 21

Vaſallus an ſine venia dominum in jus vocare poſſit? Aff. Eberh. Spechan. *cent. 1. qu. 55.* Borchold. *de feud. c. 10. nu. 38.* Mynſin. *cent. 4. obſ 92.* 22

Vaſallus de jure communi poteſt ſine domini licentia tranſigendo dimittere feudum penes poſſeſſorem, quia tunc non dicitur alienare: Cæſar. Damatus à Fogueras *lib. 4. deciſ. 18. deciſ. regn. Granata.* 23

Vaſall. non poteſt eſſe teſtis contra dominum in criminalibus, ſecus in civilibus: *§. ſimiliter de conſuetud. rect. feud. in uſib. feudor.* Æmil. Vatall. *deciſ. 276 p 3.* 24

Vaſallus tenetur de jure oſtendere, ſi exigat, & ſpecificare bona quæ ab ipſo in feudum recognoſcit, ſi detrectet in dubio pro toto matrimonio præſumeretur vaſallus Virgil ab Agaruira *ramo 6. arb. 19. in horto juridico.* 25

Vaſallus ſi commiſit delictum & dominus remittit feloniam, ex hoc feudum non dicitur novum ſed antiquum: *idem ramo 7. d. arbor.* 26

Vaſallus non poteſt incidere arbores fructiferas in feudo: *idē ram. 7. n. 6. arbor. 151.* 27

Vaſallus habens feudum pro quo tenetur præſtare certam penſionem non propterea cadit à feudo, ſi per biennium vel triennium ceſſaverit, ut fit in Emphyteuſi: *idem ramo 9. nu 15. arb. 151.* 28

Vaſallus etiamſi renunciaverit feudū, atq; etiā renunciare potuiſſet, tamen propterea nō poſſit dominū offendere, & ſi faciat, debet puniri: Ant Ayer, de Ayura *lib. ſing. collect foreuſ. cap. 131.* 29

Vaſallus poteſt privari feudo propter amicitiam contractam cum inimicis domini, ſi fuerit contracta in perniciem domini: Petr. de Salaſarez. *deciſ. 6. nu 5. lib. 1.* 30

Vaſallus ſi efficitur monachus feudum finitur, niſi præſtaretur tale ſervitium quod honeſte à clerico poſſit præſtari vel per ſubſtitutum idoneum, vel etiam, ſi præſtaretur res antiqua vel pecunia, tunc enim feudum tranſiret ad monaſterium, & ibidem remanet duranta vita vaſalli; Georg. de Cabedo. *qu. 55. nu. lib. 3.* 31

Vaſal-

32 Vaſalli de feudo litigantes non poſſunt prorogare juriſdictionem alterius judicis ſine licentia domini: Georg. de Çabedo *dec. 56. nu. 3 & ſeq. lib. 1.*

33 Vaſallus non præſumitur ex præſtatione decennali ſervitiorum perſonalium, ſed requiruntur triginta anni facta, tamen contemplatione rei vel cauſæ: Did. Hydalg de los Caſos *qu. for 28. n. 23. lib. 6.*

34 Vaſallus non tenetur juramentum fidelitatis præſtare omnibus filijs qui ſucceſſerunt domino feudi ſed uni tantum: *idem qu. 33. n. 70. lib. qu.*

35 Vaſallus non tenetur petere inveſtituram à domino feudi quando tertius poſſidet, quia qui non habet commoditatẽ feudi non tenetur ſubire onera feudi: Patr. Salaſarez *qu. 86 nu 90. lib. 1.*

VENATIO.

1 DE Venationibus & jura venandi, *vide* Caſſan. *de glor mundi par. 11. conſi 50.* ¶ Von Wildbahnen zuhalten / zujagen / zuhetzen, habetur in Artic. 61. ibidem *in additionibus & gloſſis, lib. 2.* LandRecht / invenies ibi: von Freyheitten Wild zu fahen: doch aber von der gewalt der Herren / das ſie Geheg vnd Wildbahnen mögen anrichten vñ halten: vnd das ſie ſolche Recht per prohibitionem & ſubditorum acquieſcentias præſcribiret: vnd von Straffe derſelben ſo aus den Gehegen vñ Wildbahnen etwas ſchieſſen / oder fahẽ / wie dieienigen zuſtraffen / demonſtrant tibi text. additiones & gloſſæ, & optimè docuit Schneidevv. *in tit. de rerum diviſ. §. fera, à nu. 8. uſq; ad finem:* licèt extat ſententia, *poſt* Specul. *Saxon.* Lipſenſum, quæ dat pœnam ſuſpenſionis ad furcas: quia delictis graſſantib. pœnę ſunt exaſperandæ: *l. aut facta, §. fin. de pæn.*

2 Tamen jura dubitant, an quis pœna capitis hoc in caſu poſſit puniri, & ſub iſta pœna an poſſit prohiberi: dann der *text. in d. Artic. 61. lib. 2.* LandR. ſagt: das an Fiſchen / Vögeln vnd wilden Thieren niemands ſeinen Leib vnd geſund verwircken möge: & ibi ſtatuitur ſexaginta ſolidorum ſolutio: vnnd das auch Geldſtraffen mögẽ gewiſ. ſeret / oder auch arbitrariæ pœnæ, non autem pœnæ capitis können geſetzt vnd exequirt werdẽ vult Schneid. *in tit. Inſtit. de rerum diviſione, §. feræ, num. 10. & per text. Saxo. adducit rationes Decius in conſ. 97. & in allegato loco d.* Schneid. *vide Apoſtill.* Weſenb *lit. B & C.* Zoannetus *in tr. de empt. & vendi n. 192.* Weſen. *in par. de acq. rer. dom. n. 7.* Speck. *cent. 1. qu. 98* Pruck. *de regalib. §. venatio. nu 62.* Tiraq. *de nobil. c 37. nu. 150.*

3 Domitius Prætor Romanus Siciliã regens, Paſtorẽ, qui aprũ captum ei obtulerat, crucifixit: quia ipſe ad exturbanda latrocinia quibus provincia vaſtabatur, ne quis telum haberet, edixerat Valer. Max. *lib. 6 cap. 3. de ſeveritate.*

Wie im Fürſtenthumb Anhalt darauff geordnet / vide in Conſtit. *Art. 26.* Von Wildfahen vnd Jagen: wird das Federwild auch mit hinein gezogen. Et præſcribitur, welcher geſtalt die ſo das jus venandi haben / ſollẽ Jagen nemblich auff Bartholomei anfahen vnd auff Faßnacht hernacher auffhören vnd armen Leuten jhrer Saatfelder verſchonen / bey Straff 20. Thaler. Vnd ſol ein jeglicher auff dem ſeinẽ bleiben. Die Eyer / junge Vögel / vnd wilde Enten / ſollen auch zu vnzeite nicht außgenommen werden / ſub pœna unius floreni; ſo offt darwider gehandelt. 4

Et in venatione dicit textus in feudalibus verbis, *Art. 61. lib. 2.* LandRecht. Niemand ſoll die Sat treten / durch Jagens oder durch Hetzens willen nach der zeit / als das Korn geſchoſſen / vnd Gliede genommẽ hat: *& ibi in gl. 4.* Wer dieſes thut / der ſol den Schaden gelten / vnd verbüret drey Schillinge zur Buſſe. 5

Jus venandi quòd ſit ſervitus realis, rectè tradidit Zaſius *in §. æque, Inſtit. de actio. n. 24. cum ſequen. idem conſi 6. incip. illuſtris, num. 20. lib. 2.* quod tranſitoria ſit ad hæredes, & quod pro ea aſſerenda contra quemlibet poſſeſſorem ſylvæ competat in rem confeſſoria, firmat plurib. rationib. Zaſ. *in dd. locis.* 6

Et quod realis ſervitus ſit judicata in Camera ex conſuetudine Germaniæ, teſtatur Geyl. *in obſerv. 66. num. 2. lib. 2. pract. obſerv.* Quomodo iſtud jus venandi probetur per actus poſſeſſorios, per patientiam & ſcientiam adverſarij. 7

Et illud quomodo poſſit fieri per teſtes ſenes, vel alios, & tandem quæ ſit forma pronunciandi contra turbantem jus venandi, docet & præſcribit d. Geyl. *in obſerva. 66. lib. 2.* 8

Et quod ingrediens alterius fundum, cauſa venandi vel aucupandi, invitò domino teneatur injuriarum, *notavit* Schneid. *in d. §. fera, nu. 6.* 9

Jus venandi quod principibus competat, & eos delectet, imò quòd ſit militiæ exercitium: quodq; dominus ſylvæ ſervitutem venandi deteriorem facere, vel antiquã formam mutare non poſſit: imò quod officio judicis ſibi poſſit prohiberi, etiam cum mandatis ſine clauſula, & ſic factum eſſe in Camera de ſua memoria, refert d. Geyl. *in obſerv. 67. lib. 2.* 10

Et tandem ad quem fructus ſylvę venatoriæ ſpectent, (*Ceſſantibus pactis, vetuſta conſuetudine vel præſcriptione fructus ſylveſtres utiles vel inutiles ſylvæ ſervienti, pro uſu & alimentis ferarum debentur.*) declaravit d. Geyl. *in obſer. ſequenti 68. d. lib 2. obſev.* 11

Sed nota in hac materia illam theoricam: 12 quan-

quantum poſſeſſum, tantum præſcriptum: Das ſich ein r nicht mehr mit Jagen anmaſſe/ dann jhme gebüret: prout notavi ſupr. *in litera S. in verbo, de ſervitut ruſtic. prædior. verſi. de ſervitute paſcendi pecora.*

13 Sed quòd ius venandi præſcribatur, cum non ſit de regalibus, affirmat Schneid. *in d. §. fera, nu. 6. & ibi* Weſen. *in apoſtil. lit. C.* Et licet alicui poſſit prohiberi, ne venetur in aliqua ſylva, & propterea poſſit puniri: tameo ſi canes eius extra ſylvam venari ceperint, & feram in ſylvam inſequantur, licite illam feram venator capit: ſi modo cornu nõ inflaverit, & canes nõ inſtigaverit: & licitè canes ſuos revocat: *tex. eſt in d. Art. 61. lib. 2.* Land Recht. Et infertur ex iſto, quod non poſſint pignorari: Weſen. *in apoſt. ad Schneidev. d. § feræ, n 5.*

14 Sed an capta poſt prohibitionem fiant capientium, diſputat Schneidevvi, *in d. § feræ. n 7. (gl. in hoc contrariæ ſunt: magis communis opinio eſt fieri capientium)*

15 Vide de Venat. Zoannet. *tr. de venat. &* Seb. Med. *de venat Piſcat.* & aucupio Frid Pruck *de Regal. § venatio*, Joh. Saresb. *tr. de nugis curialium & veſtigijs philoſoph. lib. 1. c. 4.*

16 Princeps quatenus ſub pœna prohibere poſſit venationem, Fach. *lib. 1. controv. jur. c. 1.*

17 Venatio an ſit in fructu, Modeſt. Piſt. *p. 1. quæſt. 15.*

18 Quod Venatio ſit jus perſonale, probat: D. Frid. Pruchmannus *in §. Venatio cap. 1. de regalibus.*

19 Cum fera globulo tormentario icta, vel enſe, vel venabulo vulnerata adhuc vulnerantis non ſit, recte tertius eam capere poteſt, modo venator, qui vulneraverat beſtiam, vulneratam non perſequebatur, quã diu enim eam perſequitur è manibus perſequentis jure non eripitur: Cepolla *de ſervit. ruſt. præd c. 21. nu. 5. §. illud ibi* Iohan. de Plate. *nu. 29. Inſt. de R. diviſione* Pruchmannus *allegat. loco nu. 26 gl. ad l. naturalem, § ff. acq. rer. domini.*

20 Glandis legendæ jus in ſylva quæ venationem debet cuius ſit quæritur, an eius qui venationis jura poſſidet an domini cuius ſylva eſt propria? Reſp. fructus ſylveſtres in dubio venatori in alimenta ferarũ ad judicandus eſſe, ſi enim fructus omnes auferrentur brevi feræ quæque fame perirent, cum alimenta denegans necare videtur, quod vero reſtat ultra ferarum victum fructuum eorũ præſertim, quibus homines communiter cum beſtiis veſcuntur ut ſunt caſtanes, domino fundi erit, penes quem alias penitus inutilis remaneret proprietas: D. Pruckm. *in præcitato §. venatio quæſt. ult.*

21 Ob Vogelherd dem Wildban anhange: Aff. Gilman. *tom. 1. ſymphor. par. 2. tit. 8. votus, fol. 157.*

Si quis invito domino fundum alienum ingrediatur, cuius erit capta beſtia? Reſp. ingredientis ſeu venatoris, ſi ipſam ceperit: Rolan. à Valle *conſ. 9. n 23. vol* 2. Cujacius *obſerv. lib. 4. c. 2.* Sanz. *in conſuet.* Turonenſ. *tit. 5. art. 1. gl. a in pr.* 11. Pruckman. *§. venatio c. 6.* Pyrth. *in conſuetud.* Aurelian. *rubr. de ſtagn. & cunicul. c. 1.* Boſſius *de principe titul. de regal. nu.* 43. Emanuel. Soarez *in ſuis commun opin. lib. 5. nu. 5. nu.* 12. Caſſaneus *in conſuetud.* Burgund. *rubr. 13. §. 7. nu. 5.* tamen ingrediens contra prohibitionem tenetur actione iniuriarum: *l. iniuriarum actiola* 1. *§. final ff. iniurijs* Julius Clarus *practica crimin. §. iniuria nu. 2.* 22

Venatio dum prohibetur ſubditis per dominos illis fit injuria, quare datur cautela ut id prohibeatur per banna pænalia & ſi non contradicant, ſed abſtineant à Venando domini conſtituuntur in quaſi poſſeſſione prohibendi: Anton. Ayerue de Ayora *lib. ſing. collect. for. c. 23.* Dominiuus non poteſt prohibere ingredientẽ fundũ in venatione animalium quæ damnum inferre poſſunt: Hartm. Hartman. *c. 7. tit. de ſervit. lib. 2.* 23

An Forſtrecht & Wildban differant? 24
Aff. ut totum & pars, nam Forſtrecht ſeu jus foreſti eſt totum integrale & conſtituitur ex Wildban & alijs partibus Paul. Matthias Wehnerus *ſuis practicis obſerv. ſub verb* Forſtrecht Petr. Gilkenius *de præſcript. p. 1. c. 6 num. 103. And* Knichen. *de jure territorij c. 4. n. 295.*

Clericis potius piſcatio quam venatio concedenda eſt, quia in ſacra ſcriptura nullus ſanctus venator invenitur *Apoſtoli* autẽ fuerunt piſcatores: Sebaſtian. Medices *qu. 8. partis primæ de venatione.* 25

Uſufructuarius an habeat reditum venationis, piſcationis & aucupij: *Aff.* Sebaſt. Medices *qu. 5. primæ partis.* 26

Fructus venationis an ſit fructus induſtrialis? Aff. *idem qu. 16. par. prima.* 27

Vendito fundo an dicantur piſces venditi in eo exiſtentes? Diſt. ſi piſces in piſcina ſunt, negatur ſecus vendito ſtagno tunc enim piſces ſimul veniunt, ſed etiam inſpiciendum eſt, an cuſtodiæ cauſa vel multiplicationis gratia in ſtagno fuerint poſiti: *idem qu 17. par. 1.* 28

Columbas capiens an eas gratis teneatur reſtituere Aff. *idem qu. 37. par. 2.* 29

Intereſſe an dari poſſit venationis piſcaturæ & aucupij? N. propter incertudinem capturæ niſi venatio aut piſcatio certo tempore inſtituta fuerit & tunc captura certa & ubertima fuerit, tunc judex intereſſe æſtimare poteſt, ſecundum id quod conſuetum eſt capi: *idem qu 18. p. 1.* 30

Venationem ſervituti juriſdictionali 31
annu-

annumerat: Sebaſt. Medices *qu.2. par.2.* quia juriſdictione conceſſa cum mero & mixto imperio ſimul conceſſa videtur venatio, & adempta juriſdictione etiam venatio etiã adimitur.

32 Fructus venationis an computentur in ſortem? N. niſi fundi fructus in Venatione tantum conſiſtat: *idem qu.13. par.2.*

33 Lupam prægnantem capiens an habeat unum præmium vel plura? Reſp. unum tantũ *idem qu.14 par.2.*

34 Surripiens ovem de ore lupi, gallinam de ore vulpis, an quod accepit ſit accipientis? N *per l. pomponius ff. de acq. rer. dominio.*

35 Feræ in reti captæ an ſint tendentis vel accipientis, *vide l. in laqueũ, ff. de acq. rer. dominio.* Sebaſt. Medic. *quæſt. 20. par. 2. & 32. part. 2.*

36 De probatione venandi & quando familiaritatis ſeu conceſſionis jure quis poſſediſſe præſumatur: *vide* Meichſnerum *tomo 3. deciſ. 3.*

37 Jus venandi ſylva in aliena quomodo probetur: Meichſnerus *tomo 2. par. 2 ubi dec. 3. ubi ac probatione agitur* deß Haſenſchieſſens.

38 An qui jus venandi in quadam ſylva habet, eam cingere poſſit & bannum ferinum ſeu venatocium conſtituere? Diſting. ut ſi id fit abſq; alterius præjudicio fiat, affirmativa generaliter valet, ſecus vero ſi alter quiſquã jus paſcendi vel uſum aut uſumfructum habeat, tunc enim ſimul legitime conſtitutum jus venandi habens invito fructuario deteriorem facere non poteſt: P. Frider. Minda *de mandat. arbitr. c.4.* Gilhauſen *arb. judic. crim. p.1. c.2. nu 90.*

39 An conceſſa ſuperiori venatione roth und ſchwarz Wildprat conceſſa quoque ſit venatio urſina? N. Paul. Matth. Wehner. *in ſuis obſerv. ſub litera* Forſtrecht

40 Si princeps conferat venationem, ſuperior ſemper excipitur: *idem in d. obſervat.*

41 Hodie ex conſuetudine Germaniæ regalibus annumeratur venatio: *idem in d. obſervat.* Modeſtin. Piſtor. *conſ.14. n. 23.*

42 Piſcari an poſſim in fundo aliano? N. ſi ibi fuerit facta piſcaria à domino: Sebaſt. Medices *qu.33. par. 2. de venatione.*

VENENUM.

13 Sed quòd ius venandi præſcribatur, cum non ſit de regalibus, affirmat Schneid. *in d. §.fera,nu.6.& ibi* Weſen. *in apoſtil, lit. C.* Et licet alicui poſſit prohiberi, ne venetur in aliqua ſylva, & propterea poſſit puniri: tamen ſi canes eius extra ſylvam venari ceperint, & feram in ſylvam inſequantur, licitè illam feram venator capit: ſi modo cornu nō inflaverit, & canes nō inſtigaverit: & licitè canes ſuos revocat: *tex.eſt in d. Art. 61. lib. 2.* Land R. cht. Et infertur ex iſto, quod non poſſint pignorari: Weſen. *in apoſt. ad Schneidev. d.§ fera,n.5.*

14 Sed an capta poſt prohibitionem fiant capientium, diſputat Schneidevvi, *in d. § fera n.7.(gl.in hoc contraria ſunt: magis communis opinio eſt fieri capientium.)*

15 Vide de Venat. Zoannet. *tr. de venat.* & Seb. Med. *de venat Piſcat.* & aucupio Frid Pruck. *de Regal.§.venatio,* Joh. Sareſb. *tr. de nugis curialium & veſtigijs philoſoph.lib.1.c.4.*

16 Princeps quarenus ſub pœna prohibere poſſit venationem, Faeh. *lib.1.controv.jur.c.1.*

17 Venatio an ſit in fructu, Modeſt. Piſt, *p.1.queſt.15.*

18 Quod Venatio ſit jus perſonale, probat: D.Frid. Pruchmannus *in §. Venatio cap. 1. de regalibus.*

19 Cum fera globulo tormentario icta, vel enſe, vel venabulo vulnerata adhuc vulneranti is non ſit, rectè tertius eam capere poteſt, modo venator, qui vulneraverat beſtiam, vulneratam non perſequebatur, quā diu enim eam perſequitur è manibus perſequentis jure non eripitur: Cepolla *de ſervit. ruſt. præd c. 1.nu.5.§.illud ibi* Iohan. de Plate. *nu. 29. Inſt. de R. diviſione* Pruchmannus *allegat. loco nu.26.gl. ad l. naturalem,§.ff.acq.rer. domini.*

20 Glandis legendæ jus in ſylva quæ venationem dabet cuius ſit quæritur, an eius qui venationis jura poſſidet an domini cuius ſylva eſt propria? Reſp. fructus ſylveſtres in dubio venatori in alimenta ferarū ad judicandos eſſe, ſi enim fructus omnes auferrentur brevi feræ quæque fame perirent, cum alimenta denegans necare videtur, quod verò reſtat ultra ferarum victum fructuam eorū præſertim, quibus homines communiter cum beſtiis veſcuntur ut ſunt caſtanes, domino fundi erit, penes quem alias penitus inutilis remanerer proprietas: D. Pruckm. *in præcitato §. venatio quaſt.ult.*

21 Ob Vogelherd dem Wildban anhange: Aff. Gilman. *tom.1, ſymphor. par. 2.tit.8.notus, fol.157.*

Si quis invito domino fundum alienum ingrediatur, cuius erit capta beſtia? 22
Reſp. ingredientis ſeu venatoris, ſi ipſam ceperit: Rolan. à Valle *conſ.9.n.13. vol 2.* Cujacius *obſerv. lib.4.c.2.* Sanz. *in conſuet.* Turonenſ. *tit. 5. art.1.gl.2 in pr. 11.* Pruckman. *§. venatio c.6.* Pyrrh. *in conſuetud.* Aurehan. *rubr. de ſtagn. & cunicul.c.1.* Boſſius *de principe titul.de regal. nu. 43.* Emanuel. Soarez *in ſuo commun. opin.lib. 5. nu. 5. nu. 12.* Caſſaneus *in conſuetud.* Burgund. *rubr.13.§.7.nu.5.* tamen ingrediens contra prohibitionem tenetur actione iniuriarum: *l. iniuriarum actiola t. §.final ff. iniurijs* Julius Clarus *practica crimin.§. iniuria nu.1.*

Venatio dum prohibetur ſubditis per dominos illis fit iniuria, quare datur cantela, 23
ut id prohibeatur pec banoa pœnalia & ſi non contradicant, ſi abſtineant à Venando domini conſtituuntur in quaſi poſſeſſione prohibendi: Anton. Ayerue de Ayora *lib.ſing.collect.for. c.23.* Domioiuns non poteſt prohibere ingredientē fundū in venatione animalium quæ damnum inferre poſſunt: Hartm. Hartman. *c.7.tit.de ſervit.lib. 2.*

An Forſtrecht & Wildban differans? 24
Aff. ut totum & pars, nam Forſtrecht ſeu jus foreſti eſt totum integrale & conſtituitur ex Wildban & alijs partibus Paul. Matthias Wehoerus *ſuis practicis obſerv.ſub verb* Forſtrecht Petr. Gilkenius *de præſcript.p.1. c.6 num. 103.* And Kuinhen. *de jure territorij c. 4.n.195.*

Clericis porros piſcatio qnam venatio 25
concedenda eſt, quia in ſacra ſcriptura nullus ſanctus venator invenitur Apoſtoli autē fuerunt piſcatores: Sebaſtian. Medices *qu. 8. partis primæ de venatione.*

Uſufructuarius an habeat redirum ve- 26
nationis, piſcationis & aucupij: Aff. Sebaſt. Medices *qu. 5. primæ partis.*

Fructus venationis an ſit fructus indu- 27
ſtrialis? Aff. *idem qu.16.par.prima.*

Vendito fundo an dicantur piſces ven- 28
diti in eo exiſtentes? Diſt. ſi piſces in piſcina ſunt, negatur ſecus vendito ſtagno tunc enim piſces ſimul veniunt, ſed etiam inſpiciendum eſt, an cuſtodiæ cauſa vel multiplicationis gratia in ſtagno fuerint poſitæ *idem qu.17.par.1.*

Columbas capiens an eas gratis tenea- 29
tur reſtituere Aff. *idem qu. 37.par.2.*

Intereſſe an dari poſſit venationis piſ- 30
caturæ & aucupij? N. propter incertudinem capturæ niſi venatio aut piſcatio certo rempore inſtituta fuerit & tunc captura certa & ubertima fuerit, tunc judex intereſſe æſtimare poteſt, ſecundum id quod conſuetum eſt capi: *idem qu 18.p.1.*

Venationem ſervituti jurisdictionali 31
annu-

annumerat: Sebaſt. Medices *qu.2. par.2.* quia juriſdictione conceſſa cum mero & mixto imperio ſimul conceſſa videtur venatio, & adempta juriſdictione etiam venatio etiã adimitur.

32 Fructus venationis an computentur in ſortem? N. niſi fundi fructus in venatione tantum conſiſtat: *idem qu.13. par.2.*

33 Lupam prægnantem capiens an habeat unum præmium vel plura? Reſp. unum tantũ *idem qu. 14 par.2.*

34 Surripiens ovem de ore lupi, gallinam de ore vulpis, an quod accepit ſit accipientis? N. *per l. pomponius, ff. de acq. rer. dominio.*

35 Feræ in reti captæ an ſint tendentis vel accipientis, *vide l. in laqueũ, ff. de acq. rer. domin.* Sebaſt. Medic. *quæſt. 20. par. 2. & 32. part. 2.*

36 De probatione venandi & quando familiaritatis ſeu conceſſionis jure quis poſſediſſe præſumatur: *vide* Meichſnerum *tom.3. deciſ.* 3.

37 Jus venandi ſylva in aliena quomodo probetur: Meichſnerus *tomo 2. par. 2. ubi dec. 2. ubi a. probatione agitur* deſs Haſenſchteſſens.

38 An qui jus venandi in quadam ſylva habet, eam cingere poſſit & bonnum ſeu ſeptum ſeu venatorium conſtruere? Diſting. ut ſi id abſq; alterius præjudicio fiat, affirmativa generaliter valet, ſecus vero ſi alter quiſquã jus paſcendi vel uſum aut uſumfructum habeat, tunc enim ſimul legitime conſtitutum jus venandi habens invito fructuario deteriorem facere non poteſt: P. Frider. Minda *de mandat. addic c.4.* Gilhauſen *arb. judic. crimi. p.2. c.2. nu. 30.*

39 An conceſſa ſuperiori venatione roth vnd ſchwartz Wildprat conceſſa quoque ſit venatio urſina? N. Paul. Matth. Wehner. *in ſuis obſerv. ſub litera* Forſtrecht

40 Si princeps conferat venationem, ſuperior ſemper excipitur: *idem in d. obſervat.*

41 Hodie ex conſuetudine Germaniæ regalibus annumeratur venatio: *idem in d. obſervat.* Modeſtin. *Piſtor. conſ. 14. n. 23.*

42 *Piſcari* an poſsim in fundo alieno? N. ſi ibi fuerit facta piſcaria à domino: Sebaſt. Medices *qu. 33. par. 2. de venatione.*

V E N E N U M.

BArtol. *in l. eiuſdem, §. adiectio ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs,* facit triplex genus veneni, & dicit: aliquod venenum eſt malum ad occidendum: aliquod eſt venenum bonum ad ſanandum; & tertium eſt genus veneni, quod datur ad amorem captandum, vel manu tenendum, & conſervandum: & dicit *in d. §. adiectio, num. 1. in fin.* Hippo. de Marſ *per tex.* quod licèt ſit triplex genus veneni, attamen unicum genus ſaltem ad occidendum videlicet puniri leg. Cornelia de ſicarijs: in alijs imponatur pœna mitior: Hip. *in d. §. adiectio, nu. 2. & in fin. de poculis amatorijs.*

De pœna aromatarij temerè vendentis aromata venenoſa, hominibus fatuis, malis vel ſuſpectis: affirmat eos teneri leg. Cornelia, de ſicarijs, Hipp de Marſi. *in d. l. eiuſdem, §. alio ſenatuſconſulto, ff. ad leg. Cor. de ſica.* puta, wann jemands de durch Schade zugefügt ſecus, quando venduntur bonis hominibus, vnd geſchicht kein Schade damit. 2

Der textus juris Saxonici, *in Articul 13. lib. 2.* Land Recht ſagt alſo: Wer mit Vergifftnus vmbachet/vnd des vberwunden wirdt/ den ſol man auff einer Hordten brennen: *facit l. 1. C. de malef. & mathem.* ubi dicit ille text. l. 1. quod ſit plus hominem extinguere veneno quàm occidere gladio: quia qui occidit veneno, proditorie occidit, dicit Hipp. de Marſi *in repe. Rubr. ff. ad leg. Corn. de ſic. in prin.* & de hoc delicto; necare veneno, de ejus pœna, tradidit Salic *in d. l. 1. C. de maleſi. & Ang in tract. maleſi. verſ. & ex intervallo n. 36. & ibi* Auguſt. *in in ſuis additionib. & remittunt ad Dd conſulentes ibidem apoſtilla poſita.* 3

De pœna ejus, qui facit abortum veneno, gladio vel alio quovis modo: de fœtu, qui eſt in utero matris, an fuerit animatus, & perfectè creatus, vel non? primo caſu reſpondet, teneri lege Cornelia de ſicarijs: ſecundo, puniri judicis arbitrio: Ang. de Maleſic. *in verſ. & ex intervallo n. 10.* ſed vide pulcherr. declarationes ibidem per Auguſtin. in ſua additione: & dixit ibi, quòd partus animatus dicitur poſt 40 dies, quod verum eſſe dicit in maſculo, qui citiùs habet animam, quàm fœmina: docet ibi bona, & remittit ad text Dd. *facit tex. in l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœn. tex. eſt in c. Moyſes, 32. q. 2. tex & gl. in c. conſuluiſti, 2. q. 4. in l. 1. & l. necare, ff. de lib. § agnoſcend.* 4

De venenis Venenationibus Raudenſ. *de analog. lib. 1. c. 31. n. 23.* ¶ Omnis medicina venenum eſt: & venenorum plura ſunt genera inter quæ refertur & diabolicum: Raudenſ. *d. lo.* ¶ *Pœna* quæ vendentis venenum, ex quo mors eſt ſecuta, Men. *lib. 2. cen 4 c. 359.* 5

De præſtigijs, præſtigiatoribus, Magia, ſpeciebus Magiæ, incantatoribus, ariolis aruſpicibus, Pythijs, vultivolis, imaginarijs, conjectoribus, Chiromanticis, Specularijs, Mathematicis, Salliſſatoribus, Sortilegijs, Auguribus, eide Ioan Sareſberienſem *in tr. de nug. curial. & veſtigijs philoſoph. lib. 1. c. 8. 9. 10. 11.* & de varijs omnibus, *ibid. c. 13.* 6

Venenum dicitur omne, quod alicui adhibitum, ejus naturam immutat: nã & medicamenta venena ſunt *l. qui venenũ, de V. S.* 7

Veneni dans, morte nõ ſecuta nõ punitur capite ſed pœna extraordinaria: Did. Hydal. *de los caſos qu. ſorcuſ. 11. nu. 6. lib. 4.* 8

Z 2

VERBA.

1 VErba libera poteſtas vel liberum arbitrium licet ſint inſerta mandatis, commiſſionibus, vel reſcriptis ad delegatos, ut libero arbitrio, vel poteſtate procedant: tamen non ſublatæ ſunt ſolennitates juris: ita, ut jura non ſerventur, ſed omnino non obſtantibus talibus verbis, forma juris maxime erit obſervanda: quia non voluit princeps unico verbo totam machinam juris ſubvertere, Hippo. de Marſi *ſecundum aliquos Dd.* ſic tenuit *in pract. ſua crim. §. conſt. ante, n. 24 & 25 allegatur l. ſi quando, C. de inoffic. teſta.* plus ibi dicens Hippo. de Marſ: quod prætextu liberi & abſoluti arbitrij, non poſſit denegari reo defenſiones; item quod tamen non poterit aliquem torquere, non præcedentibus indiciis.

2 Imo in his, quæ committuntur arbitrio ejus, debet judex ſervare æquitatem: *per Ioan. Andr. & alios, ſic refert d.* Hippol. *in d. §. conſt. ante n. 30.*

3 Sed ſcias, quod judex habens liberum arbitrium in procedendo, non tenetur ſervare inſtantiam: *ſecundum Barto. in l. fin. in in princ. per illum text. ff. locati*, Hippo. *in d. §. conſt. ante, nu. 29.* item notandum eſt; quando data eſt libera poteſtas judici in maleficiis: intelligitur eſſe data in his, in quibus non reperitur pœna expreſſa, non autem in illis, in quibus invenitur pœna expreſſa: quia non debet mutare pœnam, Hippol. de Marſil. *in dict. §. conſt. ante numer. 28 voluit* Corſet. *in ſingula. ſua, in verb. ſtatutum, & vide gloſſarum & Dd. in l. quid ergo. § pœna gravior. ff. de infami. & gloſſ. in Artic. 13. lib. 2.* Land Recht & quod prætextu verborum, libera poteſtate, non poſſit reo auferri defenſio, conſuluit Schurff. *in conſ. 73 circa finem, cent. 2.* & quibuslibet verbis quid ſit commiſſum in arbitrium, intelligitur commiſſum cum juſtitia: Gabr. Saran *in addit. ad ſing. 15.* Matth. Matheſil.

4 Verbum Eſſe & Erit cum per ſe ponuntur, habent atque retinent tempus verbi ſui: cum vero præterito junguntur, vim temporis ſui amittunt, & in præteritum conceduntur; *l. 123. de V. S.* ¶ De verbo Fiat, vide Marantam *par. 4. diſtinct. 9. n. 6.*

Verbum decet importat neceſſitatem: *c. 1.*
5 *de dolo & contumacia, & ibi* Abb. *l. Paulus, el. 1. ff. de re iudic.* Petr. Gerat. *de Pet. S. in ſingul. ſuo 8. num. 2.* Interdum tamen pro ratione materiæ inducit honeſtatem. Item interdum exponitur per poteſt: declaravit Hippol. de Marſ. *in repet. l. unica, C. de rapt. virg. num. 234. verſ. & adde* & ibid. *n. 235.* inducit, quod prolatum a teſtatore, importet neceſſitatem: & tandem iſtud verbum, Debet, quid importet, vide Dd. *in l. [illegible] ff. de verb. [illegible]* Bal. & Moder. *in leg. [illegible]* *bum.* de hoc verbo, De[illegible] & oc[illegible] notavit Robert. Marant. *in l. [illegible] poteſt [illegible] de acquirend. hered.* Ech. Henning. Göden *[illegible] ſil. de praeſcript. pign. n. 14.* Wil quod [illegible]

Oportet, Debet & poteſt, Quomodo [illegible] intelligenda, & quid importent hæc v[illegible] docuit Hippol. de Marſ. *in repet. l. uni. [illegible] rapt. virg. n. 233. 234. & 236.* de verbo poteſt notavit Corſet. *in ſing. ſuis, in verb. poteſt.*

Verba ſimpliciter prolata, [illegible] tanc jura agendi, non autem officium judicis, Zech. *de miſſ. in poſſ. n. 179.* & an hoc ſit perpetuum, *num. 182. Vide* Seraph. *privil. 32. n. 6 [illegible] que ad 73.*

Verbum videri denotat fictionem: Alex. 8 de Imo. *in conſ. 114. col. 2. vol. 5.*

Verba Salvo Iure Modificant & limitant & reſervant; *gl. eſt ſingular. in l. Item.* La*beo. ff. familiæ hercisc.* notat Dn. Anto. Corſet *in ſingul. ſuis, in verb. ſalvo iure,* notavi *ſupra, in litera C. verſic. de clauſula, ſalvo iure.*

Verba Eingeſatzt/ Wiederlöſung des Hauptgeldes oder Zinſes / ledig ſein, wann ſie eins oder alle / in einer Hauptverſchreibung werden befunden: machen vnd führen ſie in einen Pfandscontract/ contractum pignoraticium Henning. Göden *in conſ. de præſcript. pignor. n. 15. 16. & 17.*

Verba Quandocunque, Quocunque 10 Tempore vel Anno, ſolent poni in contractibus pignoraticiis, & ad favorem debitoris & ſunt ejus potentiæ, quod impediant omnem præſcriptionem contra ius offerendi precium, & redimendi pignus: *caſus eſt in [illegible] 1. in tit. de dato in ſolutum, l. commiſſoria, & per* Angel. *in Authen.* ut Eccleſ. Roman. [illegible] 100. annor. argum. ducitur à ſtatuto ad conventionem: Bald. enim dixit *in Rubr. de conſtitutionibus*, valere ſtatutum, ut non currat præſcriptio: ergo ita dicemus in conventione.

Facit gloſſ. *in l. ſi. cum militaribus, de poſtlit. mil.* quæ gloſſ. reputatur valde ſingularis 11 ſecundum illud: quod fortius operetur pactum conventio, quam legis depoſitio multò plus impediunt omnem præſcriptionem creditori, quando iſta verba ſunt adjecta, prout communiter fieri ſolet, (welches Jahres ſie das wieder löſen wollen,) inferunt iſta verba liberum animum & liberam voluntatem petentis, quæ eſt libera & abſoluta poteſtas ſeu facultas: *ut dicit tex. in l. 3. §. 1. ff. de arbitris, in verſ. libera & abſoluta poteſtas eſt.*

Sed debitori ante oblationem competit 12 jus offerendi per modum facultatis, cui facultati nunquam præſcribitur: ſicut eſt jus eundi ad templum vel per viam publicam: quia etiamſi quis per mille annos non [illegible]

adat, ſemper tamen poterit ire: Iacob de Alvarot. *in tit. de feudo dato in vicem leg. Commiſ. c. t. col. 5. verſic. ſed videamus per l. viam publicam, ff. de via publ.*

15 Et ſic, quando per prædicta verba conſtat de libera voluntate & facultate: multò fortius verba quandocunque, quocunque tempore vel anno, videntur omnem excludere præſcriptionem: cum id, quod aſcribitur noſtræ poteſtati non ſubjiciatur neceſſitati: *l. non quicquid, ff. de iudic.* & illud, quod in favorem noſtrum eſt introductum, non debet nobis nocere, neque contra nos retorqueri: *l. quod favore. C. de legibus, c. quod ob gratiam, de reg iur. in 6. & l nulla, ff. de legibus.*

16 Multò fortius ſtringunt, quando ulterius ponitur: vnd wollens jhn zulöſen geben ohn alle Hindernuß vnd Widerrede: facit, quòd voluit Angelus ſingulariter, *in l. 1 ff. de uſur.* quem ſequitur Alex. quòd quando pars promittit aliquid perpetuo attendere & obſervare, nullo tempore currit præſcriptio: argumento textus *in l. quod ſi nolit. ſi quis ita, ibi Bal. ff. de adilitio edict. & ſatis de mente Bart. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. in penult. col. verſi. quaro ſtatutum, & in l. ſicut in annos, ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* Bal *in l. 2. verſic. ſed nunquid, C. ut in poſſeſ. legat. cum ſimilib.* Henning. Goden *in conſi. de praſcript. pigno. in qu. 7 num. 271. & in ſeqq.*

17 Et ſic prædicta verba excludunt omnem præſcriptioné, etiam longiſſimam, puta, propter odium uſurarum in aliis autem contractibus iſta verba, (quandocunq; quocunq; tempore vel anno,) etiam additis verbis, (non obſtante præſcriptione, patiuntur reſtrictionem, ut non excludant longiſſimá præſcriptionem: *d.* Henning. Goden. *in d. conſil. de praſcript pigno. n. 271. cum ſeqq.*

18 Et quando pacto, de retrovendo (facto, ſub dictione, quandocunque) poſſit præſcribi, conſuluit Decian. *in conſi. 10. à num. 51. uſq; ad finem, vol. 1.* vult, quod iſta dictio præſcriptionem in iſtu caſu retrovenditionis longiſſimi temporis non excludat: *idem* Decian. *in conſil. 21, vol. 2.*

19 Verbum placet, non eſt abſolutæ voluntatis, ſed intelligitur arbitrio boni viri: *l. in his, §. ſororem. ff. de lega. 1.* Verbum autem volo, quod ſit abſolutæ voluntatis, probatur *in l. cum quidem, ff. de lega. 2.* Bartol. *& alii in l ſi ſic ff. de lega. 1.* Quod etiam verbum Libet, importet liberam voluntatem voluit tex. *in l. 1. in pr. ff. de milit. teſta. notat.* Petr Gerar de Petra Sancta, *in ſingul. ſuo 6. incip notant Dd*

20 Vel ſi verba *Libuerit* & Voluerit, ſimul jungantur: quia tunc etiam liberam voluntatem important: *text. eſt notab in c. 2. de ſequeſt. poſſeſ. & fruct. in verſic. pro ſuo diſtributum libito voluntatis, facit Matth. Matthesil in ſingula. ſuo 15. incipien. nota, quod verbum:* & ibi remittit ad jura, per quæ docetur de verbis ſignificantibus liberum arbitrium, vel arbitrium boni viri.

Verbum Relictum vel Relinquendi. Reſtringitur ad ultimam voluntatem? *l. cum hi, ff. de tranſact. l. 1. ff. de tabul. exhib gloſ. in c ſi plures, in verb relictum de jure patrona.* ſed verificari etiam hoc verbum in aliis, & non tantum in ultima voluntate, declaravit Andr. Sicul. Barba. *in proam. clemen. in 2. lectu. in 5. col. in prin.* 21

Verbum dotare jus ſignificat, & non nudum actum miniſterii: *arg. l. pater ex provincia, in fin. ff. de manumiſ. vindic.* qui ergo dotat ita, ut dotata non habeat ſpem ſucceſſionis in bonis dotantis: non de alienis, ſed de ſuis bonis dotare debuit: notatum invenitur per Corſe. *in ſing. ſuis, in verb ſtatutum, 20.* ſic etiam verba ſtatuti verificari debent. 22

Verbum non valet. An intelligatur ipſo jure? & quid de verbo non poteſt vide Anton. Corſet. *in ſingul. ſuis, in verb. non val. 45.* 23

Verba nullius momenti Quod debeant intelligi ipſo jure, notavit Roland. à Valle *in conſ. 2. n. 85.* 24

Verbum pertinere. Quomodo accipiendum, & qualiter verificetur in petitorio & poſſeſſorio docuit Geyl. *in obſerva 63. lib. 2. in materia verborum, vide plura, qua notavi ſupr. in litera D. verſi. de dictionibus.* 25

Verbu Gaudere. Denotat quamcunque poſſeſſionem & quemconque uſum: & in materia ſucceſſionum denotat inſtitutionem, non poſſeſſionem ſimpliciter: Alexand. *in conſil. 13. vol. 5. refert ſecundum illum & alios,* Decian. *in conſ. 115. n. 2. vol. 3.* 26

Verba generalia generaliter intelligenda: Burch. *de feud. c 1. n. 28.* (Cujuslibet aliaque quavis cauſa & ratione: alio quovis modo,) quod comprehendant ejuſmodi verba generalia, etiam inſolita & majora, non cogitata atque cogitata, conſuluit Menoch. *in conſ. 156 vol. 2. n. 22. & in ſeqq.* Quoquo modo, quomodocunque & qualitercunque quaris cauſa & occaſione evenire, dici vel excogitari poſſint, Rolan. à Valle *in conſ. 5. vol. 1. nu. 35. & n. 44.* quando univerſalis dictio adjecta eſt dictioni, aliis, quæ cum ſit univerſalis, copulat majora expreſſis: *gl. in Clem. 1. de re iudic. &* Ruland. *n. 46.* de edictione aliis, conjuncta cum ſigno univerſali, Alexan. de Imo. *in conſi. 30. vol. 5. col penul.* vult, quod ejuſmodi verba univerſalia & generalia non patiantur reſtrictionem. Sed iſti conſultores allegati conſulunt ibi in caſu conceſſæ immunitatis, quærendum eſt de caſib. aliis vel ſimilibus. 27

Verba enunciativa regulariter non diſponunt, neque probant: *l. ex hac ſcriptura, ff.* 28

de donat. niſi fuerint geminata, quia tunc bene probant: Bart. & Ioan. de Plat *in l.cum ſcimus, C.de agri. & cenſi. lib.11. ſequitur* Sylva. *in conſ.1.60.nu.16 par.2.* quod non probent, tenuit Alex. de Imo. *in conſ.16.col.3 verſ. prætere etiam, vol.5.* Quod neque in teſtamentis inducant legati vel fideicommiſſi diſpoſitionem, notavit Lud. Rom. *in ſingul. ſuo 154 incip. quid ſi dixit, allegans leg. Ial. §. ex his, ff. de legat. 3. cum una limitatione.*

29 Fallit in literis Principum, vel Papæ: quia de factis ipſorum & anteceſſorum bene probant: *gl. eſt in Clem.1. de probationib.* Alex. de Imo. *in conſ.25. verſ. ſufficeret etiam, vol.6. ubi innuit,* quod probent verba, enunciativè prolata in literis principum: item probant verba, enunciativè prolata in antiquis: Alex. de Imo. *in d. conſ. 16. col.9. vol.5.* & adducit unam limitationem prædictæ theoricæ: quod ſcilicet verba enunciativa bene probent favore dotis, dicit non ſic in aliis: Hip. de Marſi. *in ſing. ſuo 442. incip. vulgata iuris regula, & vide multas alias declarationes apud* Iaſo. *in l. ex his verbis, C. de teſt. milit. invenies fallentias plures. Item vide pulcher. per* Decia. *in conſ. 32. vol.2. n.76. & in ſeqq. invenies in quibus caſibus verba enunciativa probent.*

30 Verba enunciativa autoris probant contra ſingularem ſucceſſorem: Ioſeph. Ludi. *concluſ.16. in fi. illat. ult.* ¶ De verbis enunciativis vide Seraph. *de priv. iur. priv. 92.*

31 Verba enunciativa alicuius inſtrumenti, mentionem facientia de dote, eam probant: Menoch. *lib.3 præſ.7.n.10.*

32 Verba enunciativa, quæ regulariter nō probant, ſi fuerint geminata probant. Med. *de reg. iur. p.1. reg.3 ampl.18. fol.114.* Schurff. *cent.3. conſi. 72.n.14.* Fœn. *de mon. temp. c.22. num 55.*

33 Verba jactatoria & adulatoria nihil diſponunt: Dauth. *l. fi. ff. de teſtam. ubi limi.4.*

34 Vide Seraph. *de priv. iura 92. vide fol præcedens 610 v.d. remiſſ.* Dauth. *in l. verba teſtam. 6. c. de teſta. n.3. fol.549.*

35 Verba enunciativa, prolata propter aliud in judicio, faciunt præſumptionem ad tertii favorem: Men. *lib.2. præſ.82.n.7.*

36 Verba enunciativa à teſtatore prolata, creditoribus non præjudicant: *l. Seia, 18. ff. ad ſenatus conſ. Vel. c. l. Caius Seius de Pig. all.*

37 Verba enunciativa favore ultimæ voluntatis diſponunt. Caſtel. *de teſta. ord. in Inſt. in pr. V. ad gl. verb. teſt. n.88. & 89. fol.61.*

38 Verba in dubio prolata, ſunt intelligenda ſecund. ſubjectam materiam: Alex. de Imo. *in conſ.35. col.3. circa pr. vol.4.* & relata ad perſonam, debent intelligi ſecundum perſonæ conditionem: Hipp. de Marſi. *in Rubr. de probat. n.12.13. & in ulteriorib.* Corſe. *in ſing. ſuis, in verb. conditio perſona.*

Verbum in ſtatuto vel lege poſitum, etiam minimum, intelligitur poſitum cum miniſterio operandi: Hipp. de Marſi. *in rep. Rub. C. de probat. n.18.* 39

Verba quatenus & quando ſint accipienda ſecundum communem uſum loquendi, *vide* Barba. *in rep. Rub. de fide inſtru. à col. 22. uſque ad col. 28.* Sed quod ſecundum communem uſum, & vulgari modo ſint accipienda, conſuluit Hen. God. *in conſ. ſuo de præſcrip. pignor. n.15. verſ. ſunt etenim.* Prolata autem à juriſperito, debent intelligi ſecundum morem loquendi juriſperitorum: Barba. Sicul. *in d. rep. Rub. de fide inſtrum. col.26. verſ. tertio facit.* 40

Verba debent intelligi cum effectu: *notat* Hippo. de Marſi. *in l. qui falſam monetam, ff. ad l. Corn. de falſis, n.44.* dicit autem idem Hipp. *ibidem, n.50,* ut verificata dicatur iſta regula, debet ille effectus curare: alias non eſſe ſatisfactum legi, eo, quia non dicitur factum, quod non durat factum. 41

Verba etiam præciſa, recipiunt interpretationem, & ſuppletionem ex qualitate & natura rei, ſuper quæ proferuntur: *l.3 §. ſi quis hæc ff. de ſtatu lib.* Alex. de Imo. *in conſ. 36. col.2. in fin. vol. 4.* 42

Verba, prolata in una lege, vel ſtatuto, recipiunt declarationem, vel interpretationem ex aliis legibus vel ſtatutis: *l. non eſt novum, cum duabus ll. ſeqq. ff. de legib. l. utrum ff. de pet. hær. l.1. §. & parvi, cum gl. & ibi Bar. ff. quod vi aut clam.* 43

Aliud: Verba præcedentia contractus, declarant & reſtringunt ſequentia: & econtra: *l. ſi eum fundum. ff. de verbo. ſign.* & dicta in uno capitulo, cenſentur repetita in alio, in quo eſt eadem ratio ſubintelligentiæ repetitionis: *l. quemad. §. hæc verba, & ibi Bal. ff. ad leg. Aq.* & una particula ſcripturæ declaratur per aliam particulam ſcripturæ, ſtatuti, vel teſtamenti: *l. ſi ſervus plurium, §. fi. & ibi* Bal. *ff. de legat.* Henning. God. *in d. conſ. de præſcrip. pig. n. 18.19. & 20.* 44

Verba debent intelligi in potiori ſignificatu, & digniori: *l.1. § biduum. ff. quando appelland. ſit:* & ideo in dubio, appellatione ſententiæ venit diffinitiva, *gl. d. §. biduum:* appellatione conſuetudinis, venit præſcripta: Alex. de Imo *in conſ. 136. vol. 2. facit tex. notabilis in §. ſed quotiens. Inſt. de iure natur. gent. & civil.* & ibi Ange. faciens mentionem de legato Eccleſiæ facto, intelligitur in principaliori & digniori Hip. de Marſi. *in l. de unoquaque ff. de re iudic. in prin.* 45

Aliud: Verba contractus ſemper ſunt inſpicienda & conſideranda, in der Buchſtabenſchrifft: *arg. c. ſi c. ſi cui, in tit. de quib. aliis cauſ. ext. feud.* ibi ut in feudis, de quo text meminit Bal. *in prælud. feud. in 4. diviſione:* ubi in- 46

quit

quit quod ſemper recurrendum ſit ad tenorem inveſtituræ, quia vim contractus oſtendit: nimirum, quia verba contractus ſunt forma contractus, & forma eſt, quæ dat eſſe rei: ſicut, quando contrahitur ſcriptura ipſa ſcriptura idem eſt, quod forma: *notatur in l. non figura. ff. de actio & obl.* & nihil ei addi vel detrahi poteſt: Bar. *in l. Gallus §§. quidam recte. ff. de liber. & poſth.* Hen. God *in tract. de præſcr. pig. n. 24. & 25.* Decia *in conſ. 11. vol. 2 n. 3. ibi*, in contractibus non fieri extenſionem verborum ex conjectura mente.

47 Aliud: Verba debent intelligi ſecundum propriam ſignificationem: *l. non aliter, cum ſimil. b. ff. de legat. 3.* & in dubio ſecundum propriam ſignificationem intelligantur: *l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectigal. vel emphy pet.*

48 Aliud: Verba ſtatuti, vel alterius alicujus diſpoſitionis, deſignantia actum, in dubio prolata, de primo actu accipienda erunt, & in primo actu verificata dicuntur: ſic pulcherrimè conſuluit Alex. de Imo. *in conſ. 16. vol. 4.* inter cætera per iura, *quæ* dicunt, iniquitatem eſſe evitandam: *l. qui bona, §. fin. de dam. infect.* Exemplum eſt in venditione fructuum, qui bis in anno percipiuntur: quia intelligitur venditio facta de primis fructibus vel vendito actu ſucceſſivo, primus intelligitur venditus: de ſecundis tamen intelligitur, niſi quantitas pretii faceret, quod intelligeretur de primis & ſecundis: Bart. *in l. Paulus reſpondit, ff. de ſolution.*

49 Ad id, quod ſermo ſimpliciter prolatus uno actu, ſcilicet primo conſummetur, perficiatur, & finiatur, *vide* Alex. de Imo. *in d. conſ. 16. vol. 4.* & vide And. Tiraq. *in comment. ſuis ad* Boves § *hoc ſermone ff. de u. ſig.* qui iſtā materiam ibi benè per jura illuſtrat, & amplificat modis 89. addendo appellationem nuptiarum de primis intelligi: commendat ibi primas nuptias, de hortando à ſecundis, ſi ſine animæ periculo fieri poſſit: recenſet, quibus per illas fiat injuria, nenipe primo viro vel uxori & liberis primi matrimonij. Imo non eſſe tam honorabiles ſecundas atque primas.

50 Et ad ſupra dictam theoricam, quod ſermo ſimpliciter prolatus, in primo & uno actu verificetur & finiatur, *poſuit d. Tiraq. limitat. n. 33. quas pulcher. docet, & de illis declarat.*

51 Aliud: Vbi verba legis vel ſtatuti non conveniunt, neq; legis vel ſtatuti convenit diſpoſitio: *l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. & ibi* Paul. Caſtr. *l. ita autem, in pr. ff. de adm. tuto.* Alex. de Imo. *in conſ. 28. in prin. vol. 4.* Hip. de Marſ. *in ſing. ſuo 339. incip. cui non conveniunt.*

52 Senſum magis quam verba ſpectari debere, Ioh. Saxonius *in aſſertione ſua de gloſſis & doctorib. fol. 42. & ſeq.* ubi in hanc ſententiam multa congeſta habes. ¶ Vbi ſumus in diſpoſitione hominis, verba debent intelligi de primo actu: ſecus vero, quando ſumus in diſpoſitiõe legis vel ſtatuti: Vivius *lib. 1. dec. 87.*

Verba debent intelligi in potiori ſignificatu: *l. 1. in fin. de act. & oblig. & l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectig.* [illegible] *ſed q. totiens. In, l. de iur. nat. gent. & civil. §. initiu*, Iaſ. *de inut. ſtip.* 53

Verba debent intelligi ſecundum qualitatem & conditionem loci, ubi proferuntur: Paul. de Caſt. *in conſ. 231.* Petr. de Anco: *conſ. 423. & conſ. 27 incipiente, illa Domina.* 54

Verba debent intelligi ſecundum qualitatem eius, qui loquitur: Bal. *in c. cum conſ. ſem, de eo qui mit. in poſſ.* Et etiam eius, ad quē proferuntur: & à quo, proferuntur: *text.* [illegible] 55

Verba ſimpliciter poſita, ſunt per prius intelligenda: *l. boves §. hoc ſermo ff. de u. ſign.* Bart. *in l. hoc* [illegible] *de leg. 3. vide de hac reg. latè* [illegible] *§. hac verba*, [illegible] 56

Verba dubia debent intelligi ſecundum communem uſum loquendi: Bar. *in l. labeo, de ſuppl. leg.* [illegible] *de* Corſ. *in verb.* quia communis uſus loquendi præfertur proprio ſignificatui vocabuli: Abb. *in præm. Decret. & in c. non ſine, in 2. not. de Arb.* D. Iaſ. *in l. 2. C. de ſucceſſ. edict.* Abb. *& ibi longe* [illegible] *in c. nonnullis, de Reſcrip. vide l. in §.* [illegible] *gradu. Inſt. de gradib.* [illegible] 57

Verba vulgarium debent intelligi ſecundum communem uſum loquendi. vulgarium verba literata ſecundū artem literatū: *ita dicit* M[illegible] *in conſ. 26 in 3 vel* Bal. *in l. lege, in ult. col. C. de leg. here. vide ſupr. in verb.* [illegible] 58

Verba debent intelligi ſecundum materiā vel contractū, ſuper quo fiunt, etiam ea impropriando: *l. inſulam, de præſcrip. l. ſi viro, locat. in pr. vide ad hoc in v* Dictio, *& in verb. plena cautio, vide* Alex. *in l. 1. § ſi quis ita, n. de v. obl. ubi limit. latè; de hoc vide* Ioh. Lup. *in c. per veſtras de Donat. inter vir. & uxor. fol. 4. col. 1. §. 7. incip. intellige hoc.* 59

Et verba impropriantur ſecundum naturam materiæ: *15. q. 3. c. rogo ubi gl. facit gl. in c. 1. in verb. hortamur, de teſt. & in Clem. 1. de teſt. & Dd. in c. nam concupiſcentia, d. conſt.* Dec. *in l. 1. in prin. in 1. col. ſi cert. petat.* 60

Quod uſq; adeo eſt verum, quod etiam verbum neceſſitatis junctum cū verbo omnino præciſo, ratione ſubjectæ materiæ importat tantum voluntatem, & honeſtatem: *tex. eſt cum gl. in c. 2. de deſponſ. impu. vide* Iaſ. *in l. 1. in 3. col. de iuriſd. om. iud. in gl. in u poteſt.* 61

Hinc eſt, quod ſi verba ſunt præteriti & futuri temporis ſimul, ut eſt præteritum & futurum conjunctivi, dicuntur vel præteri- 62

V

VAGABUNDUS.

1 QUis ſit Vagabundus, (*qui nuſquam , quod apparet certa ſede habitationeq; conſiſtit, licèt domicilium originis ratione habeat.*) & quem habeat judicem, (*is per edictum citatur à judice omniũ ſupremo.*) *docuit* Geyl. *in lib. 1. pract. obſe. obſerv. 1. num. 33.*

2 Vagabundus beneficiatus, ſi tam diu abſit, ut dubitetur, an vivat, vel an mortuus ſit: poteſt privari beneficio, & poteſt alteri conferri. ¶ Item uxor non cogitur ſequi virum vagabundum, niſi ſciens talem duxerit.

3 Item emphyteuta vagabundus cadit à jure ſuo: an Vaſallus teneatur ſervire domino qui incipit vagari per mundum? reſpondetur, quòd non.

4 Item debitor non tenetur invenire creditorem vagabundum, & ſolvere ei debitũ, licèt aliàs ſecus: de iſtis & alijs in iſta materia, *vide* Corſet. *in ſingularib. ſuis , in verb. vagabundus,* & invenies iſtarum notatarum aſſertionum ibi declarationes & modificationes.

5 Vagabundi in illis locis, ubi delinquunt, puniri debent: *Dd. in l. 1. C. ubi de crim. agi opo. & Dd. in l. abſens. §. provide. ff. de iud.* ampliandum hoc: idem de raptoribus & aſſaſſinis: *tex. in l. unica , C. de rapt. virg. ibi ſine fori præſcriptione : ibi* Bald & Salic. *Geminia. in c. per humani, de homic. in 6.* fallit in quatuor caſibus: *quos poſuit* Petrus à Duen. *in regu. fallen. ad regulam. 609.*

6 Vagabundus poteſt puniri de delicto in quolibet loco ubi invenitur: Ferra. Ganguar. *conſ. 102 nu. 2. lib. 1.*

VALETUDO.

1 EXcuſat à contumacia : *l. quæſitum, ff. de re iudica.* Und wird als ein rechte Ehehafft gehalten: *Arti. 7. lib. 2.* LandRecht: eſt juſta cauſa abſentiæ, etiam finito officio: *allegatur l. ſi cui, §. tam. diu. ff. ex quib. cau. maio. facit tex. in l. ex agentibus, C. de princ. agen. in reb. 12. ubi;* quamvis quis non debeat gaudere beneficijs, conceſſis perſonæ propter adminiſtrationem alicuius officij, ſi ad finem non perducit: fallit, ſi propter infirmitatem nõ potuit: poni r alia plura exempla, in quibus excuſet adverſa valetudo, Pet. de Raven. *in aureo ſuo alph. lit. V. verſi. valetudo.*

Homines, adverſa valetudine laborantes, numerantur inter miſerabiles perſonas: *de quibus notavi ſup. in lit. M. verſi. de miſerabil. perſonis :* de probatione adverſæ valetudinis vel infirmitatis, *ſup. in lit. P. verſi. de probatione infirmitatis.* 2

VALOR REI.

VAlor rei alicuius quomodo probetur, & quid in illa probatione teſtes debeãt deponere, *notavit* Ioan. de Platea *in l. hi qui in verſ. ex ſecunda expoſitione, C. de præd. & omnib. reb. navicul. lib. 11.* 1

Quale tempus in valere conſideretur, *docuit idem* Platea *in l. 1. d. ti. de prædijs & omnibus reb. navic. lib. 11.* conſideretur tempus contractus: item conſiderari debet non quilibet locus , ſed ſaltem locus fori publici, Wie etwas auff gemeinem Marckte gegolten vñ verkaufft worden: Bald. *in l. ſeptem, C. de erog. millit. annon. lib. 12.* & nota pro his, *quæ notantur in l. precia rerum, ff. ad leg. Falcid. in c. 1. de emp. & vend. c. cum dilecti, & c. cum cauſ. eod. tit.* 2

De modo probandi valorem rei, *docuit* 3
Bort. *in l. ſi. d. tit. C. de navic. lib. 11. notavit* Corſ. *in ſingul. ſuis, in verb. venditio. 2.* & notandũ eſt, rem tantũ valere pro quanto vendi poſſit, homini tamen ſcienti conditionem eius rei: *gl. in l. mortis cauſa, in ſi ff. de donat. cauſa mortis,* Pet. de Raven. *in aureo ſuo alphab. lit. R. verſ. res tantum valet: vide ea , quæ notavi ſup. in lit. A. verſ. de æſtimatione,* & ibi invenies inductum Arium Pinel. *in repet. l. 2. C. de reſtin. vend. & vide ſup. in lit. P verſ. de precio.*

Valorem rei ſuę quilibet ſcire præſumitur: Seraph. *pr. 90. nu. 9. per l. quiſquis, C. de reſcind. vend. vide ſupra materiam de pretio variatio.* 4

VARIATIO.

VArietas dicitur iniquitas : *l. ſi quis, C. de reb. credi.* & dicitur res erubeſcenda : *text. eſt in l. fina. C. de modo mulcta.* in teſte eſt maximæ importantiæ : nam operatur, quod vigore ſuæ atteſtationis judex nullo modo poſſit procedere ad ſententiam ferendam, pro ea parte, pro qua ipſe primò teſtificatus eſt: *ita notavit* Inno. *in c. præterea , de teſtibus cogen. & Anton. in c. cum, in ult. col. de teſt.* 1

Item etiam varietas in teſte operatur, ut iſte teſtis poſſit torqueri: *ut habetur in l. ex libero, & ibi in gl. ff. de q.* Dyn. *in regula ſine culpa, de reg. jur. in 6.* 2

Eſt &

3 Eſt & alius effectus, quod propter vaſiatione cæteris concurrentibus, quis poſſit torqueri: imò poteſt ad torturam reponi, etiam non exiſtentibus novis indicijs: Angelus de Maleſi. *in verb. fama publ. verſi. nonò quæro: allegat hoc voluiſſe* Bartol. *in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. notavit* Hipp. de Marſi. *in ſingul. ſuo 103. incip. varietas*, Blanc. *benè declarat in repe. l. fin ff. de quæſtio. nu. 250.* de qua variatione autem ſit intelligendum, *docet ibid. nu. 262. & nu. 264.* quis vaſius, quis vacillans dicatur.

4 Promiſſor, quando declaravit obſcurū in ſtipulatione deductum, amplius variare non poteſt: Bart. *in l. quicquid aſtringenda, §. ſed ne rurſus, ff. de verbor. obligat.* & teſtis poſt dictum perfectum ex intervallo non poteſt variare: Matth. de Mattheſi *in ſing. ſuo 171. incip. nota, quod ubicunq;: melius declarat* Gabr. de Saraij, *ibi in ſua additione.*

5 Quando pars poſſit variare reſponſionem vel confeſſionem ſuam, *habetur in gloſ. in c. final. de iureiur. in 6. quam ſequuntur DD.* Bald. *in l. edita, C. de edend. de his latius vide d.* Gabr. Saraij *in d. addition. ad ſingul. 171.* Mattheſij.

6 Variare an liceat ei, qui ſemel elegit dic quod ſic, *ſecundum textum in l. ſi ſterilis, §. fin. ff. de actio. empt.* poſuit iſtam theoricam, Petr. a Duen *in regulis fallentia, regula 611.* cū tribus ampliationibus, & quinq; fallentijs. *Notavi quadam ſupra in lite. I. verſic. de in conſtantia, & in lit. M. verſi. de mutatione inſtituti, in lit. P. verſi. de pœnitentia, & in liter. A. verſi. de acceptatione*: acceptatio enim partis adverſæ impedit variationem: & videnda ſunt illa quæ circa variationem ultimarum voluntatum ſunt notata *ſup. in litera I. verſi. de teſtamenti revocatione.*

7 Vide huc Pecc. *c. mutare, de R. I. in 6.* ¶ Variatio in homine nō laudatur: Pruck *de regal. c. 5. n. 51.* nec voluntatis mutatio præſumitur: *ibid. n. 52, late*, nec præſumitur mutatum, quod fieri eſt conſuetum: Seraph. *privil. ante nu. 175.*

8 In pendente à voluntate & animo unius, poteſt dari variatio: Seraph. *privil. 75. nu. 8.* & dici ſolet, quòd facilius unius voluntas quàm duorum tollitur, *ibid.* nam nemo ſibi poteſt dicare legem, à qua non liceret recedere: *ibid. n. 19.* nam voluntas noſtra ad actus faciendos, vel non, libera eſt: *ibid.*

9 Sapientis eſt mutare propoſitum, & cōſulere veritatem detectam: Caval. *p. 1. deciſ. 12. num. 75.*

10 De variatione actionis. De iure Sax. non permittitur proceſſus, ſi quis in cauſa criminali primùm civiliter, poſtea criminaliter agere velit: Zobel. *differ. 9. p. 1.*

Variatio permittitur in diverſis inſtantijs & inter diverſas perſonas: M. Anton. Peregrin. *conſ. 64. n. 4. vol. 1.* 11

VASALLUS.

Quare dicatur Vaſallus, quis ſit, unde dicatur, & quod habeat nomina, *dixit & poſuit Alvarez. in ſuis præludijs feud. col. 8. verſi. quæro ſeptimò.* 1

Vaſallus non tenetur duplex Domino ſolvere laudemium ratione ſucceſſionū: Hennin. Gödden. *conſ. 25. & Welenb. conſ. 16. par. 1.* Hartm. Piſtor *lib. 1. quæſt. 50.* 2

Quam fidelitatem, & reverentiam cogatur Vaſallus præſtare domino ſuo, & contra reciprocè dominus Vaſallo ſuo: quomodo ſeſe gerat Vaſallus in petendo inveſtituram, & in exhibendo ſua officia, & de alijs notavi ſuprà *in litera F. verſi. de feudis, & in aliquibus alijs verſiculis ſeqq.* 3

Aperti iuris eſt, quòd Vaſallus propter feloniam vel delictum commiſſum, cadat a feudo: *prout ſupr. in d. lit. F. verſ. de feudi privatione ſeu amiſſione* notatum eſt: ſed felonia vel dictum commiſſum contra dominum, an expiret morte domini: adeò quòd hæredes domini nō poterint illud opponere Vaſallo, & eum privare feudo ſi dominus nihil dixerit in vita ſua, (*quod ſic regulariter.*) tractavit Hipp. de Mari. *in repet. l. unica, C. de rap. virgin. nu. 63. & nu. 67.* 4

Vaſallus quatenus ſine conſenſu domini aliū poſſit infeudare de feudo: modo fiat bona fide, ſincere, & ſine machinatione vel fraude nec fiat in alium, niſi qui ſit æqualis conditione, & ſub eadem forma, eodemq; ſtatu, & iiſdem conditionibus: & iſta infeudatio agnatis ſucceſſoris in præiudicium non fiat: tradidit Mynſing. *in obſerv. 61. cent. 1. obſer.* Cam. Imp. 5

Vaſallus an & quatenus æs alienum à defuncto Vaſallo contractum teneatur ſolvere, docuit (*Communis diſtinctio eſt, ex feudo antiquo ex pacto & providentia, nec filius nec Vaſallus æs alienum ſolvere tenentur, ſi repudiata hæreditate feudum agnoſcant. Sin hæreditarium feudum, ſolent æs alienum, niſi cum beneficio inventary hæreditatem adierint; quod de agnatis indubitatum eſt.*) Geyl. *in lib. 2. pract. obſ. Cam. Imp in obſer. 55. & notavi quadam ſup. in lit. D. verſ. de debitis hæreditarijs.* 6

Vaſallus alienans feudum in caſu permiſſo an teneatur offerre conſorti feudi non agnato? Negat: ſed agnatis proximis fiat oblatio ſufficit: Caſpar. Anton. Taſſaur. *qu. for. 39.* Anton. Sola *in antiq. decret. Tolent. gloſſ. ſecun. par. n. 1. verſ. etiam conſorſ.* Ozal. *dec. 175.* 7

Vaſallus an ſictè contumax amittat feudum? N. niſi ter admonitus fuerit: M. Anton. Peregrin. *conſ. 21. vol. 1.* 8

Vaſal-

Digitized by Google

9 Vaſallus privativè ad dominum habet omnes utilitates loci infeudati pro jure utilis dominij: M. Anton. Peregr. *conſ. 13. nu. 15. volum. 1.*

10 Vaſallus quamvis per alienationem feudi abſq; domini conſenſu cadat ipſo jure à feudo, poſſeſſio tamen non redit ad dominum, ſed aſſequenda eſt e manib. poſſeſſoria præcedente citatione: M. Anton. Peregrin. *conſ. 15. & 21, vol. 1.*

11 Vaſallus poſſidens feudum de voluntate domini dicitur inveſtitus: Garſ. Maſtr. *dec. 8. n. 13.*

12 An Baro ſeu vaſallus habens tantum poſſeſſionem feudi, poſſit intervenire & dare vocem in parlamento: Aff. Garſ. Maſtr. *dicta deciſ. 18. per totum.*

13 Vaſallus cõmittit contumaciam quando non facit quæ juravit facere, licet non fuerit interpellatus: Benckend. *ad Seraph. de Seraphin. in addit. privil. 49. nu. 4.*

14 Vaſallus feudi propter feloniam commiſſam non privatur feudi poſſeſſione quã dominus declaverit ſuam voluntatem: Martin. Benckend. *in tract. Seraph de Seraph in addit. privileg. 84.* Henr. à Roſenth. *de feud. c. 10. concl. 40. nu 41.*

15 De poteſtate & facultate Vaſallorum: vide Petr. Anton. de Petr. *in tract. de poteſt. Principat.*

16 Dominus non poteſt alienare Vaſallos in alium ipſis invitis: Paul. Fuſc. *in ſingular. in verbo Dominus nu 97.*

17 Dominus poteſt agere pro injuria illata Vaſallo: Paul. Fuſc. *in d. ſingular. in d. verbo Dominus nu. 99.*

18 Dominus dicitur judex Vaſallorum: Paul. Fuſc. *in ſingular. in verbo Dominus n. 105*

19 Vaſallus nec pro domino nec contra eum teſtificare poteſt: Ioſeph Maſcard. *vol. 3. probation. concluſ. 1398.* Petr. Rebuff. *in tr. de Reprobat. & ſalvat. teſt. num. 563.* Proſper. Farinac. *in tr. Teſtium lib. 2. c. 6. qu 55.* Ioan. Mar. Mancicel. *in Repet. teſt in verbo Vaſallus vel ſubditus in cauſa dominorum* Ioan. Campeg. *in tr. teſtium reg. 17. 71. & 159.* Conrad. Lancellot. *in tr. de offic. prætor. in cauſ. civilib. rub. Perſonas teſtium aggrediendo in verbo Vaſallus num. 46.*

20 Quando ſunt plures hæredes non omnibus cogitur vaſallo jurare fidelitatem, ſi feudum eſt individuum, cum ſufficiat unũ eligere cui juret, requiſitis tamen prius dominis, ut in unum conveniant, quibus non convenientibus licitum erit vaſallo unum eligere, idem obtinet, quando ſunt plures domini quibus ſolvandus eſt cenſus, ne graventur vaſalli ſolvere partiunculam cuilibet ipſorum, ſolitum eſt mandare eiſdem dominis ut conveniant de exacta re, qui poſtea unicuiq; partem ſuam diſtribuat *arg. l. ergo, §. creditoribus de commiſſar. libert.* Amadeus de Laudemijs *quæſt. 25.* Stephan. Gratian *in addit. ad dec. 107. provin. March. a.*

Vaſallus tenetur dominum feudi etiam contra ſuum patrẽ defendere in caſu, quando pater vel filius patriam vel veram religionem oppugnat: Martin. Benekendorff *ad Seraph. in addit. privileg. 194.* Heinric. à Roſenthal. *de feud. c. 8 concl. 14. ibi addit. ſub. lit. A.* Intrigolius *de feud. qu. 57. num 7.* Herman. Vultejus *lib. 1. de feud. c. 10. nu. 26.* *Schrader. de feud p 6. c. 5 nu. 2.* 21

Vaſallus an ſine venia dominum in jus vocare poſſit? Aff. Eberh. Spechan. *cent. 1. qu. 55.* Borchold. *de feud. c. 10. nu. 38.* Mynſin. *cent. 4. obſ. 92.* 22

Vaſallus de jure communi poteſt ſine domini licentia tranſigendo dimittere feudum penes poſſeſſorem, quia tunc non dicitur alienare: Cæſar. Damatus à Foguera *lib. 4. deciſ. 28. deciſ. regn. Granata.* 23

Vaſall. non poteſt eſſe teſtis contra dominum in criminalibus, ſecus in civilibus: *§. ſimiliter de conſuetud. rect. feud. in uſib. feudor.* Æmil. Verall. *deciſ. 276 p 3.* 24

Vaſallus tenetur de jure oſtendere, ſi exigat, & ſpecificare bona quæ ab ipſo in feudum recognoſcit, ſi detrectet in dubio pro toto matrimonio præſumeretur vaſallus Virgil ab Agarutra *ramo 6. arb. 19. in horto juridico.* 25

Vaſallus ſi commiſit delictum & dominus remittit feloniam, ex hoc feudum non dicitur novum ſed antiquum: *idem ram. 7. d. arbor.* 26

Vaſallus non poteſt incidere arbores fructiferas in feudo: *idẽ ram. 7. n. 6. arbor. 151.* 27

Vaſallus habens feudum pro quo tenetur præſtare certam penſionem non propterea cadit à feudo, ſi per biennium vel triennium ceſſaverit, ut fit in Emphyteuſi: *idem ramo 9. nu 15. arb. 151.* 28

Vaſallus etiamſi renunciaverit feudũ, atq; etiã renunciare potuiſſet, tamen propterea nõ poſſit dominũ offendere, & ſi faciat, debet puniri: Ant Ayer. de Ayora *lib. ſing. collect. forenſ. cap. 131.* 29

Vaſallus poteſt privari feudo propter amicitiam contractam cum inimicis domini, ſi fuerit contracta in perniciem domini: Petr. de Salaſarez. *deciſ. 6. nu 5. lib. 1.* 30

127 Et univerſalis negativa locutio debet reſtringi ad ea, quæ referuntur ſecundum mentem proferentis: *per text. in §. nullam, in Auth. de hered. quæ ab int. def.* ubi dicitur nullam eſſe differentiam inter emancipationem & patriam poteſtatem. Hoc tamen intelligitur, quo ad ſucceſſionem, & ad ſuccedendum ab inteſtato: pro ut ibi loquitur text. non autem quo ad conferendum, & ad alia: *de quib. per* Iaſ. *in l. emancipati in fi. C. de coll.* & Goz *in l. ſi quis nec cauſa, ſi cert. pet.*

Et quod univerſalis negativa reſtringatur, *adde tex. not. in l. dominium, §. fin. de contrah. empt.* ubi dicit tex. nihil actum eſt, & tamen reſtingitur: *ut ibi per gl.* Adde: idem eſt text, *in §. præterea Inſt. de inut. ſtipul.* ubi verbũ (inutilis) reſtringitur, quod vel in totum ſit inutilis ſtipulatio, quando ſcilicet eſt diverſitas, in qualitate: vel quod in parte ſit inutilis tantum, quando ſcilicet eſt diverſitas in quantitate: *ad hoc vide not. Dn.* Carol. *in l. §. 1. ſed ſi mihi fol. 7 fa. 1. de verb. oblig.* 128

Sicut omnis omnia includit: *l. Julianus delegat 2. e ſolute, de major. & ebed.* Ita univerſalis negativa, Nullus vel Nihil, omnia excludit: *l. ſi is qui ducenta §. verum cum ibi not. ff. de reb. dub. l. nemo poteſt, cum ibi not. de leg. 1. c. 1. de re iudic. lib. 6. l. Gallus in princ. in verb. non poſſe. ff. de lib. & poſt. Franc.* Curt. *conſ. 10 fol. 82. colum. 1.* 129

Verba univerſalia ſunt majoris potentiæ quam generalia. & quando ipſa verba univerſalia ſunt geminata fortius operantur, ut reſtringi non poſſint licet alias reſtringerentur: Cravet. *conſ. 190. verbis univerſalibus & quid operentur in tranſactione vide* Cravet. *conſ. 194. & 309.* 130

Univerſalis dictionis ſignificatio ſic eſt lata, quod & refertur ad impropria, & in materia ſtricta & odioſa: Cravetta *conſ. 194. nu. 4.* 131

Verba univerſalia & generalia non includunt perſonam privilegiatam in eo in quo privilegiata eſt, niſi tenderet directo ad tollenda privilegia: Marc. de Mant. *ſing. 112.* 132

Verbum poteſt non inducit neceſſitatem ſed voluntatem Iohan. del Caſtill. *c. 22. nu. 55. contr. ver. iuris.* 133

Verba enunciativa proprie dicuntur quæ efferuntur per tempus præteritum, veluti donavi & legavi aut per modũ tranſeuntis: Verba autem diſpoſitiva ſunt quæ ſtant per ſe & principaliter enunciant, id de quo agitur per orationem perfectam: Caldas Pereir. *de nominat. Emphyteutica qu. 1. nu. 42. Simon de Pratis de interpr. ultimar. volunt. lib. 2. interp. 4. ſolut. 3. nu. 18.* 134

Verba enunciativa eius quod tempore enunciationis aut aſſertionis eſſe poteſt plene probant: item plene probant quando enunciatio pertinet ad rem quæ pendet ex declaratione animi enunciantis: 135

[illegible] item.

item quando ſcienter proponuntur ſuper eo ſuper quo partes ſibi poſſunt præjudicare, ſic probant ut non admittatur probatio in contrarium: Johan. del Caſtil. *c. 26. controverſ. juris à nu. 7. cum ſeq.*

130 Verba enunciativa propter aliud emiſſa regulariter diſpoſitionem non inducunt, quoties tamen proferuntur per tempus præteritum aut id quod enuntiatur, eſt præteriti temporis tunc diſpoſitionem inducunt, maximè ſi ipſemet qui refert & enuntiat aliquam ſuâ voluntatem de præterito, talis eſt quod poſſet ipſe adhuc ex integro illam facere & ſic diſponere: Deinde verba enim citativa diſpoſitionem inducunt quando proferentur ſuper his quæ dependent à voluntate partium & ſuper quibus poſſunt libere diſponere: Quoties id quod enuntiatur neceſſarium eſt ad id de quo agitur: Quoties per modum cauſæ proferuntur, diſpoſitionem inducunt, ſicut ſi eſſent diſpoſitiva: Johan. Caſtillo *c. 26. var. contro.* Anton. Galeat. Malvaſia *conſil 91. à nu. 34.* M. Anton. Eugenius *conſ. 58. lib.* 1. Sfortia Oddi *conſ. 64. à nu.* 2. Johan. Gutierez *practicar. lib. 3. qu. 17. ex nu. 63.* Caldas Pereira *de nominat. Emphyteut. qu.* 1.

137 Diſpoſitio præcedens expreſſa per verba ſequentia non poteſt videri reformata, niſi in his in quibus expreſſe reformatur, non vero in alijs non expreſſis: Octavianus *decif. Pedimontan. 52. nu. 14.*

138 Verba præcedentia cum ſunt clara & determinata omnino declarant & determinant verba ſequentia obſcura & generalia: Johan. del Caſtillo *cap. 15. nu. 32. par. 3. controv.*

139 Verbum voluerit vel aliud æquipollens in diviſione expreſſum inducit facultatem alienandi: Jacob. March. *qu. 3 n. 18. lib. recolle.*

140 Verba generalia generaliter accipiuntur, niſi relativè ad præcedentia exprimatur: Jacob. Marchiſel. *quæſt. 4 num. 9. lib. recollect.*

141 Verba generalia ad complacentia prolata, nõ obligant niſi animo deliberato proferantur: Jacob. Marchiſel. *quæſt. 130. lib. recollectan.*

142 Verba relata ad aliquam perſonam accipiuntur per eum modum prout illi perſonæ conveniri poteſt: M. Anton. Peregr. *conſ. 53. nu 23. vol. 2.*

143 Verba teſtatoris naturaliter non civiliter ſunt intelligenda: Peregr. *conſ. 64. num. 11. volu.* 2.

144 Verborum prolatorum ſenſus & intellectus ſumitur ex tempore quo prolata ſunt: M. Anton. Peregr. *conſ. 19. nu. 7. vol.* 2.

145 Verba univerſalia prolata à lege rediguntur ad habiles & in diſpoſitione hominis accipiuntur pro ut ſtant: M. Anton. Peregr. *conſ. 65. nu 30. lib.* 1.

146 Verba præſentis temporis remiſſionis fideicommiſſi ac omnium jurium in rebus diviſis non operatur remiſſionem fideicommiſſi univerſalis conditionalis: M. Anton. Peregr. *conſ. 95. nu. 9. lib.* 1.

147 Verbum fuerit maximè junctum cum relativo poteſt, etiam importare futurum, conditionemq; Cæſar. Barz. *decif. 121. nu. 33.*

148 Verbum reſtitui poteſt etiam fieri ad poſſeſſionem: Cæſar Barzius *decif. 48. nu. 6.*

149 Verba à Notario in teſtamento appoſita cenſentur à notario prolata, quod maxime procedit, quando clauſula eſt conformis veroſimili menti teſtatoris: Cæſar Barzius *decif. 9. nu* 23.

150 Verba illa Quandocunq;, Qualitercunq;, vel quomodolibet adeò ſubie omnes caſus comprehendunt, ut improprios etiam ad ſe trahant, & in materia ſtricta, & odioſa Cæſar. Barzius *decif. 116. nu. 10.*

151 Verba non reſtringi non debent ad eũ caſum in quo eſſent ſuperflua, ſed potius ad caſum dubium: Cæſar. Barz. *decif. 109 n. 13.*

152 Contractus verba non reducuntur ad intellectum juris reſiſtente eorum proprietate: M. Anton. Peregr. *conſ. 98. vol 1. nu. 4.*

153 Verba hæc ut res perpetuo maneat in familia, abſolutum important fideicõmiſſum: Peregr. *conſ. 45. nu. 17. vol.* 1.

154 Verbis enunciativis & aſſertivis inter partes ſtandum eſt Cæſar. Barzius *decif. 96. num.* 7.

155 Verbum prout ſupra, vere & propriè intelligitur expreſſum & relatum id omne, quod in relatione diſpoſitione continetur: Caſa. Barzius *decif. 1. nu. 12.*

156 Verba enunciativa propter aliud emiſſa, juramento vallata probant & diſponunt: Martin. Benckendorff. *in tract. Seraphin. de Seraph. in addicion privileg. 92.* Johan. Gutier. *de juram. confirm p. 1. c. 54 nu. 22.*

157 Verba indefinita ex propria ſignificatione plus comprehendunt quam particulares, & minus quam univerſales locutiones: In legib. id definita æquipollent univerſali: verba indefinita regulariter & generaliter parum differunt: Martin. Benck. *ad Seraph. in additiõ. privil. 22.* Anton. *Maſſa lib. de exercit. juriſprudent. n. 59. & 70.*

158 Verba generalia etiàm univerſaliter prolata non extenduntur ad actum juratum Benckend. *ibidem nu. 14.*

159 Verba enunciantia & tunc probant cum aliquid neceſſarium eius quod geritur robur ac validitatem continent, & cum principaliter inter partes circa id lis poſtea movetur, quod enunciatione expreſſum eſt, alias autem nec in piæ cauſæ favorem huiuſmodi verba probabunt, facient tamen ſemper in tertij favorem probationem ſemiplenam: Anton. Ayerue de Ayora *lib ſing. collect. for. c. 19. n. 6.*

160 Verba enunciativa in pluribus instrumentis antiquiſſimis inter alios ſcripta in quibus enunciatur aliquem locum eſſe de juriſdictione, diœceſi vel diſtrictu plene probant, non ſolum confinia ſed etiam dominium & poſſeſſionem rerum particularium: Caldas Pereira *obſerv.* 60. *n.* 8 *lib.* 3.

161 Verbum relinquo adjectum univerſitati bonorum importat inſtitutionem, ſecus ſi adjiciatur certæ rei vel quantitati: *idem obſer* 81. *n* 12. *lib.* 4.

162 Verbum Maxime an implicativè aut Dixative ſit intelligendum? implicativè ut præſupponat cauſam magis dubitatem. Dan. Mollerus *conſt.* 30 *par.* 2. *n.* 7.

VERISIMILE.

1 Veriſimilitudo eſt maximæ importantiæ, & maximi effectus: operatur, quando proviſio teſtatoris facta eſt in uno caſu, quod procedat in alio caſu, in quo teſtator veriſimiliter idem ſtatuiſſet: *facit tex. in l.* ... *ſecundum intellectum* Bar. *C. de poſth. hær.* ... ſimile inducitur de ſtatuentibus ſecundum *gloſſam ſing. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis.*

2 Magis creditur paucis teſtibus veriſimilia deponentibus, quàm centum veriſimilia non deponentibus: Bal. *in l. teſtium, in pen. col. C. de teſt.* & in materia probationum circa teſtium perſonas, dicta eorum & proceſſum, multum operari veriſimilitudinem; tradidit Hipp. de Marſ. *in ſing. ſuo* 341. *incip. veriſimilitudo*, *idem* Hipp. de Marſ. *in ſing.* 396. *incip. veriſimilitudo.*

3 Idem Hipp. colligit plures effectus, & addit, quid operetur ad deſtructionem non veriſimile, *in repet. Rub. C. de probat. nu.* 108. Remotum à veriſimili, dicitur quædā falſitatis imago: *ſecundum* Bal. *in l.* 1. *in* 3. *col. C. de ſervis fugitivis.* Idem Hipp. *in ſing. ſuo* 297. *incip. remotum*, Alium notandum ibi inducit effectum: quòd faciat magis valere teſtimonium, ſine juramento factum, quàm quod cum juramento eſt datum: in materia confeſſionis criminis vel delicti, dixit aliqua idem Hipp. *in pract. ſua crim. §. expedita*, *num.* 24. & 25.

4 Quando dubitatur, quid ſit veriſimile, ſtandum eſt arbitrio judicis: Raud *de anal. amu. & æqui. lib.* 1. *c.* 23. *nu.* 103. Men. *caſ.* 85. *in arbitrar.* ¶ Quando probationes ſunt pares, magis creditur veriſimili: Vivius *dec.* 100. *lib.* 1. Vivius *lib. deciſ.* 199.

5 In probationibus, in teſtibus, & ſemper debemus inſpicere, quod eſt veriſimile: *ut per* Bal. *in l. ſcriptura, in* 2. *colu. ibi quædam ſunt, C. de fid. inſtr. Inno. & Dd. in c. audiris, de præſcr. vide* Hipp *in l. ſi quis viduam, ff. de qq. in* 3. *col. facit tex. in l. nonneſſ. veriſimile ff. quod met. cauſ.*

Nam quod longè eſt à veriſimili, eſt quædam falſitatis imago; *ut* ... Bal. ... *in l.* 1. *col.* 3. *C. de ſerv. fug.* Curtius *conſ.* 5. *col* 3. *vol.* 2. *refert* Bal.

Et major veriſimilitudo vincit minorem: *ut* Bal. *inquit, in l. ſive poſſeſſio, circa ſin. C. de prob. vide* Dec. *conſ.* 109. *vol.* ... *inquiſitionis, in* 7. *col. prope fi. col* ... *de reg. inv. lib.* 6. *idem* Dec. *conſ.* ... *in caſu ad ius tranſmiſſ. facit* ... *veriſimile, de præſu.* ... Dec. *conſ.* 25. *vol.* 1. *colu.* 3. ... *ſe pulcr. in loc. legat.* Nicol. ... *veriſimilibus col.* 61. ...

VERITAS.

Veritatem ubiq; amplecti debemus, quæ opprimi videtur & obtuſa, cum non defenditur: *c. error*, 83. *diſt.* & cum veritas ſumma in omnibus reb. habenda ſit ratio, & præ omnib. amanda, eius præcipuus obſervatores JCti eſſe debent: *ut pulcre* Ioh. H... Abb. *conſ.* 17. *in pr.* Ideoq; veritas diligenter perſcrutari debet: *l.* 1. *C. de edend.*

2 Veritas rerum errore geſtarum non vitiatur: *l. illicitas*, §. *veritas, ff. de offi. præſ.* Spec. *in tit. de alleg. & diſputat. §. porro, in pn.* Tacere veritatem eſt peccatum mortale: *c. quiſquis, & q.* 3. *c.* 1. *de crim. falſ.* & ideo, poſſunt pro habenda veritate in caſibus teſtes, quæſti, etiam per judicem: Joan. de Arno *in ſing. ſuo, incip. ſæpe contingit, vide* Geyl. *obſer.* ... *n.* 1.

3 De veritate, Taſſara, *de ver. Not. c.* 11. Mar. Cain *tr. de modo articulandi & prob. gl.* 1. *§.* 11. *n.* 9. 10. 11. 12.

4 De veritate, quod prematur non opprimatur, vide aliqua non inconcinne, apud Coler. *de proceſſ. exec. p.* 1. *c.* 3. *nu.* 41. & *ſeq.* Item quòd per noſtrum negare & aſſerere non violetur: Coler. *p.* 1. *c.* 3. *nu.* 105. Et de veritate amanda, mendacio fugiendo, fide ſervanda, Pet. Premus, *de ſecur. promiſ. & fide publ. qu.* 7. *fol.* 38. *& ſeqq. præcipue fol.* 44. *& ſeqq.* Georg. Lorich. *in compend. areſt. & repreſſaliar. in epiſt. dedicat. ibid.*

5 Quod multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur: Raud. de Anal. *lib.* 1. *c.* 30 *n.* 1. Et ad effectū rei nō ſufficit veritas ſine ſolennitate: Raud. *c.* 28. *n.* 58. quia altaria juſtitiæ ſpolianda nō ſunt ſuo ornatu & decore: *n.* 19.

6 Veritas à communi opinione præferenda: Coler *p.* 4. *c.* 16 & *ſeqq.*

7 Veritas ſtat in paucis, & verborum adminicula non deſiderat: Raud. de Anal. *lib.* 1. *c.* 3; *per l.* 1. *C. ſi ut ſe ad hæc. abſtin.* & Bal. *in l. verba ſuperflua, c. de donat.* dicit, quòd tantū valet unum verbum effectivum, quantum mille: & JC. dicit; ad quid multiplicamus ſermones: *l. pediculus, §. Labeo & auro & arg. leg.* Ideo Aret. *in præfationib.* plurium conſi-

liorum.

horum cõmendat brevitaté: *vide fol. praeced. de verbar. prolixitate.*

8 Veritati cedit opinio & veriſimilitudo: Seraph. *priv. 90. nu. 6.* & ſuper omnia vincit veritas: ibid. & utilius eſt ſcandalum naſci, quam quòd veritas relinquatur, *ibid.*

9 Et veritas propter noſtrum aſſerere & negare non violatur: Color. *p. 1. c. 3. n. 105. fol. 115. ubi multa alleg. adde l. neq. profeſſio, & l. ſi q. C. de teſta.*

10 Veritatem ſuper omnia amare, colere & ſequi tenemur. *Vide omnino* Tenninum *cant. 1. in prim. ubi multa veritatis encomia,* Marſ. *de ban. v. ſententia, nu. 45. l. 2. C. de dedit. lib. toll. l. hoc legatum, de condit. & dem.* & quidem nullo perſonarum habito reſpectu: Caſtel. *in pr. tit. Inſt. de teſtam. ord. gloſ. in v. teſtamenti. num. 24. fol. 90. ſimiliter* Theſſ. *in praefat. dec. nu. 28.*

11 De modis aſſequendi veritatem, Petr. Greg. *in ſynt. artis mirabilis, c. 8.* ¶ Ubi cũ veritate autoritas confligit, illius potior quam huius ducenda ratio eſt: Iohan. Dauth. *in prolegomenis ſui tractatus de teſt.*

12 Veritas ſæpius exagitata, magis ſplendeſcit in lucem: *a. gr. arg. 25. q. 5. plura in hanc ſent. in Dauth. d. lo. fol. 9.*

13 Non ubiq; tutum vera loqui, quamvis ubiq; tandem ſua vi palmam & victoriam reportatura ſit veritas, vincit tandem ipſius veritatis amor, & opinandi ſaltem facultas, quæ maxime in dubijs libera cuique eſſe debet: Petr. Greg. *lib. de rep. c. 1. fol. 2.*

14 Veritas quæcunq; apparet, ſemper viteſcit: Hier. de *Laur. in decif.* Rotæ Aven. *dec. 1. n. 6.* ¶ Veritas ſemper eſt inveſtiganda, quærendo, opponendo, & diſputando: Viv. *deciſ. 80. lib. 1.* ¶. Vicarius Imperialis minor eſt ratione poteſtatis, quàm Dux: Rand. *de anal. lib. 1. c. 28. n. 9. & ibid. de Vicarijs, nu. 10. & 11.*

15 Veritas verborum adminiculo non eget: *l. 1. C. ſi minor ab her. ſe abſt.* Veritas, rerum erroribus non viciatur: *l. illicitas, §. veritas, ff. de off. praeſ. l. aſſumpt. ff. ad mun. l. ſi forte, de Conſt. pec.*

16 Veritas ſæpius exagitata, magis explendeſcit in lucem: *gl. antepinul. in c. cum Ioannes, de fid. inſtrum. lat. in Aut. jubemus, C. de Jud. 1. volum. Iaſ. in l. ſi is qui pro empt. de uſuc. c. grave 33. q. ult. Iaſ. in Rub. de v. obl. in ſ. colum.*

17 Iſtam regulam: Quod veritas verborũ ſolennitatem non exigat, *l. 1. C. ſi min. ab her. ſe abſt.* intellige, quando agitur de obligatione tollenda: ſed quando agitur de ea inducenda, tunc verba requiruntur: quia hoc difficilius fit: *arg. l. Arri. de act. & obl. & l. favorabiliores, de R. I. ita dixit Ray. & eum ibi refert Io.* an. de Im. *quos refert* Io. de Mont. Ferr. *inſ. 1. in pr. col. 7. de v. obl.*

18 Veritas nihil aliud eſt, quam res viſa proſpecta, & retenta in memoria: *ita dicit Bal. in c. ſi. de iur. cal. & ita dicit notari in l. 2. in pr. de aq. plu. arc. refert* Alex. *in l. 1. in pr. n. 23. ſi cert. pet.*

19 Quid ſit veritas, vide pulcram *gl. in Aut. de inſtr. cau. & vide in pr. inv. mutatio,* ubi dicit tex. etiam, quid ſit falſum

20 Veritate facti inſpecta quando proceditur etiam probationes imperfectæ admittuntur: Cæſar. Baratus *deciſ. 113. nu. 10.*

21 Falſi ſuſpicio an pro veritate habeatur? Reſ. quoad capturam, nõ ad condemnationẽ, niſi aliæ indicia concurrant: Petr. Salazarez *deciſ. 77. nu. 27. lib. 2.*

22 Probationes leviores ſufficiunt quando proceditur ſola facti veritate inſpecta: Ferrant. Ganguar. *conſil. 28. numer. 16. lib. 2.*

23 Hæc clauſula, ſola facti veritate inſpecta, plus operatur quam omnes illæ clauſulæ ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu & figura judicij, adeò quod per eam cenſeantur ſublatæ omnes ſolennitates juris poſitivi, quando tractatur de veritate cui jure patrio ſtatur alias ſecus, nam vigore iſtius clauſulæ non poſſet judex facere oriri actionem ex nudo pacto, licet revera initum fuerit nudum pactum: Mynſing *cent. 2. obſer. 44.* Virgil. ab Agarutta *in horto iurid. ramo 8. arb. 80. n. 17.*

24 Clauſula, ut ſola facti veritate inſpecta proceďatur, facit ut judex abbreviate terminos de ſtylo ſervari ſolitos, & condemnare in alio quam ſit petitum rejecto jure civili & inſpecto jure gentium: Anton. Ayerue de Ayora *lib. ſing. cap. 150. collect. forenſ.*

25 Præſcriptio an habeatur ubi proceditur ſola facti veritate inſpecta *vide* Cravet. *conſ. 1. part. 1. n. 37.*

VESTIS.

1 VEſtes annuatim legatæ, relictæ reſpectu certæ neceſſitatis, debentur eo tempore, quo inſt neceſſitas: *l. nec ſemel. §. ſi ina bibita, C quand. dies leg. ced.* ¶ Sed veſtes hyemales debent præſtari ad Cal. Vilbris, æſtivæ ad Calend. April. *l. 1. C. de mil. veſt. lib. 12. notavit* Corſ. *in ſing. ſuis, in verb. veſtis &* Ludov. Roman. *in ſingul. ſuo bot. im. p. aliud non cimus.*

2 De veſtibus, quæ leganrur uxoria marito, an feſtis ſcilla & nondum paratæ, apud ſartorem exiſtens, debeatur? reſpondet quod ſic, Peckius *in tract. ſuo de teſtam. conjug. lib. 5. c. 1. n. in princ. ſence, quod ſic* Franc. Cremen.

Cremen. *in ſingular. ſuo 64. incipit. teſtator*
3 *legavit.*

An veoieot veſtrs prohibitæ porteriſte-ſpondet, quod oon Peckius *in d. tract. de teſt. coniug. lib 5. cap. 14. verſ. pari modo hoc legatum:* Franciſeus Cremen. *in ſingulari ſuo 65.* tenet quidem quod non veoiant iſtæ veſtes, tamen
4 vult, quod debeatur æſtimatio.

Panno legato, ao debeantur veſtes? *(Non deberie ait.)* poſt teſtamentum factæ veſtes en debeantur legatariæ? *(Non debentur, niſi teſt.tor uſus ſit verbis futurum tempus reſpicientibus, vel verbis omnino generalibus uſus ſit: eiusve mens ex aliis conjecturis colligi poſſit.)* veſtes lugubres, an poſt ennum luctus peti poſſint? *(Et hic negative reſpondetur.)* veſtes ſi æſtimatæ ſuotà teſtatore certo precio, an plus, vel minus valeant, hoc pertineat ad hæredem? reſpondetur, quod nihil addetur, neque detrahatur, veſtes hyemales & æſtivales ſi legentur, quales & quando debeentur? *(Æſtivales Calend. Aprill. hyemales Calend. Septemb. deberi aſſerit.)* de iſtis omnibus quæris & reſpondet Peekius, *in d. tractat. de teſtam. coniug.*
5 *lib. 5. cap. 14. n. 2. 3. 4. 5. & 6.*

Veſtimentorum & veſtium nomine quæ veojant, notatur *in l. veſtimentum, in l. veſtis, & en duab. ll. ſeqq. & l. quamvis, ff. de auro & argen. leg. l. ſi atum, & l. veſtis, ff. de verb. ſign. in d. l. veſtis. ff. de auro & argento leg.* Iuriſconſultus diſcrimen veſtimentorum facit, dicendo, quod aut ſuot virilia, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria: addit Weſenbec *in paratit. ff. tit. de auro & argen. leg. n. 5.* cœnatoria, quorum in cœnis olim uſus erat: & doeet, quæ ſint in ſuo ge-
6 nere.

Noſſe autem hoc, utile eſt: quia ius Saxo. ordnet dem Nechſten des verſtorbenen Schwerdtmagen ſ in Hergewett, darunter des Mannes tägliche Kleider kommen: *Artic. 22. lib. 1* LandRecht: und der nechſten Spielmagen/ die Gerade/ darunter kommen unter andern alle Weibliche Kleider: *Artic. 24. lib. 1.* LandR. Conſulenda ergo fortè eruot verba legis, quæ nomine veſtimentorum vel veſtium veniant: oiſi conſuetudo regionis certa fuerit interpres.

7 Item aliæ veſtes ſunt precioſæ, aliæ viles vel quotidianæ: habetur de iſto tatio in conferendis veſtibus: *de quibus ſupr. in litera C. verſ. de collatio. bonorum.*

8 Veſtis quid ſit virilis, puerilis, muliebris communis, familiaris, & quid veſtis appellatione contineatur, *vide pulcrè ICtum in l. veſtis, in le. ſeq. ff. de aur. & arg. leg.* ¶ Veſtes hyemales fieri debent Celend. Septemb. Æſtivæ Calend. April. *gl.* & Ioh. de Plac. *in l. 1. C. de veſt. mil. lib. 12.*

9 Quod eſt notandum pro promiſſionibus, quæ fiunt familiæ, ut dentur veſtes hyemales & æſtivæ.

Veſtes Olobertas, id eſt, aureas, nullus 10
præter principem geſtare debet, ſub pœna capitis, vel pœna amiſſionis earundem: *l. 1. cum ſeq. C. de veſt. ol. & de aur. lib. 11.* Bert. *in tract. de in ſignib. & arm. pen. col.*

Sartores pro factura unius veſtis vel cla- 11
midis, etiam militaris, noo poſſunt plus uno floreno recipere: *gl. & ibi* Io. de Plat. *in l. fortiſſimus, in fin. C. de veſte militari, lib. 12.*

Veſtes & Iocalia tradita à viro vel ante 12
matrimonium vel durante eo non præſumuntur donata ſed in uſum conceſſa: Ferrant. Ganguat. *conſ. 77. n. 12. lib. 2.* intellige in veſtibus prætioſis non in vilibus ad uſum quotidianum.

VIA.

Eccleſia tenetur conferre pro refectione 1
fontium & viatum, nam Eccleſia habet immunitatem à ſordidis & extraordinariis muneribus exceptis his quæ pertinent ad refectionem itinerum, viarum & ſimilium: Georg. de Cabedo *deciſ. 99. n. 13. lib. 1.*

Via publica deſtructa refici debet a do- 2
minis domorum juxtà viam ſitarom non à republica, & ſi tales domini non ſunt ſolvendo tale onus ſpectat non ad rempublicam, ſed incumbit aliis viſinis: Anton. Ayerve de Ayore *lib ſingul. c. 123 collect. forenſ. vede tamen l. 2 § viarum ff. ne quid in loco publico fiat.*

Refectio viarum pertinet ad uſufructu- 3
atium, & locator non conductor debet conferre pro reficiende via: *l. 34. § ſi quid ff. de uſufructu & quemad. quis utatur.* Virgil. ab Agaruira *ramo 16 arb. 31. in horto iurid.*

Vicini poſſunt collectam indicere pro 4
puteo reparando aut via reficieoda: *idem ramo 16. arb. 3. n. 18.*

Qui vias publicas monit ad privatam u- 5
tilitatem ſatiſdare tenetur de damno infecto, ſecus ſi ad publicam: Petr. Salaſatez *dec. 1. n 18. lib. 1.*

Sententie late ut pons vel iter reficia- 6
tur executioni mandatur non obſtante appellatione, quia in his regulariter periculum eſt in mora: *idem d. deciſ. n. 30.*

Legatum incertum ed viæ refectionem 7
factum valet: *idem d. deciſ. n. 90.*

Via ubi penitus eſt extincta de egro vi- 8
cino ſit publica ſoluto tamen pretio fundi, & quando ad tempus eſt inacceſſibilis, poteſt per fuodum vicinum iri etiam iovito domino & prohibente: Ferreot. Ganguarcius *conſ. 91. n. 3. & ſequ. vol. 2.*

Etiam per reſcriptum principis oon li- 9
cet occupare locum publicum ædificando contra decorem faciem civitatis nec allegari poteſt præſcriptio: Caldas Pereira *obſeru. 9. n. 30. lib. 3. per l. 5. C. de operi. publicis.*

10 Via publica militaris vel regalis dicitur, & viæ publicæ inter regalia numerantur: *idem obſerv.tr.15 n.3.lib.3.*

11 Via publica us probatur non ſufficit probare quod publicè eatur, niſi & ſolum publicum eſſe probetur: *idem d. obſervat. ubi allegat.* Franc. Marcum *qu.505.*

12 Si vendo tibi fundum non videor vendere acceſſum ad illum, nec cogor tibi pretio vendere: Georg. Cabedo *qu.38.n.6. lib.2.*

13 Vicinus cogitur vendere juſto pretio vicino viam ad fundum ipſius, ſi non poteſt alibi illam habere, ſecus ſi alibi poſſet habere, licet ſit ſibi prolixior & remotior: Boerius *deciſ. 318.* Iohan. Papoo. *lib.14.tit.1. art.3.*

14 Ne agatur vel eatur per fundum privati dominus in dubio ſemper vetare præſumitur: Anton. Ayerve de Ayora *c.71. lib.ſing. collectan.farrinſ.*

15 Interdictum itineris & de actu privato competit illi, qui per fundum alterius ad fundum ſuum habet iter vel actum eum inerit ſaltem per 30. dies in anno: *idem d. c.71. num.14.*

VICARIUS.

1 Vicarius poteſt regulariter omnia, quæ poteſt is, cujus vices gerit: *ſecundum* Gotfredum, *in c. dilect. de præben. Archidiac.* Ioan. Andr. *& Gemin. in c. final. de offic. Vicarii, in 6.* accedit quod voluit Alexan. *in l. cent. num.26. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitu.* ubi inquit poſt Oldradum, quod ſicut in donatione facta ab Imper. non requiritur Inſinuatio: ita nec in donatione regis, ſeu alterius domini tenentis locum Imper. in terris ſuis: facit etiam, quod in fortioribus terminis dixit Iſern. *in c. Imperialem, in 3. col. in prin verſ. ſed an Vicarius, de probi. feud. aliena. per Feder.* ubi inquit, quod talis Vicarius generalis poteſt præſtare conſenſum in alienationibus feudorum, quæ dependent ab imperio.

2 Et movetur optimis rationibus: primo, quia conſtituendo eum procuratorem generalem, videtur voluiſſe, quod omnia transeant in eum: *argument. l. ſi quis pro eo, §. ſi nominatos, ff. de fideiuſſ.* ſibi enim imputet Imperator, quod non excepit ea, quæ noluit concedere: *argum. l. veteribus ff. de pactis, l. Labeo, ff. de contrahend. empt.* ſecundo, quia Imper. in talem creando generalem Vicarium, non debet decipere ſubjectos, ex quo talem Vicarium poſuit loco ſui: *arg. l. 1. C. de his, qui veni. ata. impe.* & ideo ſufficit, quod ſubditi adeant talem Vicarium generalem, nec habent exire territorium pro inveniendo Imp. *idem tenet* Afflict. *in d. c. Imperialem: ſic conſuluit ſecundum quaſdam* Roland. à Valle, *in conſ.86. in n.33. & in ſeqq. lib.1.*

Sed nota, quod vicarius generalis non confert beneficia, ad ſolius Epiſcopi collationem ſpectantia: *tex. & gloſ. eſt in c. in de offic. Vicarii in 6.* niſi ipſi ſpecialiter ſit collatio commiſſa: *dicit text plura de Vicariorum & officialium poteſtate, potes videre apud commentatores ſuper d. titu. de officio Vicarii, in 6 & tit. in C de offic. eius, qui vicem alicuius iudicis vel præſidis obtinet, optime de Vicario Epiſcopi & aliorum, eorum prælatione, conſuluit* Menochius *in conſ.52. vol.1 per totum.* 3

Vicerector an gaudeat privilegiis & præeminentiis rectoris, quæritur? & reſpondetur, quod ſic, *per c. præcipimus, quod eſt ſin. 93. diſtinct. ibid.* tunc enim ſicut illius locum tenens honorabitur: *16. q.1 c. generaliter, l. ult. C. de teſt. mil.* Alex. de Imol. *in Rub de offic. vice. cui mand. eſt iuriſd. col. 4.* Rom. *in ſing 367.* & ibi declarat Pign. *in addi. intellige,* dicit, quando illud privilegium vel præeminentia, debetur ratione alicuius qualitatis, quæ æqualiter reſidet in vicerectore, ſicut in rectore, ſecus, ſi æqualiter non reſidet. 4

Quatenus vicerector habeat immunitates rectoris, docet faciendo diſtinctionem aut quia conſtitutus eſt à rectore, vel à communitate propter mortem, vel diceſſum rectoris primo caſu non, ſecundo vero gaudet rectoris immunitatibus: Bart. *in l. filius, ff. de legatoriis.* Poteſt ſimile capi de quolibet alio ſubrogato, vel qui alterius locum tenet. 5

Vicarius epiſcopi non poteſt dare conſenſum alienationibus rerum Eccleſiæ: Galt. Maſtrill. *deciſ.77. n ſin.* 6

Vicarius prætoris licet de cauſis criminalibus cognoſcere poſſit, non tamen poteſt reo imponere ultimum ſupplicium vel mutilationem membri: Cæſar Damatua à Foguetas *deciſ.172. lib.3. in deciſ. regn. Arragon.* ſi tamen talis vicarius deputatus ſit in locum prætoris mortui vel abſentis tunc utique poterit. 7

Vicarius primus non cenſetur revocatus per creationem ſecundi: Petr. Salazarem *deciſ.20. n.19. lib.3.* 8

Vicarius ſeu locum tenens non poteſt alium vicarium ſeu locum tenentem creare, licet judex maior judicem pedaneum creare poſſit: Georg. de Cabedo *deciſ. 82. numer 19. lib. 1.* 9

Vicarius an dicatur ordinarius vel delegatus, quando poſſit conſtitui & quomodo, & à quibus, *vide* Robert *Marantâ de ordin judicii p.4. diſt.5. tit. an ſit iudicium crim. vel civile.* 10

VICINUS.

Vicini præſumuntur ſcire ætatem & facta vicini, ſicut conſanguinei conſanguineorum *l. de tutela, C. de in integr. reſt. in l.* [illegible] 1

Flavi, §.1.unde cog.de vicin.l.ſilũ,ff.de lib., qui ſunt ſui vel ali.jur.vide latè Bar.*& alios in l.1.ſecero.pe.*

Vicini præſumuntur ſcire melius facta, conditionem & qualitatem vicinorũ: *c.quoſdam,& ivo quanto,ext.de præſump.not.in l. in vicinis, C.de*
3 *nupt.*Bar.*in l.1.ff.Si cert.pet.* ¶ Vicinũ ab iniuria defendere licitum eſt, ſibiq; ſuum auxiliũ partiri:ſi verò poteſt & negligit, videtur iniuriantem fovere, & culpæ eſt particeps: *c.dolollo,de ſent.lib.6.vide* Abb.*in c.cùm non ab homine,de judi.n.13.& 14.idem in ſocio, ſuprà vide in verb.ſocius.*
4 Si vicinus dixerit nolle emere an jus retractus competat? Aff. aliud enim eſt dicere:non emere velle & non retrahere & ut jus retrahendi tollatur, requiritur & expreſſum pactum renunciandi præcedat: Garſi Maſtrill.*deciſ.50.*Horat.Carpan.*ſuper conſtit. Mediolan.x 4.n.416.* Aurel.Corbul.*de iure emphyt. tit. de cauſa priv.lim.5.*

VICTUALIA.

1 VErbo victus quæ contineantur, nempe quæ aſui & potui, cultui quoq; corporis, quæq; homini ad vivendum neceſſaria ſunt: veſtem quoq; victus habere vicem Labeo ait. Cætera quoq;, quibus vivendi curandivè gratia corporis noſtri utimur, ea appellatione ſignificantur: *l. 45.verbo victus, cum l.ſequen.ff.de verbor.ſignif. & ibi in gloſſ.* Accurſ. *veniunt ad exempla: vide l. fi.ff. de alimen. & ciba.lega.l.quos,§. verbum vivere, ff.de verbor. ſignifi.*
2 In jure Saxo. werden die cibaria Müſtheil geheiſſen/alle Hoffſpeiſe/die nach dem Dreiſſigſten ubherbleibt in yeglichem Hoffe des Mannes/oder wo er ſie hette in ſeinen Gewehren: *Art. 22. lib.1.* LandR. Quæ autem ſub iſto nomine Müſtheil/cibariorum, vel commeſtibilium comprehendantur, docet additio 4. latina, *lit.D. add.Art.22.lib.1.*LandR. & vide aliam additionem, *ſequentem. lit. E.* quæ vult reſtringere textum ad commeſtibilia, ſaltem ad annũ comparata vel exiſtentia, ut habeat vidua: ſed in fine affirmat, quòd conſuetudo obſervet contrarium: Et ego memini, pronunciatum eſſe ſecundùm text. Nota, pro tuitione ſtatus publici, & terrarum & populorum, debent quolibet anno taxari victualia: ut debito precio ſolvantur & vendantur: *l.1.§.cura carnis,ff.de officio præfect. verb. l.decuriones, ff.de admin.re ad civil.pertin.*
3 Et talis taxatio debet fieri poſt feſtũ nativitatis Mariæ, quod celebratur die 8. Septemb. *de quo habetur in c.fin.de ferijs, & in l.omnes,C.de ter.* & fiunt iſta tali tempore: quia omnia tunc ſunt collecta ex agris, quæ pertinent ad victum & vitam hominum. Et quia in uno anno eſt maior fertilitas, quàm in altero, debet preciũ augeri & minui, ſecundum exigentiam temporis: *l.fin. in pr.ff ad leg.Iul. de annon.*
4 Fraudantes autem annonam taxatam, puniri debent pro qualibet menſura in libris viginti, quę pœna poteſt etiã axereſcere, ſecundũ qualitatẽ & enormitatẽ delicti: *l.ann.ff. de extraor.cri.*
5 Enuta hîc caſum, ubi res alienæ poſſunt taxari contra l.nemo, C.de Judæis, & ubi quis invitus tenetur vendere contra ill.invitũ,C de contrahen.empt. Sed hic ſpeciale eſt propter favorem victus hominum, & quia res expoſitæ ſunt venales; ſecùs in alijs rebus: quia ibi quilibet cenſetur moderator & arbiter rerum ſuarum: *l.iure mandata,C.mand.& hanc diſtinctionem, vide* 6
per Bald.& Cyn.*in l.1.C.de Epiſcopal.audein.*

Et nota ibi, quòd etiam veſtimenta & habitationes, contineantur nomine victus: igitur etiam poſſunt taxari panni & habitationes: dixit & notavit Jacob.*de alvar.in tit.de pace tenend. & eius violat.§.poſt natales, in uſibus feudor.*

Sed nota, quando quis compellitur rem ſuam vendere, quòd debeat habere juſtum precium: *l.animalia,C. de curſu publico,lib.12.* 7

Wie im Fürſtenthumb Anhalt Vorſehung und Anordnung geſchehen/welcher maſſen Fleiſch/Brod und W[illegible] ſol durch die Obrigkeit beſchaffet/geſchätzt, beſchehen auch auff die Gewichte vn̄ Maß ſtracht gegeben werden: damit die Gemeine und Armut nicht noth leid: noch ubertheuret werden, cum pœnis annexis, den Fleiſchhawern/Beckern/Brawern und Schencken/auch der Obrigkeit ſo nicht einſehen hat, invenies *in Conſtitutione Anhaldina publicata 2. April. An. M D.LXXII. Art 31.* 8

VIDUA.

VIdua, durante viduitate, dicitur adhuc eſſe in primo matrimonio: *ut legitur in l.fi.C. de bonis matern.*& ideò talis vidua gaudet privilegijs, quæ habebat propter maritum, eo vivente: *gl.& Bart.in l.filij, §. vidua, ff.ad municip.* 1

Et etiam ipſa vidua ſequitur forum viri præmortui: *ut habetur in l quadã puel.a.ff.de iuriſdict. omn judic.& ibi per.*Scribentes. ¶ Quid lucretur quoq; de bonis mariti præmortui, notavi ſupr. *in lit.D.verſi.de dote, donatione propter nuptias,& de dotalitio.* ¶ Sed ſecundùm noſtræ regionis 2
Saxonicę conſuetudinem conſequitur tertium, niſi aliud ſit pactum. 3

Sed omnia ſunt accipienda de vidua honeſtè 4
& caſtè in viduitate vivente: quia propter ſtuprum perdit dotem & actionem de dote ſimiliter, atq; ſi adulterium commiſiſſet, vivente marito: Hippo de Marſi.*ſecundùm multos* Ibi. *in repet.l.unica,C.de raptu virgin. n 43.& 44.[illegible] gnẽdo de mulier adultera, ad viduã adulterantẽ.*

Sed vidua, quatenus ſic dicatur caſtè vivere, 5
ut uſumfructũ legatum, quouſq; caſtè vixerit, retineat: docuit Abb *in c.ut Clericorũ.extr.de vita & honeſtat.Cleric.* ¶ Tranſiens autem vidua ad 6
ſecunda vota, an dicatur caſtè vivere & ſic, an perdat legatum; vide Joan.de Ann. *in ſing. ſuo 5. incip. conſueverunt mariti*: ſed perdit tutelã liberorum ſuorum: imò propter luxurioſam vitam deſinit eſſe tutrix liberorum ſuorum, & perdit omnia iura viduitatis: ſic etiam alimenta, quæ aliàs ipſi debentur ab hæredibus mariti: niſi aliunde habeat, unde ſeſe alere poſſit: *ſecundùm* Cyn.& Bal.*in l.fin. C.de bonis mater. & voluit ſecundùm multos* Hipp. de Marſil.*in d.repet. l.unica, C.de rapt.virg.nu.54. ibi deſinit eſſe tutrix, n.55.56. & 57.idē* Hippò *in ſing.ſuo 4[illegible] plures notantes*

Sed

7 Sed rapiens viduam honeſtè viventem, punitur, ſicut rapiens virginem: & ſic in crimine raptus, virgo & vidua pari paſſu ambulant: quod intelligendum de vidua honeſtè vivente: Hippo. declarat *in d. l. unica, C. de rapt. virg. nu. 47.*

8 Sed talis vidua, quòd etiam numeretur inter perſonas miſerabiles, & habeat privilegia miſerabilium perſonarū, notavi ſupr. *in lit. M. verſ. de miſerabil. perſonis*, vide bonū text. Paul. *1. ad Timot.* 5. ubi inſtruit Apoſtolus Timotheū de viduis, & dicit docēdo, quę verè viduę ſint: inter alia pręcipit: viduas honora quę verè viduę ſunt.

9 Quæ autem verè vidua ſit: quòd deſolate ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus & orationibus nocte ac die: nam quæ in delitijs eſt, vivens mortua eſt, dicit. Das euch eine Wittwe nicht ſchüldig ſ y / jhres Mannes Güter zuzunemen / che ſie gebürlichen abgefunden / habetur in addi. latin *lit. C. in Arti. 20. lib. 1.* Lant R.

10 Et vidua, recipiens alimania de domo mariti præmortui, an cogatur laborare hæredibus, & de quibus intelligendum? declarat Alexand. *de* Imol. *in conſ. 133. vol. 4.* ibi multa invenies de operibus mulieris & viduæ, marito & hæredibus eius præſtandis, *notavit* Anton. Corſet. *in ſingal. ſuis, in verb. uxor*, Peckius *in tract. ſuo de teſtat. coniugum lib. 5. cap. 10.* & Menoch *conſil. 62. vol. 1. in pr. ibi*, quòd non debeantur, ſi ſine cauſa non cohabitet & hæredibus operetur: quia teſtator ſic poſsit.

11 De Vidua & viduitate, *vide infrà verbo uxor.* Viduitatis vox quando intelligatur de prima vel ſecunda, Rand. *de analog. univ. & aequiv. lib. 1.*

12 *c. 15. n. 41. per reg. 1. & 2. analog.* ¶ Viduæ quia viris carent, quibus ſint gratæ futuræ, non debent tā bona ac nitida ferre veſtimenta, quàm quæ maritos habent: hoc enim omninò maritatæ licet: Tiraq. *l. 2. connub. gl. 1. p. 3. n. 35. ex Bl. conſ. 20. viſo teſtamento excelſi, circa fi. lib. 5.*

13 Item ſi pater mandaverit filijs, ut poſt mortem ipſius, matrem eorum tàm honorificè tractarent, quàm pater ipſe faciebat: non intelligitur mandare, ut illi multum ſpacioſa veſtimenta ſuppeditent, qualia pater adminiſtrare conſueverat: Tiraq. *d. n. 35.* ¶ Vidua quæ luxurioſè vivit, amittit dotem & donationem propter nuptias: non minùs ac ea, quæ adulterium vivo marito admiſit: Rauch. *de ſubſtit. effectu ſubſt. vulgaris tertio, n. 180. & ibi addit. tit. 6.* Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 3. de ſucceſſ. aſcend. ſal. 3*

14 Favendum ita eſt viduis, in cauſis earum, ne alijs injuſticia fiet: *c. ex tenore, de for. compet.*

15 Viduæ appellatione venit etiam ea quæ virum non habuit: *l. malum. §. viduam, de V. S.*

16 Vidua ſi committit ſtuprum durante viduitate, debat perdere dotem: quia dicitur eſſe in priori matrimonio: Paul. de Caſtr. *in l. ſororum, C. de his quibus ut indig. & ita conſuluit in conſ. 121. vide additionē ad* Batt. *in d. l. ſororem:* Alexandro tamen ibi hoc non placuit. ¶ Habens virū inutilem, vidua dicitur & cenſetur, gaudetq; privilegijs viduarū: *vide in verb. factū. & in verb. privi.* Cotta *in memor. verbo vidua* Grammat. *dec. 74. n. 3.*

Statutum per quod mulier ſecundo nubens privatur hereditate filij an habeat locū in vidua quæ tempore delatæ ſucceſsionis nōn repertiur matrimonio copulata? N. Caſp. Anton. Teſſaur. *quaeſt. forenſ. 96.* Natta *conſ. 514.* Brun. *de ſtatut. art. 1. quaeſt. 3.* Signorol. de Homodeis *conſ. 69.* 17

Vidua quæ habet jus eligendi augmentum medietatem ratione dotis vel frui toto augmento ſua vita durante an illud jus tranſmittat ad ſuos hæredes, ſi moritur antequam eligit? Affirm. Caſp. Anton. Teſaur. *qu. for. 49.* Gomez. *variar. reſolution. tomo 2. c. 11. nu. 41.* 18

Statutum diſponens quod vidua poſsit, non obſtantibus liberis primi matrimonij de dote diſponere favore ſecundi mariti, quo citius nubat, an habeat locum in ſimplici conſtitutione dotis, ſi de filiorum excluſione nihil in inſtrumento dotali fuis actum, ut ſi vidua ſecundo marito ſimpliciter dotem conſtituit, nulla factione liberorum, an debeant eſſe excluſi vel non? Reſp. legitima ſalva liberis manet, ſi autem mater per ſecunda vota legitima liberorū privatur ut multis ſtatutis Italiæ habetur, tum viciſsim liberi per conſtitutionem illam dotis excluduntur ſimpliciter Caſpar Anton. Teſſaur *qu. forenſi 94. per totum.* 19

Si teſtator juſſerit teſtamento omnia bona ſua diſtribui pro maritandis mulieribus ad viduas non extenditur, quia illud verbum maritandi intelligitur de primo matrimonio Joh. Anton. Trig. *ſing. 20.* Petrus de Ravenna *ſing. 943.* 20

Pecunia data viduæ intra annum luctus pro veſtibus emendis an poſsit condici, ſi non ementur? N. Stephan. Gratian. *deciſ. March. 118.* Cordub. *in l. ſi quis à liberis § non tantum nu. 23. de liber. agnoſcend.* Surdus *de aliment. titul. 4. q. 2.* Beld. *conſ. 478. n. 3. lib. 5.* Campeg. *de dote p. 2. q. 56.* 21

Relictum alicui ſervando viduitatem amittitur ſtatim quando nubit, non tamen reſtituuntur fructus, quia gerundiū ſervando exponitur pro donec vel quamdiu ſervaverit, & legatum amittitur licet matrimonū non diu duraverit, aut matrimoniū cum impotēte ſit factū: Steph. Gratian. *in addit. dec.* March. *dec. 167.* Surdo *de aliment. tit. 5. q. 3. n. 13. & conſil. 157. nu. 20. lib. 2.* 22

Etiamſi vidua dives ſit & opulenta, nihilominus perſona miſerabilis eſt, & gaudet privilegijs miſerabiliū perſonarū Bl. Novell. *de dote p. 9. privil. 16.* Nevisan. *ſyl. nuptial. lib. 6. n. 35.* Pruchm. *ad l. 1. in multis par. 2. pr. art. 1. n. 3.* Covarr. *pract. q. c. 6. n. 2.* Ioſeph. Maſcard. *de probat. concl. 1064. n. 4.* Tiraq. *de priv. pia cauſa in praef. verſ. item relicta* Gail. *lib. 1. obſ. 111. n. 40.* Cephal. *conſ. 748. vol. 5. n. 16.* Rol. à Val. *conſ. 76. n. 45. lib. 1.* Man. *de arbitr. caſu 66. n. 3.* 23

Vidua defuncti mariti uterinæ vel conſanguineæ ſororis filio nubere nequit & nō exemplis ſed legibꝰ eſt iudicandū. Fr. Pfeil *conſ. 6. vo. 1.* 24

Quādo qu. ſuper re ſandali movetur ratione poſſeſſ. vidua judiciū Eccleſ. implorare poteſt [illegible] ſecus. 25

focus ſi fuiſſet petitorium propoſitum, tunc
enim feodi dominum adire debet: gloſſa &
Dd. in c. ex parte extra de foro competenti:
D. Pruchmannus *allegat. loco n. 9.*

29 In cauſis viduarum, quarum cognitio-
nem princeps ſuſcipit de ſimplici & plano, ſi-
ne levato, ut ajunt velo procedi debet: Fri-
dar. Pruchman. *d. loco n. 13.* Marant. *tract. ord.
iudic p. 4 diſt. 9. n. 77.*

30 Io Camera Imperiali non recipiuntur
vidualium cauſarum omiſſo medio, niſi in
caſu denegatæ, vel protelatæ Iuſticiæ, cogni-
tiones, ſed principes in ſuis territoriis ipſi vi-
duarum competentes ſunt iudices: Gayl. *ob-
ſervat. 1. lib. 1. n. 40.* Pruchmannus *n. 16.*

31 Vidua an gaudeat poſt mortem mariti
immunitate & privilegio, quo vir fruebatur
ratione bonorum? Diſting. Aut agitur de
privilegio perſonali ſimpliciter & illud non
extinguitur mortuo viro, ſed vidua gaudet
privilegiis viri quę perſonā reſpiciunt, donec
caſte & vidualiter vixerit aut agitur de privi-
legio reali, quod datur rebus intuitu perſo-
næ, aut quādo ratione feudi maritus privile-
gia habet. vidua aut vaſalla non manet, tunc
viri privilegiis conceſſis ratione feudi uti nō
poteſt Caſp. Anton. Teſſaur *qu for. 90.* Iohan.
ab Octatora *de nobilitat. p. 4. cap. 8.* Melchior
Palaez *in tractatu maioratuum p. 1. qu. 51. n. 34.*
Franc. Milanenſ. *deciſ. 3.* Ægid. Tomatis *de
collectis in §. Medici n. 15.* Corduba *in l. 15 quis à
liberis §. ſi quis ex his n. 44. ff. de liber. agnoſcand.*
Philip. Monſpelliens *conſ. 26. n. 18.*

32 Vidua cui alimenta ab hæredibus mari-
ti debentur, ſi artificio ſe alere poſſit an alē-
da ſit per hæredes? Aff. Anton. Queſada *c. 25.
varr. controverſ.*

33 Vidua quæ alias operari tenetur in do-
mo hæredum ad hoc non tenetur ſi ut evite-
tur ſiniſtra ſuſpicio commode cum eis non
poſſit habitare, & hoc etiam procedit condi-
tione adiecta, ſi cum hæredibus moraretur I-
dem ſi culpa hæredum cum illis non poſſit
habitare & hæc culpa probanda eſt per mu-
lierem: Anton Queſada *in allegat. loco a n 10.*

34 Verum vidua poſſit alimenta præterita
petere quæ ut ſe aleret, aliunde mutuas pe-
cunias quæſivit *S.* Aff. Iacob. Marchiſel. *pa-
troc. 28. n. 24.* Anton. Queſad. *d. c. 25. var. qu. 15.*

35 Vidua quę comedit, operari tenetur niſi a-
limenta percipiat judicio teſtatoris, ſed ta-
men has operas tantum præſtat hæredibus,
quæ ipſos hæredes ditiores non faciunt, nē-
pe quæ multum non gravent viduam, nec
multi ſunt valoris, non autem operas artifi-
ciales præſtare debet: Petr. de pœn. *tract. de
ſocietate par. 4. qu. 8.* Anton. Queſada *deciſ.
cap. 15.*

36 Viduæ an veſtes lugubres ab hæredibus
dandæ ſint? Aff. modo eximiæ & nimiæ non
ſunt: Queſada *d. loco n. fin.* vide etiam titu-
lum de alimentis.

Conditio non nubendi in vidua ſim- 37
pliciter tenet: Iacob Marchiſel *qu. 54. n. fina-
li lib. recollectar.*

Vidua indotata non conſequitur alimen- 38
ta intra annum luctus: Iacob. Marchiſel *qu.
conſ. 80. 153. lib. recollect.*

An vidua propter ſtuprum amittat dotem? 39
hanc quæſt. etiam tractat M. Anton. Peregrin
n. 9. lib. 1. & decidit quod non.

Vidua intra luctus annum ſecundis nu- 40
ptiis ſe ſubjiciens, licet pontificio jure nul-
las hodiè pœnas in mariti gratiam jure civi-
li ſanctas luat, tamen pœnis ob liberos indi-
ctis etiamſi poſt illud anni tempus ſecundo
nubat obnoxia fiet: Petr. Salaz. *dec. 33. li. 3. n. 29.*

Contractus factus per mulierem nuptam 41
quæ communi opinione vidua credebatur
valet non obſtante ſtatuto quo requiritur ad
validitatem contractus duorum conſangui-
neorum præſentia: Rota Avenionens: *dec.
199. in deciſ. diverſor.*

Contentione intar hæredes vaſalli & vi- 42
duam de numeratione dotis vel aliis quæ vi-
quis ex feudis debentur orta, an interea dū
de eo cognoſcatur jure retentionis vidua vel
eius hæredes uti poſſint? N. ſatiſdatione præ-
ſtita viduę à ſucceſſoribus feudi de ſolvendo
id in quod condemnati erunt, item vi-
dua jus retentionis non habet, ſi ab ſolutio fi-
dejuſſoribus vel pignoribus de iis cautum ſit
quæ poſt mortem viri è bonis eius illi deben-
tur: Dan. Mollerus *conſt. 25. par. 2 n. 7. cū ſequ.*

VINDICTA.

Regulariter nemo ſibi ipſimet ſumat ul- 1
tionem vel vindictam; *l. nullus, C. de Iudæ-
is, l. extat, ff. quod metus cauſa, & in l. 1. C. ne quis
in ſua cauſa.* ¶ Sed iſtarum aſſertionum v. de 2
multas limitationes & fallentias per Dd. *in l.
ut vim, ff. de iuſt. & iure. in l. 1. C. unde vi, in l. ſi
quis in tantam, C. eod. tit. in d. l. extat, ff. quod me-
tus cauſa, fac l. 1. & 2. cum nota Dd. ibid. C. de
quand. lic. unicuique ſin. Iud. ſe vindic.*

Sed notandum eſt, ex quo conceſſa fue-
rit alicui à lege vel ſtatuto, quod tamen non 3
poſſit illam facere per alium *gloſſ. in l. cū fun-
dum, ff. de vi & vi arma.* Exemplum ponit de
marito, qui vult vindicare adulterium uxo- 4
ris: Ioan. de Aroo. *in ſing ſuo 75. incip. per con-
ſtitutionem.*

Qui manet ſine vindicta, manet ſine
pudore: *l miles §. ſocer, de adult.* hunc tex. al- 5
legat Ang. *conſ. 247.* quem refert Caſtell. *in
prin tit. Inſtit. de teſtam. ord. n. 49.* Simon. *de
decret. lib. 2. tit. 6. inſpect. 16. n. 138. fol. 328.*

VINUM.

Vinum novum debet incipi potari Cal. 1
Novembris, & omitti potatio antiqui:
l. iubemus de ar. mill. an. Lud. Rom. *ſing. 75.*

Vinum

40 In materia uſurarum, ſi contractus in totum non eſt prohibitus, & tota mens non ſit depravata utile per inutile non vitiatur: ſecus ſi eſſent in caſu illicito & prohibito, & tota mens eſſet depravata: Cavalc. *dec. 59. alias p. 2. dec. 19. in contract.*

41 Dans pecuniam de Menſe Septembri, ut dicitur, ut det de Menſe Ianuarii tantum oleum in loco ſuo ad valorem communem & currentem d. lo. in dicto tempore omnib. expenſis, recipiens pecunias, an dicatur cōmittere uſuram, & facere contractum illicitum, Cavalc. *dec. 60. alias p. 2. dec. 2. 14. in contract.*

42 Et quid, ſi recipiens pecunias, non ſolverit oleum de Menſe Ian. & menſe Maij emerit à ſolvente pecuniam, dictum oleum per eum ſolvendum, & promiſerit de novo precium illud ſolvere in tanto oleo de menſe alio Ianuarij juxta communem valorem currentem in illo loco, expenſis omnibus illius, qui ſolvere debet oleum, vide Cau. *late d. dec. 60.*

43 Emens frumentum oleum, vinum, & ſimilia, & uno tempore cum hoc, quod ſolvatur tempore recollectus, pro pretio currenti & communi in illo loco, tempore ſolutionis, an dicatur committere uſuram, *d. dec. 60. & ib. plures ſimiles vide caſus.*

Inſtrumentum uſurarium in quolibet contractu poteſt reperiri conjecturis intervenientibus: Cavalc. *dec. 32. p. 2.* 44

Inſtrumentum locationis, quādo & quibus conjecturis præſumatur uſurarium, & in fraudem uſurarum celebratum, *ibid. d. dec. 30.* 45

Pacta illicita, & contra naturam contractus, reddunt contractum uſurarium & ſuſpectum & omnia pacta & clauſulæ ſunt ſimulatæ & ſuſpectæ: *d. dec. 32.* 46

Pœna adiecta quantitatis dationi, non debetur, uti in fraudem uſorarum appoſita & quid, ſi à judice vel ſtatuto adjecta fuerit, Theſſ. *dec. 98.* 47

Pactum intra contrahentes factum, ut fructus rei pignoratæ in ſortem non computentur, an ſit uſurarium, Teſſ. *dec. 97.* 48

Quando venditus annuus reditus pecuniarius certus, & ad certum tempus, tunc cenſetur factus in fraudem uſurarum: & fructus percepti ſunt computandi in ſortē principalem: Vivius *lib. 1. deciſ. 84.* 49

Pendente diſcuſſione inſtrumenti uſurarij, non poteſt procedi ad ipſius executionem: Vivius *deciſ. 304. lib. 2.* 50

Contractus cenſualis licitus cenſetur: cujus 13. ſunt requiſita: Vivius *deciſ. 369. lib. 2.* 51

In contractibus uſurariis uſuræ ſolutæ computantur in ſortem principalem, & illam extenuant: Vivius *deciſ. 373. lib. 2.* 52

Vt quis dicatur uſurarius, ſufficit probare, quod publicè pro uſurario habeatur: Vivius *deciſ. 378 lib. 2.* 53

Contractus in totum non annullatur, quando eſt ſuſpectus de uſuraria pravitate, ſed ſolum pacta illicita habentur pro non ſcriptis, & de medio tolluntur, & licita firma remanent: Cavalc. *dec. 69. alias p. 2. dec. 24. fol. 158.* Geyl. *lib. 2. obſer. 4.* 54

Uſuræ in totum ſunt prohibitæ: Raud. *de analog. univ. & aequiv. lib. 1. c. 32. n. 22.* ubi multos ad hoc accumulat. Quatenus autem conceſſæ, Dauth. *de teſt. fol. mihi 140. in add. marg. incip. objiciat.* 55

Uſurarius manifeſtus qualiter cognoſcatur, Men. *in arbitr. caſ. 235.* Didac. *var. reſol. lib. 3. c. 4. n. 4.* Gabriel. *lib. 7. de maleſic. concl. 20. vide* Schneid. *& ibi notata, §. ſi. inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* Clarus *§. uſur. verſ. ſed hic quæro hoc, in conſ. 127.* 56

Et an requiratur ſententia declaratoria eſſe uſurariū Schrad. *in add. ad Modeſt. Piſt. qu. 97. p. 2.* An ad reſtitutionē uſurarū perceptarum teneantur uſurario, mercatores, Inſtitores, Procuratores, & alii qui eius nomine uſuras exiguot, Fach. *lib. 2, controverſ. iur. cap. 55.* 57

Iudæus nulla præſtita cautione de uſur. 58

redden-

reddendis teſtari poteſt : Raud. *de analog. lib. 1. c. 22. n. 129.*

59 Vſuratius manifeſtus prohibetur ſic teſtari non ſolum per teſtamentum, ſed etiam donationem cauſa mortis & aliam voluntatem ultimam : Raud. *de analog. univ. & æquiv. lib. 1. c. 15. n. 45. uſq. ad 49.* De Teſtamento uſurarii, in quo inſtituit filiam an valeat, Ant. de Butr. *conſ. 25.* & eius teſtamentum quando reddatur nullum, *conſ. 28.*

60 *De* pœnis uſurariorum, Covarr. *V. R. lib. 3. c. 3. vide* Schultz *in d. quæſt. 97. p. 2.* Modeſt. Piſt. *n. 16. fol. 258.*

61 Vſurarius contractus, an præſumatur continere debitam ex mutuo, & ex venditione alicuius rei, quæ ſunt minoris precij, quã venduntur, vel omnino nullæ, ut puta debita, quæ exigi nequeunt? Et quod ſit, & reſcindatur contractus, Capye. *deciſ. 49.* Debito cadunt tales plus petentes, vel impeditur eius exactio : Capye. *deciſ. 175.*

62 Quamvis pœna adiecta obligationi quantitatis, cenſeatur facta & appoſita in fraudem uſurarum, tamen fallit, ſi juramentum ſit appoſitum : Seraph. *privil. 53.*

63 Vſuræ quando poſſint peti loco & tanquam intereſſe, Thomas Duccius *conſ. 33. n. 11. & 12. refert* Raud *de analog. lib. 1. c. 12. n. 28. in fin.* Covar. *V. Reſol. lib. 3. c. 4.*

64 Vſuræ prohibitæ etſi ſint, lucrum tamen honeſtum admiſſum eſt, etiam de iure Canonico : *c. per veſtras, de Donat. inter vir. & uxor.* Bart. *in § Divus Severus, ad l. Falcid.* ut ſi quis pecuniam ſuam dat mercatori, ut honeſtam lucri partem annuatim percipiat : *vide ad hoc* Abb, *in d. c. conqueſtus, & in d. c. per veſtras.*

65 De iure Canonico aliquod peti poteſt ultra ſortem ratione intereſſe, non ſolum damni contingentis, ſed etiam lucri ceſſantis : ut ſi vendidi tibi rem, & tradidi, & ſi in termino conſtituto habuiſſem precium forte lucratus fuiſſem, quia ſolitus ſum mercari, tenetur mihi ad intereſſe. Idem eſt in mutuo, ut ſi debitor non ſoluit in termino, poſſit haberi reſpectus poſt terminum ad lucrũ ceſſans : dummodo ſit talis perſona, quod veriſimiliter juſte fuiſſet lucratus, & judex hoc habebit æſtimare : *ita not. dixit D.* Abb. *poſt.* Petr. de Anco. *in d. c. conqueſtus, de uſu. vide* Abb. *in conſ. 114. vol. 2. & D* Alex. *in conſ. 1. vol. 2. & 14. q. 4. per totum, & conſ.* Carol. & Ioh. de Mont. Ferr. *ſuper hoc abs te ſcripta, qui duo in Iure viri ſummi contraria conſulerunt.*

66 Uſurarum tres pœnæ, vide in Corſe. *in verb. uſura.*

67 Uſuræ quo tempore ſint ſolvendæ, an in principio anni, an in fine, vide gl. *in l. pen. § fin. in gl. fin. C. de præſcrip. 30. vel. 40 annor.*

68 Uſurarius manifeſtus quis ſit, *vide Bart. in l. fur. eſt manifeſtus, de furt.*

Uſurarius an poſſit eſſe teſtis, & an ſit infamis, *vide* Alex. *in conſil. 93. vol. 5. ubi multa de uſurario cumulata habes.*

An improbus fœnerator extra ordinem criminaliter puniri poſſit? Aff. Everhardus Bronchorſt *cent. 2. aſſert. 85.* 69

*C*ontra iuramentum præſtitum de ſolvendis uſuris poteſt judex ex officio ſuo providere ne exigatur : Panorm. *in repertor. in verbo juramentum.* 70

Non valet juramentum eius qui jurat non denunciare eccleſiæ vel judici eccleſiaſtico nec petere vel orationem illiciti juramenti ſuper uſuris : Panorm *in d. repertor. in verbo iuramentum.* 71

Si ad relaxandum juramentum nullo modo poteſt induci creditor uſurarius, judex illud relaxabit : Panorm. *in d. repert. in verbo juramentum.* 72

Debitor jurans ſolvere uſuras debit cogi illas ſolvere : Panorm. *in d. reperto. in verbo juramentum.* 73

Iurans non repetere uſuras poteſt ex nova cauſa eas petere : Panorm. *in d. repert. in d. verbo juramentum.* 74

Si creditor ſciens per triennium minores uſurat receperit à maioribus per tacitum pactum præſumitur receſſiſſe : *l. 5. C de uſuris.* Pro tempore, quo uſura ſolvitur, tacitum pactum inducitur de non petendo debito : *l. ſi unus § fin ff. de pactis.* 75

Contractus in dubio præſumitur uſurarius in foro contentioſo cum ſemper interpretatio in bonam partem debat fieri, ſecus eſt in judicio animæ, tunc potius uſurarius in dubio eſt præſumendus cum ea pars benignior ſit, & tutior animæ : Iohan. del Caſtillo *cap. 25. controverſ. iuris d. n. 1.* Iohan. Vincent. Hondedeus *conſ. 33. n. 23. lib. 1.* 76

Conjecturæ poſitæ in c. ad noſtram de empt. & vend. & in c. illa vos de pignor. non requiri neceſſario quod interveniant ad cõvincendum contractum uſurarium, ſed præter enumeratas ibi ſufficere quod aliæ æquipollentes conjecturæ vel ſimiles aut maioré, vel parem rationem habentes concurrant, quæ fraudem aperiant, quoniam ſi fraudum eſſet dictis conjecturis tantum in jure ſcriptis non convincerentur uſurarii, qui de facili tanquam aſtuti reperient alios modos contrahendi : Iohan. del Caſtillo *d. c. 25.* Vincent. Carocius *de locato tit. de uſuris qu. 11. n. 7.* Decianus *conſ. 103. n. 28. lib. 2.* 77

*P*actum de retrovendendo & pretii tenuitas an poſſint arguere contractum eſſe uſurarium, an vero tria intervenire debeant ſimul, hoc eſt duo prædicta, item & tertium quod emptor ſolitus ſit fœnerari judicis arbitrio relinqui tradunt : Iohan. del Caſtillo *c. 25. controv. iuris n. 66.* Azebed. *in l. 4. titu. 6. ex* 78

num.28.lib.8.novâ recollection. regia Molina de juſtit. & jure tract.2. diſputat.375.

79 Secundum aliquos pactum de retrovendendo & modicitas pretii tunc demum ſufficiunt, ut contractus præſumatur uſurarius, quando magna læſio eſt in pretio, ſi verò eſſet modica læſio, tunc non ſufficeret pactum de retroeendendo cum læſione, ſed aliæ conjecturæ, aut præſumptiones neceſſariæ eſſent: Anton Galeatius Maluaſia *in conſ. 107.n.11.* Vincentius Carocius *de locatorjt. de uſur.qu.11.n.24.* Ioh. Vincentius Hondedeus *conſil.31.n.69.lib.2.* Iacob.Marchiſell.*qu.36.37. lib.recollectar.*

80 Maritus diu moram in ſolutiona dotis paſſus an & quando juſte uſuras dotales tribus concurrentibus requiſitis, nempe dotis promiſſione nuptiis peractis, ſupportatione onerum exigat? Diſt. quando maritus jugiter retinet uxorem in ſuo ſervitio, nec unquam abſtinuit ab obſequio uxoris, non requiſito ſocero ad alimenta ſeu interuſuria promiſſæ tunc præſumitur donaſſe uſuras præcipuè decennio interveniente a. curſua 20. annorum omnem exactionem tollit. Ioh. Bapſt. Coſta *conſ.17.* Iacob.Marchiſel. *qu. 89. per totum lib. recollectar.*

81 Editio ab uſurario facienda procedit etiam in Iudæo: Iacob.Marchiſell.*qu.2.n.27. lib. recollectar.*

82 Teſtes ſingulares probant crimen uſurarum, & teſtis deponens ſibi mutuatum ſub uſuris probat ſi renunciet commodo repetitionis uſurarum, quin etiam concurrentibus præſumptionibus aliis abſque renunciatione: Iacobus Marchiſellus. *qu.38.lib. recollect.*

83 Fama junctis aliis adminiculis probat quem uſurarium eſſe: Iacob. Marchiſel. *qu. 38.lib.recollect.*

84 Malæ fidei poſſeſſor non ſolum tenetur ad reſtitutionem fructuũ ſed ad uſuras fructuum: M. Anton. Peregrin. *conſ.77.vol.2.*

85 Uſura ſeu intereſſe in perſonalibus actionibus non debetur niſi ex die moræ, & perſonæ ſolitæ negotiari, diverſum eſt in re fructum faciente: Pereg. *in eod. conſil.*

86 Solutum an cedat in cauſam ſortis an vero magis in cauſam uſurarum cenſuum, & libellorum? Diſt. aut uſuræ debentur naturaliter tantum & hoc caſu ſolutum non vertitur in uſuras civiliter indebitas: aut ſunt debitæ civiliter & naturaliter, tunc ſolutum prius in uſuras imputatur: M. Anton. Peregrin *in conſ.99. à n.11. vol.1.*

Uſuræ conventionales exacta etiam ſorte exigi poſſunt ſecus in legalib. officio judicis debitis: M. Anton. Pereg. *d.conſ.99. vol.1.*

87 Dilatione pendente à Principe conceſſa an currant uſuræ teſt, aut ante currebant uſuræ, aut non, ſi currebant & tunc adhuc currere intra dilationem, ne principis reſcriptũ taliter interpretemur, ut in jure quæſito creditoribus damnum inferat, ubi prius nõ currerunt, nec dilatione pendente incipiunt in dilatione autem à creditoribus data nunquam currunt Garſias Maſtrill. *dec 16.*

Sortis obligatio etiam tacitè uſurarum obligationem inducit: quod etiam procedit in obligationa fidejuſſoris: Cæſar Barzius *deciſ.108.num.1.* 88

Uſurarium contractum eſſe arguitur in quo pactum de retrovendendo poſt aliquod tempus fuit appoſitum, hinc quoque etiam conjicitur contrahentem eſſe fœnerari ſolitum: Cæſar Barzius *123. n.23.* 89

Licet contra uſurarios probationes imperfectæ quæ alias non facile conceduntur, admittuntur, non tamen valet ſtatutum Epiſcopi volenti aliquem eſſe uſurarium, ſi id probetur per unum teſtem de veritate, & per tres de fama: Martin. Beuckendorff. *ad Seraph. in addit. privil.33.* Proſp. Farinac. *in pract. crim.p.1.lib.1.tit.5.qu.47.n.141 ſublim.4.* 90

An contractus uſurarius conſtituatur, ſi quis ruſtico mutuat ea lege ut agrum eius colat juſta tamen mercede? Aff. per Ferrantem Ganguareium *conſ.7.n.8.lib.2.* Covarruv. *variar. reſolut. lib.3.c.2.n.5.* 91

Utrum uſurarius manifeſtus qui teſtari prohibetur etiam mortis cauſa prohibeatur donare ante præſtitam cautionem de reſtituendis uſuris? Aff. qu. illa conſtitutio reſpicit favorem animæ: Cæſar Damatus à Foguera *deciſ 190. lib.4 deciſ. regni Granatæ.* Pactum quo debitor promittit ſolvere in certo termino & ſi non faciat loco intereſſe 8. vel 10. in ſingula centena an valeat. N. Daniel Moll. *conſtitu 30 par. 2. n fin.* 92

Uſuras repetens, ſi probet reum conſuetum fœnerari ad decẽ pro cẽtenario, & quod ipſe habuit mutuum ab ipſo & ſoluit, non ob id præſumitur uſuras ſolviſſe ut reus condemnari poſſit: Anton. Ayerve ab Ayora *lib. ſing. collectan. forenſ. c 118.* 93

Dictum teſtatoris ſe teneri ad reſtitutionem uſurarum à multis extortarum, non inferre illum uſurarium manifeſtum fuiſſe, cum poſſit intelligi quod voluerit dicere ſe teneri tanquam heredem alterius *idem c 118. n.6.* Alex. Raudenſ. *de analog c.30 n 159.* 94

Uſuræ ſuſpicio ceſſat in eo qui periculum rei in ſe ſuſcipit excepto contractu mutui, nam caſus dubius fortunæ facit licitum, quod alias eſſet illicitum & reprobaretur: Ferrant. Ganguar. *conſ.17. n 16. lib. 2.* 95

Mercator volens ire ad nundinas, requiſitus ab aliquo ut illi mutuaret pecuniam ſub promiſſione reſtituendi in certo termino cũ lucro, poteſt licite hoc facere, & tale lucrum percipere tanquam intereſſe lucri ceſſantis: Caball. *milleloq. 436.* 96

Conven-

Conventio de eo quod intereſt, contra-
97 ctus tempore facta uſuraria eſt, ſi ſit intereſſe lucri ceſſantis, ſecus ſi damni emergentis: Gail. *obſervat. 5. n. 6. lib. 2.*

98 Uſura toties committitur quoties aliquid etiam modicum ſorti accedit: Anton. Sola *in conſtitution. antiqua Sabaudiæ gl. 2. ſuper decreto rem duram tit. de uſu* Menoch. *conſ. 109. vol. 2.*

99 Sola præſtatio uſurarum longo tempore facta non inducit obligationem uſurarũ in futurum, tamen in poſſeſſione ſua, cui ſolutum eſt manutenendus eſt, donec contrarium probetur: Everh. Bronch. *cent. 2. aſſert 83.*

100 Uſurarius cenſetur creditor mutuans cum pacto de recipiendo illud eo tempore, quo veroſimiliter erit precioſius, & aufert libertatem debitori ſolvendi ante illud tempus: Ferrant. Ganguare: *conſ. 150. n. 33. vol. 1.*

101 Si aliquis vendat merces, quæ modo valent quatuor & facit pactum ut illi dentur quinq; ad terminum præfixum, hoc non eſt uſura, ſi dubium eſt, quanti poſſent valere merces illæ in termino præfixo, quod procedit ſi tempore contractus venditor non erat venditurus, alias eſſet uſura: Anton. ab Agatuira *in horto iurid. ramo 17. arb. 131.*

102 Talis advocatus, procurator, mediator & auxilium præſtans uſurariis ſcienter ſunt perjuri & infames & mortaliter peccant: ita refert Borgn. Cavalc. *dec. 13. n. fin. de contra p. 2.*

103 Notarius recipiens inſtrumentum uſurarium, perjurus & infamis efficitur & perdit officium: Ludov. à Peguera *in ſuis. quæſtion. c. 33.* And. Gail. *lib. 2. obſer. 4.*

104 Ex ſolo contractu uſurario, nullis perceptis adhuc uſuris, quis non punitur criminaliter, licet contractus declaretur nullus & fœneratitius: Rota Avenionens. *48. in deciſ. diverſor. tomo 3.* Anton. Sola *in antiqu. conſtitutio ſabaudia gl. 1.* ſuper decreto rem duram *tit. de uſuris n. fin.*

105 Domini terrarum cogere poſſunt uſurarios ad edendum libros rationum, ſi jam præceſſerit informatio, eos talee eſſe, alias ſecus: *idem* Anton. Sola ſuper ipſo decreto rem duram *gl. 2. fol 181.*

106 Teſtamentum fratris, inſtituentis uſurarium poteſt per quærelam inofficioſi à fratre rumpi: Anton. Ayerve de Ayora *lib ſing. collect. an forenſ. c. 338. n 7.*

107 Qui ſe obligat ad uſuras ſolvere illas non cogitur, niſi juraſſet, quo caſu compellitur, ſed repetit: c. debitores 6. ext. de jur jurand.

108 Qui juravit uſuras non repetere, poteſt juramento non obſtante, ex nova cauſa repetere *c. ad noſtram 20. eodem titulo.*

Hæres & non fideicommiſſarius tene-
109 tur ſolvere intereſſe, decurſum durante tempore reſtitutionis, creditoribus hæreditariis ſi ipſe hæres fuerit interpellatus & denegaverit ſolvere, alias ſecus: Vinc. de Franch. *dec. 49.*

Dies regulariter interpellat pro homi- 110
ne etiam quo ad curſum uſurarum ſeu intereſſe: Mynſing *obſervat. 95. cent. 3.*

Uſuræ dotis à patre promiſſæ ſine præ- 111
finitione temporis, debentur viro à die traductionis ſuæ uxoris ad domum, & ita conſtituitur pater in mora irregulari, ſecus autẽ in extraneo dotam promittente, Hieron. Magon. *deciſ. 83. rota Florent.*

Dote nõ ſoluta ſuo tempore maritus lici- 112
tè uſuras ſeu intereſſe petere poteſt, quod declaratur primo, ut ſolũ procedat in marito, ſecus in ſucceſſore ipſo vivente, vel mortuo, nam uſuræ non debentur ex dote niſi propter onera matrimonij, & quia in alio ſucceſſore ceſſat cauſa, illa ſublata, debet ceſſare effectus 2. quando mulier aliquid operatur in domo, quod poſſet ſufficere ad onera matrimonii ſupportanda 3. quando maritus per totum tempus matrimonii tacuit & non petiit uſuras ſeu intereſſe dotis nõ ſolutæ quia tunc ipſum continuum ſilentium induxit tacitam remiſſionẽ uſurarum, (licet in hac ultima limitatione contrarium tenat *M. Anto.* Natta *conſ. 495*) Caſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. des droits rubr. 4. §. 23. gl. 1. n. 17.* Cæſar Damatus e Foguerus *deciſ. 96. lib. 3. num. 4. cum ſequent.*

Reſpectu minoris ætatis contrahitur u- 113
ſura irregularis per quã debitor dicitur moroſus, & tenetur ad uſuras pupillares in caſibus licitis ſeu intereſſe dummodo adſit legitima perſona cui ſolvatur: Vinca. de Franch. *dec. 16.* Petr. de Salaſarez *dec. 23. n. 13. lib. 2.*

Uſurariorum bona ſunt tacite oppig- 114
norata pro reſtitutione uſurarum: Georg. de Cabedo *deciſ. 23. n. 10. lib. 1.*

Pœna ſi adjiciatur in compromiſſo, ſo- 115
lutionis alicujus quantitatis non debet præſumi appoſita in fraudem uſurarum: Ferrantes Gauguarcius *conſ. 66. n. 60. lib. 2.*

Uſurarius tenetur actori edare ratio- 116
nes ſuas pro intentione ejus fundanda, quãdo agitur de uſuris, vel ex cauſa reſpiciente uſuras, ſecus autem ſi ageretur contra uſurarium ex contractu venditionis, vel ex alia ſimili cauſa, quæ uſuras non reſpicit: Virgil ab Agatuira *in horto iurid. ramo 2. arb. 101.*

Uſurarum crimen, quatenus ſit, nec- 117
ne tractatus omnino eccleſiaſticus eſt, quatenus mulctandum eſt, tum ad eccleſiaſticum, tum ad popularem judicem ſpectat, quatenus vero ipſæ uſuræ ſolum repetuntur ad laicum ſeu ſecularem magiſtratum attinet: Didac. Hydalgos, de los caſæ *qu. 60. lib. 2.* Didac à Covarru. *lib. 3. reſolut. c. 3.*

118 Vſurarius etiam dicitur qui aliquando exercuit uſuras, & poſtea deſiit: *idem* Hydalg: de los *caſas d quæſt.10.*

An uſuræ legitimæ divino & humano jure ſunt prohibitæ? N. quia uſuræ tantum quæ ſiunt contra caritatem & modum excedunt, ſunt prohibitæ: Iohan Calvinus *epiſtola 383* Donel. de uſuriarum principio Molinæus *de uſur n.9. & 48.* nam ille uſuræ tantum prohibentur quæ Neſech morſus Hæbreis appellantur: Bronchorſt *cent 2. aſſert. 77.*

119 Uſuræ in ſtricti juris judiciis, non niſi per ſtipulationem debentur, & ne quidem à tempore litis conteſtatæ: *l 3. C. de uſurl. Titius ff. praeſcript. verbis:* Everhard Bronchorſt *cent. 1. aſſer. 82.*

120 Uſuræ precii non ſoluti an tum quoque venditori debeantur, ubi fructus ex re empta percepti quantitatem illarum non exequent? Aff. Daniel Moller. *conſt. 90. par. 2. n.5.* Hieron. Marſhanus *deciſ. Genu. 24. n.3.*

121 In electoratu Saxoniæ creditori difficultatem probationis intereſſe metuenti, loco eius uſuræ quincunces à tempore moræ ſine alia probatione adjudicantur, ſi tamen bona debitoris ad exolvendas primum ſortes reliquorum creditorum ſufficiant, quod & ipſum tamen de uſuris lucratoriis intelligendum, compenſatoriæ namque una cum ſorte recte petuntur, ut uſuræ non pretii ſoluti, & in ſimilibus caſibus: Daniel Mollarus *conſt. 90. par. 2. per totum.*

USUS

1 VUlgi uſus loquendi non facit jus: Moll. *lib. 1. Semeſt. c. 56. n. 2.*

2 Statuta favorabilia, pœnalia, odioſa intelliguntur ſecundum communem uſum loquendi: Martil; *de ban, verb. uſuat n. 46. & lim. 2. modu, n. 47. n. 48.*

3 De communi uſu loquendi & ejus probatione, Menoch. *lib. 2. cent. 5. caſu 448.*

4 Uſus communis loquendi facit, ut à proprietate verborum recedamus: Pruckm. *in rubr. quæ ſint regal. n. 4. ubi multa ad hoc, Cov. V. R. lib. 3. c. 5. n. 1.*

5 Uſus communis loquendi in quacunque materia, ſemper præfertur propriæ ſignificationi ſive ex definitione, ſive ex Etymologia, ſive etiam ex juris autoritate procedat: Seraph. *priv. 77. n 20. fol. 487.*

6 Communi uſu loquendi, non probato, communiſq; interpret. ſenſu, omnino verba ſunt intelligenda ſecundum ll. & juriũ ſignificationem: Covarr. *d. c. 5. n. 1.* Et teſtamenta, contractus, ſimileſq; hominum diſpoſitiones, vulgari ſermone prolatas vel ſcriptas, eſſe interpretandas juxta vulgarem ſignificationem: Covarr. *d. lo. n. 1.*

[illegible]

Abuſus rerum [illegible] punitur earum privatione: Ioh [illegible] *de comm. prag. pr. c. 8. q. 5 n. 12. & ſeqq. fol. 72. & n. 24. & ſeqq. ibi exempl. multis illuſtratur.* 7

S. ob ſævitiam multa in jure conceduntur: Men. *lib. 2 cen. 2. c. 138 & Mün. de exec. §. 5. c. 84. n 3. uſq ad 9 ubi tot exempla.* 8

USUSFRUCTUS

VSufructuarius dicitur procurator legis, & non poteſt proprietarius, ſicut alius procurator, ſtipulari, vel ſervitutem conſtituere: ſed acquiſitam bene poteſt conſervare: Lud. Roman. *in ſing. ſuo 160. incip. procurator poteſt.* 1

Omnes fructus rei pertinent ad uſufructuarium, quid autem in unaquaque re contineatur nomine uſusfructus, notatur per text & *Dd. in l. uſufructu legato, in l. item ſi fundi, in l. ex ſylva, & in l. ſequent ff. de uſufructu.* 2 ¶ Tenetur autem uſufructuarius circa refectionem vel conſervationem rei modicam vel parvam facere impenſam, non etiam magnam: Lud. *Rom. in ſingul. ſuo 148. allegat l. ſi domus, ff de uſu & habitat.*

3 Cogitur præſtare cautionem de utendo & fruendo arbitrio boni viri, ſive ſit uſufructuarius ex contractu, ſive ex teſtamento: *l. uſufructu, C de uſufructu:* an autem non præſtita cautione fructus perceptos faciat ſuos, item quando ſufficiat cautio juratoria, quodque ſit procurator domini; & pro conſervatione rei, quod poſſit experiri in judicio, notat Petr. de Raven. *in aureo ſuo alphabe, liter. V verſic. de cautione uſufructuaria.*

Tenetur etiam ad collectam fundi *quaro ff. de uſufruct. legat* niſi tanta eſſet ſolutio collectarum, quod æquivaleret perceptioni fructuum: iſto caſu teneretur proprietarius: *Ludo Roman. in ſingula ſuo 157. in ſpatu ſiu,* Pett. Gerard, *in ſingula ſuo 35. n. 3.* aliud exemplum, ne legatum [illegible], *poſuit* Lud. Roman. *in ſing. 437.* 4

An uſufructuarius re abutens eam amittat, an vero ad intereſſe tantum teneatur, vide Weſenb *in par. quibus modis uſusf. fin. in fin* Bart. *de uſufr. in fin.* Zaſius *n. 70 tr. de feud, num 55. in fin.* ¶ Ad l. generali, §. 1. *ff. de uſufruct leg.* vide Cuiac. *lib. 10. obſ. 39. & lib. 24. cap. 8.* 5

6 Sed an uſufructuarius omnium bonorum, teneatur ſolvere legata, & æs alienum? concluditur contra Barto. quod non, neque ad legatorum, neque ad æris alieni ſolutionem ipſum teneri: quæ quod ſit communis opinio, teſtatur Geyl. *in lib. 2. obſervat. 146. & tenuit* Matth. de Matheſil. *in ſingula ſuo 4. & ibi* Gabr. Saray, *in addit.* ſed d. Geyl. dat cautelam iſto caſu pro hærede, *(ut videlicet prius*

deducta

deducto ære alieno & legatis bona uſufructuario utenda fruenda reſtituat) contra uſufructuarium, ut conſulatur ipſi & creditoribus: *in d. obſervat. 146. lib. 2. numer. 7.* quam cautelam nota.

7 Limitat tamen, quod dictum eſt, uſufructuarium non teneri ad legatorum præſtationem, quod non habeat locum in annuo legato præſtando: nam ſecundum magis communem concluſionem legata annua ab uſufructuario omnium bonorum eſſe præſtanda affirmat Geyl. *in d. obſervat. 146. nu. 9.*

8 Simili modo uxor vel vidua, licèt uſufructuaria omnium bonorum mariti conſtituta fuerit, & conſtitui poſſit, nihilominus liberis exiſtentibus, debet præſtare ipſis legitimam: cum deciſione, *(quòd imo eo in caſu tantum alimenta ipſi præſtanda ſint,)* dixit, & rationem eius poſuit Geyl. *in d. obſerv. 143. obſerv. lib. 2. num. 1.* ſecus, quando tranſverſales: vel alij extranei eſſent hæredes *docet* Alex. de Imo, *in conſ. 29. vol. 4.*

9 Sed quando ſub conditione una vel pluribus uſufructuaria fuerit inſtituta, (puta, ſi morata fuerit cum liberis meis in una domo,) neceſſe eſt, quod impleatur conditio in forma ſpecifica, ut fiat legati capax: *l. qui hæredi, ff. de condi. & demonſt.* Si tamen commodè vel honeſtè in domo teſtatoris, cum liberis morari nequeat, poteſt licitè mutare habitationem: Bald. *in Authen. hoc locum, C. ſi ſecund. nupt. mulie.* Geyl. *in d. obſerv. 144. lib. 2. num. 10 & 15.* Et iſto caſu, quando legatum eſt ſub conditione, ut habitet cum hæredibus, quid vidua operari debeat hæredibus in domo mariti mortui, notat Bal. *in l. 1, C. de leg. & Bartol. in l. divortio ff. ſolut. matrimon.*

10 Sed uſufructuaria tranſiens ad ſecundas nuptias, quibus conditionibus retineat uſumfructum, *notatur in Auth. cui relictum C. de indicta viduitate tollen.* Tranſitus enim ad ſecunda vota, regulariter non impedit percipere relicta à primo marito: *l. 2. C. de indic. vidui. tollen.* niſi datum vel relictum fuerit ea lege, ut & ſecundis nuptijs interiret: *Auth. hoc locum, C. ſi ſecund. nupt.*

11 Uſusfructus eſt ſervitus perſonalis rei alienis utendi, ſalva rerum ſubſtantia: *in pr. Inſt. & l. 1. ff. eod.* Eſtq; (non admiſſa Dd. traditione de cauſali & formali) verus; vel quaſi uſusfructus: Coraſ. *lib. 5. miſcel. 3. Diſſent. Paul. in l. 2. C. de bon. mat.* Cuiac *ad l. 58. de usobl.*

12 Uſusfructusfr. eſt dividuus: Hoto. *quæſt. illuſtr. 10.* quamvis reliquæ ſervitutes individuæ: *l. 1. §. 9. ad l. Falc.*

13 Uſumfructum dominij partem nó eſſe, theoricæ veritati conſonū eſt: *l. rectè dicimus 25. de ver. ſign. l. Mævius. 66. § fundo, de leg. 2. l. ſi a reo 70. ſi reo 57. de fideiuſſ. atem l. 4. de uſufructu, & ibi* Gothofr.

14 Et nota, uſusfructus ſic legatus, donec in viduitate & caſtè vixerit, quod per iſtam dictionem DONEC, annuum legatum ſic conſtitutum, & debeatur quolibet anno: *l. ſi in ſingulis, ff. de auro & argento leg.* Alex. de Imo. *in d. conſ. 29. vol. 4.*

15 Sed legatum uſusfructus omnium bonorum, uxori relictum, alio hærede poſt eius mortem inſtituto, an valeat? Geyl. *in obſ. 145. lib. 2. obſ.* hanc quæſtionem pulcherrimè diſputat in parte negativa, ſed concluſit pro parte affirmativa, quòd contrarijs non obſtantibus, eiuſmodi legatum benè valeat: imo iſtam affirmationem benigniorem & æquiorem appellat: vide Bart. *in l. Titia, §. fin. ff. de leg. 2. & per illum* Paulum Caſtren. *in hanc materia conſulentem, in conſ. 390. incip. quia uxor. idem affirmat* Joh. de Caſtil. *c. 9. de uſufruct.* Mar. Anton. Eugen. *conſ. 10. n. 39.* Sfortia Oddi *conſ. 92. nu. 9. lib. 1.* Simon. de *Prætis de interp. ultimar. volunt. lib. 3. ſolut. 2. num. 35.*

16 Sed pro ulterius materię, de uſufructu, pleniori cognitione, quid nempe ſit uſusfructus? qualiter, & in quibus rebus conſtituatur? quos fructus uſufructuarius acquirat? ad quem ſpectent impenſæ, factæ in re uſufructuaria? an ad proprietarium, vel uſufructuarium? & quib. modis finiatur, & amittatur uſusfructus? de iſtis omnibus & ſingulis in ſuo ordine, vide Schneid. *in commentarijs ad Inſt. ſuper titulum de uſufructu, per totū.* An ex uſufructu univerſali relicto uxori, poſſit per ſubſtitutum detrahi fideicommiſſum maritum? quod ſic, reſpondet Decian. *in conſ. 57. vol. 1.* niſi teſtator illam moleſtari prohibuiſſet hæredi ſup. *n. 9. & in ſeq.*

17 De tranſmiſſione fructuum rei uſufructuariæ, Wie weit Erbniſſe in Leibgedingen/ vñ dergleichẽ den Erben der verſtorbenẽ Perſonen folgen ſollen/ wann die Perſon vor verflieſſung der järlichen oder beſtimbten Zeit abgangen/ *habetur in Conſt. Elect. Saxo. Art. 16. part. 3.* & deciſum eſt, quod percipiant hæredes prò rata temporis, quouſq; uſufructuaria vixerit: & dicitur, iſtam ſententiam magis eſſe æquiorem: *vide quæ notavi ſupr. in lit. D. verſ. de dote, donatione propter nuptias, & de dotalitio, & in lit. F. verſ. de fructibus feud.* de hac materia ſimul, & de uſus & habitatione, notata ſunt quædam ſupr. *in lit. S. verſ. de ſervitutibus urban. prædior.*

18 Vide de uſufructu notatu digna in Seb. Med. *de acquir. poſſ. §. gl. 1. verb. ſine tit. [illegible] p. 3. n. 121. & ſeqq. multa.* Gabr. qui habet

1. concl.

3.concl. de uſufructu,& Carol. Tapia. *in Authen.ingreſſi vero. ſua c.16.C.de SS.Eccl.*¶ Uſuſfructus omniū bonorum legari poteſt: Seb. Med *d. lo. num. 163. fol. 343. ubi 6. ampl. & 7. lim.*

19 Uſuſfructus hæreditatis intelligitur deducto prius ære alieno: Vivius *dec.357. lib.2.*

20 Uſufructuarius quando teneatur ſolvere debita defuncti: Covar. *var. reſol. lib.2.c.2.*

21 Relicto uſufructu bonorum ſuorum à viro mulieri, quomodo uti poſſit, Vivius *dec. 246.n.7.lib.2*

22 Uxor in mariti ſui teſtamento uſufructuaria omnium bonorū relicta, liberis prædefunctis licet ſubſtitutum habentibus, integrum conſequitur uſumfructum; cautione de utendo fruendo ſalva rerum ſubſtantia prius præſtita: Vivius *dec.420.lib.3.*

23 Pater in bonis maternis filiæ non habet uſumfructum: Bart. *in* l. tandiu *lib.1.* quem refert Dauth. *de teſt. fol.207. ſub.nu.159.*

24 Uſusfructus eſt totius rei uſus ad libitū & non tantum pro perſonæ indigentia, manente tamen ſalva ſubſtantia rei: *l.1. ff. de uſufruct. Inſt. eod.* uſus, tantum pro indigentia perſonæ.

25 Uſusfructus ab uſufructuario cedi non poteſt, niſi proprietatis domino: *l. ſi uſusfructus fundi de iur. dot.* An ſi matri uſusfructus una cum filiabus relictus ſit, ea mortua uſusfructus cum proprietate conſolidetur, an vero potius per ius accreſcendi ad filias ſpectet, *vide* Curt. *conſ. 14.*

26 Stante ſtatuto, quod quis ſub pœna nō extrahat frumentum de civitate, quod non comprehendatur tale frumentum, quod extrahitur pro uſu proprio, licet mutaverit poſtea propoſitum, & illud vendiderit, notavit per jura: Hipp. de Marſi. *in ſing. ſuo 86. incip. ſtatutum.*

27 Sed ſcias, quod iſto caſu ſtabitur juramento, portantis frumentum extra civitatem, an portaverit pro victu ſuo, nec ne. *Ita dixit* Joan. de Imo. *in l. cætera, §. final. ff. de legat. 1.* Bald. *in l. cum proponas, C. de nauti. fœnore.* Aliud exemplum in materia uſus proprij, de non ſolvendo gabellam, pro equo ſuo, quem quis equitat per civitatem, poſuit Hip. *in d. ſingula 86. in fin. poteſt cogitari de ſimilibus.*

28 Uſus alicuius rei relictus, intelligitur, merus uſus, ſed res relicta ad uſum ſeu pro uſu intelligitur cum proprietate: Capi. *deciſ. 188.*

29 Uſus appellatione quando venit plena proprietas: *vide ib. n. 5.*

30 Quamvis uſufructuarius teneatur offerre cautionem de utendo & fruendo, tamen ſatis eſt ſi non facit moram, quando petitus à proprietario, hinc quæritur an uſufructuarius faciat fructus ſuos antequam præſtet cautionem, & an requiratur petitio? Reſp. ante petitionem non ſolum non eſt in mora ſed etiam facit fructus ſuos bona fide perceptos, exemplo emptoris qui tenetur offerre pretium intelligitur tamen ſi petatur: Stephan. Gratianus *in addition. deciſ. Marchiæ deciſ.2.* Surdus *de alimentis tit. 7. qu. 19.* Decius *conſ. 607.* Baldus *in l. 1. in fin. C. de his ſub qua modo:* petitionē cautionis requiri innuit Cevall. *qu. 408.* ubi tenet quod tunc uſufructuarius non faciat fructus ſuos non præſtita cautione quando poſt petitionem moniti oē diffart cavere, alias ſecus ſub dens hanc eſſe cōmunem diſtinctionem poſt Abbat. *in c. cum non conſtet de pignor.*

Uſufructuarius non facit fructus ſuos ante præſtitam cautionem occupando uſumfructum hærede invito, ignorante aut non conſentiente, ſecus ſi hæres ſciat, aut non cōtradicat, vel patiatur, ſeu quia tradidiſſet, non petita cautione: Stephan. Gratian. *in d. addit. deciſ. 2.* 31

An mulier uſufructuaria poſſit dotam ſua & bona propria atq; augmentū deducere? Aff. Caſp. Anton. Teſaur. *qu. forenſ. 54.* Mar. Anton. Pereg. *de fideicom art. 53. nu. 41.* Fran. Mar. *q. 819. par. 1.* And. Gail. *li. 2. obſ. 144.* 32

Uſusfructus alias eſt cauſalis, qui dominij & proprietatis occaſione cauſatur, nec eſt diſtinctus & ſeparatus ab ea, Formalis uſufructus dicitur qui ſeparatus eſt à proprietate, nec poteſt eſſe cum ipſa, ut puta quoties alicuius fundi proprietas eſt apud aliquem apud alius vero uſusfructus eiuſdem; quam diſtinctionem licet multi impugnent præcipue neoterici: ut Alciatus *in l. recte ut intus, ff. de V. ſign.* Franc. Duaren. *in l. ſi ita Stipulatus fuero, §. 1. ff. de V. obliga.* Johan. Coral. *in l. 1. nu. 3. ff. de ſervitutibus lib. 5. miſcellan. c. 3.* Ferretus *in l. 3. §. ex pluribus, ff. de acqu. poſſeſſion.* Franc. Connan. *comment. iur. lib. 4. c. 3.* Johan. Parlad. *lib. 1. rerum quotidian. c. 4. in fin.* Anton. Pichat. *in princ. inſtitu. de uſufruct. nu. 10. & 11.* Budæus *princip. inſtitut. de uſufr.* Franc. Hottoman. *in inſtit.* Eguinar. Baro *inſt. de uſuf.* tamen communiter in foro illa diſtinctio & recepta & multis, ll. & argumentis approbatur à Joh. Caſtill. *cap. 1. de uſufruct. per l. 58. ff. de V. oblig. l. 4. ff. de uſufr. & quemadmod. quis utatur l. 126. §. 1. ff. de verb. obliga. l. 58. ff. ſolut. matrimon. l. ſi tibi proprietas, ff. de uſufr. accreſcendo l. 21. §. ſi fundum, ff. de except. rei iudicat. & eandem diſtinctionem tenent refutando contraria* Petr. de Barboſ. *vol. 58. ff. ſoluto matrimon.* Pet. Augu. Morla *Empory iuris parte 1. tit. 8. de ſervitutibus qu. 1.* Mar. Ant. Eugen. *conſ. 25. n. 52. lib. 1.* Tell. Ferdin. *in l. 3. Tauri 3. par. n. 10.* Joh. de Matien. *in l. 10. tit. 7. gl. 1. nu. 4. lib. 5. nova recompilation.* Redoanus *de rebus Eccleſ. non alienand. rubr.* 33

de fru-

de fructib. Eccleſ. alienand. nu.9. Johan. Mar. Aquilinus *in l. 2. §. & harum, 3. parte nu. 14. ff. obligation.* Petrus de Tagia *in l.1. ff. de ſervit.* Cuiac. *in l. qui uſumfruct. ff. de V. obligat.* Petr. *de* Peralta *l. Lucio de legatis 2.* Sichardus *in rub. de uſufr.*

34 Inſtitutus an concurrat cum uſufructuario quando adſunt verba pleno jure? Aff. quod ſecus eſſet, ſi inſtitutio fuiſſet ſimpliciter facta: Becc. *conſ. 98.* Surdus *de alimentis tit. 2. qu. 115 num. 113.* Stephanus Gratianus *in addition. deciſ. March. deciſ. 239.*

35 Si legato uſufructu prohibeat teſtator alienationem an cenſeatur legata proprietas? *N. per l. 71. § final. de condition. & demonſtrat. l. 59. §. 2. de manu. teſtam. l. 9. de hared. inſtituen.* Arr. Pinel. *in l. 1. par. 3. n. 42. C. de bon. matern.* Canan. *lib. 4. comment. 3.* Andr. Fachin. *lib. 5. controverſ. c. 44.* Ferdin. Vaſqu. *de ſucceſſ. creation. lib. 3. §. 22. tit. de caſi. ſubſtitutio.*

36 An uſufructuarius ſibi naturaliter poſſideat? Aff. vide titulum de poſſeſſione ibi hæc quæſtio late tractatur.

37 An uſufructuario competat utilis Rei vindicatio pro debita ſervitute fundo fructuario? Intricata quæſtio eſt propter *l. unica, §. item Iuliano, ff. de remiſſionibus & l. 1. in princ. ff. ſi uſuf. petatur* quæ diſſentire inter ſe videntur: Johan. del Caſtill. *c. 7. de uſufr. num. 20. autem aſſerit uſumfructuarium ſuo nomine.*

38 Servitutes feudo debitas minime vindicare poſſe, quia non dominus fundi, ſed nomine domini vel procuratorio nomine recte poſſe vel quia eſt procurator in rem ſuam, & proprietatis cuſtodia ipſi demandata eſt: *l. 1. & l. uti frui, ff. ſi uſusfruct. petatur* Coraſ. *in l. 6 ff. de ſervitut.* Duaren. *in rubr. de novi oper. nunciat. c. 3.* Petr. Auguſt. Morla *empor. 1. par. tit. 6. de ſervit. qu. 2. nu. 2.* Robert. *recept. lection. lib. 2. c. 12.* Cujacius *ad l. ei qui pignori, ff. ſervitut. obſer. 31. lib. 16.* Ludovic. Vitalis *lib. 2. var. c. 2.* Padill. *in l. 1. C. de ſervit. num. 92.*

39 Uſusfructus omniũ bonorum cum alicui relinquitur, & alius hæres univerſalis inſtituitur poſt mortẽ eius, hæres tenetur ad ſolutionem æris alieni, neceſſe eſt curatorem hæreditati dare; Johan. del Caſtillo *de uſufruct. c. 8. num. 33.* Mich. Graſſus, *§. legatum quaſt. 35. nu. 7.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 143. num 15.* Cavalcan. *de uſufruct. mulieri relicto num. 224. diſſent.* Matthesilan. *ſing. 4.* ſed non recte nam hæres ſtatim adire poteſt hæreditatem.

40 Utrum uſusfructus vel alterius ſervitutis conſtituendæ obligatio an ſit dandi vel faciendi & qui uſumfructũ vel aliã ſervitutem conſtituere tenetur an præciſe ad conſtitutionem aſtringi poſſit? Aff. Johan. del Caſtil. *de uſufr. c. 13.* Carol. Molin. *in ſuo labyrintho dividui & individui n. 68. in l. corruptionẽ C. de uſufruct. l. ſi partem, ff quemadmod. ſervit. amittuntur* Johan. Marc. Aquilinus *in l. 2. §. & harum nu. 121. in par. ff. de V. obligat.* Cavall. *in epitom. divid. & individ. nu. 18.*

Uſufructuarius cavere tenetur, non obſtante hæredis vel proprietarij poſſeſſione, quod libere illum uti frui patientur nec aliquam moleſtiam inferent, nam intelligitur de moleſtia injuſta non autem de iuſta & legitima, & etiam de moleſtia quæ venit præter naturam rei, non autem de illa quæ ex ipſa proficiſcitur: Johan. del Caſtill. *de uſufruct. c. 15.* Achill. Pedroch. *conſ. 7. num. 23.* Simon de Prætis *de interpretat. ultimar. voluntat. lib. 4. interpr. 1. ſolut. 5. dubita. 10. nu. 74.* Ferrantes Garguat. *patrocin. 11. per tot. lib. 2.* Ludov. Molina *de iuſt. tract. 2. diſp. 7.* Petrus Surdus *deciſ. 19.* 41

Uſufructuarius non debet conficere inventarium ſecundum formam legis finalis C. de jure liberãdi ſed ſufficit aliqua deſcriptio, cum remiſſa eſt per teſtatorem, etiamſi non remiſſa fuerit, nam tunc ſufficit ſimplex deſcriptio bonorum coram iudice facta cum teſtibus & iuramento uſufructuarij dummodo præfata deſcriptio bonorum coram judice taliter fiat, quod in futurũ proprietario conſultum ſit, ita ut bona occultari non poſſint: Johan. del Caſtillo *de uſuf. c. 15.* Anton. Teſſaurus *deciſ. 80. nu. 3.* Achill. Pedrocha *conſ. 7 nu. 38. & nu. 56.* Rolan. à Valle *conſ. 92. lib. 1.* Brogn. Cavalcan. *de uſufruct. mulieri relicto nu. 337.* Anton. Gabriel. *lib. 5. communium concluſ. tit. de uſufr. concl. 1. n. 35.* 42

An cautio uſufructuaria per teſtatorẽ remitti poſſit? N. Ferdin. Vaſqu. Menchaca *de ſucceſſ. creation. lib. 1. § 7. n. 22.* Anton. Galeatius Malvaſian. *conſ. 38. lib. 1.* Joſeph. Ludov. *deciſ. peruſ. 61.* Jacob. Mandel. de Alba *conſ. 55. lib. 1.* Johan. Sichardus *l. 1. C. de uſufr.* Johan. del Caſtillo *de uſufr. c. 15.* Ferran. Garguata *patrocin. 11. per totum lib. 2.* Achil. Pedrocha *conſ. 7. nu. 40.* Ludov. Molin. *e Societ. Jeſu de iuſt. & iure tract. diſp. 7.* Paul. de Montepico *in l. Titia cum teſtamento, §. Titia cum nuberet, ff. de legat. 2. qu. 50 nu. 158.* Petrus Pecchius *de teſtam. coniug. lib. 5. c. 9. nu. 3.* Ant. Pinell. *l. 1. par. 2. C. de bon. matern. nu. 76.* Simon. de Prætis *de interpret. ultimar. volunt. lib. 4. interp. 1. ſolut. 5. dub. 10. nu. 74.* 43

Uſufructuarius non dicitur eſſe in mala fide ante in mora non cavendi vel inventarium non conficiendi quouſque inter- 44

interpalletur per hæredem , & ab eo petita fuerit cautio , quia ipſe noo teoetur ſatiſdatiooem offerre , ſed tantom moram oon facere petenti illam, & conſequanter ſi rem poſſideat ſuos faciet fructus etiam aote cautionem & inveotarij confectiooem , ſi autem poſſidente proprietario cautiooem non offerat , oec ipſum proprietariom interpellet , fructus ſnos non facit, idem dicendum eſt ſi res ſit penes tertiom ſine culpa proprietarij, & ſine oblatione ſatiſdationis ex parte fructuarij, tunc enim fructus , qui avinci poterunt ab illo tertio ad utilitatem proprietarij cedent . Johan. de Caſtillo *de uſufr. c. 16.* Vellonus *cauſ. 54 nu. 8.* Hieron. de Zavall. *qu. 408. in ſpecu. commun. opinion.* Pinell. *par. 2. de bon. matern. à nu. 77.* And. Gail. *lib. 2. obſ. 46.* Laurent. de Pino. *conſ. 27.* Anton. Galeat. Maluaſia *conſ. 52. nu. 54. lib. 1.* Anton. Teſſaur. *decis. 80.* Sichard *in l. 4. C. de uſufr.* Natta *conſ 477. lib. 2.* Sord. *de aliment. tit. 7. qu. 19. valt. tamen* Johan. del Caſtillo ut uſufructuarius ante præſtitam cautionem fructus ſnos faciat ſi adeptus eſt poſſeſſionē rerum hæreditariarum bona fide i. e. manu hæredis, ſecus ſi illā occupauerit propria autoritate, nec id vitium purgatur ex ſciantia vel taciturnitate hæredis aut proprietarij.

45 Uſufructuariam cautionem io his rebus quæ uſo conſomonrut non eſſe de ſubſtantia uſusfructos ſed tantum propter ſecuritatem proprietarij introductam communē defendunt : Johan. dal Caſtill. *c. 16 in fin. de uſufr.* Pinell. *par. 2. C. de bon matern. num. 78.* Brogn. Cavalcan. *de uſufruct. mulieri relicto à num. 89.*

46 Dominiū & proprietas non ſolum bonorum mobilinm quæ oaturaliter ipſo uſu cōſumuntur , ſed etiam eorum quæquundammodo ipſo longo oſu noo dicuntor cooſumi , ſed tantum inveteraſcunt , aliqualiter minuuntur ſeu deteriores fiunt, io uſufructuarium tranſit , ſic ot ipſe ad libitum de illis diſponere poſſit : Mazolius *cauſ. 25. nu. 25.* Anton. Galeatius Malvaſia *conſ. 110. vol. 1. Diſſent.* Achilles Pedrocha *conſ. 7. num. 29. quem graviter refellit* Johan. del Caſtill. *c. 17. de uſufr. nu. 32.*

47 Uſufructuarius ao de leviſſima culpa teneatur quoad defenſionē & cuſtodiam rei? Aff. quia uſnsfructus ſolius uſufructuarij cauſa conſtitnitor : Johan. del Caſtillo *c. 20. de uſufruct.* Auton. Galeatius Maluaſ. *conſ. 38. à num. 37.*

Uſufructuarius ſi loco cæſſarum arborum alias ſubſtituat an debeat ceſſare amiſſio joris propter deteriorationem incurſa ? Neg. Alvar, Valaſcos *conſ. 50.* Gamma *decis. 147.* Petrus Borboſa *in l. divortio , §. 51. fundum nu. 18. ff. ſoluta matrimon* Joſeph. Ludov. *decis. 94. nu. 13.* 48

Uſusfructus ad rei naturam & boni patrisfamilias rationem vel conſuetudinem eſt exigendos & fructuarius arbitratu boni viri , oti non viderur qui contra ſolitum teſtatoris oſum re fructnaria nō utitur aut modum illius non ſeruat , quod tamen limitari debet , oiſi teſtator quia nolebat, non uteretur re ad eum ad quem naturaliter erat deſtinata , uſum , tunc enim ad rei naturam & boni patrisfamilias rationem oſusfructus exigi poteſt, ſic videtur arbitrio boni viri uti faui, ſi ſa gerat circa res fructuarias uti ſe gerere dominus proprietatis ſolitus erat vel ad naturam rei aut modum. Ordioaria tamen conſuetudo proprietarij ſpectanda eſt in exquirenda voluntate : Iohan. de Caſtillo *de uſruct. c. 22.* Anton. Galeat. Maluaſ. *conſ. 38. num. 12. volum. 1.* Franc. Conanus *lib. 4. commentar. c. 1. à n. 4.* Pet. Borboſa *in l. fructus 7. ff. ſolut matriman.* *Queſada diverſar. quaſtion iur. c. 20. à num. 11.* 49

Uſufructuarius qui ooo colit ſolicitè agrum, ſive terras ſolicite arari & laborari nō curat, utrum ius uſusfroctus amittat, & ad intereſſe damni teneatur? Negat. quidam. Johan. Cephal. *conſ. 653. lib. 5.* ſed illam opinionem refellunt Aurel. Corbulon. *in tractat. Emphyteut. c. de cauſa privat. Emphyteut. ex ea quod emphyteuſim incultam relinquit* Johao. del Caſtill. *de uſufr. c. 23.* & probant uſufructuarium compelli poſſe ad culturam rei fructuariæ Emanu. Soarez. *in ſuis commun. opinin. verb. uſusfructus num. 105.* Bellon. *cauſ. 54.* Albanus *conſ. 55.* 50

